CODEX THEODOSIANUS.

AD LIV LIBRORUM MANUSCRIPTORUM ET PRIORUM EDITIONUM FIDEM RECOGNOVIT ET ANNOTATIONE CRITICA

INSTRUXIT

GUSTAVUS HAENEL

LIPSIENSIS.

Liber XI — Liber XVI

...ENS.

A. cIↃIↃCCCXXXVII.

PROSTAT BONNAE APUD ADOLPHUM MARCUM.

Dabuntur constitutiones nuper a Vesmio inventae quam primum poterit, praefatio et indices in ultimo totius libri fasciculo.

CODICIS THEODOSIANI

LIBER UNDECIMUS[a].

TIT. I. DE ANNONA[b] ET TRIBUTIS.

1. *Imp. Constantinus**) *A. ad Proclianum.*[c] Praeter privatas res nostras et ecclesias catholicas et domum clarissimae memoriae Eusebii, ex-consule et ex-magistro equitum et peditum, et Arsacis, regis Armeniorum, nemo ex nostra iussione praecipuis emolumentis familiaris iuvetur substantiae. Datianus enim, vir clarissimus, patricius, qui hanc olim gratiam fuerat consecutus, auferri sibi id cum tanta instantia depoposcit, cum quanta alii poscere consuerunt. Ideoque[d] omnes pensitare debebunt, quae manu nostra[e] delegationibus adscribuntur, nihil amplius exigendi[f]. Nam si qui vicarius aut rector provinciae aliquid iam cuiquam crediderit remittendum, quod aliis[g] remiserit, de propriis dare facultatibus compelletur. *Dat. XV. Kal. Iul. Constantinopoli*[h], *Constantino A. IV. et Licinio IV.*[i] *Coss.* (315 ?)

2. *Idem A. ad Aelianum Proconsulem Africae.* *) Possessores cum satisfecerint publicae collationi, cautiones suas ad tabularios publicos deferant, ut eas tabularii sive sexagenarii[k], periculi sui memores, suscipiant a collatoribus, ipsas species, quae debentur, ex horreis suis ad civitates singulas per menses singulos perlaturis, ne illatio tributorum ex solis apochis[l] falsis vel imaginariis cognoscatur etc. *Dat. Kal. Nov. Treviris, Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.* (315 ?)[m]

3. *Idem A. Gregorio Pf. P.* Manu propria iudices universi periculo suo annonarias species et cetera, quae indictione penduntur, definitis quantitatibus et com-

---

Tit. I. C. Th., cod. 4, Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—18, 20, 21, 24—30, 32—34, 36—40, 42—44, 46, 47, 49, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. Aeg. L. R. U. *Tit. I.* In cod. 31 om. hic tit. Cod. Iust. X, 16. — c. 1. Cod. Iust. X, 16, 4 om. pr. Vid. infr. XI, 12, not. sup. — c. 2 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Exact. (XI, 7) et sine dubio cum c. 1 C. Th. de Off. proc. (I, 12). Fortasse cohaeret etiam cum c. 1 C. Th. de Concuss. advoc. (VIII, 10) et c. 1 C. Th. de Advoc. fisci (X, 15). Vid. supra I, 12, 1, not. *i*, VIII, 10, 1, not. *hh* et X, 15, 1, not. *m*.

---

a) Til. *Theodosiani Codicis.* 15 *Lib. X.* Vid. supra tit. de Const. pr. (I, 1), not. *e* et tit. de Iurisdict. (II, 1), not. *r*. Incipit praeterea cum rubrica huius tituli folium 123[a] codicis 4. b) Cod. Iust. *de Annonis et tr.* Nonn. codd. *tribus* pro *tributis*, quod ortum est ex comp. *trib.* Alii *De annonae tr.* 4 *tributus*, sed em. rubro colore *tributis*. *) Vid. not. *i*. Mendose Aur. Lugd. *Constantivus.* c) Dignitas deest, neque Go. Probianum Procons. Afr. (vid. c. 3 C. Th. de Appell. XI, 30) pro Proculiano legi vult, quem propter Arsacis regis in hac lege commemorationem praefectum praet. Orientis fuisse censet. Go. secutus est Beck. Nominatur *Proculianus Tribunus et Magister officiorum* in c. 1 C. Th. de Distrah. pign. (XI, 9), quare Rein. hic legi vult *Proculianum trib. et mag. off.*, non male; nam etiam Cod. Iust. habet *Proculianum.* d) Cum v. *Omnes* inc. c. 4 Cod. Iust. cit. e) Cod. Iust. *manus nostrae*, sed recte se habet nostra scriptura sec. Go. f) In Cod. Iust. add. *vel remittendi potestatem esse*, quae vv., cum a veteribus Cod. Iust. libris mss. absint, delenda esse iam Cuiacius in Comm. ad c. 4 Cod. Iust. cit. l. c. p. 248, Contius et Go. existimaverunt. Cf. Dirksen l. c. p. 497. Mox Cod. Iust. *quis.* g) Cod. Iust. *alii.* h) Irrepsisse in h. l. nomen urbis, iam Go. vidit; nondum Constantinopolis erat. Ortus est error ex imperatoris nomine, quod sequitur. Recte in Cod. Iust. om. *Constantinop.* i) Recte Vales. subscriptionem falsam esse dicit, nolo autem cum eo hac sola de caussa, quod Arsacis mentio fit, Constantio legem tribuere, cum immunitatem, quae ecclesiis catholicis hac lege datur, sustulerit Constantius. Vid. c. 15 C. Th. de Episc. (XVI, 2) et Go. in comm. h. c. Evertitur etiam Val. em. series constitutionum a C. Th. conditoribus observata. Neque Go. sententia certa est haerentis in Eusebii, Arsacis et Datiani mentione, quorum nomina in Constantii tempora incidunt. Rationem dubitandi non video. Committunt Val. et Go. eum errorem, in quo saepe veterum scriptorum editores versati sunt et adhuc versantur, qui si quod nomen inveniunt, quod non omnino certum est neve cum tempore, de quo in libro agitur, concinere videtur, componendarum rerum studio ducti, verba scriptoris et tempora sursum deorsum evertere malunt, quam non constare de nomine confiteri. Iam vero idem Valesio et Go. hoc loco accidit; nam Eusebius cum Rufino a. 311 consul suffectus fuit (vid. Go. in comm. et Reland. l. c. praef. p. 16), Arsaces autem, ut ipse Go. concedit, commemoratur, imperante Constantino M., neque Datiani nomen Constantini aetate plane incognitum est, et quamquam Datianum illum, qui hic nominatur, apud reliquos huius aetatis scriptores, quotquot pervolutavi, non inveni, hoc tamen non tanti est, ut ea sola de caussa contra rationem C. Th. constitutionum ordo turbetur. Saepe apud veteres eiusdem quidem nominis, sed diversi temporis reperiuntur clari viri, quos si quis omnes in unum conflaret, profecto monstrum horrens dictu efficeret. Non secus hic. Est igitur haec constitutio Constantini lex. An data sit iis consulibus, qui hic nominantur, quaeri quidem potest, neque vero affirmari, cum recentior esset c. 2 h. t., quam ad annum 313 pertinere ex locis in nota super. citt. apparet. Ne igitur ordo et series constitutionum pervertatur, hanc quoque c. anno 313 (*Constantino A. III. et Licinio III.*) datam esse contendo. *) Cum v. *Possessores* incipit codicis 4 folium 123[b]. k) Til. — Lugd. *sexaginarii.* l) 4 *apocis* et ita saepe, quod semel memoro. m) Go. in Chron. h. c. transfert ad ann. 313, recte. Vid. not. *i* et

prehensis modis facta adscriptione designent. Cuius observantiae illa erit commoditas, ut post successionem [n] quoque eorum facile requiratur, an exactores ultra, quam oportuit, de fortunis provincialium [nn] aliquid exsculpere [o] voluerunt. *Dat. VII. Id. Oct. Nepotiano et Facundo Coss.* (336.)

4. *Imp. Constantius A.* [p] Si quis ab emphyteuticariis [q] seu patrimoniali possessore privati iuris quippiam comparaverit, cuius substantia alias possessiones sustentare consueverat, et succisis quasi quarundam virium nervis reliqua [r] lababuntur [s], earum possessionum onera subiturus est, quae penes distractores inutiles [t] permanebunt. *Dat. VIII.* [u] *Id. Dec. Thessalonica, Feliciano et Titiano Coss.* (337.)

5. *Idem A. ad Uranium.* [v] Omnes omnino ad oblationem pecuniarum [x] oportet urgeri. Lege enim nostra signatum est, nec esse [y] extraordinaria, nec vocari [z], quae specialiter [a] a provincialibus devotissimis conferenda sunt. *Dat. III. Non. Febr. Constantio A. II. et Constante Coss.* (339.)

6. *Impp. Constantius et Constans AA.* [b] *Ordini Caesenatium* [c]. Vinum, quod ad cellarii [d] usus ministrari solet, cuncti Italiae possessores iuxta statutum Constantii [e], fratris mei, comparent. Quod ut fieri facilius [f] possit, ab omnibus Italis nostris conferatur pecuniae *) quantitas ea, quam Rufini, viri clarissimi et illustris praefecti praetorio, parentis amicique nostri, moderatio dandam esse censuerat. *Dat. XI. Kal. Iun. Mediolano, Constantio VII. et Constante III.* [g] *AA. Coss.*(354.)

7. *Iidem AA.* [h] *ad Senatum.* Compertum est, pro colonis profugis ad exsolvenda vos fiscalia conveniri. Iubemus igitur, si nihil ex eorundem terris senatorum quemquam possidere constiterit, ut nulla cuiquam pensitandi pro his, qui aufugerint, necessitas imponatur. *Dat. V. Non. Maii Gyfyrae* [i], *Tauro et Florentio Coss.* (361.)

— c. 4 fortasse coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Distr. pign. (XI, 9). Falso Go. eam cum c. 7 C. Th. de Exact. (XI, 7) coniungendam esse putat. Concordat sec. Go. c. 30 h. t. et c. 1, 2, 4, 5 C. Th. Tributa in spec. (XI, 2). Vid. c. 30 cit., not. sup. Cod. Iust. XI, 58, 2. Cf. supra III, 1, 2. Vid. infr. XIII, 11, 9, not. sup. — c. 5. Cod. Iust. X, 16, 5 mut. — c. 6 coniungenda est cum c. 42 C. Th. de Decur. (XII, 1). — c. 7 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), c. 12, 13 C. Th. de Praet. (VI, 4), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), c. 1 C. Th. de Publ. comp. (XI, 15), c. 1 C. Th. de Protost. (XI, 23), c. 48 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 3 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1), c. 7 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1).

---

not. sup. Cum Go. consentit Bou. l. c. p. 745. Aur. Lugd. *Cons.* n) Go. reprobat cj. *secessionem* pro *successionem.* nn) Go. *provinciarum*, err. o) Cui. 2, 2* *exclupere*, sed em. in Corr. p) Ita etiam infra XI, 9, 2 in edd. ante Be. et in cod. 4. Cod. Iust. *Idem A.*, h. e. *Constantinus* (sec. Rein. *Constantinus iunior*), ut Cui. 2, 2*. Go. Ri*.; Go. in Chron. p. XXXVIII. scribit: „Tribuitur haec lex Constantio: cum tamen Constanti *Macedonia* (in qua Thessalonica) in Imperii divisione cesserit, teste Victore et Zonara. Verum notandum, hoc tempore Constantium et Constantem eodem loci constitisse.“ Videtur igitur Go. Constantio s o l i hanc legem tribuere. Contra Be. h. c. et sq. inscr. *Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA.* Cum Go. sententia consentit Cod. Iust., nisi quod ibi *Constantinus* pro *Constantio* huius legis auctor dicitur. Magistratus, ad quem lex missa est, et nomen et dignitas deest in utroque fonte, in Cod. Iust. et in C. Th. Reines. ex c. 2 C. Th. de Distrah. pign. (XI, 9) addit *ad Egnatium Faustinum, Praesidem Baeticae*, non male, quia c. 2 neque dissimilis argumenti est, neque die longe distat ab h. c. Etenim c. 2 cit. data est *prid. Id. Dec.*, haec c. *VIII. Id. Dec.* Quid quod mihi non videor audaciae argui posse, quod duas has leges eodem die datas et maioris constitutionis lacinias esse affirmo inter se coniungendas, cum librariorum in numeris scribendis quanta sit negligentia, inter omnes constet. Neque numerus *VIII.* omnino certus, si Go. fides habenda est, qui ni fallor ex Cui. 2, 2* annotat: „Al. III.“, ut utraque lex eiusdem fere diei sit. Legend. igitur *Constantinus.* Cf. supra III, 1, 2 et Buchh. l. c. p. 323 sqq. q) Cod. Iust. *emphyteuticario.* Cod. 4 *enfytheuticariis*, sed cum syllabis *ticariis* incipit folium 124[a]. r) 4, Til. Cui. 1 *reliquam*, impr. Go. s) Cod. Iust. *labuntur*, impr. Go. Cf. Wenck l. c. p. 335, not. *x.* t) Cod. Iust. *distractorem inopem inutiles.* u) Vid. not. *p* antec. 4, Til. *Thessall.* v) Uranius quis fuerit, ignoratur. Cod. Iust. *Imp. Constantius A.* x) Cod. Iust. *functionum publicarum*, impr. Go. in comm. y) Til. — Lugd. *necesse.* z) Cf. Dirksen l. c. p. 498. a) Cod. Iust. *solenniter*, impr. Go. b) Ap. Go. in Chron. h. c. bis profertur ann. 346 et 354, cuius ambiguitatis haec caussa est, quod inscr. et subscr. mendo laborant, cum anno 354 *Constantius A. et Constans C.* (i. e. Gallus, qui hoc ipso anno iussu Constantii prope Polam interfectus est) et imperium tenuerint et consules fuerint, non *Constantius A. et Constans A.*, quorum hic iam anno 350 perierat in faucibus Pyrenaeis. Studuit igitur Go. huic legi triplici modo mederi, ut aut consulibus mutatis (*Constantio IV. et Constante III. AA. Coss.*) lex referretur ad ann. 346, aut soli *Constantio* tribueretur inducto nomine Constantis, aut denique legeretur *Imp. Constantius A. et Constans C.* subscriptione similiter mutata. Be. videtur in subscr. leg. *IV.* pro *VII.* et Constans A. auctor legis esse, nec quicquam praeterea mutandum. Et ingeniosae quidem sunt illae emendationes, sed tamen partim lubricae. Etenim anno 346 haec c. hac de caussa vindicari non potest, quia praeterquam quod Rufinus, cuius mentio fit, hoc tempore nondum gesserat praefecturam praet., idem annus adscriptus est c. 42 cit., quae contra rationem C. Th. necessario antiquior fieret tribus proxime antecedentibus. Postremae Go. cj. obstat, quod in inscr. c. 42 cit. *Id. A.* (Constantius A.) scriptum est. Puto igitur, quamquam librarii nomen aliquod omittere solent, non addere, cum Go. h. c. soli Constantio tribuendam esse et emendandam subscriptionem h. c. ex subscr. c. 42 cit., ubi recte scriptum est *Constantino* (l. *Constantio*) *A. VII. et Constantio* (l. *Constante*) *Caes. III.*, pro quo hic librarii male posuerunt *Constantio VII.* et *Constante III. AA. Coss.* Vid. c. 40 C. Th. de Decur., not. *d* et Reland. pag. 372. c) 4, Til. — Ri. *Caesinatium.* c. 42 cit. *Ordini Caesenatium salutem dicit.* d) Go. in not. ann. *nostri.* e) Go. recte em. *Constantis.* Statutum illud non superest. f) Til. Cui. 1 *sacilius*, err. typ. *) Hinc incipit folium 124[b] codicis 4. g) Vid. not. *b* et infra XII, 1, 42, not. *s*, *t.* h) Recte Be. em. *Imp. Constantius A.* Vid. c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. cit., not. *g.* i) Addidi *Gyfyrae.* Vid. c. 12

8. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.* Nemini aurum pro speciebus urbis Romae liceat exigere de futuro. *Dat.*[k] *Id. Iun. Naisso*[l], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

9. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Tabulariorum fraudes se resecasse per suburbicarias regiones, vir clarissimus Anatolius, consularis, missa relatione testatus est, quod pabula, quae *) hactenus ex eorum voluntate atque arbitrio ad mutationes mansionesque singulas animalibus cursui publico deputatis repente atque improvise solebant convehi, nunc in consilio[m] ratione tractata pro longinquitate vel molestia itineris ab unoquoque oppido certo ac denunciato tempore devehi ordinavit. Quod iubemus, ut etiam per omnes Italiae regiones pari ratione servetur. *Dat. prid. Non. Mart. Treviris*[n], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

10. *Iidem AA. ad Dracontium Vicarium Africae.* Omnes, qui per Africam opulentas desertasve[o] centurias possident, ad integrum professionis modum necessitati publicae satisfaciant. *Dat. XVI. Kal. Iun.*[p] *Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

11. *Iidem AA.*[q] *ad Dracontium Vicarium Africae.* Pro loco[r] ac proximitate possessionum annona ad limitem transvehatur[s]. Quae iussio haud difficile capit[t] effectum, si[u] tabularii metu praesentium tormentorum a consuetis fraudibus arceantur. *Dat. XV. Kal. Iul. Mediolano*[v], *Valentiniano et Valente AA.*[vv] *Coss.* (365.)

12. *Iidem AA. ad Faventium*[x] *Vicarium Italiae.* Quisquis ex desertis agris veluti vagos servos liberalitate nostra fuerit consecutus, pro fiscalibus pensitationibus ad integram glebae[y] professionem, ex qua videlicet servi videantur manare[z], habeatur obnoxius. Id etiam circa eos observari volumus, qui ex huius modi fundis servos ad possessiones suas transire permiserint[a]. Etiam si militares viri aliquos ex his penes se retentant, conveniendi primitus sunt, ut aut restituant, quos perperam petiverunt, aut sciant, pro tributis obnoxios se futuros. *Dat. prid. Kal. Aug. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.*[b] (365.)

13. *Iidem AA. ad Dracontium Vicarium Africae.* Placuit, per singulos quosque annos reliqua eorum, qui Romae consistentes in Africa possident, missis brevibus indicari, eosdemque compelli, ut procuratores instructos ad officium tuae sinceritatis pro celebranda solutione transmittant. Ut autem nihil *) de transmissione ac pervectione obscuritatis oriatur, tabularios praefecti annonae Africae, sed et urbis Romae ad officium, quod sollertiae tuae paret, deduci praecipimus, collaturos apud acta, quid transmissum, quid pervectum sit. Cuius rei indicia manere et perferri ad scrinia nostra debebunt; eo nihilo minus curando, ut plena instructio ad officium illustris praefecturae praetorianae deferatur. *Dat. XV. Kal. Nov.*[c] *Parisiis.* (365.) *Acc. XV. Kal. Febr. Karthagine, post cons. Valentiniani et Valentis AA.* (366.)

14. *Iidem AA. ad Modestum*[d] *Pf. P.*[e] Penes[f] quos fundorum dominia sunt, pro his colonis originalibus,

---

— c. 8 non dubito quin coniungenda sit cum c. 5 C. Th. de Poenis (IX, 40), c. 4—6 C. Th. de Pistor. (XIV, 3), c. 2 C. Th. de Calc. coct. (XIV, 6), c. 1 C. Th. de Can. frum. (XIV, 15), c. 1 C. Th. de Sacc. port. Rom. (XIV, 22), c. 12 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1) et nisi me fallit cum c. 2 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6). Vid. infra not. *k*, *l*. — c. 9. Sec. Go. cum hac lege concordant c. 11, 21, 22 h. t., c. 15 C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4) et c. 1 Cod. Iust. de Fundis limitr. (XI, 59). — c. 10 et 11 fortasse inter se cohaerent. Vid. infr. not. *p*. — c. 11. Cod. Iust. X, 16, 6 mut. Vid. c. 9 h. t., not. sup. et c. 10 h. t. — c. 12. Cod. Iust. XI, 47, 3 mut. — c. 13 indigitatur una cum aliis h. ann. legg. in Chron. Par. Pith. Vid. Go. in comm. h. c. T. IV, p. 23 sq. Sec. Go. fugitiva quidem non est, sed melius ponitur in tit. C. Th. de Canon. frum. (XIV, 15). — c. 14 concordat sec. Go. cum c. 2 C. Th. Sine censu (XI, 3) et cum c. 3 C. Th. de Censu (XIII, 10). Cod. Iust. XI, 47, 4. Bas. LV, 1, 4. Savigny üb. d. Römische Steuerverfassung in libro, cui inscr. est: Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, T. VI, p. 333 sq.

C. Th. de Praet. (VI, 4), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), not. **. k) Add. numerum diei ex constitutionibus cum hac lege coniungendis. Idem vult Go. l) c. 2 de Off. pr. urb. (I, 6) *Med.* (Medianae) data est, suburbano Naissi, unde patet, modo nomen urbis principalis, modo suburbani legibus istinc datis additum esse. Vid. supra V, 14, 3, not. *o*. Ceterum 4, Til. — Lugd. Be. *Naissi* et Aur. Lugd. *Cons.* *) Hinc incipit in codice 4 folium 125[a]. m) Go. vituperat eos, qui malunt *concilio*. Aur. Lugd. *rarione*, mendose. n) Falsus locus sec. Go. Fortasse leg. est *Med.* o) Sec. Go. *ve* pro *et*. p) Non dubito, quin in utraque c. 10 et 11 leg. sit aut *Iul.* aut *Iun.*, qua cj. admissa hae leges in eundem fere diem incidunt, nec quicquam impedit, quominus eas inter se coniungendas esse cum Go. affirmemus. Mox Aur. Lugd. *Cons.* q) Cod. Iust. *Impp. Valentin. et Valens AA.* r) Cod. Iust. *locis.* s) Cod. Iust. *annonam ad limites transvehi praecipimus*, et des. seqq. t) Go. vult *capiet.* u) Go. hic nonnullos male substituere dicit *nisi.* v) 4, edd. *Med.* Cod. Iust. *Mediolani.* vv) Addidi *AA.* ex cod. 4, Til. — Lugd.; Cui. 2 — Be. om. *AA.* x) Cod. Iust. *Impp. Valent. et Valens AA. Faventio* etc. Ceterum cum inscriptione h. c. incipit folium 125[b] codicis 4. y) Cod. Iust. *terrae.* z) Ita Be. de cj. Go. ex Cod. Iust.; 4, Til. — Ri*. *manere.* Cod. Iust. *man. videntur* et Cui. 1 *hebeatur*, err. a) Seqq. des. in Cod. Iust. b) Aur. Lugd. *Cons.* *) Hinc incipit folium 126[a] codicis 4. c) Go. in Chron. mavult aut *Dec.* aut (om. *XV.*) *Kal. Nov.*, sine dubio quia Valentinianus prope Kal. Nov. demum Parisios venit. Cf. Ammian. Marc. XXVI, 5. Hac de caussa post v. *Parisiis* (4, Til. — Ri. *Parisis*) add. Go. ann. 365, quod et ratio temporis et series constitutionum flagitat. Be. consentit cum Go. d) Cod. Iust. *ad Modestinum* (impr. Go. in Prosopogr. v. *Modestus*) et om. sigl. dignitatis, sed Cui. ut C. Th. e) Rein. et Reland. pro *Pf. P.* volunt substitui *Pf. U.* vel alius Praef. Praet. h. a. nomen. Vid. Reland. l. c. p. 417. Go. autem in Chron. p. LXXVII. et in Prosopogr. l. c. legem vindicat anno 371, addito *Gratiano A.* in inscriptione et restitutis consulibus anni 371. Be. pro *Pf. P.* proponit *PPf.* Pro Go. facere quidem videtur cod. 15 (vid. not. *m* sq.), sed tunc recentior fieret h. c. lege 16 h. t. f) Cod.

quos in locis iisdem [ff] censos esse constabit, vel per se vel per actores [g] proprios recepta compulsionis sollicitudine [gg], implenda munia functionis agnoscant. Sane quibus terrarum erit quantulacunque possessio, qui in suis conscripti locis proprio nomine libris censualibus detinentur*), ab huius [h] praecepti communione [i] discernimus; eos enim convenit, propriae commissos mediocritati, annonarias functiones sub solito exactore cognoscere*). *Dat. Kal. Maii Constantinopoli, Gratiano A.* [k] *et Dagalaipho* [l] *Coss.* (366.)

15. *Iidem AA.* [m] *ad Probum Pf. P.* [n] Unusquisque annonarias species pro modo capitationis et [o] sortium praebiturus, per [p] quaternos menses anni curriculo [q] distributo [r], tribus vicibus summam collationis implebit [rr]. Si vero quisquam [s] uno tempore omnia sua debita optat [t] expendere, proprio in accelerandis [u] necessitatibus suis [v] utatur arbitrio. *Dat. XIV.* [x] *Kal. Iun.* [y] *Remis, Gratiano* [z] *et Dagalaipho* [a] *Coss.* (366.)

Interpretatio. *Ista lex hoc praecipit, ut in* [b] *inferendo publicis horreis tritico, quod debet* [c], *possessor pro rata canonis sui* [d] *tribus illationibus, id est quaternis mensibus singulas debitorum partes acceleret, ut per annum summa debiti canonis impleatur* [e]. *Erit autem in ipsius arbitrio, si celerius potuerit, debita frumenta convehere.*

16. *Iidem AA.* [f] *ad Dracontium* [g]. Provinciales nostri tributa fiscalia per anni curriculum tripertita satisfactione restituant. *Dat. VIII. Kal. Nov. Nicomediae* [h], *post cons. Gratiani A. et Dagalaiphi.* [i] (367.)

17. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus*

— c. 15. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 15. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 1. Sec. Go. concordat cum c. 16 h. t., c. 15 C. Th. de Suscept. (XII, 6), c. 11 C. Th. de Exact. (XI, 7), c. 3 C. Th. de Coll. fund. patrim. (XI, 19), praeterea cum c. 27 C. Th. de Suscept. (XII, 6), cum c. 173 C. Th. de Decur. (XII, 1) et cum Nov. Maioriani de Indulg. reliq. §. 3 (ed. Berol. 1373). Cf. etiam Cassiodorus, Var. XI, 7, XII, 2, 10, 16. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. Eodem die data est supra V, 13, 20. — c. 16. Vid. c. 15, not. sup. — c. 17. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 17. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 2. Cod. Iust. XI, 58, 4. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 26; inscr. et textus in codd. 24, 30, 32, 39, 43, 44; subscr. et interpr. in cod. 25; textus et subscr. in cod. 37; solus textus in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42; sola interpr. in cod. 15.

Iust. *Hi penes.* ff) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* Cod. Iust. *eisdem censitos.* g) Cod. Iust. *exactores*, impr. Go., sed prob. Sav. l. c., not. 2. gg) In edd. C. Th. minus plene interpungitur post *per se* (ibi etiam in Cod. Iust.) et post v. *proprios* (*vel per se, vel per actores proprios, recepta c. s.*). Secutus sum Carolum de Savigny, qui l. c. verba *vel per se v. p. a. proprios* a Go. male ad v. *agnoscant* referri validis argumentis demonstrat. *) Mendose Ri. Ri*. *detinetur.* h) Cod. Iust. *huiusmodi.* i) 4 *commonitione*, sed ab antiqua manu evanidis fere literis em. *communione*, et ita habet Cod. Iust. Edd. *commonitione.* Cum v. *discernimus* incip. folium 126[b] codicis 4. *) Cod. Iust. *agnoscere.* Supra Cui. 1 *functionet*, mendose. k) Go. Be. em. *Grat. nob. p.*, recte, quamquam etiam in c. sq. nonn. codd. *Grat. A.* habent (vid. infr. not. *z*) et in c. 16 *post cons. Gratiani A.* scribitur. 4 *Grano A.*, om. virgula supr. *Grano* et ita saepe, quod semel moneo. Annus deest ap. Go. — Ri*. Vid. supra not. *e.* l) 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. *Dagalaifo.* Aur. Lugd. *Cons.* m) 21, Sich. *Valens et Valent.* Br. Al. rell. codd. ponunt imperatorum nomina pro *Iidem AA.*; sed 15 *Imppp. Valent. Valens et Gratianus AAA.* et in c. 17 h. t. (quae in Br. Al. codd. sequitur) *Id. aug.*, i. e. *Iidem AAA.* s. *Augg.* Videntur igitur leges 14 et 15 h. t. referendae ad ann. 371; sed hac ratione pervertitur series constitutionum in C. Th. observata, cum c. 16 anno 367 data sit. Ceterum 14 *Imp. Valente et Valens.* n) 8 *A Probo ppo.* 10 *praepositum.* 20, 36, 40, in m. Sich. habent siglum praefecti urb. 15 om. *ad Probum Pf. P.* o) 20 *modica petitione seu.* p) 4, 7, 8, 10, 18, 20, 21, Til. — Lugd. *praebituris*, sed in 20 supr. lin. *praebiturus.* 6, 16 *praebitoris.* 25 *probetur is per.* In cod. 20 supra v. *sortium* add. *sorte.* Falso Ri. v. *praebiturus* a cod. 6 abesse dicit. q) 8 *curricula.* 20, 21, 25, Sich. *circulo.* r) Vv. *per q. m. a. c. distributo* in edd. Til. — Cui. 2* uncis inclusa sunt. 8 *distributionibus vicibus.* 25 *distributoribus vicibus.* rr) 6, 7, 21 *implevit.* 10, 18 *colonationis impl.* 15 *distr. summ. coll. tr. vic. impl.* s) 4 *quisq'* i. e. *quisquam*; quare male Til. — Ri*. *quisque*, etsi codd. 10, 18 idem verbum habent. Sed in rell. codd. et ap. Sich. per compendium scribitur *quisquam.* Ceterum 6, 7, 14 *unus* et 16 *unius.* t) 15 *omnia sua debita uno tempore cupit expendere.* u) 20 *accelebrandis.* v) Cui. 2 — Ri*. *suo.* 12 om. *suis.* x) 6—9, 12—14, 17, 20, 21, 27, 29, 32, 39, 42—44, Sich. *XVII.* 10, 18, 28, 36, 40, Anian. Rhem. ap. Go. *XVI.* 15 *VII.* 30 *XVIII.* L. R. U. *VI.* 24 om. num., sed ibi ponitur *Non.* pro *Kal.* y) 8, 38, L. R. Utin. *Iul.* 10, 18, 33, Anian. Rhemensis ap. Go. *Ianr.* 28, 36 *Mai.* 40 *Mad.* z) In cod. 4 et in aliis codd. add. *A.* Be. addi vult *Nob. P.* Vid. c. 14 h. t., not. *k.* a) 38 om. *et D. Coss.* 4, plerique codd. Br. Al. Sich. — Ri*. *Dagalaifo*; rell. codd. *dagaleifo, dagaleufo, dagaleufio.* b) 21, Sich. om. *in.* 21 *praecepit.* c) Permulti codd. Br. Al. et inter eos 6—10, 18, 20, 21 *debetur.* 43, Sich. *debitor.* d) 20 *pro rata canonis capitorum suorum.* e) 20 *accelerent — canones impleantur.* Mox 21 *scelerius.* f) Be. in not. add. *et Gratian. A.* g) Go. Be. add. in not. *Vicar. Africae.* Vid. c. 4 C. Th. de Praediis navic. (XIII, 6), c. 3 C. Th. de Ponderat. (XII, 7). h) Go. in comm. h. c. Valentiniano tribuit, non Valenti, quia Valens hoc anno Gothico bello illigatus non in Bithynia Nicomediae egit, verum in Thracia et Mysia Martianopoli vel Dorostori: „Proinde, inquit, *Nicomedia* alia a Bithynia hic quaerenda fuerit, vel certe alterius loci nomen substituendum: putet quis *Icoregiam* hic quadrare, quae inter Remos et Treveros est. Ego *Nicomediae* nomen non temere mutem: non magis quam *Nemasiae, d. l.* 3 *inf. de ponderatoribus*, et utramque in Gallia Belgica vel prope collocem. Si mutare hic licet, pro *Nicomedia*, forte reponendum *Nimetaco*: transpositis duabus syllabis, vel *Nicro medio.*" Vid. Chron. p. LXXXII. i) 4, edd. ante Be. *Dagalaifi.* k) Cod. Iust. *Crescentium*, male. 16 *Imppp.*

AAA. ad Crescentem[k] *Vicarium Africae.* Heredes scripti[l] etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur[m] agnoscere, vel, si renuntiandum hereditati putent, cedant[n] his omnibus rebus, quas ex iisdem bonis[o] quocunque titulo et iure perceperint. *Dat. IV.*[p] *Id. Iul. Contionaci*[q], *Gratiano A. II. et Probo Coss.* (371.)

Interpretatio. *Hi, qui heredes testamento scripti sunt*[r], *hereditariorum agrorum onus, id est tributum cogantur*[s] *agnoscere. Quod si*[t] *hereditatem sibi damnosam credunt*[u], *cedant his omnibus rebus*[v], *quae eis*[vv] *de hac ipsa hereditate poterunt*[x] *provenire*[y].

18. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Populum.* Quisquis possessor, aut maximae dignitatis aut infimae[z], annonae urbis aeternae annuam pensitationem solvendo moram dilationis attulerit, eius anni atque indictionis exordio, quae novum denuo annonae commeatibus poscit obsequium, duplum protinus, etiam gravi coactus incommodo, restituere cogatur; aut si forte non profecerit etiam geminati debiti in acceleranda solutione correctio, quadrupli deinceps etiam, proprii[a] dilapidatione patrimonii vestrae liberorumque vestrorum[b] alimoniae profuturus[c], ingratus et degener civis exsolvat. *Dat. VII. Kal. Ian. Aquileia, Syagrio et Eucherio Coss.* (381.)

19. *Iidem*[d] *AAA. .... Post alia:* Id, quod in titulis debitis sub praestatione confertur auraria, non aliter, nisi scientibus defensoribus[e] detur, quo sub eorum conscientia (sicut et ante[f] praeceptum est) solvantur debita, securitatesque reddantur; custodita sanctione emissae primitus legis, quo apocharum vel securitatum, quae restituentur, digesta signatio, cum a susceptoribus dabitur, et formam indictionis teneat, et manifestationem eius, quae fuerit exacta, praestationis ostendat. *Dat.*[g] *prid. Kal. Febr. Beryto*[h], *Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

20. *Iidem AAA.*[i] *ad Principium Pf. P.* In fraudem annonariae rei ac devotionis publicae elicitum damnabili obreptione[k] rescriptum, manifestum est, vires non posse sortiri[l]. Circa omnes igitur par atque aequalis illationis forma teneatur. *Dat. VIII. Kal. Oct. Aquileia, Arcadio A. I. et Bautone**) *Coss.* (385.)

21. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio Pf. P.***) Nemo possessorum ad instruendas mansiones vel conferendas[m] species, excepta limitaneorum annona[n], longius delegetur, sed omnis[o] itineris ac necessitatis habita ratione*). *Dat. X. Kal. Ian. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*[p] (385.)

22. *Iidem AAA. Cynegio Pf. P.* Mediterraneae

— c. 18. Go. provocat ad c. 4 Cod. Iust. Comminationes, epistolas (VII, 57). — c. 19 coniungenda est cum c. 4 C. Th. Tributa in ipsis speciebus (XI, 2) et c. 2 C. Th. de Publ. comparat. (XI, 15). Sec. Go. haec c. fugitiva est et transferenda in tit. C. Th. de Susceptor. (XII, 6). — c. 20 iisdem fere vv. scripta iam supra erat in c. 9 C. Th. de Divers. rescr. (I, 2). Coniungenda est cum c. 16 C. Th. de Divers. off. (VIII, 7). Vid. c. 9 cit., not. *m* et c. 16 cit., not. *b*. Eam Go. coniungi vult etiam cum c. 1 Cod. Iust. de Fundis limitr. (XI, 59), sed illa data est ad alium magistratum et alio die: *ad Licinium P. P.* et *XVIII. Kal. Oct.* Cod. Iust. X, 16, 7. Bas. LVI, 8, 7. Vid. infra XI, 12, not. sup. — c. 21. Vid. c. 9 h. t., not. sup. Cod. Iust. X, 16, 8. — c. 22 Go. coniungit cum c. 113 C. Th. de Decur. (XII, 1) propter parem subscriptionem et cum c. 49 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5). Vid. c. 49 cit., not. sup. et not. *d*, infra not. *s* et c. 9 h. t., not. super. Cod. Iust. X, 16, 9.

Valentinus, Valentius et Grat. ad Scribentem UC. Afr. De cod. 15 vid. supr. not. *m*. 10, 18 *virum clarum.* 28, 36, 40 om. *ad C. V. A.* l) 20 *Heredes descripti etiamsi vehementer pro.* m) 8, Ri*. *cogatur.* 15 *cogantur exsolvere — putant.* n) 12 *cadant.* 21 *cedent.* Sich. *cedent hiis.* Cum v. *cedant* incipit folium 127[a] cod. 4. o) Sich. *ex hiisce bonis.* 4, Til. — Ri*. *ex hisdem b.* 21 *ex his de bonis*; alii *ex eisdem b.* p) 8 *VII.* 12, 27, 30, cod. Phill. 1735 *III.* q) Sich. et nonn. codd. *Concionati.* Aur. Lugd. *Contionati.* 20 *Concionaco.* 43 *Contionato.* Vid. supr. IV, 6, 4, not. *s* et IX, 3, 5, not. *r*. 8 om. *Contionaci — et.* 43 *Iul. Constantino A. II.* etc. In aliis codd. om. *A.* post *Grat.* aut *A. II.* r) 20 *conscripti.* s) Complures codd. *cogentur.* 20 *coegentur.* t) Nonn. codd. om. *si.* 20 *Quod si editatem.* u) Multi codd. *credant*, nonn. *crediderint.* v) 20 om. *rebus.* vv) 21 et alii codd. Sich. *hiis.* x) Permulti codd. *poterant.* Sich. Cui. 1 — Lugd. *potuerant.* y) 20, 43, alii codd. *pervenire.* z) 4 *infirmae*, sed em. rubr. col. *infimae.* a) Aur. Lugd. *corr. quadrupli, deinceps etiam proprii.* Go. — Ri*. *solutione, correctio quadrupli* (mend. Go. *quadruplici*), sed iam Go. ann.: „*non profecerit correctio:* ita haec iungenda." Be. igitur ex Go. veram rest. interpunctionem. b) Ri*. mend. *liberorum vestrorumque alim.* c) Ita 4; ab ant. manu em. *profuturis*, quod quamquam non quadrat, tamen receptum est in edd. Go. em. *quadruplum — profuturum* aut *quadrupli — profuturi* aut *profuturis iis*, puta duplo et quadruplo. Scr *quadruplum — exsolvat.* d) Eosdem imperatores habent leges cum h. c. coniungendae, c. 20 h. t. et c. 9 C. Th. de Div. rescr. (I, 2), quibuscum consentit Cod. Iust. l. c. Videtur igitur error C. Theodosiano inhaerere, non librariis imputandus esse. Fortasse in omnibus illis legibus pro *Dat.* scrib. est *PP.*, hoc enim habet c. 2 C. Th. cit. (vid. infr. not. *g*), ut datae quidem sint ante ann. 384 (vid. c. 9 cit., not. *m*), postea vero propositae. Alias corrigendum est cum Go. Rein. (ad c. 20) et Be. *Valentinianus, Theodosius et Arcadius.* Ceterum nomen eius, ad quem lex missa est, interiit sine ullo in cod. 4 lacunae spatio et hic et in legibus cum h. c. coniungendis. Edictum fuisse suspicatur Go. emissum ad Provinciales. Zirardin. l. c. p. 462. e) In v. *detur* incipit folium 127[b] cod. 4. f) Go. indigitari putat et hic et paullo infra c. 18 C. Th. de Suscept. (XII, 6). g) c. 2 cit. *PP.*, sec. Go. recte, nam Theodosius hoc tempore Constantinopoli constitit. Vid. supra not. *d*. h) 4, Til. — Ri*. *Byritho.* Be. *Berythi.* i) Vid. not. *d* antec. c. 9 cit. *AAA. Principio.* Cod. Iust. *Imppp. Grat. Valentin. et Theod. AAA.* k) c. 9 cit. Cod. Iust. *surreptione.* l) c. 9 cit. Cod. Iust. *est iure non p. v. s.* *) c. 9 cit. add. *V. C.* **) Go. — Ri*. *Pf. F.* m) Go. in not. *comportandas.* n) Vv. *exc. lim. ann.* des. in Cod. Iust. o) Cod. Iust. *sed omnes — ratione delegentur.* Go. ann.: „Possessor scil. vel, *omnis itineris.* — Et forte hic legendum *omnis* pro *omnes*" (ut in Cod. Iust.). Mihi videtur nihil mutandum esse: *sed omnis* sc. *possessor, delegetur i. ac n. h. r.* *) Cum syllaba *ne* verbi *ratione* incipit fol. 128[a] codicis 4. p) Aur. Lugd. *Cons.*

civitates antea maritimis et maritimae mediterraneis[q] onerabantur expensis, ut[r] plus haberet dispendii translatio quam devotionis illatio. Hoc non solum in praesens, verum etiam in posterum prohibemus ea lege, ut se ultimo noverint supplicio puniendos, qui ista commiserint[rr]. *Dat. III. Non. Sept. Valentiae*[s], *Honorio NB. P. et Evodio Coss.*[t] (386.)

23. *Imppp.* *) *Theodosius*, *Arcadius et Honorius AAA. Rufino Pf. P.* Aerariae praestationis adiectio, quam citra priscam consuetudinem provincialium humeris[u] Tatianus imposuit, a cunctis penitus salubri moderatione removenda est. *Dat. prid. Id. Iun.*[v] *Constantinopoli, Theodosio A. IV.*[x] *et Abundantio Coss.* (393.)

24. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Ennoio*[y] *suo salutem.* Textrinis vel gynaeceis[z] ex more a corporatis Karthaginis species solitas praestari cognovimus, sed immodica[a] pro iisdem[b] reddi pretia. Quod in dispendium nolumus fieri corporatorum, atque ideo sublimitas tua pretiorum modum statuat. *Dat. XII. Kal. Ian.*[c] *Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

25. *Iidem AA.* *) *Minervio Comiti R. P.* Obsistere commodis publicis et statutis **) necessitatibus non possunt privilegia dignitatum; unde ut quisque praedii emolumenta[d] consequitur, si non evoluto[e] anni spatio intra sex menses omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum, ad ipsos, qui sunt domini praedii, exactionem volumus pertinere. *PP.*[f] *in programmate Vari, viri clarissimi, Vicarii urbis Romae, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

26. *Iidem AA. Vincentio Pf. P. Galliarum.* Omni amoto privilegio beneficiorum, possessores sublimitas tua praecipiet universos muneribus adstringi, earum scilicet provinciarum, ex quibus orta querimonia est, aut in quibus haec retinendae plebis ratio adscriptioque servatur. Nullum[g] gratia relevet, nullum iniquae[h] partitionis vexet incommodum[i], sed pari omnes sorte teneantur; ita tamen, ut, si ad alterius personam transferatur praedium, cui *) certus plebis numerus fuerit adscriptus, venditi onera novellus possessor compellatur agnoscere, cum plebem constet non tam in omnibus[k] praediis adscribendam, neque auferendam ab eo, cui semel posthac deputata fuerit etc. *Dat. XIII. Kal. Iul.*[1] *Mediolano, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

27. *Iidem AA. Salvino Comiti R. P.* Opulentos, quos annua solutione debitas inferre convenerat pensiones, cum eo, quod resedit in debitum[m], quadruplum iubemus inferre[n]. Hi vero, quos forte mediocritas a contumaciae huius excusat invidia, simplam debiti summam omni maturitate redhibere cogantur; quos tamen oportuerat pro media saltem praeceptionis condemnatione retineri, qui ad solvenda rei nostrae debita restiterunt[o]. *Dat. Id. Nov. Ravenna, Stilicone*[p] *et Aureliano Coss.* (400.)

28. [q] *Iidem AA. Pompeiano Proconsuli Africae.* Veterani terras censibus obligatas, ut cognovimus, vindicarunt, pro quibus tributum solvere dedignantur. Quos-

— c. 23. Coniungenda est cum c. 12 et sec. Go. cum c. 13 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42); sed vid. c. 12 cit., not. sup. et not. *g*. Baron. ad ann. 393, n. 38. — c. 24 coniungenda est cum c. 149 C. Th. de Decur. (XII, 1) et c. 25 C. Th. de Navicul. (XIII, 5). Go. eam praeterea coassandam esse dicit cum c. 141 — 145 de Decur. (XII, 1) et cum c. 53 C. Th. de Appell. (XI, 30). Vid. infr. not. *c*. — c. 25. Cod. Iust. X, 16, 10. Bas. LVI, 8, 10. — c. 26. Bou. l. c. p. 764. Convenit sec. Go. tit. tert. h. libri, inprimis c. 2 eius tit. Ad c. 25 et 26 vid. infra XI, 12, not. sup. — c. 27. Vid. supra IX, 38, 10, not. *u*. — c. 28 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Off. proc. (I, 12), c. 3 C. Th. de Concuss. advoc. (VIII, 10), c. 2 C. Th. ad Leg. Iul. de Ambitu (IX, 26), c. 27 C. Th. de Suscept. (XII, 6). Cf. c. 3 cit., not. *r*.

q) Cod. Iust. *M. c. ante a mar. et mar. a mediter.*, sed Cui. ut in C. Th. r) Go. ann. *Expensis, sic ut.* rr) Cui. 2, 2* err. *commiserit.* s) Go. propter c. 113 C. Th. de Decur. (XII, 1) vult *Melantiae*, qui locus in Thracia est, Thraciam autem a Grothingis occupatam, hostibus hoc tempore liberaverat Theodosius. t) Aur. Lugd. *Cons.* *) Til. *Impp.* et Ri*. *Rufinus.* u) 4 *umeris*, sed supr. *u* rubro colore additur *h*. v) Go. restit. in not. *Ian.* pro *Iun.* ex c. 13 cit. Vid. c. 12 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42), not. sup. et not. *g*. x) Repon. *III.* ex c. 12 C. Th. cit. y) Proconsuli Africae. Vid. infra XI, 30, 53, not. *b*. z) 4 *gynecaeis.* Til. *gynaecειis.* Cui. 1 — Ri*. *gynecειis.* Be. *gyneceis.* a) Go. scribendum esse putat *modica* aut, quod ipse praefert *iis modica*, quasi modica pretia pro praestitis speciebus corporatis a textrinis et gynaeceis reddita sint. Sed praestat Reinesii cj., qui v. *non* ante *praestari* excidisse putat, convenienter cum seqq. vv. *Quod in dispendium nolumus fieri corporatorum*, hac sententia, ut non species ipsas praestitisse dicantur textrinis corporati, sed pretia pro speciebus et immodica quidem pretia. b) Cum vv. *pro hisdem* incip. folium 128[b] cod. 4; *hisdem* est etiam in edd. ante Be. c) c. 53 C. Th. de Appell. (XI, 30), c. 141 — 145 C. Th. de Decur. (XII, 1) *Dat. XVII. Kal. Iun.*; c. 149 C. Th. de Decur. et c. 25 C. Th. de Navic. citt. *Dat. VII. Kal. Ian.* Ut igitur cum Go. hae leges inter se coniungantur, aut in omnibus scribendum est *Dat. XVII. Kal. Iun.* (*Iun.* Go. mavult in Chron.) aut *Dat. VII. Kal. Ian.*; sed utroque modo invertitur series legum in titt. citt. de Appellationibus, de Decurionibus et de Naviculariis. Nihil igitur mutandum est, nisi quod hic repon. *VII.* pro *XII.*, ut conveniat h. c. cum c. 149 et 25 citt. Aur. Lugd. *Kal. Iun.* *) Cod. Iust. habet imperatorum nomina. **) Non audiendos esse dicit Go., qui scribant *statis.* d) Cod. Iust. *quisque de praediis emolumentum*; nostrum sec. Go. elegantius est. e) Cod. Iust. *si non is evoluto.* f) Deest dies. Excidit deinde in Cod. Iust. *Vicarii.* g) Cf. Carolus de Savigny l. c. p. 303. h) Hinc incipit fol. 129[a] cod. 4. i) Aur. Lugd. *in commodum.* *) Aur. Lugd. *qui.* k) Locus suspectus. Go. prop. *non tam hominibus, quam praediis*, non male: quamquam etiam vulg. scriptura ferri potest; nam v. *etc.* in extrema lege indicat, orationem non esse finitam. l) Go. in Chron. h. a. pag. CLIV. em. *Iun.*, quod cur faciat, non capio. m) Ita 4 et Be. de cj. Go. Edd. ante Be. *indebitum.* Scr. *in debito* aut *resedit debitum.* n) Aur. Lugd. *inferri.* o) 4, Til. — Lugd. *extiterunt.* p) 4, Til. — Lugd. Ri. Ri*. *Stilichone.* q) Cum inscriptione h. c. incipit fol. 129[b] cod. 4. r) Rein.

cunque igitur insertas censibus terras tenere fuerit deprehensum, illico ad solvenda tributa compelli praecipimus. *Dat. prid. Kal. Ian.*[r] *Mediolano, Stilicone*[s] *et Aureliano Coss.* (400.)

29. *Iidem AA. Provincialibus provinciae proconsularis.* Perpensa cura statuimus, ut non amplius vobis aliquid[t] extra ordinem indicetur[u], quam rei[v] annonariae necessitas ac devotio postularit. Si quid vero de eodem modo diversarum specierum potuerit redundare, futurae iussimus illationi proficere; scilicet[x] ut in locis propriis collata frumenta possessor dependat; ut vicenis solidis, qui in praeteritum pro equis curatoriciis petebantur, duo solidi detrahantur; ita ut proconsularis[y] Numidiae cognoscat, octonos et denos solidos pro singulis equis *) debere persolvere: Byzaceni etiam Tripolitanique cognoscant, [z]quinos denos pro singulis equis se debere praestare, sportularum autem nomine, quae comiti sacri stabuli praestabantur, nihil penitus inferendum. *Dat. prid. Kal. April. Mediolano, Vincentio et Fravitta*[a] *Coss.* (401.)

30. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Sapidiano*[aa] *Vicario Africae.* Super mutando canone a quolibet impetrata rescripta vacuentur, et si quid[b] deinceps ausus fuerit, quae prohibemus, postulare, in duplum teneatur obnoxius. Nam cum in privatis caussis quae contra leges fuerint[c] elicita, cassentur, rectius in publicis negotiis quae adversum vetera decreta extorta fuerint, summovemus. *Dat. prid. Non. Sept. Altino*[d], *Arcadio A. VI. et*[e] *Probo Coss.* (406.)[f]

31. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Seleuco* *) *Pf. P.* Possessor Africanus pro destitutis possessionibus cogitur[g] tributa dependere. Quod ne accidat[h], hac definitione sancimus, nullum possessorem, neque munificum praedium pro alienis debitis vel destitutione esse detinendum[i], neque eorum[k] praediorum defectione[l] praegravari, quae ex iisdem bonis, quae retinent[m], nequaquam esse[n] monstrantur; ne[o] ullis praestigiis atque commentis exactio mutiletur[p]. Electos igitur inspectores iam nunc censuimus esse mittendos, ut eorum relatione, integro canoni et illibatae pensitationi[q] solenni quatenus provideri debeat, aestimetur. *Dat. prid. Kal. Febr. Ravenna*[r], *Honorio VIII.*[s] *et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

32. *Iidem AA. Euchario Proconsuli Africae.* Illationem omnem auri vel argenti a possessoribus in Karthaginiensi *) urbe poscendam esse decernimus, in qua opportunitas est, si depraedator fraudium pareat[t], iudicis adeundi, ne cui sit facultas apochas abnegari[u], cum

— c. 29 coniungenda est cum c. 26 C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4), c. 63 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5) et sec. Go. cum c. 1 C. Th. de Indict. (XI, 5), fortasse etiam cum c. 28 C. Th. de Suscept. (XII, 6). Vid. c. 63 cit., not. sup. Similis est c. 1 C. Th. de Indict. cit. Vid. tit. V. sq. c. 1, not. sup. — c. 30 Go. coniungendam esse putat cum c. 5 C. Th. de Canon. frument. (XIV, 15). Vid. infra not. *f*. Sec. Go. h. c. pertinet ad sq. tit. et concordat cum ea c. 4 h. t. et c. 1, 2, 4, 5 sq. tituli. — c. 31. Cod. Iust. XI, 58, 12, om. princ. et fin. Vid. infr. XIII, 11, 9, not. sup. — c. 32 coniungenda est cum c. 9 C. Th. de Curiosis (VI, 29), c. 23 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4), c. 19, 20, 21 C. Th. de Exaction. (XI, 7), c. 31 C. Th. de Susceptor. (XII, 6). Putat Go. cum h. c. cohaerere etiam c. 22 et 24 C. Th. de Cohort. (VIII, 14); illae autem leges eodem quidem die et de eadem re, sed ad alios magistratus datae sunt. Sec. Go. h. c. ex parte concordat c. 34 h. t.

---

ex c. 7 C. Th. de Metatis (VII, 8) em. *Iun.* Vid. c. 3 C. Th. cit., not. *r.* s) 4, Til. Cui. 1, 2 — Ri*. *Stilichone.* t) Til. *ali | uid*, mendose. u) Go. em. *indiceretur* aut *indicatur*; hoc praefert, recte. Ita c. 1 C. Th. de Indict. (XI, 5) *indici.* v) 4 *ei*, sed rubro col. add. *r.* x) Go. in not. h. l. ita restituit: *Sed et, ut* etc., sine necess. Est v. *scilicet* etc. referendum ad exordium legis. y) Go. em. *provincialis*, (neque enim Numidiam proconsularem fuisse, sed Consulari paruisse) aut *Proconsularis et Numida*, id est tam Proconsularis Africae scil. quam Numidiae. Be. cj. *Numidia.* *) Be. in not. inser. *se.* z) Cum vv. *quinos denos* incipit fol. 130[a] cod. 4. a) 4, Til. — Lugd. *Fravito.* Aur. Lugd. *Cons.* aa) Ri. *Impp.*, err.; sed corr. in Add. T. IV. Cui. 2, 2* *Sapiadiano.* b) Go. recte em. *qui*, expuncta litera *d*, quam ex sequentis vocis occasione hic infartam esse dicit. c) 4 *fuerit*, sed a libr. add. *n.* d) Be. *Altini.* e) Aur. Lugd. om. *et.* f) Go. add. ann. 405. Ri. Ri*. om. annum. Go. enim et propter argumentum et propter subscriptionis similitudinem, et quod Honorius his coss. Ravennae versatus est, h. c. coniungendam esse putat cum c. 5 C. Th. de Canone frument. (XIV, 15). Vult igitur pro subscriptione h. c., quam falsam esse arbitratur, reponi subscriptionem c. 5 cit. *Dat. prid. Non. Sept. Altino, Theodoro V. C. Cons.* (399.), quo consule Honorius Patavio digressus mense Septembri Altini fuit. Sed non modo invertitur contra rationem C. Th. series constitutionum, verum etiam ipse Go. nihil impedire concedit, quominus Honorius et Altini anno 406 aliquando consistere potuerit. *) 4, edd. ante Be. *Seleucho.* g) 4 *cogetur*, sed a libr. supr. *e* add. *i*, emendatur igitur *cogitur*; edd. *cogetur.* Restitui *cogitur*, et ita iam Go. et Be. em. in not. h) Hinc inc. c. 12 Cod. Iust. cit. i) Cod. Iust. *destitutionibus esse retinendum*, sed Cui. *destitutione.* k) Cum v. *praediorum* incipit fol. 130[b] cod. 4, estque in ima pagina numerus quaternionis literis *IH* expressus. l) 4, Til. — Ri. *despectione.* Cod. Iust. *despectione* (Hal. *defunctione*). In m. Cui. 1 — Cui. 2*. Cui. in Cod. Iust. Go. in not. Ri*. Be. *defectione* et ita in libro Auredani reperit Charondas. Recte. Vid. etiam supra V, 13, 30, not. *v.* Mox 4, edd. ante Be. *hisdem.* m) Cod. Iust. *retinentur.* n) *esse* deest in cod. 4, sed supr. lin. add. flavo colore. o) Nonn. edd. Cod. Iust., veluti Cui. *nec.* p) Seqq. des. in Cod. Iust., non improb. Go. q) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *pensitatione.* Go. legi vult *pensitationi*, ut habent Aur. Lugd. et edidit Be.; recte. Falso Be. dicit, etiam in Cui. 2 esse *pensitationi.* r) Cod. Iust. *Ravennae.* s) Recte Go. Be. in annot. rep. *IX.* *) Aur. Lugd. *Karthaginensi.* t) Ita cod. 4 et Til. — Ri. Be.; Ri*. *fraudium paret.* Go. in annot. prop. *fraudium quid paret*: vel *fraudem paret*, vel *fraudi iam pareat.* In comm. defendit coniecturam *fraudium quid paret*, recte, etsi propter aetatem huius legis vulgata scriptura pro *fraudulentus depraedator appareat*, ferri potest. Vv. *si — pareat* in edd. Til. — Cui. 2* uncis inclusa sunt. u) Go. ann.: „A susceptore."

devotio cognitor potuerit aperiri[v]: scilicet remotis omnibus, qui ad exactionem provincialium exquisita lucra captare festinant. *Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio*[x] *V. AA. Coss.* (412.)

33. *Imp. Theodosius*[y] *A. Isidoro Pf. P. Illyrici.* Id ab unaquaque provincia censuimus[z] expetendum, quod ab iisdem[a] nuper esse promissum *) tua sublimitas indicavit. Ut vero nullus de cetero[b] ad possessiones eorum (quod maxime reformidant[c]) inspector accedat, Macedonum reliqui[d] exemplum secuti mediae quantitatis, ut obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. Sed Achivi[e], qui protestati sunt, nihil a se ultra tertiam partem[f] posse conferri[g], illud exsolvant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quae dispositio in perpetuum observanda[h] initio indictionis octavae congruum sumere debebit exordium.[i] Sacrosancta Thessalonicensis ecclesia civitatis excepta, ita tamen, ut aperte sciat, propriae tantummodo capitationis modum beneficio mei numinis sublevandum, nec externorum gravamine*) tributorum rem publicam ecclesiastici nominis abusione laedendam. *Dat. VI. Id. Oct. Constantinopoli, Victore V. C. Cos.***) (424.)

34. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Celeri*[k] *suo salutem.* Nunquam pro dissimulatione iudicum compulsore aut opinatore[l] Africanus possessor[m] mittatur in praedam, sed quattuor mensium[n] ab edicti publicati die indutiis datis aurum a possessore capitolio studio spontaneae devotionis sancimus inferri: ultra id tempus si tarditas afferatur, tunc militi debiti postulati delegandam esse rationem. Quae pietatem nostram viri spectabilis Bubuli[o], comitis et legati, decernere coegit eloquium. *Dat. V. Kal. Mart.*[p] *Ravenna, post cons. Felicis et Tauri.* (429.)

35. *Iidem AA. Volusiano Pf. P. Post alia:* Ne provinciales, ad quorum utilitates spectat omnis haec nostra provisio, a devotione revocet nimia securitas, et solvendi voluntas cessent necessitates summota, ea, quae[q] nostro aerario pensitantur, hac ratione dissolvent, ut omni modo ante, quam elabatur indictio, annua tributa gratus beneficiis nostris possessor exsolvat. Si quis vero solutionem voluerit in tempora longiora differre, hunc provinciae rector omni exactionis acerbitate[r] compellat etc. *Dat.*[s] *XVI. Kal. Mart. Ravenna, post cons. Felicis et Tauri.* (429.)

36. *Iidem AA.**) *Flaviano Pf. P.* Excepto patrimonio pietatis nostrae, cuius quidem reditus necessitatibus publicis frequentissime deputamus, universos possessores functiones[t] in canonicis et superindicticiis[u] ti-

— c. 33. Cod. Iust. X, 16, 12. Balsamo Paratitl. I, 2 (in Voelli et Iustelli Biblioth. iur. can. T. II, p. 1252). Leunclavius in Notat. I, 59 (in Thes. Otton. T. III, p. 1490). Ultima h. c. pars geminatur in Cod. Iust. I, 2, 8. Vid. infr. XI, 12, not. sup. — c. 34 coniungenda est cum c. ult. C. Th. de Appellat. (XI, 30) et sec. Go. cum c. 185, 186 C. Th. de Decur. (XII, 1). Vid. infr. not. *p*. Sec. Go. c. 32 h. t. ex parte concordat cum h. c. — c. 35 coniungenda est cum c. 32 C. Th. de Suscept. (XII, 6). Vid. infra not. *s*. — c. 36. Cod. Iust. XI, 74, 5 om. fin. Vid. infra XI, 12, not. sup.

Be. em. *abnegare.* An *abnegandi?* v) V. *aperiri* deest in cod. 4, sed supr. lin. add. flavo colore ab ant. manu. x) 4 *Thed.* y) Nonn. edd. Cod. Iust. in c. 8 cit. *Carus* et in c. 12 cit. *Impp. Theod. et Valentin. AA.*, recte improb. Go. Cf. Dirksen l. c. p. 336 et Herrm. in not. c. 8. Zirardin. l. c. p. 278, not. z) c. 12 Cod. Iust. cit. *censemus.* a) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* *) Cum v. *tua* incip. fol. 131[a] cod. 4. b) c. 12 Cod. Iust. cit. *indicavit. Nullus vero de cetero,* impr. Go. Til. — Lugd. *decetero.* c) Cod. Iust. *formidant.* d) Go. ann.: „Id est, Macedones omnes seu Macedoniae dioeceseos provinciae omnes, Achaia sola excepta. Quanquam involuta hic constructio (pariter ut mox infra *Sacrosancta Thessalonicensis Ecclesia civitatis*) ita evolvenda: *Macedonum exemplum reliqui secuti.*“ 4 *Machedonum.* e) Go. ann.: „Ita quoque veteres *Cod. Iustin.* et *Paratitla Graeca*, quomodo et Accursius legit: Male vulgo *Sed et hi.*“ Etiam Cui. in Comm. c. 12 cit. l. c. p. 250 pro *Sed hi* rep. vult *Achivi.* f) Be. *patrem*, err. typ. g) 4, Til. — Ri*. *conferre.* Coniecit iam Rein. in notis et recte deinde restit. Be. de consilio Go. ex Cod. Iust. *conferri.* Verum tamen est, quod Go. dicere non omisit, servata scriptura codicis 4, sed supra inducta praepositione *a* ante *se*, locum emendari posse. h) c. 12 Cod. Iust. *observabitur.* *Sacrosancta* etc., et om. *initio — exordium.* i) Hinc incip. c. 8 Cod. Iust. cit.: *Sacrosancta Thessalonicensis civitatis ecclesia aperte sciat* etc. Ad vv. *mei* et *externorum* cf. Dirksen l. c. p. 336. *) Go. in comm. prop. *levamine*, etsi non impr. *gravamine.* **) Aur. Lugd. Ri*. *Conss.* k) Dignitas deest etiam in c. ult. C. Th. de Appell. cit. Add. ex c. 185 et 186 C. Th. de Decur. citt. *Proc. Afric.* l) Rein. et Be. de cj. Go. reponi iubent *compulsori — opinatori.* Praeterea Go. prop. *de compulsore aut opinatore*, vel addi vult v. *misso.* Praefero cum Be. primam cj. m) Cum v. *possessor* incipit fol. 131[b] cod. 4. n) 4 *mensum*; rubro col. add. *i* (mensium). o) Go. Be. em. *Bubulci.* Bubulcus nominatur in c. 186 C. Th. de Decur. (XII, 1). Rein. legi vult *Eubuli*, a. 436 Pf. P. Rectius *Bubulcus.* Cf. Ritteri Praef. T. IV. Codicis Th. fol. 2[a]. p) Go. et hic et in c. ult. C. Th. de Appell. (XI, 30) em. *Maii*, ut hae constitutiones coniungantur cum c. 185 et 186 C. Th. de Decur. (XII, 1). Verum in omnibus his legg. leg. est *Mart.* Alias haec c. fieret recentior sq. lege, uti iam aliquantulum recentior est per vulg. scripturam. Vid. infra not. *s*. Ex legg. citt. add. *Ravenna.* Ceterum 4 *pos conss.* q) Til. *voluntas, cessent necessitates submota ea quae.* Cui. 1 — Cui. 2* *voluntas, cessent necessitates, submota ea quae.* Go. Ri. *voluntas cessent necessitates, submota ea quae.* Go. in not.: „*γρ.* et interpunge sic: *et solvendi voluntas cesset necessitate submota, ea quae nostro.*“ Emendatio Go., probabilis profecto, recepta est in Ri*., solo commate omisso post *submota.* r) 4, Til. — Ri*. *aceruitate.* s) Cum v. *Dat.* incipit folium 132[a] cod. 4. Rep. est ex c. 32 C. Th. de Suscept. (XII, 6) *III.*, turbata ut series legum restituatur sec. rationem C. Th. (vid. supr. not. *p*), et coniungatur h. c. cum c. 32 cit. Non recte Go. in Chron. h. a. p. CXCVIII. in c. 32 pro *III.* ex hac c. reponit *XVI.* *) In Cod. Iust. rep. imperatorum nomina. t) 4, Til. — Ri*. *functionis.* Rein. et Go. in not. em. ex Cod. Iust. *functiones*, quod Be. recepit. u) Cod.

tulis absque ullius beneficii*) exceptione agnoscere oportere censemus[v]. Igitur tua sublimitas, pragmatici nostri statuta custodiens, indifferenter cunctum possessorem, obnoxium videlicet publicae functioni, ad subeunda[x] designatione distributa[y] compellet. *Dat. III. Kal. Maii Ravenna*[z], *Basso et Antiocho Coss.* (431.)

37. *Iidem AA. Dario Pf. P.* Praeteritis, utcunque impetrata sunt, in suo statu manentibus, quoniam munificentiam principalem nefas est revocari, in posterum, excepto Cyro, reverendissimo[a] Afrodisiensium civitatis episcopo (cuius tanta sunt merita, ut etiam contra generalem huius modi[b] sanctionem speciali beneficio perfrui non vetetur[c]), quicunque per annotationem[d] nostram in auro voluerit tributa dependere, communicata aestimatione quinquennii[e] sterilitatis ac foecunditatis, pro foro rerum venalium habita ratione, ex eadem summa, quae eiusdem quinquennii perpensis frugibus colligitur, partem quintam pro annis singulis solvere compellantur[f]. *Dat. V. Kal. Sept.*[g] *Apameae, Isidoro et Senatore Coss.* (436.)

TIT. II. TRIBUTA IN IPSIS SPECIEBUS INFERRI.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.* Scias, inhibitam esse apochandi licentiam, ita ut ne[h] ex praesenti[i] aut futuro vel praeterito sub hoc titulo nummus a provincialibus postuletur. *PP. pridie Id. Aug.**) *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

2. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Commoda cogitantes urbis aeternae, vini speciem[k] ita provinciales statuimus comportare, ut apochandi praesumptione damnata vina Romam portentur. §. 1. In tantumque[l] populi usibus[m] profutura provisionis nostrae emolumenta porreximus, ut etiam pretio laxamenta tribuantur. Sanximus quippe, ut per vini singulas qualitates detracta quarta pretiorum, quae habetur[n] in foro rerum venalium, eadem species a mercantibus comparetur. *Dat. X.**) *Kal. Nov.*[o] *Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

3. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Probianum Pf. U.* Vinum, quod solennis expressio*) popularibus commodis ex provincialium collectione[p] desiderat, illico suscipiatur[q] advectum, ut erogationis pro tempore cura praestetur, ut[r] ea vina populi usibus erogentur, quae natura sua processu[s] temporis ferre non possunt. Quod peraeque in omni vino, quod ex urbicaria regione confertur, observandum esse censemus. *Dat. XIV.*[t] *Kal. Oct. Treviris*[u], *Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.* (377.)

4. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.* .....[v] Earum rerum, quae in praebitionibus canonicis vel debitis ex more poscuntur, non sunt pretia specierum, sed ipsae, quae postulantur, species inferendae; scilicet ut (quod maximum est, et unde omnis solet querela procedere) in annonario quoque[x] titulo species annonarias solvant, neque sub taxationibus[y] pretiorum dispendiosis occasionibus acquiescant. Nam et accipientem et dantem illicitae transactionis reatus involvet etc.[z] *Dat. prid. Kal. Febr. Beryto*[a], *Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

5. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius*

— c. 37 coniungenda est cum c. ult. C. Th. de Indict. (XI, 5). Sec. Go. pertinet ad sq. tit. Hanc c. Baron. non retulit ad ann. 436, etsi eam commemorat ad ann. 431, n. 37.

Tit. II. Sec. Go. ad h. t. pertinent c. 8, 30, ult. super. tit., c. ult. C. Th. de Coll. aeris (XI, 21), c. 5 C. Th. de Can. frum. urb. Rom. (XIV, 15). — c. 1 concordat sec. Go. cum c. 4 et 30 super. tit. et cum c. 2, 4, 5 h. t. — c. 2. Vid. c. 1 h. t., not. sup. Pars huius legis Go. videtur fugitiva esse. Vid. infra not. *l*. — c. 3 sec. Go. fugitiva est. — c. 4 coniungenda est cum c. 19 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1) et c. 2 C. Th. de Publ. compar. (XI, 15). Vid. c. 1 h. t., not. sup. — c. 5. Vid. c. 1 h. t., not. sup.

Iust. *in superindictis tit.* et om. *canonicis et.* *) 4 *beficii*, mendose. v) Seqq. des. in Cod. Iust. x) Til. Cui. 1 *ad* - | *subeunda.* y) 4 *ristributa*, sed a sec. man. em. *distributa.* z) Cod. Iust. *Ravennae.* Nonn. leges h. a. habent *Antiocho et Basso.* Cf. Zirardin. l. c. p. 435. a) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2*. Go. *reverentissimo.* Aliter res est supra VI, 4, 21, §. 6, not. *. Mendose Aur. Lugd. *reverentisimo Asifrodisiensium*, Cui. 2, 2* *Afrodiesium*, Go. *Afrodiscensium.* b) Hinc incip. fol. 132[b] cod. 4. c) Cui. 2, 2* *veretur.* In Til. — Cui. 2* vv. *excepto Cyro — vetetur* uncis inclusa sunt. d) Go. *Adorationem*, mendose. e) 4 *quiverit* pro *quinquennii*, sed a sec. manu deletur *verit*, et supra scribitur *nquennii* (quinquennii). f) Be. in ann. rep. *compellatur.* g) 4 *Septenb.* Go. in Chron. h. a. ann.: „vel *Apamiae.*" Aur. Lugd. err. *Sanatore.*

h) Be. em. *nec*, sine necessitate. i) 4 *praesente*, sed a sec. manu em. *praesenti.* *) Deest locus. k) Hinc incipit fol. 133[a] cod. 4. l) Til. — Cui. 2* *intantumque.* Haec pars legis sec. Go. fugitiva est. m) 4 *uisibus*, sed rubr. col. deletur *i* post *u* (usibus). n) Be. cj. *habentur*, recte. *) Ita 4, Til. — Ri*. Err. Be. *XI.* o) Go. in Chron. pro *Nov.* vult *Sept.* et in annot. h. c. *Septemb.* vel *Octob.*, quia mense Nov. Valentinianus ex Italia Parisios venerat. *) Haec v. Go. vetat ne mutetur in *expensio.* Expressionem enim esse indictionem, descriptionem, praeceptum, edictum. Similiter c. 36 sup. tit. *designatio.* p) Sec. Go. ferri potest, etsi alius mavult *collatione.* q) Aur. Lugd. *suscipitur.* Val. em. *percipiatur.* r) Go. em. *et*, recte. s) Go. Rein. Be. em. *processum*, recte. t) In vv. *Dat. XIV.* incipit fol. 133[b] cod. 4; edd. *Dat. XV.* u) Hinc Go. dicit apparere, hanc legem tribuendam esse Gratiano. v) Vid. c. 19 cit., not. *d*, *g*. Si recte se habet Go. et Be. em., in sq. c. repon. est *Iidem AAA.* In cod. 4, Til. — Cui. 2* nullum est lacunae signum. Go. Ri. duodecim ponunt puncta, Ri*. undecim, Be. sex. Pro edicti Theodosiani parte hanc c. Go. habet. x) Go. ann.: „An *quoquo?* Non adeo necesse est. *Quoque*, pro *quocunque*: vel *quoque*, pro *etiam*". Cf. etiam in commentario Go. Est a *quisque.* y) Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *subtaxationibus*, impr. Go. z) Quae contineri Go. dicit c. 19 et 2 citt. a) 4, Til. — Lugd. *Byritho.* Cui. 2 — Ri*. *Biritho.* Be. *Berythi.* Mox 4 *consulibus.* Ceterum vid. c. 19 cit., not. *d*.

AAA. *) *Cynegio Pf. P.* Ne quis pro speciebus annonariis pecunias existimet inferendas; scientibus cunctis, quod si quis contra hanc serenitatis nostrae legem captiosum aliquid putaverit perpetrandum, securitatibus [b] hoc modo editis eos esse carituros. *Dat.* [c] *XV. Kal. Ian. Constantinopoli, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

TIT. III. SINE CENSU VEL RELIQUIS FUNDUM COMPARARI [d] NON POSSE.

1. *Imp. Constantinus A. ad Antonium* [e] *Marcellinum Praesidem provinciae Lugdunensis primae.* Rei annonariae emolumenta *) tractantes, ut cognosceremus [f], quanta reliqua per singulas quasque provincias et per quae nomina ex huius modi pensitationibus resedissent, cognovimus, hanc esse caussam maxime reliquorum, quod nonnulli, captati [g] aliquorum [h] momentarias necessitates, sub hac conditione fundos opimos comparent et electos [i], ut nec reliqua eorum fisco inferant, et immunes eos possideant. Ideoque placuit, ut, si quem constiterit *) huius modi habuisse contractum, atque hoc genere [k] possessionem esse mercatum, tam pro solitis [l] censibus fundi comparati quam [m] pro reliquis universis eiusdem possessionis obnoxius teneatur [mm]. *Dat. Kal. Iul. Agrippinae, Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* [n] (319.)

2. *Idem A. Acacio Comiti Macedoniae.* Mancipia adscripta censibus intra provinciae terminos distrahantur, et qui emptione dominium nacti fuerint, inspiciendum [o] sibi esse cognoscant. Id quod in possessione quoque servari rationis est [p]; sublatis pactionibus eorundem [q] onera ac pensitationes publicae ad eorum sollicitudinem spectent, ad quorum dominium *) possessiones eaedem migraverunt. *Dat.* [r] *III. Kal. Mart. Thessalonica* [s], *Constantio* [t] *et Maximo Coss.* (327.)

Tit. III. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. III.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—18, 20, 21, 24—30, 32—34, 36—40, 42—45, 49, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. II.* Cod. 31 *Tit. I.* Vid. tit. primum h. libri, not. sup. In Cod. Iust. hic titulus est XLVII. libri IV. Convenit ei sec. Go. c. 2 C. Th. de Contrah. empt. (III, 1) et c. 26 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). L. R. Burg. tit. XL. — c. 1. Cod. Iust. IV, 47, 2 aliis omm., aliis additis. Vid. infra not. *f*, *mm* et supra c. 2 C. Th. de Contrah. empt. (III, 1), not. sup., infra XIII, 10, not. sup. Bou. l. c. p. 746. Buchholtz in ann. ad Vat. fr. §. 249 (p. 202) hanc c. cum sanctione dictae §. 249 cohaerere putat. — c. 2 sec. Go. concordat cum c. 14, 26 C. Th. de Ann. (XI, 1), c. 3 C. Th. De censu (XIII, 10), c. ult. C. Th. de Patroc. vic. (XI, 24).

---

*) Vid. c. 4 h. t., not. *v.* b) Incip. fol. 134 [a] cod. 4. c) Cum Go. haec c. non convenire videatur huic anno, quia Cynegius hoc tempore iam obierit, putat aut scribendum esse *Tatiano* pro *Cynegio*, aut *Dat.* pro *Redd.* habendum. Addit deinde, Theodosium M. hoc tempore Mediolani fuisse. Contra Go. vid. Reines. in not. ad Zosimi Hist. lib. IV. cap. 45 ed. Cellar. (ap. Ri. in Chron. C. Th. p. CXXX.) et supra VIII, 4, 17, not. *e.*

d) Permulti codd., etiam 4 *conparare*, sed in cod. 4 em. ab ant. manu. 15 *Sine censu non comparari fundum.* 25 *Sine c. v. r. f. comparare non audeant.* e) Rein. em. *Auxonium.* Cod. Iust. *ad Marcellum*, et des. reliqua. Ri*. om. *Imp.* *) Aur. Lugd. *emolumentū*, i. e. *emolumentum.* f) In Cod. Iust. om. *ut cognosceremus — resedissent.* g) Cod. Iust. *captantes.* Go. nihil mutandum esse dicit, recte. Vid. Salmas. in Solinum p. 39 edit. Traiectinae. Vat. Fr. §. 35: *alicuius calliditatibus adversabili emolumento persuasi.* Quid si leg. *captati al. momentaria necessitate?* h) 4, Til. add. *nomen.* i) Cod. Iust. *comparant* et om. *opimos* et *et electos*, impr. Go. *) 4 *onstiterit*, sed em. a libr. k) Cod. Iust. *atque hac lege.* l) 4, edd. *solidis.* Go. quod coniecerat *solvendis*, ipse reprobat. Cod. Iust. Val. in m. *solitis*, recte. Ita c. 4 C. Th. de Indict. (XI, 5) *devotionis solitae*; c. 2 C. Th. de Vectig. (IV, 12) *solitae praestationi*; c. 6 ibid. *octavas solite constitutas*; c. 24 C. Th. de Ann. (XI, 1) *species solitas.* m) Cum v. *quam* incip. fol. 134 [b] cod. 4. mm) In Cod. Iust. add. *cum necesse sit eum qui comparavit, censum rei comparatae agnoscere, nec liceat cuiquam rem sine censu comparare vel vendere*, desumpt. ex initio c. 2 C. Th. de Contrah. empt. cit. n) Go. — Ri*. om. annum. Cum enim Constantinus hoc anno non in Gallia constiterit, sed in Pannonia aut Dacia, Go. hanc legem refert ad ann. 312 (*Constantino A. II. et Licinio A. II. Coss.*) dicens ad Gallias et censum Gallicanum pertinere, eaque Constantinum indulgentias reliquorum concedere Lugdunensi primae, in qua Augustodunum, cuius nomine Eumenius orator Augustodunensis peculiari oratione gratias egerit anno 312. Contra Bou. monet, consules a Go. propositos non conciliari posse cum vv. subscriptionis: *et Licinio Caesare*, referendis nonnisi ad Licinium iun., qui anno 317 Caesar creatus sit; Eumenii panegyricum habitum esse non anno 312, sed 313; neque agi in hac lege de reliquorum remissione. Cum autem Constantinus hoc tempore *Agrippinae* non fuerit, fortasse reponendum esse *Aquileiae.* Aliter etiam Pagius scribit in Crit. ad ann. 313, not. XX. Constantinum toto anno 312 in Italia fuisse; orationem Eumenium recitasse non anno 312, sed ann. 311, quo Constantinus Quinquennalia dederit, quorum cap. 13 idem orator meminerit, egisse autem hunc gratias ob speciale tantum beneficium Augustodunensibus concessum, non ob generale, quod hac lege toti provinciae Lugdunensi detur. Refert igitur hanc legem ad ann. 313 (*Constantio A. III. et Licinio A. III. Coss.*). Cf. Reland. l. c. p. 302. Tillem. l. c. T. IV, Notes p. 128, n. XXX. servato anno 319, errorem quaerit in urbis nomine et pro *Agrippinae* em. *Aquileiae.* Quid quod Go. prop. in Chron. anni 319 *Aquileiae*, quamquam praefert annum 312. o) Go. Be. excidisse putant v. *censum* occasione ultimarum syllabarum paene geminarum antecedentis vocabuli, sed in Gloss. Go. et Glück l. c. T. XVI, p. 134 *inspicere* explicant: agnoscere tributa. Fortasse explicari potest v. *inspiciendum:* cognoscant mittendos inspectores, qui aestiment dominium. Cf. c. 31 C. Th. de Annona (XI, 1) vv. *Electos — aestimetur.* p) Go. em. *est: ut* (vel, *et*) *sublatis;* sine necessitate, modo plene interpungitur. q) Sec. Go. add. *emptorum*, aut rescrib. *earundem* (possessionum) *onera.* Hoc prob. Westphalio de Emptione et venditione §. 630. Nihil mutandum est. *Eorundem*, i. e. eorum, qui pacti sunt. *) Ri. mendose *domiminium.* r) Sec. Go. pro *Reddita.* Thessalonica enim fuit metropolis Macedoniae, cuius comiti haec lex inscribitur. s) 4, Til. Cui. 1, 2, 2* *Thessall.*, reliqui *Thessal.* t) Be. recte em. *Constantino.* Vid.

3. *Imp.*[u] *Iulianus A. ad Secundum Pf. P.* Omnes pro his agris, quos possident, publicas pensitationes[v] agnoscant; nec pactionibus contrariis adiuventur, si venditor aut donator[x] apud se[y] collationis sarcinam pactione[z] illicita voluerit retinere, et si[a] necdum translata sit professio censualis, sed[b] apud priorem fundi dominum[c] forte permaneat*), dissimulantibus ipsis, ut non possidentes[d] pro possidentibus exigantur[e]. *Dat. XIV.*[f] *Kal. Mart. Antiochiae, Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* (363.)

Interpretatio. *Fundum nullus audeat comparare**), *sed omnes pro his agris, qui ad eos quoquo modo pervenerint, publici canonis*[g] *impleant functiones. Nec de solutione tributi cuicunque liberum sit pacisci, sed sive donetur ager, sive vendatur, factus dominus integra rei tributa suscipiat.*

4. *Idem A. Edictum. Post alia:* Dominum, qui fructus capit, tributa exigi iustum est. *Dat. III. Kal. Mart* *) *Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.*[h] (363.)

5. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius*[i] *AAA. Tatiano Pf. P.* Quisquis alienae rei quoquo modo dominium consequitur, statim pro ea parte, qua possessor fuerit effectus, censualibus paginis nomen suum[k] postulet annotari, ac se spondeat[l] soluturum; ablataque molestia de auctore, in succedentem capitatio[m] transferatur. *Dat. XV.*[n] *Kal. Oct. Constantinopoli*[o], *Tatiano et Symmacho Coss.* (391.)

Interpretatio. *Quicunque cuiuslibet rei dominium**) *quolibet ordine acquisierit, continuo pro*[p] *ea parte, qua possessor effectus est, publicis libris nomen suum petat adscribi, ac se promittat tributum agri, cuius possessor est, soluturum, ut remota de auctore, id est de**) *priore domino inquietudine, in praesentem dominum solutio transferatur.*

TIT. IV. NE COLLATIO[q] PER LOGOGRAPHOS[r] CELEBRETUR.

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Modestum Pf. P.* Si quis collator[s] iugationem suam logographo commiserit, eam fisco noverit vindicandam. Quicquid[t] etiam vel in pretiis vel in speciebus aut aurum[u], ordinem delegationis oblitus[v], praetermissis susceptoribus aut horreis ad logographos detulerit, omne hoc amissurum se esse cognoscat, et exactionem[x] a se debito ordine deposcendam. Officiales autem, qui ex huius modi commerciis aliquid fuerint accepisse detecti, quae avaritia praecipitante captarant, exserta dupli animadversione redhibebunt; ipsis duntaxat logographis in pristinae conditionis discrimine permansuris, si quidem his pro omnibus poenis sufficiat assiduo tormentorum periculo subiacere. *Dat. prid. Non. April. Seleucia*[y], *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

— c. 3. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 3. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 1. Cod. Iust. IV, 47, 3. Bas. XIX, 14, 1. Sec. Go. coniungenda est cum c. 4 h. t., quae tamen differt et inscriptione et die, quo data est. Cf. c. 2 C. Th. de Dotibus (III, 13), not. sup. et not. *s*, c. un. C. Th. de Longa consuet. (V, 12), not. sup. et infra not. *f*. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 45, 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 26—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44. — c. 4. Cf. c. 3 h. t., not. sup. et not. *f*. — c. 5. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 5. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 2. Sec. Go. fugitiva est. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 39; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42—44.

infra XI, 7, 4. Mox Aur. Lugd. *Cons.* u) 4, Til. *Id.* (*Idem*) *A.* et Cui. 1 — Ri*. *Idem.* Be. iub. Go. ex Sich. Cod. Iust. recte rep. *Imp.*, quae est Br. Al. codd. scriptura. Nonn. codd. *pfū.* 25, Cod. Iust. *A. Secundo P. P.* v) 8, 15 *pensiones.* 16 *petitiones.* 20 *pensationes agn. et nec.* x) 6, 7, 10, 13, 14, 16 — 18 *venditae aut* (16 *ac*) *donatae.* 8 *vendita aut donata.* y) 20 add. *ipse.* z) 6, 7, 16, 17 *sarcina actione.* 8, 13, 14 *sarcinam actione.* 10, 18 *sarcina pactione.* 12 *sarc. actionem illicitam.* 20 *s. pactionis illicitam.* a) Cui. 2, 2* *et sic*, sed corr. a Rein. Mox Cui. 1 *transsata* et 6, 7 *censuales.* b) Supr. lin. in cod. 20 add. *sit.* Ibidem paullo post *priores.* c) 4, Til. — Ri*. *dominium*, quod Go. quidem sustineri posse dicit, sed iam Rein. recte mutaverat in *dominum*, ut exhibetur ap. Sich., in Cod. Iust., Br. Al. codd. et restitutum est a Be. 20 *dominum si forte permaneant.* *) Cum v. *permaneat* incip. fol. 135[a] cod. 4. d) 16 *non possidentibus.* e) Nonn. codd. *exigatur.* 25 *exequantur.* f) Ita 4, plerique codd. Br. Al. Sich. — Lugd. Go. in Chron. Cod. Iust. L. B. U.; Be. ex Cui. 2, 2*. Go. *XIII.* Ri. Ri*. *XII.* Sich. in m. *III.*, ut codd. 23, 36, 40 et c. 4 h. t. Mox nonn. codd. *Anthiociae — Salustio* aut *antiocia — psallustio*; om. etiam in nonn. codd. *A. IV.* *) „Sine censu scil." Go. g) 20 *publice canonum* supr. lin. Deinde 21 *ne* pro *nec.* *) c. 3 h. t. add. *Antiochiae.* h) Aur. Lugd. *Cons.* i) Aur. Lugd. *Imp.* Go. Be. inscr. *Valent. Theod. et Arcad.* Nonn. codd. om. *AAA.*, alii habent *Archadius, Taciano et praeposito* pro *Pf. P.* k) 14 *nominis sui.* In 20 add. *possessor.* l) 4, Til. — Lugd. *ac respondeat.* Sich. *ac se respondeat.* Mox 12 *oblatumque* et 25 *ablatamque molestiam.* m) 6, 7, 10, 16 — 18 *in succedente ut cap.* 21, Sich. *in succedentem ut cap.* 15 *de auctoritate in s. captatio tr.* n) 33, 34, cod. Par. 4403[b] *XII.* 20 *V.* o) *Constantinopoli — Coss.* om. in cod. 8 et *Constantinopoli* in cod. 31. Nonn. codd. *Ticiano, Symaco, Simaco, Simmacho.* Aur. Lugd. *Cons.* *) 6, 7 *cuilibet rei dominus.* p) Ri. Ri*. om. *pro.* *) 6, 7, 20, 21 om. *de.* q) Cui. 1 — Lugd. hic et in ind. titul. *Ne Conlocatio*, impr. Go. r) 4, Til.—Ri*. *logografos* et hic et in ipsa lege, ubi etiam *logografo*, *logografis.* s) Hinc incipit fol. 135[b] cod. 4. t) Go. em. *Qui, quid*, etsi *Quicquid* ferri posse concedit. Non debebat Go. in dubium vocare vulgatam scripturam. u) Go. ann.: „Ferri potest; quanquam alius forte malit, *auro.*" v) 4 *oblitas*, sed corr. a sec. man. x) Ri. Ri*. *et actionem.* y) Be. *Seleuciae.* Aur. Lugd. *Cons.*

TIT. V. DE INDICTIONIBUS.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Pompeiano Proconsuli Africae*[z]. Id tantum, quod est necessarium intra Africam militibus consistentibus, [a] provincialibus iubemus indici, ac iuxta matricularum[b] fidem, quod exigit ratio, postulari; ita ut, si quid erogationibus redundarit in speciebus diversis vel praebitione vecturisque[c], id futurae indictioni collationique proficiat. *Dat. V.*[d] *Kal. April. Vincentio et Fravitta*[e] *Coss.* (401.)

2. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio Pf. P.* Omnes omnino quocunque ex[f] titulo possidentes, quod delegatio superindicti[g] nomine videtur amplexa, velut canonem[h] cogantur inferre, et[i], ne qua sit dubietas, hac aperta[k] definitione decernimus, ut id potius canonis vocabulo postuletur. Nulla igitur domus vel sacri patrimonii vel emphyteutici iuris vel hominum privatorum, etiamsi privilegium aliquod habere doceantur, ab hac necessitate seiuncta sit[l], quae iam non extraordinarium, ut hactenus, sed ipsis[m] facientibus canonicum nomen accepit. *Dat. VII. Id. Ian. Ravenna*[n], *Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

3. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Isidoro Pf. P.* [o] Cum omnis hoc Aegyptiaci tractus possessoribus conducibile videatur, ut[p] ante Kal. Maii praedelegatio manifestetur in locis, ne per ignorantiam collatores, ad anni prioris*) exemplum, ante delegationem missam ea cogantur exsolvere, quae postmodum indebita, missa delegatione, forsitan provocavit[q] eventus; scriniariis videlicet sedis excelsae modis omnibus ordinata salubriter impleturis, ita ut augustaliani officii et cohortalis et defensoris discrimine in locis celeberrimis per dismenstruum[r] tempus ad omnium perveniat notionem. *Dat. prid. Non. Iun.*[rr] *Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.* (436.)

4. *Iidem AA. Dario Pf. P.* Particulari delegationum notitia ante indictionis exordium singulis transmissa provinciis[s], collationis modum a possessoribus multo ante prospectum devotionis solitae[t], non subitis[tt] calumniis, tua sublimitas faciat imputari[u], ut et provincialibus subeundi dispendia[v] necessitas auferatur, et officiis ingerendi[vv] damna licentia denegetur. *Dat. V. Kal. Sept. Apameae*[x], *Isidoro et*[y] *Senatore Coss.* (436.)

TIT. VI. DE SUPERINDICTO.[z]

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.* [a] *ad Proconsules, Vicarios omnesque Rectores.* Nihil

---

Tit. V. Cod. Iust. X, 17. — c. 1 sec. Go. coniungenda est cum c. 26 (Ri. err. c. 29) C. Th. de Erog. mil. ann. (VII, 4), c. 63 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5), c. 29 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1) et fortasse cum c. 28 C. Th. de Suscept. (XII, 6). Vid. c. 63 et c. 29 citt., not. sup., infra not. *z* et *d*. Similis tantum est c. 29 cit. Go. h. c. fugitivam esse putat. Summaria C. Th.: „*Habetur hoc libro similis tit.* 1. *c.* 29." — c. 2 sec. Go. concordat cum c. 5 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). Cod. Iust. X, 17, 1. Cui. Comm. ad tres postr. Cod. Iust. libr. l. c. p. 252. — c. 3 coassanda est cum c. 189—191 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 2 C. Th. de Frumento Alexandr. (XIV, 26), c. 2 C. Th. de Alexandr. pleb. primat. (XIV, 27) et sec. Go. cum c. 192 C. Th. de Decur. (XII, 1). Concordat c. 4 h. t. Vid. infra not. *rr* et XI, 28, 17, not. sup. et not. *ff*. — c. 4 coniungenda est cum c. ult. C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1). Cod. Iust. X, 17, 2.

Tit. VI. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. VI.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—18, 20, 21, 24—30, 32—34, 36—40, 42—44, 46, 49, Sich. Aeg. *Tit. III.* In L. R. U. hic tit. deest aeque atque in cod. 31, sed in hoc codice oscitatione, ut videtur librarii; nam verus numerus apponitur sequenti titulo. Cod. Iust. X, 18. Cui. in Comm. Cod. Iust. l. c. profert Ed. Athal. IX (?). Go. ann.: „Cum hoc *Titulo* committendus *Titulus inf. de extraordinariis muneribus*: cuius Tituli *leges* ut complures huc spectant, ita et nonnullae melius sub *hoc Titulo* collocatae fuissent." — c. 1. C. Th., Br. Al. codd. edd. *c.* 1, i. e. *c. un.* Cod. Iust. X, 18, 1. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44.

---

z) Leges 26, 63 et 29 citt. *Provincialibus provinciae proconsularis.* Differt igitur haec lex ab illis inscriptione. a) Incipit fol. 136 [a] cod. 4. b) Go. in not. *matriculae.* c) Go. in not. rep. *iuncturisque*, ut curatoricii equi designentur, de quibus c. 29 cit.; in comment. prop. *iuncturisque* vel *veterinisque.* d) Go. Be. ex legg. in not. sup. dictis rep. volunt *prid.*; non recte; nam illae datae sunt ad provinciales, haec ad Pompeianum proconsulem Africae. c. 28 cit. autem inscripta quidem Pompeiano, alio tamen mense data est: *IV. Kal. Mart.* Ceterum add. est *Mediol.* e) 4, Til. *Fravito.* Cui. 1 — Lugd. *Fravitto.* Aur. Lugd. *Cons.* f) In Cod. Iust. om. *ex.* g) Antea Cod. Iust. *super indictione videbitur*, non impr. Go., sed impr. Cui. l. c., qui C. Th. scripturam tuetur et Graecos ὀνόματι ὑπὲρ τὸν κανόνα habere refert. Cf. Dirksen l. c. p. 498. h) Cod. Iust. *canones.* i) Cod. Iust. *ut ne* aut *et ut ne qua.* k) Male Spangenb. in Cod. Iust. *aperte*; nam Hal. Cui. Cont. in Paris. Russ. habent *aperta.* l) 4, Til. — Ri*. *sint.* Cod. Iust. *doceatur — sit*; referuntur igitur haec vv. ad *Nulla igitur domus.* m) Go. ann.: „Ipsis, nobis scil." n) Cod. Iust. *Ravennae.* o) Incipit fol. 136 [b] cod. 4. p) Recte Be. ann.: „aut *ut* omitt., aut *iubemus*, *sancimus* vel simile verbum inser. videtur". Certe cum h. c. maioris legis lacinia sit, in iis, quae antecedebant hanc partem, simili modo dictum fuerit, opus est. *) Errore Ri*. *priori.* q) Go. Be. recte em. *provocabit*, neque Go. mutat in *revocabit.* r) 4, Til. —Lugd. *dismenstrum.* Go. cj. *bismenstruum* et Be. *bimenstruum.* rr) c. 192 C. Th. de Decur. cit. *Dat. prid. Non. Aug.* s) Vv. *indictionis — provinciis* des. in cod. 4, sed add. a sec. manu. Go. *provincis*, err. t) Go. em. *devotione solita* et Cui. in Comm. c. 2 Cod. Iust. cit. *devotioni.* Neutro opus est, cum ne Cod. Iust. quidem discrepet. tt) Cui. in Cod. Iust. et Hal. *subditis.* u) Go. vult *importari*, sine necess. In cod. 4 om. *ut*, sed add. a sec. man. v) Cod. Iust. *dispendii*, quod sec. Go. non necesse est; nam mox *ingerendi damna.* vv) Cod. Iust. *inferendi*, impr. Go. x) 4, Til. — Lugd. Cod. Iust. *Apamiae.* y) Incip. fol. 137 [a] cod. 4.

z) Nonnulli codd. *De Super Indicto.* a) Seqq.

superindictorum nomine ad solas praefecturae literas quisquam provincialis*) exsolvat; neque ullius omnino indictionis titulus[b], etiam solennis[c], immineat[d], nisi eum[e] nostro confirmata iudicio[f] et imperialibus nexa[g] praeceptis sedis[h] amplissimae deposcat indictio, et cogat exactio[i]. *Dat. VII.*[k] *Kal. Iun.*[l] *Mediolano*[m], *Antonio et Syagrio*[n] *Coss.* (382.)

Interpretatio. *Haec lex hoc praecipit*[o], *ut nullum per*[p] *rectores provinciae superindictum provincialibus imponatur, nisi forte ex hac re*[q] *processisse praeceptio dominica comprobetur. Tunc enim id, quod superindictum est, aut peti aut exigi poterit, quando a rerum domino cognoscitur constitutum*[r].

TIT. VII. DE EXACTIONIBUS[rr].

1. *Imp. Constantinus A. ad Aelianum Proconsulem*[s] *Africae. Post alia:* Ducenarii et centenarii sive sexagenarii non prius debent aliquem ex debitoribus convenire, quam a tabulario civitatis nominatim breves[t] accipiant debitorum. Quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet[u], ita ut, si quis in iudicio questus, quod indebite[v] exactus est, vel aliquam inquietudinem sustinuit, hoc ipsum probare potuerit, severa in exactores sententia proferatur. *Dat. Kal. Nov. Treviris, Constantino A. IV.*[x] *et Licinio IV. Coss.* (315.)

2. *Idem A. ad Pacatianum Vicarium Britanniarum*[y]. Unusquisque decurio pro ea portione[z] conveniatur, in qua vel ipse vel colonus vel tributarius eius convenitur et colligit; neque omnino pro alio decurione vel territorio conveniatur. Id enim prohibitum esse manifestum est et observandum deinceps, quo iuxta hanc nostram provisionem nullus pro alio patiatur iniuriam. *Dat. XII. Kal. Dec. Constantino A.*[a] *et Licinio C. Coss.* (319.)

3. *Idem A. ad Populum.* Nemo carcerem plumbatarumque verbera aut pondera aliaque ab insolentia iudicum reperta supplicia in debitorum solutionibus vel a perversis vel ab iratis iudicibus expavescat. Carcer poenalium, carcer hominum noxiorum est, officialium et, cum denotatione, eorum iudicum, quorum de officio coerciti citatiores esse debebunt[b], qui contra hanc legem

---

Tit. VII. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. VII.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—18, 20, 21, 24—34, 36—40, 42—44, 46, 48, 49, Sich. Aeg. *Tit. IV.* L. R. U. *Tit. III.* Vid. tit. VI. h. libri. Cod. Iust. X, 19. Go. ann.: „Concordat *huic* omnino *Titulus* 8. *libri* 8. *supr. de Exsecutoribus et Exactionibus;* quo etiam titulo *duae leges huius tit.* repetuntur, quod inter errores *huius Cod.* Conditorum quoque deputo. Coeterum duae Constitutiones ad *Ecclesiasticam* Historiam spectantes *hoc titulo* continentur: puta Valentiniani Sen. *lex* 10. Valentiniani Iun. *lex* 13.“ Folium XXV. codicis 1 s. totius palimpsesti fol. XXXVII., lacerum et maximam partem evanidum ap. P., priores h. t. leges comprehendit, et cohaesisse videtur cum fol. XXVI. codicis 1 s. totius palimpsesti fol. XXXVIII. Hoc recte coniectum esse vidi, postquam a Vesmio de ambitu folii certior factus sum. Vid. c. 4 h. t. — c. 1 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Annona (XI, 1) et sine dubio cum c. 1 C. Th. de Off. procons. (I, 12). Fortasse cohaeret etiam cum c. 1 C. Th. de Concuss. advoc. (VIII, 10) et c. 1 C. Th. de Advocato fisci (X, 15). Vid. supra I, 12, 1, not. *i*, VIII, 10, 1, not. *hh*, X, 15, 1, not. *m*. Cod. Iust. X, 19, 1 om. fin. Hauboldus in Promuls. cit. p. 22 (Opp. T. II, p. 926) cum h. c. cohaerere putat c. 2 Qui bonis (IV, 20). — c. 3 (err. in Ri*. dicitur *II.*) coniungenda est cum c. un. C. Th. de Commiss. rescind. (III, 2), c. un. C. Th. de Infirm. poen. coel. (VIII, 16) et sec. Go. cum c. 3 C. Th. ad Sc. Claudianum (IV, 11). Vid. c. un. C. Th. de Commiss. resc. cit., not. super. et infra XI, 9, not. sup. Cod. Iust. X, 19, 2 mut. Bas. LVI, 8, 2. Baron. ad ann. 320, n. 17. Gutherius de Offic. dom. Aug. III, 17. Sec. Go. concordat cum c. 7 h. t. Corn. v. Bynkershoek, Observat. I, 2.

---

inscr. vv. in nonn. codd. corrupte scripta sunt aut partim des. Sich. Cod. Iust. *Proc. VVCC. o.* (Cod. Iust. *et omnes*) *R.* 20 *Imppp. Gracianus Valens et Th. — vicarium omnes auctores*, sed *rectores* supr. lin. *) Nonn. codd. *provinciales.* b) 4, Til. *titulis.* 6—8, 10, 12, 14, 16, 18, 20, 21, 25, Sich. *tituli.* c) 20 supr. lin. *sublimes.* 6, 7, 21 et alii codd. Sich. *solemnes* s. *solennes.* Falso Ri. in cod. 20 *solennes* esse dicit. d) 20 (non 6, ut Ri. affirmat), Sich. *immineant.* In cod. 8 *immineat* translatum est post v. *nexa.* e) 10, 18 *ea.* 20 *eo.* Sich. *eam.* Cod. Iust. *cum.* f) 10, 18 *confirmata sit iudicio.* 13, 20 *confirmato iudicio.* 21 *confirmat a iud.* Sich. *confirmatam.* g) Sich. *nixam.* Cod. Iust. *nixa*, sed Cui. ut C. Th. h) 8, 20, 21 *sed his.* i) 20 *deposcatur ind. et cogatur exactio.* k) 6, 7, 9, 10, 12—14, 16—18, 21, 27, 30, 38, 39, 42, 44, Par. 4403[b], Sich. *XVII.*, sed Sich. in m. *VII.* 8, 32 *XVI.* 15 *XIV.* 20, cod. Fuld. *XV.* 43 *X.* Cod. Iust. *XVIII.* Aur. Lugd. *VIII.*, err. typ. Etiam Go. ann.: „*Alias VIII.* l) 36, 40, Sich. in m. *Ian.* Cod. Iust. *Iul.* 28 om. *Iun.* et 8 *Med. — Coss.* m) Edd. *Med.* 10, 18 *Mediolanis* et Cod. Iust. *Mediolani.* n) Nonn. codd. *Anthonio*; plerique *Siagrio* vel *Siacrio.* o) Ita plerique codd., inter eos 6—10, 18, 21 (21 *praecepit*), 42—44. 20 *H. l. vr. hoc.* Edd. *Ista lex praec.* p) Hanc interpr. Go. falsam esse dicit. 20 *rectore.* q) Nonn. codd. *ex actore.* 20 *ex ha re.* r) 6 *quando a rerum noscitur const.* 7, 21 *quando* (21 *qū*) *harum noscitur const.* rr) Cod. Iust. *De Exactoribus tributorum.* s) 4 *PU.* Til. — Lugd. *P. V.* In Cui. 2 tacite ex Cod. Iust. rest. *Procons.*, recte. Cf. c. 1 C. Th. de Praetor. (VI, 4), not. *u* et infra XI, 16, 1, not. *m.* Cod. Iust. om. *Post alia.* t) Cf. c. ult. C. Th. de Off. com. sacr. larg. (I, 10), not. *e.* u) Hinc incip. fol. 137[b] codicis 4. Seqq. om. in Cod. Iust. v) 4 *quaestus quod indebitae*, sed puncto supra add. em. *indebite.* x) Go. *III.* Vult autem *Const. A. III. et Licinio III. Coss.* (313.), quibus coss. h. c. profert in Chron. p. VII. Vid. c. 1 C. Th. de Off. proc. (I, 12), not. *i* et Go. in Prosopogr. v. *Aelianus.* Cod. Iust. *Treveris.* y) 4 *Brittaniarum.* z) Herald. Quaest. quot. I, 9, num. 4, Rein. em. *possessione*, impr. Go. a) Be. de cj. Go. in ann. add. *V.*, recte. Mox Go. — Ri*. *Cons.* b) Til. — Cui. 2* *carcer h. n. est officialium, et cum denotatione eorum iudicum, quorum* etc. Cui. 2 — Ri*. *et cum den. eorum iudicum quorum.* Locus impeditus, quem Cui. frustra tentavit restituere. Cod. Iust. *c. h. nox. est et officialium, et — quorum de officio certiores* (al. *correctiores*) *esse debebunt* Go. em.: „*et Officialium*

admiserint. Securi iuxta eam[c] transeant solutores: vel certe, si quis tam alienus ab humano sensu est, ut hac indulgentia ad contumaciam abutatur, contineatur aperta et libera et in usus hominum constituta[d] custodia militari[e]. Si in obdurata nequitia permanebit, ad res eius omnemque substantiam cives eius[f] accedant, solutionis obsequio cum substantiae proprietate suscepto*). Qua facultate praebita[g], omnes fore credimus proniores ad solvenda ea, quae[gg] ad nostri usus*) exercitus pro communi salute poscuntur. *Dat. Kal. Febr.*[h] *Constantino A. VI. et Constantino C. Coss.* (320.)

4. *Idem A.*[i] *ad Afros*[k]. Quoniam succlamatione[l] vestra merito postulastis[m], ne qua his, qui praestationes[n] fiscales differunt[o], reliquorum laxitas[p] proveniret, specialiter praecipimus observari, ut[q] res eorum, qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt[r], distrahantur: comparatoribus data firmitate perpetua possidendi etc. *) *Dat. XV. Kal. Iun.*[s] *Serdicae*[t], *Constantino*[u] *et Maximo Coss.* (327.)

Interpretatio. *Quicunque agrorum suorum tributa implere contemnent, agri eius, qui tributa sua contemnet**) *exsolvere, ab exactore vendantur, et qui comparaverint, firmissimo iure hoc ordine empta possideant.*

5. *Imp. Constantius*[v] *A. Nemesiano V. P.*[x] *Comiti largitionum.* Quoties quis[y] et privati debitor invenitur et fisci, et abreptus[z] ab uno officio teneatur: ad[a] uni-

— c. 4. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 4. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 1. Cod. Iust. X, 21, 1 om. pr. Bas. LVI, 8, 1. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 33, 34, 39; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32, 36, 38, 40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. In vv. *trahantur conparatorib.* incip. fol. XXV. cod. 1, totius palimpsesti fol. XXXVII., et pergitur in eo usque ad vv. *consuetudine servata region* c. 16 h. t. (vid. not. super. h. tit.). Diversitatem scripturae debeo Vesmio, viro clar., qui doctrinae laudem, quam sibi comparavit maximam, omni humanitatis studio auget. Ceterum vid. infra XI, 9, not. sup. Summaria C. Th.: „*Similis tit.* 9. *c.* 2." — c. 5. Cod. Iust. X, 19, 3. Baron. ad ann. 345, n. 1. Vid. etiam infra not. *z.*

(*cum denotatione eorum* Iudicum quorum *de officio coercere citatiores esse debebat*) *qui* (Officiales sc.) *contra hanc legem admiserint*" (Go. mend. *eoram*, *fficio* et Ri. *citatores*). Male haec a Go. emendata et peius explicata esse dicens Bynkershoek l. c. tuetur Cod. Iust. scripturam, quam constructione potius verborum quam corruptela difficilem ita expedit: „carcerem esse officialium et cum poena seu infamia huius modi Iudicum, qui officio suo non functi contra hanc legem admiserint. Vv. enim *de Officio debere certiores esse* significare officio suo non fungi." Gutherius l. c. ita hunc locum interpretatur, intactis omnibus: „quod scil. iudicibus existimationis macula seu nota imponatur, de quorum officio refraenati Exactores citatiores esse debuerunt, hoc est velocius ad tribunal citari, ut meritas luerent poenas: reos enim voce praeconis ad tribunal iudicum vocatos, unde citatus reus Papin. l. 10 D. de Public. iud. (XLVIII, 1)", qua interpretatione nihil absonum magis fingi potuisse videtur Go. Cf. Dirksen l. c. p. 498 sq. Equidem ex Cod. Iust. recipiendum esse duco *noxiorum est et officialium* et deinde legendum *coercitiones* pro *coerciti citatiores.* Suadent hanc em. libri mss. Cod. Iust., ubi *q. de officio cohertiones esse deb.* Venit etiam alia cj. in mentem: *Carcer poenalium*, *carcer hominum noxiorum est. Officialium et cum denotatione eorum iudicum*, *quorum de officio* (sc. *sunt officiales*), *coercitiones esse debebunt*, *qui* etc. Cum v. *coherciti* incip. fol. 138[a] cod. 4. c) Cod. Iust. *iuxta Praesidem*, prob. Bynkersh., sed impr. Cui. et Go. Cuiacio prob. script. C. Th.; Go. em. *eum*, scil. carcerem. Tenendum *eam*, h. e. iuxta legem. Iustinianus accommodavit legem ad aetatem suam. d) Cod. Iust. *usum — instituta.* e) Ita Ri*. Be. auct. Go. ex Cod. Iust.; 4, Til. — Ri. *militaris.* Ceterum Cod. Iust. *Si quis in* et Til. — Cui. 2* *militaris*, *si.* Go. — Ri*. colon ponunt post *milit.* f) Aur. Lugd. om. *eius.* Cod. Iust. *subst. exactor accedat* (vid. not. *c* antec.), prob. Bynkersh., sed impr. Cui. et Go. In sq. c. dicitur: „*comparatoribus data firmitate perpetua possidendi.*" *) Bynkersh. mavult *solutionis obsequio cum substantia pro portione suscepto*, non recte. g) In nonn. Cod. Iust. editionibus add. *exactori*, recte impr. Cui. et Go. gg) 4 *eaq*· *) Cod. Iust. *usum.* h) Recte Go. ex legibus cum hac c. coniungendis repon. *Dat. prid. Kal. Feb. Serdicae. PP. Kal. April. Romae.* 4, Til. — Lugd. Cod. Iust. male *et Constantio C.* i) Br. Al. codd. Sich. Cod. Iust. *Imp. Constantinus A.* k) In Cod. Iust. add. *Provinciales.* 10, 18 *ad Afrum.* l) 10, 20 *subclamationem vestram.* 25 *subclamationem nostram.* 4, Go. — Be. *subclamatione.* 21 *sub damnatione.* Til. — Cui. 2* *sub clamatione.* m) 6, 7, 16, 21, Sich. *postulatis.* 20 *postulantes.* n) 20 *ne qui sub praestationem.* 15 *ne qua pro his pr.* 16 *praestationis.* 21 om. *qui.* o) 10, 18, 25 *deferunt.* 15 om. *reliquorum.* p) 6—8, 10, 14, 16—18 *labitas* et 10, 15, 18 *provenerit.* 20 *provenire* et supr. lin. vel *possit.* q) Hinc incipit Cod. Iust. r) 10, 18 *defecerunt.* 25 *deferant d. c. dat firmitatem perpetuam* Cod. Iust. *d. perp. firm. poss.* et om. *etc.*, ut Sich. 1 *.tcetera.* Vid. not. super. *) Cum v. *Dat.* incip. folium 138[b] cod. 4., in cuius imo marg. est signum quaternionis *IΘ.* s) 28, 34, 36 *Iul.* t) Nonn. Br. Al. codd. *Sirdicae*, *Syrdicae*, *Sirdice*, *Serditiae*, *Sirice.* 8 om. *Serdicae.* u) Add. *Caes. V.* in Cod. Iust. ut in c. 2 C. Th. de Resp. prud. (I, 4), c. 2 C. Th. de Dilat. (II, 7). Puto ubique delendum esse *Caes. V.* 4, 6, 7, 10, 15, 16, 18, 20, 21, 36, Sich. — Lugd. *Constantio s. Constancio*, impr. Ri. 34, 38 *Constantinopoli*, err.; alii *Conscio.* 10, 18, 29 add. *Aug.* et 16 *CC.* post *Maximo.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* *) Go. — Ri*. *contemnent*, err. 20 *contemnit agri — contemnit* (ut 21). Ri*. om. *qui* post *eius* et habet deinde *exactione* pro *exactore.* Mox 20, 21, edd. *firmo.* v) Go. Be. in not., Ri. in not. c. sq. rep. *Impp. Constantius et Constans AA.* h. et sq. lege. A C. Th. non differt Cod. Iust.; videtur igitur lex soli *Constantio* tribuenda esse, uti sequens h. t. lex soli *Constanti.* Iam vero in seq. lege librarii compendii et nominis similitudine seducti, reposuerunt *Idem A.* pro *Imp. Constans*, qui solus illius legis auctor est. Go. *Constantinus*, err. x) Id est *viro perfectissimo.* Baron. *Praefecto urbi*, impr. Go. et Tillem. l. c. p. 139, not. 1. Praeterea Go. vituperat eos, qui *V. I.*, id est *Viro Illustri* tentant, et Cuiacium, qui *Com. Sac. Lar.* edidit (om. *V. P.*). y) Non audio Be., qui mavult *qui.* V. *privati* Go. interpretatur: *privatae rei Principis*, recte. z) Ita 1 et, omisso v. *et*, Be. ex Cod. Iust.; 4, Til. — Ri*. *fisci arreptus.* Sed 1 *abreptus.* a)

versi debiti solutionem, qui eum abstulit, coarctetur[b], ac totius summae exactionem in se[c] suscipiat, qui eundem avellendum *) abstrahendumque[d] crediderit. *Dat. IV. Id. Maii Nizibi*[e], *Amantio et Albino Coss.* (345.)

6. *Idem A.*[f] *ad Eustathium Pf. P.*[g] *Post alia*: Actores ceterique rei privatae nostrae ad solutionem specierum solennium debiti vigoris auctoritate cogantur, ne provinciales rei privatae nostrae fatiget immunitas[h]. *Dat. VIII. Id. Mart. PP.*[i] *Romae, Limenio et Catulino Coss.* (349.)

7. *Impp. Constantius et Constans* *) *AA. Bibulenio Restituto*[k] *Praesidi Sardiniae.* Provinciales pro debitis plumbi verbera vel custodiam carceris minime sustinere oportet, cum hos cruciatus non insontibus, sed noxiis constitutos esse *) noscatur, satis vero sit[l], debitorem[ll] ad solvendi necessitatem capione[m] pignorum conveniri. *Dat. VIII. Id. Dec. Thessalonica*[n], *Constantio VI. et Constante III. AA. Coss.*[o] (353?)

8. *Iidem AA.*[p] *ad Taurum Pf. P.* Exactiones provinciarum, quas rectores aut praefecti annonae, aut rationales per Africam sustinent, a maioribus iudicibus usurpari non debent, sed ab his solis impleri, quibus cura exactionis[pp] imminet. *Dat. IV.* *) *Non. Sept. Dinummae. Acc. prid. Id. Nov. Karthagine, Arbetione*[q] *et Lolliano Coss.* (355.)

9. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Dracontium Vicarium Africae.* Ducenarios ab exactione provincialium secundum constitutionem sacrae memoriae Constantii[r] probabilis sinceritas tua iubebit arceri. *Dat. III. Id. Maii Hadrianopoli. Acc. VIII. Kal. Oct. Karthagine, divo Ioviano et Varroniano Coss.*[s] (364.)

10. *Iidem AA. ad Florianum Consularem*[ss] *Venetiae.* Die solis *), qui dudum faustus[t] habetur, neminem Christianum ab exactoribus volumus conveniri; contra eos, qui id facere ausi sunt, hoc nostri statuti periculum sancientes[u]. *Dat. XI. Kal. Maii Treviris, Valentiniano et Valente*[v] *AA. Coss.* (365.)

11. *Iidem*[x] *AA. ad Florianum Comitem R. P.* *) Omnes provinciis praesidentes iussimus conveniri, ut a rei nostrae conventione cessarent, ne, principales necessitates in publicum proferentes[y], eadem, qua hactenus, in colonos iniquitate saevirent[z]. Illud etiam moderationi adiecimus, ut tripertita esset[a] illatio fiscalium pensionum. Sinceritas tua rationales procuratoresque commoneat, ut, quicquid pro iugatione vel capitatione de-

— c. 6 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Iurisdict. (II, 1). Concordat cum extrema parte c. 16 h. t. Cod. Iust. X, 19, 4. Cui. in Comm. c. 4 Cod. Iust. cit. l. c. p. 254. — c. 7 concordat c. 3 h. t. Cod. Iust. X, 21, 2 om. pr. Baron. ad ann. 353, n. 34. Cf. infra XI, 9, not. sup. — c. 9. Eodem die, sed ad diversos datae sunt c. 8 C. Th. de Cohort. (VIII, 4), c. 18 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5), c. 58 C. Th. de Decur. (XII, 1). — c. 10 partim concordat cum c. 13 h. t. Eisdem fere verbis repetitur in c. 1 C. Th. de Exsec. et Exact. (VIII, 8). Baron. ad ann. 365, n. 44. — c. 11. Pars legis sec. Go. fugitiva est (vid. infra not. z) et congruit cum c. 15 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), ubi cf. not. sup. Eodem die data est c. 10 C. Th. de Numerar. (VIII, 1).

cessa personis in perniciem plurimorum, in irritum devocentur, omnesque huius modi immunitates, quacunque ambitione meruerunt[x], ad aequale provincialium[y] ceterorum consortium reducantur, prositque iugatio rei publicae hactenus suspensa. Et in quo[z] libentius acquiescant, proprio aequanimitatem docemus exemplo[a], id contemptui haberi, quod immune hactenus habeatur: facile persuademus, ab omnibus faciendum esse, quod fecimus. Igitur sinceritas tua id ipsum[b] per omnem Italiam, tum[c] etiam per urbicarias Africanasque regiones ac per omne Illyricum praelata oraculi huius auctoritate firmabit[d]. *Dat. XIV.*[e] *Kal. Febr. Mediolano, Merobaude*) II. et Saturnino Coss.* (383.)

TIT.[f] XIV. DE CONDITIS IN PUBLICIS HORREIS.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Volusianum Pf. U.* *) Cavens, ne urbaniciani[g] officiales annonariis necessitatibus misceantur, omnia participe praefectura annonaria[h] disponas, ac iubeas ad curam propria[i] revocari. Ante omnia autem quae[k] in horreis habentur, expendi volumus, ita ut non prius ad id[l] frumentum tendatur[m] expensio, quod sub praefectura tua urbis horreis infertur, quam vetera condita fuerint erogata. Si forte[n] vetustate species ita corrupta est, ut per[o] semet erogari sine querela non possit, eidem ex nova portione misceatur, cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non faciat. Ad istud autem negotium arbitratu ac tuo iudicio nobilis*), prudens, fidelis, optime sibi conscius pro integritatis meritis[p] apponatur custos ac mensor, qui vel frumenta*) modio metiatur, vel iustis allegationibus[q] colligat, quanta habeantur in condito. *Dat.* [r]*VI. Id. April. divo Ioviano et Varroniano Coss.*[s] (364.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Florentino Pf. U.* Nihil prius ex horreis consequantur*), quam omnis canon, qui antiquitus est institutus, fuerit completus; cognoscente officio urbicariae praefecturae, decem libris auri esse mulctandum[t], si quae decrevimus, fuerint temerata. *Dat. VI. Kal. Ian. Mediolano, Arcadio III.*[u] *et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

3. *Iidem AA.* *) *Anatolio Pf. P. Illyrici.* Nulli posthac horreaticas species contingendi copia praebeatur. Sin vero[v] quisquam temerator horreorum exstiterit, qui sibi ex praedictis aliquid audeat usurpare, hanc poenam sciat nostro arbitrio definitam, ut, deportationis poenae subiectus, totius substantiae cogatur subire iacturam. *Dat. VII. Id. Iul. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.*[x] (397.)

TIT. XV. DE PUBLICA COMPARATIONE*).

1. *Imp. Constantius A. ad Senatum.* Ad comparationem diversarum specierum, quod synoneton appellatur, actores[y] procuratoresque senatorum per diversas provincias nullam inquietudinem tolerent. *Dat. V. Non. Maii Gyfyrae*[z]*, Tauro et Florentio Coss.* (361.)

Tit. XIV. Cod. Iust. X, 26. — c. 1. Cod. Iust. X, 26, 1 om. pr. Go. eam coniungendam esse putat cum c. 1 Cod. Iust. de Off. praef. urb. (I, 28) et c. 1 Cod. Iust. de Apparit. praef. ann. (XII, 59). Sed vid. c. 5 C. Th. de Off. pr. urb. (I, 6), quae est fons c. 1 eiusd. tit. Cod. Iust.; altera autem lex Cod. Iust. neque magistratum habet in inscr., neque subscriptionem. — c. 3. Cod. Iust. X, 26, 3.

Tit. XV. Cod. Iust. X, 27. Go. huic tit. addi vult c. 14 C. Th. de Proximis, comit. dispos. (VI, 26), c. ult. C. Th. de Equor. coll. (XI, 17), c. 1 et 3 C. Th. de Frum. urb. Const. (XIV, 16), c. 49 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), c. 12 et 13 C. Th. de Praetor. (VI, 4), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), c. 7 C. Th. de Annon. (XI, 1), c. 1 C. Th. de Protost. (XI, 23), c. 48 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 3 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1), c. 7 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1).

---

babiliorem quidem ante meam emend. Vid. not. *e* sq. Ri*. *Impp.* x) Be. in not. rep. *meruerint*, quo facile caremus. y) 4 *provincilium*, sed em. a librario. z) Go. ann.: „*in quo*, pro simplici, *quo* nisi putemus scriptum fuisse *ETIM quo*, id est, etenim quo: sed prius illud placet." Mihi probatur *Etenim quo.* a) Seqq. Go. ita restituit *id enim c. habentes quod immune hactenus habebatur, facile persuademur* etc. Be. in not. rep. *habebatur f. persuademur.* Til. Aur. Lugd. post v. *habeatur* comma ponunt; ap. Go. — Ri*. omnino non interpungitur; rell. editiones *habeatur. facile.* Rein. em. *persuademur.* An leg. *habeatur, facile persuadentes* aut *habeatur et facile persuademus* s. *habeatur facileque persuademus*? Ne mut. *Habeatur. Habeatur*, i. e. si quid immune concessum est et hucusque, nunc etiam est. b) Til. — Ri*. *idipsum.* c) Aur. Lugd. *tunc*, err. d) 4, Til. — Lugd. *firmavit.* e) Ita 4; edd. *IV.* *) Aur. Lugd. *Meorob.*, mendose.

f) Hinc incip. fol. 148[a] cod. 4. *) Go. cj. *Apronianum Pf. U.*, approb. Tillem. l. c. T. V, Not. p. 4, n. XVI., quia hoc anno Apronianus Pf. U. fuit, non Volusianus. Cf. Corsin. l. c. p. 227. g) Aur. Lugd. *urbanicani.* h) In cod. 4 ab ant. manu add. *e* post *na* (annonaeria). i) Go. Be. in not. em. *propriam*, recte. k) Cum vv. *Omnia, quae* incip. c. 1 Cod. Iust. cit. l) 4 om. *id*, sed add. *id* ab ant. manu supr. lin. m) Cod. Iust. *extendatur.* n) Cod. Iust. *Et si forte.* o) *per* deest in cod. 4, sed add. ab ant. manu supr. lin. *) Cod. Iust. *iudicio tuo*, et nonnullae edd. (ut Hal. Cui.) *nobis* pro *nobilis*, impr. Go. p) Nonn. edd. Cod. Iust. *integritate mentis*, recte improb. Go. et Sp., etsi Sp. improbatam scripturam retinuit. Cf. Dirksen l. c. p. 501. *) Mendose Go. Ri. *frumeta.* q) 4 *adlegationibus*, sed em. a poster. manu *extimationibus*, ni fallor ex Cod. Iust.; edd. *aestimationibus. Allegationibus*, i. e. professionibus. r) Fol. 148[b] cod. 4. s) Aur. Lugd. *Cons.* *) Go. suppl. *cives.* Decurtatam legem hoc loco posuisse videntur Codicis Theodosiani conditores. t) 4 *multamdum.* Go. legi vult *auri esse sé mult.*, quod etiam Be. prob., aut *auri sese mult.*, utrumque recte. u) Go. Be. em. *IV.* Mendose Go. *AAA.* *) Cod. Iust. imperatorum nomina habet. De Anatolio vid. infra XVI, 8, 12. v) Cod. Iust. *Si vero.* x) Aur. Lugd. *Cons.*

*) Cod. Iust. *Ut nemini liceat in emptione specierum se excusare, et de munere sitoniae.* Cui. in Comm. l. c. p. 264 ann.: „*hoc titulo sitoniae an sitonici legas, nihil refert.*" y) Fol. 149[a] cod. 4. z) *Gyfyrae* de-

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*[a] *AAA*.... Cunctos formari plenius conveniet, ut in speciebus etiam annonariis, quae a provincialibus sub transactione comparationis pretio expeti solent, sciant nullam sibi necessitatem indictionis imponi, sed huius adscriptionis necessitatem sublatam, mox ab amplissima praefectura pretiis competentibus destinandis; ut nihil trahatur in debitis, quod aut speretur aut promittatur quando[b] solvendum. Unusquisque provincialium nostrorum arbitratu proprio et mente devota species petitas iisdem[c] pretiis, quae in foro rerum venalium habebuntur, libens praestet ac distrahat, ita ut prius[d] vendendas det species, quam omne, quod in ratione distractionis venerit[e], aurum fuerit consecutus; potiorum tantum[f], id est possessorum domibus delegatis, quibus tamen[g] cohortatio imponitur, non necessitas imperatur, ut consensum facilem praebeant super speciebus annonariis distrahendis. Haec autem adscriptio inferiores vel plebeios[h] non tenebit, ut usibus publicis profuturas[i] distrahant fruges. *PP.*[k] *prid. Kal. Febr. Beryti*[l], *Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

TIT. XVI. DE EXTRAORDINARIIS SIVE SORDIDIS MUNERIBUS *).

1. *Imp. Constantinus A. ad Catulinum Proconsulem*[m] *Africae.* Patrimoniales fundos extraordinariis oneribus vel mediae aut tertiae portionis obsequiis fatigari non convenit, cum eosdem et auri speciem et frumenti plurimum modum constet persolvere; ita ut, qui violare statuta tentaverit, puniatur. *PP. VI. Kal. Sept. Karthagini*[n], *Constantino A. V. et Licinio*[o] *Coss.* (319.)

2. *Idem A. ad Ulpium Flavianum Consularem Aemiliae et Liguriae.* Ab extraordinariis omnibus[p] fundi patrimoniales atque emphyteuticarii[q] per Italiam nostram constituti habeantur[r] immunes, ut canonica tantum et consueta dependant, ad similitudinem per Africam *) possessorum. *Dat. XII. Kal. Iun. Lecta apud acta Severo et Rufino Coss.* (323.)

3. *Idem A. ad edictum Chalcedoniensium et Macedoniensium*[s]. Quotiescunque aliquam adscriptionem fieri necesse est, rectorum consiliis et dispositione *) uniuscuiusque civitatis fiat adscriptio, ne libidini et commodo potiorum multitudo mediocrium subiecta gravibus et iniquissimis afficiatur iniuriis. *Acc. VIII. Kal. Maii Crispo III. et Constantino III.*[ss] *AA. Coss.* (324.)

4. *Idem A. ad *) Aemilianum Pf. P.* Extraordinariorum munerum distributio non est principalibus committenda; ideoque rectores provinciarum monendi sunt, ut eam distributionem ipsi celebrent, manuque propria perscribant, atque encauto nomina annectant; ea forma servata, ut primo a potioribus, dein a mediocribus atque infimis, quae sunt danda, praestentur. [t] Neque unquam rationibus[u] vel colligendis frugibus insistens agricola ad

---

— c. 2 coniungenda est cum c. 19 C. Th. de Annon. (XI, 1) et c. 4 C. Th. Tributa in ipsis spec. (XI, 2).

Tit. XVI. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XVI.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—18, 20, 21, 24—40, 42—44, 46, 49, Sich. Aeg. *Tit. VI.* In L. R. U. om. hic tit. Deest etiam in Cod. Iust. et sec. Go. pro eo ponitur tit. de Excusationibus munerum (X, 47). — c. 1. Cod. Iust. XI, 64, 2. c. 1 et 2 concordant cum c. 9 h. t. — c. 2. Cui. 2, 2* *III.*, err., quem Rein. em. — c. 3 concordat cum c. 4 h. t. — c. 4. Vid. c. 3 h. t. Cod. Iust. XI, 47, 1 multis omm. Vid. infr. not. *t*. Bas. LV, 1, 1.

---

est in cod. 4 et in edd. Vid. c. 12 C. Th. de Praetor. (VI, 4) et c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), not. **. a) Vid. c. 19 C. Th. de Ann. cit., not. *d* et *g* et c. 4 C. Th. Tributa cit., not. *v*. Lacunae indicium non est in cod. 4, Til. — Ri*. b) Locus, qui pro corrupto habetur, in edd. Til. — Cui. 2* interpungitur: *promittatur, quando solvendum unusquisque* etc. Go. em. *quandoque* aut *aliquando*. In comment. Go. *olim*. Nihil muto. Mox Go. ann.: *Unusquisque igitur*. c) 4, Til. — Ri*. *hisdem*. d) Go. legi vult *ut non prius*, recte. e) Rein. em. *convenerit* et Go. ann.: *Et* (Ri. *Ei*) *convenerit*, non male. Fortasse leg. *species, quo in r. d. venierint*. f) Go. prop. *Potiorum tamen tantum*. g) Fol. 149[b] cod. 4. h) 4 *praebeios*, err. i) Til. Cui. 1 et Cui. 2, 2* *profutura*. Rein. em. *profuturas*, quod iam tacite rest. Aur. Lugd. et revera est in cod. 4. k) Vid. supra not. *a*. l) 4, Til. — Ri*. *Byritho*. Mox Aur. Lugd. *Cons.*

*) In nonn. Br. Al. codd. ut 15, 24 om. *Muneribus*. m) 4 *pu̅.* Til. Cui. 1 *P. V.* Aur. Lugd. *p. v.* Cui. 2 tacite corr. *Proc.* Idem error cod. 4 in Catulini dignitate aderat supr. IX, 10, 1; infr. XIV, 25, 1. Occurrit eorundem siglorum confusio in eadem re IX, 39, 3; IX, 40, 19; X, 10, 27 et 28; XI, 7, 1. Cf. etiam supra VI, 4, 1, not. *u*. Cod. Iust. *ad Ovinium*, inepte; sed iam Russardus rest. *ad Catulinum* et Cui. *ad Catulinum P. P. Africae*. Ceterum 4 et edd. *Catullinum*. Vid. supr. II, 1, 1, not. *o*. n) Be. *Karthagine*. Cod. Iust. *Carthagine*. Cui. 1 *Kathagini*. Ap. Go. mend. excidit *Constantino*. o) Go. Ri. revocant h. c. ad ann. 315 (*Const. A. IV. et Lic. IV.*), hac de caussa, quia ann. 319 Proculus Africae Proconsul fuit, non Catulinus. Vid. supra VI, 35, 2 et infra XV, 3, 1. p) In m. Cui. 1 — 2* rest. *oneribus*, impr. Go. Vid. infr. c. 9 h. t. Speciosa quidem est Cuiacii cj. neque vero necessaria. q) 4 *enfytheuticarii*. r) Fol. 150[a] cod. 4 inc. cum syll. *antur* (habeantur). *) Vid. infra c. 9 h. t. s) 4 *Calcedoniensium et Machedoniensium*. Go. in Chron. *Chalcedonensium*. Go. *Macedoniensium* non vult temere mutari in *Nicomediensium*, neque rescribendum esse putat *Edictum ad Chalcedonienses et Macedonienses*, recte. Vid. Wenck. ad C. Th. V, 14, 1, not. *u*. Notatu digna sunt, quae Reines. annot.: „Legendum, inquit, *ad Ecdicum*. Ἔκδικος magistratus appellatio. Vide quae notavi ad Lex. Iur. et Pancir. de mag. munic. c. 9.“ *) Cui. 2, 2* mend. *dipositione*. ss) Mendose Go. om. *et Constantino III.* *) Aur. Lugd. bis *ad*. t) Hinc inc. c. 1 Cod. Iust. cit.: *Imp. Constantinus — PP. Nunquam sationibus vel c. fr. insistentes agricolae ad e. o. trahantur: cum — satisfacere*, et des. rell. Defendit Go. v. *praestentur*, si quis emend. *praesignentur* vel *praestituantur*. u) Ita 4, Til. — Ri*. Cui. in Cod. Iust. et Bas. l. c., ubi περὶ λογισμούς. Neque glossae incognita est scriptura *rationibus*. Videtur ergo *rationibus* vera lectio esse, et *sationibus* in Cod. Iust. posteriori tempore restitutum. Be. ex Cod. Iust. rec. *sationibus*, iubente Go. et Bic io. Cf comm.

extraordinaria[v] onera trahatur, cum providentiae sit, opportuno tempore his necessitatibus satisfacere. Quae res neglecta vicariorum tuorum[x] verecundiam tangit, ad*) rectorum autem officiorum capita venietur. Manu autem sua rectores scribere debebunt, quid opus sit, et in qua necessitate per singula capita, vel quantae angariae vel quantae operae vel quae aut in quanto modo praebendae sint, ut recognovisse se scribant; exactionis[y] praedicto ordine inter ditiores, mediocres atque infimos observando. *Lecta VII. Id. Maii Romae, Ianuarino*[z] *et Iusto Coss.* (328.)

5. *Imp. Constantius*[a] *A. ad Italicum* *). Privatas res[b] nostras ab universis muneribus sordidis placet esse immunes, neque earum conductores nec[c] colonos ad sordida vel extraordinaria munera vel superindictiones aliquas conveniri etc. *) *Dat. VIII. Kal. Febr. Bononiae* **), *Placido et Romulo Coss.*[d] (343.)

6. *Impp. Constantius et Constans AA. ad Veronicianum*[e] *Vicarium Asiae.* Palatini *) et Constantinopolitani cives[f] pro capitibus seu iugis suis tantum pensitationem atque obsequia recognoscant[g], extraordinariis et temonariis oneribus liberati[h]. *Dat. Non. Maii Constantinopoli, Constantio IV. et Constante III. AA. Coss.*[i] (346.)

7. *Idem A.*[k] *et Iulianus C. ad Populum.* Sola iubemus exigi, quae factis a nobis indictionibus aliisve praeceptis continentur, et quae anniversaria consuetudine antiquitus postulantur: aut, si inexcusabilis necessitas quiddam novum exigat, nec dilationem publica utilitas patiatur, referri a ceteris iudicibus ad viros clarissimos praefectos praetorio, et eorum arbitrio flagitanda deposci, statimque id nostrae intimari clementiae. Itaque iudicem, qui ultra iussa aliquid postulaverit, duplum iubemus inferre, officium vero eius quadruplum: viro clarissimo largitionum comite huic exactioni imminente, cum primum ad nos vel praefectos praetorio fuerit querela delata, et facinus revelatum; ut et laesi, nobis auctoribus[l] aut praefectis, recipiant, quod per arbitrium iudicis amiserant. *Dat. IV. Non. April. Mediolano, Constantio A. VIII. et Iuliano C. Coss.*[m] (356.)

8. *Idem A. et C.* *) *ad Taurum Pf. P.* Placet, nullum omnino iudicem de cetero **) provincialibus inferendum aliquid indicere, ut ea tantum sedulo cunctorum studio pensitentur, quae canonis instituti[n] forma complectitur, vel nostra clementia decernit inferenda, vel delegatione solenniter sanciente, vel epistolis praecedentibus. Sed si quid urgere forsitan coeperit, referri

— c. 5. Cod. Iust. XI, 74, 1. Bas. LVI, 15, 1. Go. h. c. coniungendam esse putat cum c. 6 Cod. Iust. Ubi caussae fiscales (III, 26). Vid. infra not. *d.* — c. 6. Cod. Iust. XII, 24, 1 nonn. add. Bas. VI, 31, 2. Vid. supra VI, 2, 21, not. *i.* — c. 8. Cod. Iust. X, 47, 8 om. part. sec. et addita parte c. 11 C. Th. h. t. Vid. infra not. *q.* Go. c. 7 et 8 arg. similes inter se coniungendas esse putat, etsi diversa inscr. et subscr. Vid. infr. not. *m.* Easdem fugitivas esse dicit et referendas ad tit. de Superindicto (XI, 6), cuius c. unicae respondeant.

C. Th. ed. Ri. T. IV, p. 121. Rein. ann.: „l. *pastionibus* imo verissima lectio erit *arationibus*." Dirksen l. c. p. 516. Sententia haec est sec. Cui. l. c.: „Colonos, qui rationibus praediorum vel agriculturae addicti sunt, nullo tempore ad angarias aliave onera extraordinaria devocari posse," sed eo, quo vacantes a rationibus vel colligendis frugibus opportunum habent extraordinariis oneribus satisfacere. Contra Go. vv. *rationibus insistens* et c. 3 Cod. Iust. de Feriis (III, 12) utitur pro sua opinione, quasi *rationibus* actor tantum insistat, non agricola; neque improbanda est Go. opinio, sed tamen propter consonantiam fontium et pro consilio huius editionis scribendum erat *rationibus.* Pro Go. est Leunclavius, Notat. lib. II, c. 231 (in Ottonis Thes. T. III, p. 1551). v) In syll. *ordinaria* inc. fol. 150[b] cod. 4. x) In Cui. 2 — Ri*. add. *ut*, quod unde fluxerit, nescio. Be. recte om. *ut.* *) Til. — Cui. 2* *satisfacere, quae — tangit. Ad.* y) Til. — Cui. 2* *sint: ut — scribant exactionis.* z) Cod. Iust. *Ianuario.* Go. in Chron. *VI. Id.* et mox Aur. Lugd. *Cons.* a) Cod. Iust. *Constantinus.* Go. em. *Constans*; Rein. autem et Be. addi volunt *et Constans A.* Illud rectius. Cf. supra XI, 12, 1, not. *d.* Ceterum Cui. 2 — Ri. et Be. *Impp.*, err. *) *Com. R. P.* suspicatur Go. propter c. 6 Cod. Iust. Ubi caussae fiscales (III, 26), in qua mentio fit *viri illustris Comitis Rerum Privatarum.* b) Cod. Iust. *Privatas possessiones nostras.* c) Cod. Iust. *immunes esse — neque col. ad extraordinaria munera* et om. *sordida vel.* *) Cod. Iust. om. *etc.* **) Rein.: „Scil. Galliarum: ex ea enim Constans in Britanniam transiecerat. Libanius in Basil. Amm. lib. 20, initio". d) Hinc Herrm., iubente Go., restituit subscr. c. 6 Cod. Iust. cit., recte. e) 4, Til. — Ri*. *Beronicianum.* Cod. Iust. *Beronitianum.* Vid. supr. VIII, 1, 4, not. *v* et VIII, 15, 2, not. *d.* *) Fol. 151 cod. 4. f) In Cod. Iust. om. *et Const. cives.* g) Cod. Iust. *recognoscent.* h) 4 *theomonariis.* Err. Be. *temonaris.* Cod. Iust. *extraord., et sordidis muneribus, et susceptionibus, et t. o. liberati.* i) Aur. Lugd. *Cons.* k) Reponendum ita erat ex codice 4 et Go. notis, i. e. *Imp. Constantius A.* pro *Idem AA.* Hoc enim Til. — Ri*. habent. Be. *Iidem AA.* et em. *Imp. Constantius A.* Retulerunt igitur h. c. C. Th. conditores ad solum Constantium in c. 6 una cum Constante commemoratum. l) Fol. 151[b] cod. 4. m) Ita 4, Til. — Lugd., i. e. 356, ad quem ann. Be. h. c. revocat, scribens autem *Caes. I. Coss.* et in eo errans, quod scripturam *Caes. I.* inveniri dicit in Til. et Cui. 1; Cui. 2 — Ri*. *Caes. II. Coss.* Praeterea Rein. pro *VIII.* emend. *VIIII.*, et ann. Go.: „IX. Vel rescribendum fuerit *Iuliano Caes. I.* quod forte verosimilius: Nam et ita habent Edd. omnes, una Parisiensi postrema excepta. Sed tamen illud praefero, arg. *l. prox. inf.*" Tribuunt igitur h. c. anno 357, in quem a Go. reiecta est in Chron. Utramque autem legem, 7 et 8 Go. coassandam esse dicit propter argumenti paritatem; priorem enim datam esse ad Populum et Provinciales, quorum securitati Constantius prospexerit, alteram ad Praefectum praet., cui fuerit cura rei tributariae imposita. Quae de argumento harum c. Go. dicit, non modo vera sunt, sed etiam in caussa, ut ei contradicam et praeferam codicis scripturam, praesertim cum illa sententia pugnet cum temporis ratione in C. Th. observata. Fieret enim sq. c. aliquantulum antiquior hac constitutione. Aur. Lugd. *Cons.* *) Cod. Iust. *Imp. Constantinus A. et Iulianus C.* etc. **) Edd. ante Be. *decetero.* Mox Go. err. *tanum.* n) 4 *institutis*, sed rubr. col. de-

ad celsitudinem tuam statuimus, et auctore[o] te fieri, et eo persoluto referri[p] ad scientiam nostram, ut nobis iubentibus roboretur[q]. De ceteris, quae prospici[r] oportet ante plurimum temporis, insinuetur nobis tempore indictionis ex more promendae. Quippe suggerit ratio eius omnia serie contineri. Ideoque tituli pensitandi semper ad nostram scientiam perferantur, ut, indictione anniversariis vicibus emissa, iubeamus[s] inferri merito pensitanda. Si quid[t] autem arbitrio suo descripserit provinciales vel exegerit, in duplum inferet[u], et officium eius quadruplum cogetur expendere; super exigenda condemnatione comite largitionum curante. *Dat. Kal. April. Mediolano, Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II.*[v] *Coss.* (357.)

9. *Idem A. et C. ad Taurum Pf. P.* Exemplo Africae debent fundi patrimoniales et emphyteutici[x] per Italiam constituti ab extraordinariis omnibus[y] excusari. Non enim[z] per Italiam tantum, sed etiam per urbicarias*) regiones et Siciliam[a] patrimonialium et emphyteuticorum[b] fundorum vires servandas[bb] esse perspeximus. *PP. Romae*[c] *VII. Kal. Mart., Eusebio et Hypatio Coss.* (359.)

10. *Imp. Iulianus A. Secundo*[d] *Pf. P.* Nihil provincialibus indici sine nostra scientia fas est, neque rursus ex his, quae sunt indicta, referri. Omnia igitur, quae consuetudo vel dispositio nostra amplectitur, hoc est cursum publicum, translationes[e], itinerum sollicitudines ceteraque[f] similia cuncti possessores implere pariter compellantur etc. *PP. III. Id. Mart.*[g] *Constantinopoli, Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

11. *Impp. Valentinianus et Valens AA. Secundo Pf. P.*[h] Nihil a[i] provincialibus extraordinaria patimur indictione deposci. Caveat[k] igitur magnifica auctoritas tua, ne praeter ea, quae a mansuetudine nostra patuerit[l] indicta, tenuiorum oneret functionem[m]; ut, si quis usurpatoria[n] temeritate amplius aliquid fuerit co-

— c. 9. Vid. c. 1 h. t., not. sup. Similis est c. 2 h. t. — c. 10 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Locat. fund. iur. emph. (X, 3), c. 50 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 4 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1) et sec. Go. cum aliis et C. Th. et Cod. Iust. legibus. Vid. c. 1 C. Th. de Loc. fund. iur. emph. cit., not. sup. — c. 11. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 11. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 1, i. e. *un.* Cod. Iust. X, 47, 8 om. pr. Vid. c. 8 h. t., not. *q* et infra not. *n.* Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—18, 20, 21, etsi in cod. 8 magna pars legis lacerato folio periit; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35 (in quo h. c. subsequitur tit. XXXI. h. lib., neque tamen intermisso numero); textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in codd. 15, 25; solus textus in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola subscr. in cod. 26.

letur *s* syllabae *tis.* o) Ita 4 et edd. ante Be.; hic ex Cod. Iust. ed. *auctorem*, sine necess. Cohaerent vv. *auctore te fieri* cum antecedd. *Sed si quid urgere forsitan coeperit, referri* etc. Nonn. Cod. Iust. codd. et Cui. consentiunt cum C. Th. p) 4 *persolutoreferri.* Til. — Ri*. *eo persolutore ferri*; Be. ex Cod. Iust. rest. *eo persoluto referri*; v. autem *persoluto* Cui. interpretatur: *peracto, absoluto.* Hac v. *persoluto* significatione licet insolenti non improbata, et reiecta Accursii interpretatione, qui *persoluto* accipit pro *exacto*, cum superindictum, si exactum est, cur opus sit, ut principali iussione roboretur, non appareat: Go. propter vv. c. 7: *referri a ceteris iudicibus — clementiae*, et quae in h. c. leguntur *ad n. sc. perferantur*, em. *et perlatore*, ut *praefecto perlatore referri* idem sit, atque id, quod c. 7 vv. *statim intimari* dicitur. Mihi videtur Be. scriptura, quae non discedit a codice, recte se habere. Sententia est: superindictum non a iudicibus provincialibus, sed urgente necessitate a praefecto praetorio solo deposcatur post iudicum relationem ad praefectum praet. factam; exactio igitur superindictorum fiat auctore praefecto praet., quibus exactis referatur ad principem, ut ab eo roborentur. Offendit, quod praefecti ad principem relatio post exactionem demum postulatur, cuius rei caussa posita est in urgente superindicendi necessitate. Extraordinaria enim onera non solito more exiguntur. Vid. similem locum in c. 7 h. t. Contra ubi ea more indicuntur, antea referendum est ad principem, deinde exigendum, quod indictum est. Vide quae sequuntur: *De ceteris — contineri.* q) Seqq. des. in c. 8 Cod. Iust. cit., cuius extrema pars desumpta est ex c. 11 C. Th. h. t. (vid. c. 11 infra, not. *n*), servata tamen h. c. subscriptione. r) 4 *spospici*; ab ant. man. add. *r* supra *po* et rubro col. del. prima lit. *s* (prospici). s) Fol. 152[a] cod. 4. t) Go. em. *quis* seu *qui*, recte. u) 4 *inferret.* v) Go. err. *Caes. I.* et Aur. Lugd. *Cons.* Cod. Iust. *Mediolani.* x 4 *Afric̄ debent — enfytheutici.* Til. Cui. 1 *enphyteutici.* y) Etiam hic in m. Cui. 1 — 2* rep. *oneribus*, impr. Go. Vid. c. 2 h. t., not. *p.* z) Ita 4. Sed quia iam Constantinus c. 2 h. t. fundos patrimoniales atque emphyteuticarios per Italiam constitutos ab extraordinariis oneribus immunes esse voluerat, neque vv.: *Non enim per Italiam tantum* cum principio h. c. convenire videbantur, em. Go.: *Exemplo Africae habentur fundi patrimoniales — excusati. Nos enim non per Italiam tantum* et *enim* pro *atenim* positum esse dicit. Be. pro *enim* cj. *autem*, quod iam Hier. Aleander in Diss. de Region. suburbic. I, 2 prop. Mihi videtur Iulianus primis h. c. vv. Constantini legem, quae fortasse in desuetudinem abierat, revocasse in memoriam, neque opus quidem esse mutatione v. *enim*, quippe quod explicationem v. Italiae, cuius nomine aliae regiones comprehenduntur, indicat: *Italia ab extraordinariis oneribus excusatur: scilicet* (nimirum) *non sola Italia, sed etiam.* Ita explicatur similitudo utriusque legis, c. 2 et 9 h. t. *) Aur. Lugd. *ubicarias.* a) Aleander l. c. corr. *Illyricum*, neque tamen ipse admittit h. cj. Morinus, Exercit. I, 30 expungit *Siciliam*, recte impr. Go. b) 4 *enfytheuticorum.* Til. *enphyteuticorum.* bb) Til. *servanda.* Mox Cui. 2, 2* *perspiximus*, mendose. c) Nomen urbis hic ponitur ante diem. Mox Go. — Ri*. *Cons.* d) Vid. c. 1 C. Th. de Locat. fund. iur. emph. cit., not. *. e) Go. cj. *translationis.* f) Fol. 152[b] cod. 4. g) Vid. supr. X, 3, 1, not. *r.* h) 20 *pfū.* 10, 18 *praeposito.* i) *a* deest in cod. 20. k) 20 *extraordinariam p. indictionem d. debeat*, sed supr. l. *caveat.* 18 *patimur ut dictione.* Go. *igiiur*, err. l) 15 om. *a*, ut 26, ubi etiam *praetereat qui.* 20 *ad mansuetudinem nostram potuerit*, sed supr. lin. *patuerit.* 13, 25 *patuerint.* m) 9 *tenuiorem.* 10, 14, 18 *honore* (14 *onere*) *functionum.* 16, 20 *tenui horum* (16 *orum*) *honore functionum*, sed 20 supr. lin. *onerum* et *functionem.* 25 *indicia tenui horum honorem functione.* 26 *functione.* n) Cum vv. *Si quis autem usurp.* pergit c. 8 Cod. Iust.

natus exigere, obnoxius quadrupli repetitione[o] teneatur. Quae severitas iussionis ad ordinariorum[p] iudicum officiorumque terrorem debebit[q] excutere[r], ut, si eorum vel gratiosa conniventia[s] vel ignobili dissimulatione temeritas[t] admiserit curialis, eos quoque damni similis[u] poena castiget. *Dat. XIV.*[v] *Kal. April. Constantinopoli, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

Interpretatio. *Haec lex hoc praecipit*[x], *nihil debere a provincialibus de superindicticiis*[y] *titulis peti, nisi ea tantum, quae a rerum dominis indicta constiterit*[z]. *Et hoc iubet*[a], *ut quicunque aliquid superexigendum crediderit*[b], *quadrupli redhibitione componat* *). *Sed et*[c] *ad ordinarios iudices hanc inquisitionem*[d] *iubet excurrere, ut etiam si quid in provinciis eorum a quibuscunque personis aut curialibus*[e] *factum est, etiam eos similis damni poena castiget.*

12. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Theodorum Comitem R. P.*[f] Ad virum clarissimum et illustrem praefectum praetorio [g]Italiae scripta porreximus, ut ab actoribus et conductoribus patrimonii nostri atque ab his, qui iure perpetuo possederunt[h], extraordinarii muneris cessaret iniuria, neque suburbicariis partibus tironum immineret exactio. Sane praestantia tua providere debebit, quatenus frumenti et equorum maturetur exactio. *Dat. XV. Kal. April. Treviris, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

13. *Iidem AAA.*[i] *ad Hypatium Pf. P.* Privatae rei nostrae privilegiis permanentibus, nihil extra ordinem praedia iure perpetuo consignata sustineant, neque adiectis[k] saepius ac praeter primum delegationis canonem postulatis afficiantur impendiis; quando quidem neque aurario canoni, sub privilegiis aestimato, aliquid ex ea, iubentibus nobis, praebitionum diversitate*) decutitur, et pari cum ceteris aestimari sorte non convenit, quos praeter annonarias functiones aestimata perpetuo pensionum praerogativa nexuerint[l]. *PP. Karthagine Id. April., post cons. Syagrii et Eucherii.* (382.)

14. [m] *Iidem AAA. ad Syagrium Pf. P.* Eos, qui cum honore comitum, nomine[n] magistrorum, memoriae praefuerint vel epistolis vel libellis, item eos, qui ibidem peragendis signandisque responsis nostrae mansuetudini[o] obsecundant, omnium vilium[p] munerum ac[q] totius capitulariae sive, ut rem, quam volumus intelligi, communi denuntiatione[r] signemus, temonariae functionis[rr] fieri iubemus exsortes, ita[s] ut eorum uniuscuiusque adscriptio excusetur; non ut unus alterius excipiat, si etiam eius summae sit, ut recipere possit adiunctos, sed aut suum tantum munus agnoscat, aut, si complacito[t] opus est, magis alteri ipse societur, quam eidem alter annectatur. Hi[u] igitur, qui ex eo gradu e[v] palatio nostro abscesserint, adesse sibi competentia privilegia glorientur; qui vero superioribus dignitatibus creverint, nihilo minus huius[x] loci privilegia praesto sibi fuisse[y] laetentur. *Lecta III. Kal. Sept. Capuae, Antonio**) *et Syagrio Coss.* (382.)

— c. 13. Cod. Iust. X, 47, 10. — c. 14. Cod. Iust. X, 47, 11 om. med. part. In Ri*. *XV.* appellatur. Convenit cum c. 14, 15 C. Th. de Proximis, Com. disp. (VI, 26) et c. un. C. Th. Qui a praebit. tir. (XI, 18).

cit. 16, 20 *usurparia.* 26 *usurpatur a tem.* o) 6, 7, 10, 12, 13, 16—18 *refusione.* 15 *redibitioni*, i. e. *redhibitioni*, eadem sententia et ut interpr. p) 6, 7, 16, 17 *iussionis exordinariorum.* 13 *extraordinariorum.* 26 *extraordinarium iudicium.* 20 om. *ad* post *iussionis.* q) 9, 12, 25 *debet.* r) Ita 4, Til. — Lugd., Hal. in Cod. Iust., optima sententia. Cave ne construas *Quae severitas iussionis. Quae* accusativus plur. est et referendum ad illa, quae amplius exacta sunt et ad quadrupli poenam. 20 *incurrere.* Rell. Br. Al. codd. Sich. Cui. 2 — Be. Cod. Iust. (ut interpr.) *excurrere*, sc. curialis, uti Go. suppl. ex fin. h. c. et c. 20 h. t. s) 4, Til. — Ri*. *conhibentia*, ut plerique codd.; 21, Sich. *cohibentia.* 26 *convenentia.* Vid. supra VI, 30, 17, not. *v.* t) Sich. *temeritate.* Mox 6, 7, 16, 21 *curiales.* 20 *admis. ut curiales.* u) Cod. Iust. *simplicis*, impr. Cui. et Go. 15 *s. poena constringat*, eadem sententia. v) 20 *XIII.* 28 *IIII.* 31 *XVIII.* 32, 39, 43 *XV.* 36, 40, Sich. in m. *III.* 8 om. *Valent. — Coss.*, 20 *Constant. — et* et multi codd. *AA.* 16 *Valentino et Valentio cc.* Aur. Lugd. *Cons.* x) Multi codd. *praecepit.* y) Aur. Lugd. *superindictionis.* 20 *desuper indictis.* Mox nonn. codd. om. *a.* z) 6, 7, 20, 42 *constiterint.* a) 6—8, 21, alii codd. *iubetur, quicumque.* b) Aur. Lugd. add. *plus quam adheratum est.* *) Aur. Lugd. in m. *damnetur.* c) 9, 20, 42, 44, alii codd. om. *et.* d) 6, 7, 20, 21, Sich. in m. *exquisitionem*, sed 20 supr. lin. *inquisitionem.* 36, 40, Sich. *ordinationem.* 10, 18 *quaestionem iubet excurri.* 20 *inquirere* pro *excurrere.* 21 *incurrere.* e) 20 *aut a cur.* (ut alii codd.) *certum est*, sed supr. lin. *factum est.* f) Go. ann.: „Malit quis *Com. S. L.* et suadeat Claudianus, hunc ipsum Theodorum alloquens, *Panegyrico in eius Consulatum, a vers.* 38: *Hinc sacrae mandantur opes* etc. Neque tamen quicquam temere ipse mutem. Nam et omnia, quae Claudianus memorat, Comiti R. P. tribui possunt.“ g) Fol. 153[a] cod. 4. h) Go. Be. em. *possiderent*, quo non opus est. i) In Cod. Iust. ponuntur imperatorum nomina. k) Recte Be., suadente Go., ex Cod. Iust. rec. *adiectis* pro *abiectis*, quod 4 et rell. edd. habent, etsi Cui. *abiectis* praefert et interpretatur sordidis et extraordinariis muneribus. Sed *adiectis* hic multo melius quadrat. *) Mendose Go. *diversitare.* l) Ita 4. Go. Be. em. *nexuerit*, recte. Cod. Iust. *praeter ann. functiones aestimatas perpetua pensitationum pr. nexuerunt* et in subscr. *Carthagine.* m) Fol. 153[b] cod. 4. n) Til. — Lugd. *Eos, qui* (Aur. Lugd. om. comma) *cum honore, comitum nomine magistrorum mem.* Mox Cod. Iust. *praefuere.* o) Cod. Iust. *mansuetudinis.* p) Cod. Iust. *civilium*, recte impr. Go. *Vilium*, i. e. sordidorum. q) Cod. Iust. om. *ac totius — functionis.* r) 4, Til. — Ri*. *denuntiationi.* Go. em. *denuntiatione*; idque Be. rec. ex Corr. Cui. 2. rr) Go. cj. *turmariae et temonariae functionis.* s) Cod. Iust. om. *ita ut — annectatur. Hi.* t) Go. vult *compartito*, haud scio an recte. u) 4 *alteranectatur id*, mendose. Til. *altera nectatur. Hii.* v) Cod. Iust. *Igitur qui ex eo gradu* (om. *e*) *palatio nostro adhaeserint*; sed Hal. Cui. et libri mss. Cod. Iust. *abscesserint.* Cf. Dirksen l. c. p. 508. x) Cod. Iust. *eius.* y) Go. non male cj. *esse.* *) Go. in Chron. *IV. Kal.* Cod. Iust. *Antonino.*

15. *Iidem AAA. ad Hypatium Pf. P.* Maximarum culmina dignitatum, consistoriani quoque[z] comites, notarii etiam nostri et cubicularii omnes atque ex-cubiculariis[a] ab omnibus sordidis muneribus vindicentur; ceteros autem palatina vel militari intra palatium praerogativa munitos ita demum privilegium simile contingat[b], si prioribus statutis se ad eius modi exceptionem[c] docuerint pertinere, ut non singulis indulta personis, sed in commune dignitati vel corpori eius modi[d] beneficia doceantur fuisse concessa: circa ecclesias[e], rhetores atque grammaticos eruditionis utriusque*) vetusto more durante. Sane[f] rerum extraordinariarum munus ab omnibus omnino magnificentia tua sciat esse poscendum, nec posthac aut petitionem aut usurpationem cuiquam meminerit profuturam. Sordidorum vero munerum talis exceptio sit, ut[g] patrimoniis dignitatum superius digestarum nec conficiendi pollinis cura mandetur aut panis excoctio aut obsequium pistrini, nec[h] paraveredorum huius modi viris[i] aut parangariarum praebitio mandetur, exceptis his, [k]quibus ex more Rhaeticus[l] limes includitur[m], vel expeditionis Illyricae pro necessitate vel tempore utilitas adiuvatur. Operarum atque artificum[n] diversorum, excoquendae etiam calcis obsequia, nulla de talibus adiumenta poscantur; materiam, lignum[o] atque tabulata exceptorum virorum patrimonia non praebeant; carbonis quoque, nisi eum[p], quem moneta solenniter vel fabricatio secundum veterem morem poscit armorum, ab huius modi viris praebitio desistat; publicis vel sacris aedibus construendis atque reparandis, hospitalium domorum minime cura[q] subiaceant; viarum et pontium talis[r] sollicitudo non oneret; capituli atque temonis[s] necessitas nulla mandetur; legatis atque allectis sumptus possessio huius modi privilegiis munita non[t] ferat. Hoc tamen his patrimoniis prosit, quae dignitatem proprio videntur nomine possidere[u], ita ut personis ac dignitatibus indulta beneficia tam diu unicuique, quam diu superfuerit, suffragentur. [v] Omnes autem, quorum dignitates atque personas hac lege perstringimus, non solum quam diu militaverint, verum etiam post missionem, atque etiam eos, qui simili honore perfuncti[x] sunt, generali praerogativa a praebitione sordidorum munerum vindicamus. *Dat. V. Id. Dec. Antonio et Syagrio Coss.*[y] (382.)

16. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Neoterium*[z] *Pf. P.* Sordidorum munerum excusatione[a] delata personis, ad heredem successoremve transire non potest. Neque enim potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis atque militiae indulsisse nos constat[b]. Igitur ne superindictorum nomine cuiusvis domus minus praestet, neve[c] quis id audeat postulare, oraculi nostri definitione sancimus. *Dat. XVIII. Kal. Maii Mediolano, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*[d] (385.)

17. *Iidem AAA. ad Principium Pf. P.* Cogendarum intuitu[e] pensionum a fundis patrimonialibus vel emphyteuticis[f] extraordinaria functionum sarcina removeatur; capitis[g] atque fortunis eorum iudicum[h] atque officiorum, qui privilegia tanta temeraverint, discrimine minime defuturo, si similem rursus inquietudinem movere tentaverint. Fundos enim tam patrimonialis iuris quam emphyteutici absque his, quae divali[i] lege praece-

— c. 15. Cod. Iust. X, 47, 12 nonn. omm. Bas. LIV, 6, 12. Concordat h. c. cum c. 18 h. t., quae h. c. ita similis est, ut illam ex hac Go. putet desumptam esse. — c. 16. Cod. Iust. X, 47, 13 om. fin. — c. 17 coniungenda est cum c. 17 C. Th. de Divers. off. (VIII, 7), ubi vid. not. *gg*.

z) Fol. 154 a cod. 4. a) Cod. Iust. *ex - cubicularii*. Til. — Cui. 2* *excubiculariis*. Go. — Ri*. *ex Cubiculariis*. Cui. in Cod. Iust. *ex cubiculariis*. b) Cod. Iust. *contineat*, impr. Go. et Spangenb. c) 4, Til. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *exactionem*. Go. *exactione*. Recte Be. iubente Go. ex Cod. Iust. rep. *exceptionem*. Go. cj. etiam *excusationem* vel *exemptionem*. Cod. Iust. *huiusmodi*. d) Cod. Iust. *huiusmodi*. e) Cod. Iust. om. *ecclesias*. *) H. e. Graecae et Latinae. Infra c. 18 h. t. *institutionis utriusque l.* et c. 11 C. Th. de Medicis et prof. (XIII, 3) *rhetores et grammaticos Atticae Romanaeque doctrinae* et ibid. paullo post *Grammaticis Latino vel Graeco*. Bas. l. c. ῥήτορες ἑκατέρας παιδείας, τοῦτ' ἐστὶ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ Ῥωμαικῆς. f) Cod. Iust. om. *Sane — profuturam*. g) Mendose 4 *exceptio sic ut* et Til. *exceptio: sic ut*. h) 4, Til. — Ri*. *ne*. Be. ex Cod. Iust. recte rest. *nec*. Cui. 1 *obsquium pistr*. i) Cod. Iust. *iuris*, male et crebro err. k) Fol. 154 b cod. 4, ubi in ima paginae parte est siglum quaternionis *KA*. l) 4 *Reticus*. Til. — Ri*. *Rheticus*. m) Ita etiam Cod. Iust. Go. vult *instruitur*, i. e. adiuvatur. Vid. c. 18 h. t. *exceptis his (praebitionibus), quas Rhaetiarum limes, expeditiones Illyricae, quas pastus translatio militaris vel pro necessitate vel pro solennitate deposcunt*. Sed *includitur* hic est pro *circumdatur, cingitur, obsidetur*. n) Cod. Iust. *Operarum quoque artif.*, impr. Go. et Cui. Cf. c. 18 h. t. Ceterum Til. — Ri*. *adiuvatur operarum, atque*. o) Cod. Iust. *lignorum*, recte impr. Go. et Cui. Vid. c. 18 h. t. p) Be. cj. *eius*. Iusta oratione omitteretur v. *eum*, sed Cod. Iust. auctoritate motus pronomen *eum* explico per attractionem. q) Go. Be. recte em. *curae*. Ceterum Go. cj. *domorum curae, minime subiaceant*. In Cod. Iust. om. *hospitalium — oneret*. r) Go. Be. cj. *tales*. Ita scribendum. Vid. supr. *paraveredorum huius modi viris*; *de talibus*; *ab huius modi viris* et c. 18 h. t. s) Til. — Cui. 2* *Oneret. Capituli a. t.* Go. — Ri*. *oneret: Capituli atque Temonis*. Cod. Iust. *reparandis* (vid. not. *q*), *capitalis, atque t.*, sed Hal. Port. Cui. *r. capituli atque t.* Cf. Dirksen l. c. p. 509. Ceterum 4, Til. — Lugd. *themonis*. t) 4 *on ferat*, sed ab ant. manu add. *n* supra *on*. Cod. Iust. *non conferat*. u) Cod. Iust. *possidere. Eos etiam qui simili honore* et om. *ita ut — missionem, atque*. v) Fol. 155 a cod. 4. x) Cod. Iust. *functi*. y) Locus, quo data est c., deest. An *Patavi?* Vid. c. 3 C. Th. de Proximis, Comit. dispos. (VI, 26), eidem Hypatio paucis diebus post inscriptam. Aur. Lugd. *Cons*. z) 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. *Neotherium*. a) Cod. Iust. *excusatio*, recte. Go. cj. *excusatio quae*. b) Seqq. des. in Cod. Iust. c) Cui. 1 *ne ve*. d) Aur. Lugd. *Cons*. e) Ri. Be. *invitu*, mendose. f) 4 *enfytheuticis* et infra *enfytheutici*. g) Go. Be. em. *capiti*, recte, etsi *capitis* ferri potest. h) Fol. 155 b cod. 4. i) 4 *divalia*, sed rubro col. corr. *divali*

pta sunt, ad alia iubemus onera non vocari. *Dat. III.*[ii] *Id. Dec. Aquileia, Arcadio A. I. et Bautone Coss.* (385.)

18. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius* *) *AAA. Tatiano Pf. P.* Extraordinariorum munerum **) beneficiis nullum omnino potiri iubemus, sed quicquid talis obsequii communis omnibus populis functio postularit, id ab omnibus indiscretum[k] meritis[l] atque personis iubemus impleri. Neque sane deest, ubi vel meritorum privilegia vel dignitatum a communione vindicemus, si quidem ea munera, quae sordida nuncupantur, excepta[m] lege prohibeamus obire personas, scilicet ne ad eorum obsequia amplissimarum etiam militari fastigio nomina dignitatum vel consistoriani comites devocentur. Quae simili privilegio ecclesiis, rhetoribus[n] atque grammaticis institutionis *) utriusque largimur. Ac[o] ne in occulto lateat, quae sit munerum enumeratio sordidorum, vocabulis ipsis signata respondet. Eius igitur patrimonium, quem ab his obsequiis lex nostra defendit, cura[p] conficiendi pollinis non habebit; nullam excoctionem panis agnoscet; nulla pistrinis obsequia dependet; operas atque artifices non praebebit; excoquendae ab eo calcis sollicitudo cessabit; non conferendis tabulatis obnoxia[q], non lignis, indultam quoque materiem sub eadem exceptione numerabit; nulla paraveredorum et parangariarum praebitione pulsabitur, exceptis his, quas Rhaetiarum[r] limes, expeditiones Illyricae, quas pastus[s] translatio militaris vel pro necessitate vel pro solennitate deposcunt; carbonis ab eo illatio non cogetur, nisi vel monetalis cusio vel antiquo more necessaria fabricatio poscit armorum; nullam sollicitudinem publicarum aedium vel sacrarum constituendarum reparandarumve suscipiet; nulla pontium vel viarum[t] constructione retinebitur; temonis sive capituli onera non sentiet; allectis atque legatis nihil in sumptuum collatione numerabit. Quae universa ita enumerati viri ad suum noverint privilegium pertinere, ut ea nec uxorum facultatibus indulta cognoscant, et suis patrimoniis cum vivendi circumscripta temporibus. Neque enim ea, quae laborum contemplatione singulis sunt delata personis, heres poterit vindicare securus. *Dat. III. Non. Iul. Mediolano, Valentiniano A. IV. et Neoterio*[u] *Coss.* (390.)

19. *Iidem AAA.* *) *Tatiano Pf. P. Orientis.* Eam legem[v], quam de extraordinariis sordidisque muneribus expressis vocabulis functionum et insignibus dignitatum sine ulla ambage praescripsimus, ita circa eos, in quos nostra munera redundarunt, servandam esse praecipimus[x], ut iisdem[y] beneficiis non quam diu militaverint, sed quam diu vixerint, perfruantur. *Dat. XI. Kal. April. Mediolano, Tatiano et Symmacho Coss.* (391.)

20. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Messiano Comiti R. P.* Evidenter atque *) absolute iubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes[z], seu conductionis[a] titulo seu perpetuo iure teneantur, aliquid praeter ordinem, superindicti vel pretii petiti[b] nomine vel de sordidis quibuscunque muneribus agnoscant. Nam hoc et[c] a divis principibus impetratum[d] est, et a[e] nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur iudicum contra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus[f], alia de officiis suis, totidem et de curialibus, qui exsequi male *) iussa festinant, noverit eruenda. *Dat. XVII. Kal. Iul. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

21. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.* Privilegia venerabilis ecclesiae, quae divi principes contulerunt, imminui non oportet: proinde etiam quae circa urbis Romae episcopum[ff], observatio intemerata custodiet, ita ut nihil extraordinarii muneris ecclesia vel sordidae functionis agnoscat etc. *Dat. prid. Kal. Febr. Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

22. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.* Privilegia venerabilis ecclesiae imminui non patimur, ita ut nihil extraordinarii muneris ecclesiae vel sordidae functionis agnoscant. [g] Quicquid igitur praeceptis veteribus reverentia religionis obtinuit, mutilari, etiam poenae interminatione, prohibemus; ita ut hi quoque, qui ecclesiae

---

— c. 18 concordat et similis est c. 15 h. t. Meminit eius Theodosius in c. 19 h. t. — c. 19. Cod. Iust. X, 47, 14. Aur. Lugd. mendose *XVIII.* — c. 20. Cod. Iust. X, 47, 15. Cui. in Comm. c. 15 cit. l. c. p. 310. — c. 21 coniungenda est cum c. 30 C. Th. de Episc. (XVI, 2). Similis est c. 22 h. t. — c. 22. Cf. c. 21 h. t. Capit. (Ben. Lev.) V, 339. Verbis concordat cum c. 30 C. Th. de Episc. (XVI, 2).

---

ii) Vid. supra VIII, 7, 17, not. *gg.* Go. in Chron. *Dat. II.* *) Recte Be. rep. vult *Iidem.* **) Aur. Lugd. *numerum.* k) Go. em. *indiscretim*, confitens quidem *indiscretum* defendi posse, reprehendendus tamen, quod de v. *indiscretum*, de quo minime debebat, dubitavit. l) 4 *mentis*, sed ab ant. man. em. *meritis.* m) Go. Be. em. *exceptas*, recte. Rein. in m. cj. *expressa.* n) Fol. 156[a] cod. 4. *) Vid. c. 15 h. t., not. *. o) Be. *At*, mendose. p) Rein. cj. *curā*, recte, neque probo Go., qui *aliquem cura habere* esse dicit pro curam sustinere. q) Be. cj. *obnoxiam*; voluit fortasse *obnoxium*, sc. patrimonium. r) 4, Til. — Ri*. *Rhetiarum.* Mox 4 *expiditiones*, sed em. rubr. col. et Go. *expeditione*, err. s) Rein. ann.: „legam, *pastagae*, vel *bastagae*: Vide l. 3 de patrimonial. rei domin. (Nov. Theod. p. 1225 ed. Berol.). Rectū est pastus: v. primipili pastus." Cf. c. 8, 10, 11 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4). *Pastus militaris*, i. e. annona militaris. Til. — Cui. 2* *quas pastus, translatio mil.* t) Fol. 156[b] cod. 4. Mox 4, Til. — Lugd. *themonis.* Paullo infra Cui. 1 — Ri*. *circunscripta* et in sq. c. *quandiu.* u) 4, Til. — Ri*. *Neotherio.* *) Cod. Iust. imperatorum nomina habet. v) Vid. c. 18 h. t. x) Cod. Iust. *esse pr. s.* y) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* Mendose Ri*. *beneficii.* *) Mendose Go. — Ri*. *aque.* z) Fol. 157[a] cod. 4. a) Aur. Lugd. *condictionis.* b) Cod. Iust. om. *petiti* et mox *vel.* Graeci sec. Cui. habent *petiti* et Cui. *vel.* c) Cod. Iust. *Nam et hoc.* d) Cod. Iust. *imperatum*, sed Hal. Cui. *impetratum.* Go. dicit, sustineri posse *impetratum*; recte, sc. precibus. Graeci *αἰτηθέν.* In c. 22 h. t. *quicquid — reverentia religionis obtinuit.* e) 4 *ea*, sed rubr. col. em. *a.* Mox Aur. Lugd. *contrafecerit.* f) Cod. Iust. add. *suis.* *) Cod. Iust. *mala.* ff) Go.: „Scilicet Divi Principes contulerunt *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*: nisi pro, *quae*, supra legamus, *aeque*." Illud rectius. g) Fol.

obtemperant, his, quibus cautum est, beneficiis perfruantur. *Dat. prid. Id. Iun. Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

23. *Iidem AA. et Theodosius A.*[h] *Melitio Pf. P. Post alia:* Ab illustribus personis sordida munera et extraordinariae necessitatis[i] damna removemus etc. *Dat. XV. Kal. Mart. Ravenna, DD. NN. Honorio IX. et Theodosio V.*[k] *AA. Coss.* (412.)

TIT. XVII. DE EQUORUM COLLATIONE.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. Alexandrino*[l] *Comiti R. P.* Viceni et terni solidi per singulos equos, qui a colonis atque ab obnoxiis exiguntur, ipsi magis iugiter quam fraude*) procuratorum nostrorum equi offerantur. *Dat. III. Kal. Iun. Martianopoli, Lupicino et Iovino Coss.* (367.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Pompeiano Proconsuli Africae.* Sicut dudum praeceptum est, quam primum equorum, qui curatoricio[m] nomine flagitantur, in pretio maturetur exactio, ita ut viceni quidem solidi pro singulis equis a provincialibus exigantur, septeni vero contubernalibus ministrentur. *Dat. Id. Febr. Mediolano, Vincentio et Fravitta*[n] *Coss.* (401.)

3. *Iidem AA. Pf. P. et Comiti S. L.*[o] Equos canonicos militaris[p] dioeceseos Africanae, secundum subiectam notitiam singularum provinciarum, ex praesenti duodecima[q] indictione iussimus adaerari: in tribuendis viris clarissimis comitibus stabuli sportulis, in binis solidis pro singulis equis servari consuetudinem decernentes[r]. Quam formam quotannis[s] observari praecipimus, ut secundum postulationem Gaudentii[t] viri clarissimi comitis Africae, devotissimo militi septeni solidi pro equis singulis tribuantur. *Dat. XII. Kal. April. Mediolano, Vincentio et Fravitta Coss.* (401.)

4. *Impp. Honorius et Theodosius AA.*[u] *Herculio Pf. P.*[v] Constructioni murorum et[x] comparationi transvectionique specierum universi sine ullo privilegio coarctentur[y] ad necessitates Illyricianas[z] (nam in his *)duntaxat titulis nullum sub quopiam[a] cessare privilegii velamento censemus): sed sub hac conditione, cum tempus exegerit, huius modi collationi succumbant, ut non tantum requiratur idoneus, verum universi pro portione[b] suae possessionis iugationisque ad haec munia*) coarctentur[c], et a summis sarcina ad infimos usque decurrat. *Dat. III. Id. April. Constantinopoli, Basso et Philippo Coss.* (408.)[d]

— c. 23. Cod. Iust. X, 47, 16. Sec. Go. coniungenda est cum c. un. C. Th. Qui a praeb. tir. (XI, 18). Vid. infr. not. *k*.

Tit. XVII. Alius argumenti tit. est supra VII, 23. — c. 1 indigitatur in c. 2 h. t. — c. 4. Cod. Iust. X, 48, 1. Cui. in Comm. c. 1 cit. l. c. p. 311. Repetitur, quamquam aliis vv. om., aliis additis, in c. 49 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Vid. infra not. *d*. Sec. Go. fugitiva est. Vid. supr. XI, 15, not. sup.

157[b] cod. 4. h) Go. Be. em. *Impp. Honor. et Theod. AA.*, recte. i) 4 *pensionis* (rubro col. em. *personis*) — *necessitates.* Til. *necessitates.* Cui. 1. Aur. Lugd. *necessitate.* k) Lex un. cit. habet consules anni 409 (*Hon. VIII. et Theod. III.*). Pro iis Go. recte reponit consules h. legis. Vid. c. 40, 41 C. Th. de Episc. (XVI, 2), c. 11 et 15 Sirmond. Tillem. l. c. T. V, Not. p. 81, n. XXXIV. et hic et in c. un. C. Th. cit. requirit consules anni 410 aut 411, quorum praef. praet. (sc. Italiae) non nominentur.

l) Sec. Go. rep. *Alexandriano.* Vid. supra X, 1, 11; X, 10, 11; XII, 6, 14. *) Be. cj. *fraudi*, non recte. Paullo infra 4, edd. praeter Aur. Lugd. *Marcianop.* m) 4 *curatoricinio*, sed ab ant. man. subducta rubra lin. corr. *curatoricio.* Cum lit. *mine* v. *nomine* incip. fol. 158[a] cod. 4. n) Til. — Lugd. et hic et in sq. c. *Fravitto.* 4 hic *Fravitto* et in sq. c. *Fravito.* o) Desunt nomina magistratuum. Go. intelligit Hadrianum Pf. P. et Troinum Com. S. L. p) 4, Til. — Ri*. *militaris.* Val. in m. Go. in not. *militares*, quod Be. rec., haud scio an recte. q) Go. in Indictionum Laterculo (C. Th. ed. Ri. T. I, p. CCVII.) inde a Valentiniano et Valente Impp. quattuor indictiones distinguit: I. *Italicam* ab ann. 312; II. *Orientalem* ab anno 313; III. *Proconsularis Africae* ab ann. 314; IV. *Dioeceseos Africanae* ab ann. 315. Calculo ita instituto, 401 anno Orientalis indictio erat XIV., Italica XV., Proconsularis Africae XIII., dioeceseos Africanae XII., quae hic nominatur. Contendit enim, Africae Proconsularis indictiones uno anno deductiores fuisse Orientalibus, cum anno demum 313 Africa Proconsularis in potestatem Constantini venerit, neque igitur indictionum initium ibi fuerit nisi anno sequenti, in dioecesi autem anno 315. Vid. Go. ad c. 6 et 8 C. Th. de Indulg. debit. (XI, 28). Africae indictionem certe uno anno deductiorem fuisse Italica, conspicitur ex vv. Nov. Valentin. I. de Indulgentiis reliquorum (ed. Berol. p. 1282): „*in quartam usque indictionem per omnes provincias atque insulas Italiae, per Africam vero tertiae indictionis debita titulis fiscalibus eximantur.*“ Cf. Amadutius, Leges Novellae V anecdotae etc. p. 43 seqq., not. 8. Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 74, n. XII. videtur requirere numerum XIV. r) Aur. Lugd. *decerēntes*, mendose. s) 4 *quodannis* et infra Go. *sidgulis.* t) 4, Til. — Lugd. *Gaudenti.* Cui. 2 — Ri*. *GaudentI.* Vid. Tillem. l. c. u) Rein. vult *Arcadius, Honorius et Theod.* propter c. 7 C. Th. de Quaestion. (IX, 35), ubi vid. not. *z*. Idem non displicuit Go.; sed vid. infr. not. *d*. Be. in not. rep. *Iidem AA. et Th. A.* Go. *Imppp.* v) In Cod. Iust., c. 49 C. Th. cit., c. 172 C. Th. de Decur. (XII, 1) et c. 5 C. Th. Ne Collationis transl. (XI, 22) add. *Illyrici.* x) Cod. Iust. om. *Constr. m. et.* y) 4, Til. *cohartentur.* Cui. 1 — Lugd. *cohertentur*, mendose. Cui. 2 — Ri*. *coartentur*, ut Cod. Iust. z) Cod. Iust. *Illyricanas.* *) Fol. 158[b] cod. 4. a) 4, Til. — Ri*. *quodam.* Be. ex Cod. Iust. *quopiam*, quamquam ibi cod. G. *quodam* habet, ut C. Th. Neque vero *quodam* plane reprobandum, cum ea aetate, qua lex scripta est, *quidam* accipiatur pro *aliquis.* b) 4, Til. — Ri*. *proportioni* s. *pro portioni.* Be., suadente Go., ex Cod. Iust. ed. *pro portione.* Vid. c. 49 cit. *) c. 49 cit. *moenia.* c) Vid. supr. not. *y*. d) Lex 49 cit. *Dat. V. Id. A. DD. NN. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.) Eosdem consules Go. hic reponi vult, servatis nominibus imperatorum in inscriptione. Certe huius legis consules

TIT. XVIII. QUI A PRAEBITIONE TIRONUM ET EQUORUM EXCUSENTUR.

1 *Impp. Honorius et Theodosius AA. Melitio Pf. P.* Tirones, quorum pretia exhausti aerarii necessitas flagitavit, praebere nolumus[e] illustres[f] viros praefectos, cum gerunt infulas dignitatis, vel cum sublimem egerint praefecturam; non magistros militum vel comites domesticorum simile munus adstringat (neque enim[g] tirones de facultatibus eorum poscendi sunt, quorum virtus triumphis nostris[h] subiugat de hoste captivos); non praepositum vel primicerium sacri cubiculi, non castrensem, non comitem sacrae vestis, non ceteros cubicularios, non magistrum officiorum, quaestorem vel comites sacri ac privati aerarii illustres, non virum spectabilem primicerium notariorum, non consistorianos comites ac scriniorum magistros vel tribunos et notarios eadem damni mulcta percellet; non viros spectabiles comites archiatrorum, non comites stabuli, cura*) palatii, scholares, proximos scriniorum eademque scrinia, comites dispositionum, decuriones, magistrum admissionum et ceteras similes comitum laboribus nostris socias dignitates eiusdem praestationis sors teneat, non tribunos[i] vel praepositos militares post testimonium inveteratae militiae. Habeant[k] in commune omnes, sive dum administrant, seu postquam administraverint, debitum regiae liberalitatis officium; nemo tirones, equos vel praestationem aurariam vereatur, quem sub legis nostrae sanctione prosequimur[l]. Illos tantum tironum atque[m] auri munus adstringat, quos honorarios vocavit antiquitas, vel qui fasces civilium partium consecuti nulla prius laboribus rudimenta posuerunt. De ipsis etiam militaris nominis viris eos praepositos vel tribunos a privilegiis esse convenit alienos, qui castrorum expertes habentur, nec in hostem Martio aere caluerunt. *Dat. XV. Kal. Mart. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)[n]

TIT. XIX. DE COLLATIONE FUNDORUM PATRIMONIALIUM VEL EMPHYTEUTICORUM[o] ET REI PRIVATAE.

1. *Imp. Constantinus A. ad Dometium Dracontium*[p]. Quoties plures fundum patrimonialem possident, pro portionibus fieri a singulis non vetetur illatio. Quorundam enim probata industria ceterorum[q] culpa poterit coerceri. *Dat. XV. Kal. Maii Sirmio*[r]. *Acc. XV. Kal. Iun. Karthagine*, [s] *Crispo II. et Constantino II. Coss.*[t] (321.)

2. *Imp. Iulianus A.....*[u] Omnes, qui patrimoniales fundos[v] retinent, pro his conveniendi sunt ad universorum munerum[x] functiones, sicut unumquemque privatorum necessitas publicae pensitationis adstringit etc.*) *Dat. V. Kal. April.*[y] *Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

3. *Impp. Valentinianus et Valens AA. Provincialibus Byzacenis.* Ab emphyteuticariis[z] possessoribus annonariam quidem solutionem per[a] quattuor menses ita statuimus procurari, ut circa ultimos anni terminos pa-

---

Tit. XVIII. Nov. Valent. I—III. de Tironibus (ed. Berol. p. 1291 sqq.) et supra VII, 13. Go. add. vult c. 2 et ult. C. Th. de Decur. et silent. (VI, 23), c. 14 et 15 C. Th. de Prox., Com. disp. (VI, 26), c. 13 C. Th. de Princip. ag. (leg. de Agent. in reb. VI, 27), c. 21 (leg. 20) C. Th. de Palat. S. L. (VI, 30), c. 2 C. Th. de Priv. eor., qui in S. pal. (VI, 35), c. 2, 15, 18, 20 C. Th. de Tiron. (VII, 13), c. 14, 15 C. Th. de Extraord. s. s. mun. (XI, 16), c. 138 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 2, 3, 10 C. Th. de Medicis et prof. (XIII, 3), c. 15 (?) C. Th. de Navic. (XIII, 5). — c. 1 Go. coniungendam esse putat cum c. ult. C. Th. de Extraord. s. sord. mun. (XI, 16). Vid. c. ult. cit., not. *k*. Sec. Go. partim concordat c. 18 C. Th. de Tiron. (VII, 13). Vid. infra not. *i*. Vid. supra XI, 16, 14, not. sup.

Tit. XIX. Cod. Iust. XI, 64. Supra V, 13 et X, 3. — c. 1 coniungenda videtur Go. cum c. 2 Cod. Iust. de Fundis patr. (XI, 61). — c. 2. Cod. Iust. XI, 64, 3 add. nonn. — c. 3 coniungenda est cum c. 16 C. Th. V, 13, c. 9 C. Th. de Petit. (X, 10), c. 59, 60 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 17 C. Th. de Episcopis (XVI, 2). Vid. supra VIII, 5, 20, not. *l* et XI, 1, 15, not. sup.

---

non licet substitui illis, quos habet c. 49 cit.; turbaretur series legum in titulo de Operibus publ. Aut oscitatione librarii excidit in cod. 4 constitutio aliqua, cuius consules per err. huc translati sunt, aut servatum est in C. Th. eiusdem legis diversis annis repetitae exemplum. Hoc puto verius esse propter ea, quae in c. 49 cit. mutata sunt. Si recte se habet haec cj., in inscr. addendus est *Arcadius*. Aur. Lugd. *Cons.*

e) Ita 4, Til., Go.; Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. — Be. *noluimus*, mendose. Cui. 1 *praebebere*. f) Ita 4, Til. Aur. Lugd. Be. et Go. in notis, recte; rell. *inlustris*. g) Ap. Go. Ri. Ri*. vv. *neque — captivos* non sunt inclusa uncis. h) Fol. 159[a] cod. 4. *) Be. em. *curam*, recte. Til. — Cui. 2* *stabuli cura palatii*. i) Hanc partem Go. concordare putat c. 18 C. Th. de Tiron. (VII, 13). k) Til. — Cui. 2* *inv. militiae habeant*, om. interpunct. l) Go. ann.: „Locus hic sanus est et nec quicquam sollicitandus, *Nemo quem* etc. *prosequimur*." Cum v. *prosequimur* inc. fol. 159[b] cod. 4. Ri*. mend. *lestrae* pro *nostrae*. m) Go. ann.: „Hic Tertium omissum est, puta *Equorum*." n) Go. err. *Honor. VII*. Go. — Ri*. 412. Vid. c. ult. C. Th. de Extraord. s. s. mun. cit., not. *k*. Aur. Lugd. om. *Coss*.

o) 4 *enfytheuticorum*. Go. *emphiteuticorum*. Cod. Iust. *patr. et emphyteuticariorum* et om. *et rei privatae*. p) Sec. Go. Be. *Magistrum rei privatae Africae*. Vid. supr. X, 1, 4. q) Go. *industria, in cet.*, err. r) 4, Til. — Lugd. *Sirmi*. Be. *Sirmii*. s) Fol. 160[a] cod. 4. t) Aur. Lugd. *Cons.* u) Magistratus nomen periit. In cod. 4, edd. ante Be., Cod. Iust. nulla hic est lacuna. v) Cod. Iust. add. *sive communiter, sive ex asse*. x) 4 *numerum*, err. Cod. Iust. add. *ad eosdem fundos pertinentium pro rata portione, vel in solidum*. *) Cod. Iust. om. *etc.* y) Deest locus, ut multis in Iuliani legibus. Mox Cod. Iust. *Nevita* et Aur. Lugd. *Cons.* z) 4 *efytheuticariis*. a) 4

ria concludantur; aurum vero non ex die X. Kal. Dec. in prid. Kalendarum Ianuariarum, sed per annum solidum, prout quisque pendere potuerit, inferetur. *Dat.*[b] *Id. Sept. Aquileia, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

4. *Impp. Arcadius et Honorius AA.**) *Firmino Comiti S. L. Post alia:* Qui praedia patrimonialia et emphyteutica[c], privatae quoque rei, perpetuo iure retinent et dominici actores, augmenti et[d] superindicticii et onerum Rhaeticorum dicuntur mediam nolle solvere pensionem.[e] Igitur iubemus, ut moniti rationales sciant, ea, quae a divae memoriae Valentiniano constituta sunt[f], quam primitus esse servanda. *Dat. IX. Kal. Iun.*[g] *Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

TIT. XX. DE COLLATIONE DONATARUM VEL RELEVATARUM POSSESSIONUM[h].

1. *Imp. Iulianus*[i] *A. Aginatio Consulari Byzacenae.* Admodum nobis videtur absurdum et a nostrorum temporum tranquillitate summotum[k], ut hi, qui proscriptionis sortem pertulerunt, ad exemplum eorum, qui fundos donatos sacra liberalitate tenuerunt, auri atque argenti collationibus[l] redderentur obnoxii, quae sub divae memoriae Constantio[m] adscripta est, cum multum intersit inter eum, qui principali munificentia perfruitur, et eos, qui propria recuperare meruerunt. *Dat. prid. Id. Nov. Mampsystae*[n], *Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* (363.)

2. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum Pf. P.* [o]Eos, qui rem paternam vel suam a fisco recuperare meruerunt, a collatione auri atque argenti, quae adscripta est et[p] his, qui[q] aliquid a sacra liberalitate meruerunt, tutos defensosque servari praecipimus. *Dat. VI. Kal. Maii*[r] *divo Ioviano*[s] *et Varroniano Coss.* (364.)

3. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Hadriano Pf. P.* Exigua quodammodo[t] aedificiorum pensitatio nullum erga possessiones suas superindicti oneris pondus agnoscat. Per omnes autem civitates, municipia, vicos, castella[u] ex horreis, balneis, ergasteriis, tabernis, domibus, coenaculis, salinis etiam omnibus praeter mancipum[v], quae[x] populi Romani lavacris inserviunt, vel his, quae in memoratis locis sub pensionis locatione retinentur, nullius excepta persona, unius anni, hoc est tertiae indictionis devotione congrua [y]locorum dominis pensio conferatur, excepta scilicet aeternabili urbe, quam ab huius modi munere reverentia propriae maiestatis excusat. Ea videlicet ratione servata, ut, si qui dominorum[z] defuerit, vel a procuratoribus vel ab his, qui haec loca sub conductione detentant, id, quod praeceptum est, inferatur dominorum rationibus imputandum; ea conditione servata, ut sciant, tantum, quantum ipsi percipere consuerunt, omni maturitate oportere conferre. *Dat. III. Non. Oct. Ravenna, Stilicone*[a] *et Aureliano Coss.* (400.)

4. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Trygetio*[b] *Comiti R. P.* Largitates tam nostrae clementiae quam retro principum ex eo tempore, quo in bene meritos de re publica conferuntur, tenere perpetem firmitatem

---

— c. 4 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Off. com. rei priv. (I, 11). Praeterea sec. Go. cum h. c. coniungendae sunt c. 11 C. Th. de Iurisdictione (II, 1) et c. 6 Cod. Iust. de Exactor. (X, 19), etsi inscriptae Theodoro Pf. P. Vid. etiam c. 2 C. Th. cit., not. *, *v* et *c*.

Tit. XX. Cod. Iust. X, 28. Nov. Theodos. de Relevatis (ed. Berol. p. 1276). Nov. II. Martiani de Indulg. reliq. (ibid. p. 1360). — c. 2 sec. Go. fortasse coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Caesarianis (X, 7). Vid. infra not. *r*. — c. 3 sec. Go. fugitiva est et fortasse coniungenda cum c. 3 Cod. Iust. de Locat. praed. civil. (XI, 70). — c. 4. L. R. Burg. tit. I. Sec. Go. partim fugitiva est.

---

pen, rubro col. em. *per*. b) Add. *II.* sive *prid.* Vid. c. 16 cit., not. *cc*. Mox Aur. Lugd. *Cons.* *) Cui. 1 *AAA.* c) 4 *enfytheutica* et mox *Reticorum*, sed Til. — Ri*. *Rheticorum*. d) Sec. Go. pro *seu*. e) Fol. 160[b] cod. 4. f) Vid. supra V, 13, 15. Cf. etiam supra VII, 7, 2, not. sup. et *c* et I, 11, 2. g) Cf. c. 2 C. Th. cit., not. *c*. Aur. Lugd. *Cons.*

h) Cod. Iust. *De Collatione Donatorum, Vel Relevatorum, Aut Translatorum, Seu Adaeratorum.* i) Go. Rein. Be. corr. *Iovianus*. Vid. supra VIII, 1, 8, not. *q*. k) Go. in not. *semotum*. 4, edd. ante Be. *hii*. l) Scrib. ut Go. vult *conlationi*. m) Go. in comm. c. 2 h. t.: „Etsi in Maenardi Codice ad me transmisso a P. Puteano, suspicetur qui ad eum *Notas* quasdam adscripsit, hic legendum *Constantino*. Quod non probo: mihi quippe mens ea, *Constantium* omnino huius collationis auctorem videri." n) Ri*. *Mampsyste*. Go. em. *Mompsystae* s. *Mompsestiae* s. *Mopsuestiae* s. *Mompsuestiae*. Vales. in m. *Mopsuetrae*, sed sec. Be. *Mopsuestiae*. Vid. Go. in comm. h. c. et in Chron. p. LXVI. et Ammian. Marcell. XIV, 8. Cicero, Epist. ad Fam. III, 8: „*quum castra haberem in agro Mopsuhestiae*", ubi codex Mediceus *Moshestiae*. o) Fol. 161[a] cod. 4. p) Go. del. v. *et*, quod existimat occasione superioris vocis *est* irrepsisse. Ut in C. Th. lex scripta est, recte Go. em.; sed fortasse in maiori c., cuius pars hic superest, aliquid antecedit, quo referatur *et*. q) Til. *quia*, err. r) In c. 2 C. Th. cit. *Dat. X. Kal. Maii Sirmio*, quam veram esse puto scripturam. Vid. ibid. not. *a*. s) Be. *Iovino*, mend. t) Go. ann.: „*Quodammodo*, id est ferme: vel, ut Salvianus loqueretur, *admodum*. Nisi forte quis hic legat, *Exigua quidem admodum.*" u) 4, Til. — Ri*. *castellos*; recte Be. iubente Go. em. *castella*. v) Recte Iuretus ad Symmach. X, 58, Rein. et Go. pro *mancipium*, quod edd. habent, em. *mancipum*; ita enim est in cod. 4. x) Iuretus l. c. Rein. em. *qui*, impr. Go.; coniungit enim *quae* cum v. *salinae* et seqq. deinde vv. *vel his, quae*. y) Delevi praepos. *a*, quam a Cui. tacite restitutam habent Cui. 1 — Be., sed om. 4, Til. z) Fol. 161[b] cod. 4. a) 4, Til. — Lugd. *Stilichone*. Mox Aur. Lugd. *Cons.* Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 74, n. XIII. reponi vult consules anni 405 (*Stilichone II. et Anthemio Coss.*), ne in eundem annum incidat Messalae atque Hadriani praefectura. b) L. R. Burg. *lege firmatur, id est, ex corpore Theodosiani lib. XI. titulo XX. ad Strategium Comitem Rei Privatae.* Item coniicitur in m. Cui. 1 — Lugd. *Strategio*, recte impr. Go. Cf. Symmachi Ep. I, 38 (44), Augustinus in libro de Vita beata,

praecipimus, ut, quod unusquisque meruit, et recte transmisit, nec *) ad heredem, nec ad originem filiorum nepotumve sollicitudinem revocetur; nec quicquam[c] pro his possessionibus, quae largitate principali iam dudum in singulos quosque collatae sunt, damnosae conventionis molestiam pertimescat. §. 1. Sane, quod non optamus, si unquam exstiterit[d] tanta necessitas, ut aliquid in adiumentum aerarii nostri publica requirat expensa, [e] adiuvari nos biennali pensione praecipimus, quae non gravat possessorem, ut et temporum rationem et possessionis, de cuius non potest soliditate dubitari, ante oculos collocemus. Ideoque si quando in dono datis intra quinquennium possidentem *) necessitas dandi forte repererit, hunc a collatione esse iubemus alienum; si vero post quinquennium intra decem annorum spatia fuerit possessor inventus, mediam biennalis pensionis inferat portionem. Hi vero, qui supra decennium dono data inventi fuerint praedia possidere, si emerserit ulla necessitas, integra biennali nos adiuvent pensione. §. 2. Quod si contra hanc formam scientia iudicis vel executoris conventio pulsandum intra haec **) tempora iudicaverit possessorem, ad mulctam sexaginta librarum auri persolvendam se noverint adstringendos. Nec officium palatinum hac excusatione utatur, ut paucos esse asserat, ad quorum partes et scrinium haec cura pertineat, sed omnes omnium scriniorum totius militiae, quod sub privato meret[f] aerario, ad praescriptam poenam se noverint attinendos; ita ut primates praeter damnum etiam cinguli amissione mulctentur, si cuiquam, providentiam simulanti, consensum in hac suggestione aut instructionem praebuerint. §. 3. Ipsum enim codicem, caussa concussionis et fraudis, et universa scripturarum genera tali connexa negotio, ne vestigia timoris posthac ulla remaneant *), in conventu provincialium flammis iubemus exuri; eademque poena, si posthac ulla exstiterit, quod[g] in ipsa[h] aliave provincia huius modi asserat se proferre documentum, pro publica quiete deperire. *PP. in foro Traiani XIV. Kal. Iun., Asclepiodoto et Mariniano Coss.*[i] (423.)

5. *Imp. Theodosius A. Asclepiodoto *) Pf. P.* Ab universis, qui post obitum divi avi **) clementiae meae ex[k] munificentia tam divae recordationis patris[l] ac patrui[m] mei quam etiam serenitatis meae fundos cuiuslibet iuris petiverunt, sub hac dispositione reditus conferantur, ut, quicunque a praesenti die triennio[n] possident, unius anni habentes immunitatem pro reliquo biennio medii anni conferant reditus; ex triennio *) vero usque[o] quinquennium, unius anni; a quinquennio usque ad decennium, biennii; a decennio et ultra, triennii. In qua dispositione etiam hi habebuntur, qui dempto canone possessiones[p] cuiuslibet iuris donationis obtinent titulo, aut, cum[q] essent domini possessionum, canonem ex parte vel integrum adimi exoraverunt, ita tamen, ut, qui fundum dempto canone accepit, reditus universos, quos ipse percepit, iuxta datam dispositionem temporis solvat; qui[r] vero dominus constitutus possessionis tantum canonis promeruit relevationem, canonem tantum pro data[s] forma, hoc est aut dimidii anni aut unius aut biennii aut triennii solvat; eadem ratione etiam illis tenendis, qui relevationem[t] iugationis ex simplici beneficio meruerunt. Sane qui inspectorem specialem, ac si de ieiunis ac desertis possessionibus, accepisse dicuntur, electionem a sede culminis[u] tui propositam amplectantur, et aut solvant, ut dictum est, quod nunc consequuntur lucri, pro rata[v] temporum ratione, aut, si hoc moleste tulerint, patiantur denuo alios inspectores dirigi. §. 1. Quod si qui ex possessionibus principali sibi quondam liberalitate donatis postmodum quasdam aliis aut venundedit, aut et[x] ipse donavit, pro his quidem, quae venditae probabuntur, ille se statutis praesentibus obnoxium esse cognoscat, qui videtur pretium consecutus. Cui vero non vendita, sed legitime donata vel iure successionis acquisita possessio est, is profecto debebit iustius attineri ad illa praestanda iuxta tempora

---

Paullus Diaconus in vita Theodosii Iun. lib. XIV., Prosperi Chronic. Ceterum L. R. B. cod. Ottob. *p̄dium*; Vat. 1 *Stradio*; Berol. *estratidio*; Bi. et Bark. *ad Strategium*; Amadut. *ad Trygetium*; rell. *Strategio*. *) Go.: „Sententia haec vel corrupta est, vel barbari omnino Styli.“ Bark. ad L. R. B. p. 6 scriptum fuisse suspicatur: *ut q. u. m. et r. t. nec ad heredum nec filiorum nepotumve sollicitudinem ad originem revocetur.* Fortasse leg. *nec ad heredem nec ad originem, filiorum nepotumve* (sc. pristini possessoris, cuius res liberalitate principis ad alium translata est) *sollicitudine revocetur.* c) Go. Be. recte em. *quisquam.* 4 *quicquam*; facile *s* corrumpi poterat in *c*. d) Cui. 2 — Ri*. *obstiterit*, mendose. Go. etsi dubitanter corr. *adstiterit*. e) Fol. 162[a] cod. 4. Idem *adiuari*, em. rubr. col. *) Aur. Lugd. *occulos — posidentem.* **) Go. mendose *hae*. f) Go. em. *scriniorum totius militiae, quae s. pr. merent aer.* Non minus recte em. *quae* (scil. militia) *s. p. meret aer.* 4, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *maeret*. Aur. Lugd. *moeret, haerario*. Vid. supra VII, 19, 1, not. *r*. Cum v. *maeret* inc. fol. 162[b] cod. 4; in ima pag. parte est signum quatern. *K B.* *) 4 *conexa — remaneat*, a sec. man. supra *at* add. *n*. g) Go. em. *Ipsum etiam codicem, causam — si posthac ullus exstiterit, qui*, non male. Neque vero opus est, ut emendetur *etiam*. h) Go. opinatur leg. esse *ista*, sine necessitate; *ipsa* est pro *sua ipsius*. i) Aur. Lugd. *Cons.* Cui. 2 — Go. *Cosss.*, mendose. *) Err. Cui. 2, 2* *Asclepiadoto*. **) Theodosii M. k) Go. ann.: *A*, sc. pro *ex*. Aur. Lugd. *recordarionis*. l) Arcadii. m) Honorii. n) Fol. 163[a] cod. 4. *) 4 *trinnio*, em. a sec. man. o) Be. addi vult *ad*. Paullo infra *usque ad decennium*. Quid quod Aur. Lugd. h. l. *usque ad quinquennium*. Vid. infra XI, 28, 9, not. *l*. p) 4 *possessionis*. Til. *possessioneis*. q) 4 *autem*, sed a rec. man. corr. *aut cum*. r) Til. — Ri*. *solvat. Qui.* s) Ita recte Be. de cj. Go.; nam cod. 4 librarius, qui legum verba continuo scribere solitus est, hic quoque non divisis vv. scripsit: *prodataforma*; is demum, a quo singula quaeque verba rubro colore separata sunt (vid. Summaria C. Th. p. VIII.), lineolis rubris inter *dat*, *a* et *forma* interiectis effecit scripturam in edd. ante Be. rec.: *prodat a forma.* Antecedunt vv.: *iuxta datam dispositionem.* Praeterea Go. cj. *prodat ea forma*, praelata tamen altera cj. t) Ri. (non vulgo, ut Be. dicit) *revelationem*, err. u) Cum literis *minis* inc. fol. 163[b] cod. 4. v) 4 *pro lata*, sed a rec. man. corr. *rata*. x) Ri. Ri*. (non vulgo, ut

praefinita, qui adipisci*) in praesenti ex donata sibimet possessione monstratur. Qui vero alterius nomine ex munificentia principali donatos obtinet fundos, quique relevationis vel peraequationis beneficium simili modo consecutus ostenditur, ipse ad huius modi solutionem debebit adstringi, qui non ut petitor, sed ut dominus et possessor[y] rei poterit approbari. Vel certe si hoc, casu quodam, patere forsitan non valebit, ab ipsa possessione, quae vel donata vel peraequata[z] aut relevata est, supra dictis[a] fructus beneficii conferantur. §. 2. Scituris cunctis, quod, quisquis praedictam praestationem intra quattuor menses, ex quo fuerit admonitus, inferre distulerit, ipsas possessiones, quae[b] donatae eidem videntur, amittet, hi vero, qui certum quid collationis seu functionis indictae pro temporali possessione praestiterint, pleno in posterum[c] beneficio principali[d], quod aliquando meruerunt, munere perfruentur. *Dat. III. Id. Maii Constantinopoli, Victore V. C. Cos.*[e] (424.)

6. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Antiocho Pf. P.* Eorum iugorum sive capitum, sive quo alio nomine nuncupantur privati iuris vel patrimonialis sive civilis[f] sive templorum, quae a principio imperii divae recordationis Arcadii, genitoris mei, ex petitionibus diversorum vel ultro datis annotationibusque in praesentem[g] diem qualitercunque relevati[h] sunt, vel adaerata levius, vel de patrimoniali iure ad privatam[hh] vel in aurariam, aerariam atque ferrariam praestationem translata, quinta pars commodi, quod ex eo beneficio ad dominos fundorum pervenit, ex eodem tempore exacta, pro aestimatis*) per singulos annos habitis, arcae et sacrarum largitionum viribus ex aequo societur; exceptis[i] his, quae in capitatione humana atque animalium diversis qualicunque[k] concessa sunt. Ita ut[l] omnium, quae praedicto tempore atque etiam sub inclytae recordationis avo nostro in terrae[m] sive animarum*) descriptione relevata**) sunt usque ad quadringentorum iugorum sive capitum quantitatem, pars dimidia publicis censibus adiungatur; ut, si quidem usque ad quadringenta iuga vel capita relevatio facta est, dimidia tantum pars fisco reddatur; si[n] vero amplius aliquid relevatum est, utque[o] ad ducentorum iugorum vel capitum apud beneficium consecutos[p] relevatio firma permaneat, reliqua omnia publicis[q] censibus refundantur. Aut enim intra ducentorum numerum pro rata partis dimidiae portione unumquemque relevari conveniet, aut ultra eundem minime ad dispendium publicum praestita relevatione abuti, sive in una sive in diversis provinciis vel suo vel interposito nomine huius modi beneficium impetravit[r]. Nisi si quis se pro fundis sterilibus ac desertis maioris etiam adscriptionis relevationem iuste meruisse firmaverit[s], et inspectore seu peraequatore misso probaverit, non iam secundum nostrum beneficium, quod usque ad ducenta iuga vel capita pro dimidia parte indulsimus, sed pro inspectionis futurae veritate ac fide tributa publica soluturus. §. 1. Adaeratis etiam et qualitercunque translatis[t] ex quarta decima feliciter futura indictione*), translatione vel adaeratione servata, modum collationis imponi[u], qui consecutis*) partem quandam beneficiis[v] reservabit; pro regionum diversitate factae adaerationis modum atque omnium, quae in huius modi rebus[x] consideranda sunt, qualitate praefectura[y] amplissima disponente. §. 2. Illis solis ab hac descriptione[z] a sublimitate tua, sicut visum fuerit disponente, penitus eximendis, et[a] in praesenti*) collationis modo mansuris, quae civitatibus vel

— c. 6. In Cui. 2, 2* *c. Il.*, err. typ. Meminit h. c. Theodosius in Nov. de Relevatis, adaeratis vel donatis possess. (ed. Berol. T. II, p. 1276). Heraldi Quaest. quotid. I, 9, §. 12. Paris. 1650. fol. p. 74.

---

falso Be. et hic et saepe de aliis illarum editionum erroribus refert, vid. not. *t*) om. *et*. *) Aur. Lugd. *adispici*, mendose. y) Fol. 164[a] cod. 4. z) Cui. 1 — Lugd. *per aequata*. a) Go. cj. *super dicti*, non *supradicti*, ut Be. annotat, etsi neque mihi improb. h. cj. b) 4 *q*', rubro col. add. *uae* (quae). Paullo infra Go. *onlation is*. c) 4 *posterteum*, mend. d) Be. cj. *beneficii principalis*, recte, et revera cod. 4 habet *principalis*. e) Aur. Lugd. *Conss.* f) 4 *civili*, sed rubr. col. add. *s*. Aur. Lugd. *civiles*. Mox Go. — Ri*. *ultrodatis*. g) Cum literis *tem* v. *praesentem* inc. fol. 164[b] cod. 4. h) Recte Be. em. *relevata*. hh) Peyronus in comment. ad c. 17 C. Th. (V, 13) p. 133 em. *ad privatum*, impr. Wenck., quem vid. ibid. not. *p*. *) Go. ann.: „Si haec vox bene habet, et sequens, *habitis*; tunc vox *aestimatum*, pro *aestimatione* accipienda. Et sane in veteribus Glossis: *opinio σύνοψις aestimatum, τὴν σύνοψιν, ἤτοι ἐξαργυρισμὸν, ἤτοι Διατίμησιν*. Alibi *taxatio*, σύνοψις. Quare non mutandum hoc in *aestimatione habita*." i) Til. — Cui. 2* *societur: exceptis*. Go. — Ri*. *societur*. 2. *Exceptis*. Cf. Car. de Savigny l. c. T. VI, p. 340, not. 3. Mox Til. — Lugd. *humana, atque*. Heraldus l. c. et Reines. pro *animalium* volunt *animali*. Sic in c. 23 Cod. Iust. de Agric. (XI, 47) nonn. edd. *terrenas sive animales* et Cui. in c. ult. Cod. Iust. de Annon. (X, 16) ψυχικῆς συντελείας. k) Go. cj. *qualitercunque*. Herald. *qualiacunque*. Supra *qualitercunque relevati sunt* et infra §. 1 h. c. *qualitercunque translatis*. l) Til. — Cui. 2* *sunt, ita ut*. Go. — Ri*. *sunt; ita ut*. m) 4 *terre*, h. e. sec. orthographiam codicis *terrae*, quod recepi. In cod. a rec. man. add. *na* (terrena). Edd. *terrena*. *) Supra *humana atque animalium*. Rein. cum Heraldo l. c. legi vult *terrena, sine animarum*. **) Ri*. mendose *revelata* et *quadrigentorum*. n) Edd. ante Be. *reddatur. Si*. o) Recte Go. Be. em. *usque*; sed add. *quantitatem* post *capitum*. Vid. paullo supra. p) In Cui. 2 — Ri*. add. *seu*, err. Go. sustineri hanc vocem posse dicit, nisi quis malit *ea relevatio*; sed cum desit *seu* in cod. 4, coniecturis non opus est. q) Fol. 165[a] cod. 4 incip. cum lit. *cis* v. *publicis*. r) Recte Be. iubente Go. ed. *impetravit* pro *impetrabit*, quod 4 et edd. ante Be. habent, crebra literarum *v* et *b* confusione. s) 4 *firmaverint*, sed rubr. col. del. *n*. t) 4 *translatas*. *) Sec. Go. ann. 431. u) Go. Be. in not. add. *conveniet*, repetitum ex sup. *relevari conveniet*. *) Go. *consequutus*, mendose. v) Go. ann.: „γρ. *Beneficii*, partem scil. Beneficii." Tum autem Be. videtur scribendum esse *consecuti*. Non emendo nisi *beneficii*. x) Fol. 165[b] cod. 4. y) 4, Til. *praefecturae*, mendose. z) 4 *discribtione*, ut infra Til. *discribtionis*. a) Til. — Cui. 2* *tua, sic-*

curiis vel officiis in commune remissa sunt, vel aliquando personarum magis[b] indulta; sed ex dispositione amplissimae sedis tuae, si qua sit de relevatione suspicio, inspectioni verissimae subiiciendis. §. 3. Exactionem vero quintae partis collationum ab exordio imperii divae memoriae patris mei, ut dictum est, iam nunc fieri*) ab his, qui emerunt, vel eorum heredibus, si solvendo sint, vel detentatoribus, pro quo quisque possedit tempore, quo[c] obiit; posterioribus vel novis dominis, ad quos relevata praedia devenerunt, contra suos auctores actionibus[d] legitimis reservandis, neque penitus ullo, sub quocunque privilegio, dispositione hac eximendo. §. 4. Firmiter in futurum[e] et sine ulla descriptionis molestia apud eos, qui meruerunt[f], divina indulgentia permansura, ita ut ne retractari quidem nec proferri in medium has rursus liceat rationes, completis his, quae in praesenti de caussis singulis aut personis[g] pro rerum necessitate statuta sunt. *Dat. prid. Kal. Ian. Constantinopoli, DD. NN. Theodosio XIII. et Valentiniano III. AA. Coss.* (430.)

TIT. XXI. DE COLLATIONE AERIS.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[h] *Modesto Pf. P.* Aes, quod dichoneutum vocatur, non modo[i] deinceps largitionibus inferatur, verum de usu penitus et conversatione tollatur, ac nemini publice hoc habere liceat. §. 1.[k] Et conflatores figurati aeris, adulteratores etiam monetae capitalis animadversio persequatur. *Dat. VII. Id. April. Constantinopoli, Gratiano A. II. et Probo Coss.*[l] (371.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Hilario Pf. P.*[m] Aeris pretia, quae a provincialibus postulantur[n], ita exigi volumus, ut pro viginti quinque libris aeris solidus[o] a possessore reddatur. [p]*Dat. V. Kal. Iun.*[q] *Mediolano, Arcadio IV. et Honorio III. AA.*[r] *Coss.* (396.)

3. *Imp. Theodosius*[s] *A. Maximino Comiti S. L.* Perpetuo sancimus generalique decreto, ne cui*) deinceps ex praecepto comitivae sedis vel per oraculum sacrum vel per divinas annotationes numinis nostri in nummo vel in specie, nisi ita publica necessitas postularit, propria liceat tributa persolvere, sed ut magis aut ipsam speciem, si hoc usus exegerit, aut aurum[t], quod aestimatio certa constituit[u], pro centenario aeris huius modi possessor exsolvat. *Dat. V. Id. Dec. Constantinopoli, Victore V. C. Cos.*[v] (424.)

TIT. XXII. NE COLLATIONIS TRANSLATIO POSTULETUR.

1. *Impp. Constantius et Constans AA. Philippo Pf. P.* Plerique censum fundorum suorum iugorum[x] ad alias civitates transferre curarunt. Uniuscuiusque itaque civitatis censum in omnibus provinciis[y] ad proprias civitates redire censuimus. *Dat. V. Kal. Aug.*[z] *Constantio*[a] *IV. et Constante III. AA. Coss.* (346.)

Tit. XXI. Cod. Iust. X, 29. — c. 1 extremam partem Go. pro fugitiva habet. Vid. not. *k*. — c. 2 coniungenda est cum c. 22 C. Th. de Erogat. milit. ann. (VII, 4). Vid. not. *q*. Cod. Iust. X, 29, 1 mut. — c. 3. Vid. tit. II. h. libri, not. sup.

Tit. XXII. — c. 1 sec. Go. coniungenda est cum c. 4 Cod. Iust. de Dignit. (XII, 1). Indigitatur una cum c. 2 et 3 h. t. in c. 5 sq.

---

ut visum fuerit, disp. p. eximendis, et. Go. — Ri*. *Tua (sicut visum fuerit, disponente) p. eximendis, et.* *) Go. *praesentis*, err. b) Pithoeus (sec. Go.) et in m. Cui. 1—2* em. *meritis*, impr. Go., qui in comm. em. *provinciis integris* vel potius *provinciarum malis*, i. e. provinciarum damnis. Recte arbitror. Est qui reponat *alicui ordini personarum*. Paullo infra Cui. 2, 2* *hisq ui emer.* *) Vid. supra not. *u*. c) *quo* deest in cod. 4 et ap. Til.; tacite additum est a Cui. in Cui. 1, neque deesse potest. d) Tacite, etsi recte in Cui. 2, 2* correctum est *actionibus*; nam 4, Til. — Lugd. habent *actoribus*. e) Til. — Cui. 2* *eximendo firmiter in futurum, et.* f) Fol. 166[a] cod. 4. g) 4 *persoris*, mendose, sed em. rubro colore.

h) Recte Be. ex subscriptione add. *et Grat. A.* i) Go. Be. em. *non modo non deinc. larg. inf.*, Rein. *non modo d. l. non inferatur*, utrumque recte puto, nisi largitionibus dichoneutum inferri iubetur, ut commercium eius paullatim tollatur. k) Hanc §phum Go. pro fugitiva habet et relegat in tit. C. Th. de Falsa mon. (IX, 21) aut Si quis pecun. conflaverit (IX, 23). l) Aur. Lugd. *Cons.* m) Dignitas Hilarii deest in cod. 4 et ap. Til. — Ri*. Recte Be. iubente Go. ex Cod. Iust. et ex c. 22 et 23 C. Th. de Erog. milit. ann. (VII, 4) rest. *Pf. P.* n) Aur. Lugd. *postulItur*, mendose. o) Cod. Iust. *viginti* (om. *quinque*) *libris aeris unus auri solidus.* Savotus in Diatrib. de re nummaria part. III, c. 13 em. *XXIV* loco *XXV*, impr. Go. Cf. Schultz, Grundlegung zu einer geschichtlichen Staatswissenschaft der Römer. Köln am Rhein. 1833. 8. p. 610. p) Fol. 166[b] cod. 4. q) Ita Cod. Iust. Cod. 4 et edd. *V. Kal. Ian.* Vid. c. 22 C. Th. de Erogatione milit. ann. (VII, 4), not. *c*. Utroque loco scrib. aut *III.* aut *V.* r) 4, literis quidem fere evanidis, *āā et coss.* Til. *AA. et. Conss.* Cui. 1 *AA. et Conss.* Aur. Lugd. *Arcad. IIII. AA. et Honor. III. AA. et Cons.* Cui. 2 — Ri*. *A. et Coss.* Veram scripturam rest. Be. ex Cod. Iust. s) Go. rep. *Theodosius A. et Valentinianus Caesar.* Cf. supra XI, 1, 33, not. *y*. Cui. 2 — Ri*. *Impp.* *) 4 *nec ui*, separantur etiam vv. lineolis rubris. t) Fornerius rep. *aureum*, quasi unus aureus seu solidus hic pro centum libris aeris dari iubeatur, quod nimis ab aestimatione superioris legis recedere Go. recte monet. u) Go. cj. *constituet*, quasi Theodosius Comiti S. L. aestimationem faciendam committat, dubito an recte. v) Go. — Ri*. *Coss.*

x) Sec. Go. *ἀσυνδέτως*, pro *seu iugorum*. Be. rep. *iugorumve*. Puto *fundorum sive iugorum* leg. esse; scriptum erat *sū* (sive), quod librarius solvit in *suorum*. y) Fol. 167[a] cod. 4. z) Excidit *Constantinopoli*, cui errori ansam dedit nomen *Constantini*, quod in 4 illico sequitur. a) Recte Be. iubente Ri. ex Fastis consular. rep. *Constan-*

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*[b] *AAA. ad Neoterium*[c] *Pf. P.* Habeat unaquaeque[d] civitas consortem munerum, quem habuit in professione collegam. Iugatio omnis, ubi est antiquitus adscripta, permaneat, redeat ad se[e] alio, in fraudem munerum, translata iugatio. Discant ordines, discant reliqui possessores, mutato eo, quod non recte est impetratum, quem participem possidendi cognoverint, esse etiam in omnibus socium functionibus. *PP. IV. Non. Maii Arcadio A. I. et Bautone Coss.* (385.)

3. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Eusignium Pf. P.* Transferat, qui orando meruerit ex iudicio tuae magnitudinis in annonariis duntaxat commeatibus, ex alio loco ad urbem aliam professionem publicae functionis. Qui[f] diversis in urbibus non sufficiet[g] respondere exactorum numero crebriori, ad unum[h], ubi magis possidet iugationis, reliquum modum, [i]sine publico detrimento, exactorum[k] transmittat. *Dat. XVIII. Kal. Maii*[l] *Valentiniano A. III.*[m] *et Eutropio Coss.* (387.)

4. *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Anthemium Pf. P.* Nonnullos possessores, exactionis consuetae more dissimulato, eo temeritatis procedere cognovimus, ut quidam[n] auctoritate rescriptionis elicita instantiam compulsorum eludant sub eo obtentu, quod sponte pronius inferant expetenda. Qua usurpatione patefacta, promulgamus, ut, huius modi impetrationis novitate supplosa, quae vulgo autopractorum[o] vocatur, universa pensitationis profligandae quae fuit reviviscat[p] solennitas, et[q] curiales vel apparitio provincialis huius muneris vota procurent[r], exceptis his, quos eminentissimae tuae sedis specialiter consideratio digessit. *Dat. XIV.*[s] *Kal. Iun.*[t] *Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

5. *Idem A.*[u] *Herculio Pf. P. Illyrici.* Quod olim meminimus constitutum*), hac generali denuo legis praeceptione sancimus, ne cuiquam liceat praestationes possessionum[v] ad aliud territorium ex alio transferre, sed omnibus modis in eo loci tributaria agnoscatur illatio, quem fides censuum[x] retinet, et necessitas publicae adscriptionis[y] adstringit. Quod si ulterius ab officio praefecturae praesentia vel priora statuta fuerint temerata, centum librarum auri mulcta ferietur;[z] sed et singuli, qui nequaquam prohibitis temperabunt, viginti librarum auri dispendia sustinebunt. *Dat. VIII.*[a] *Kal. Iul. Constantinopoli, Varane*[b] *V. C. Cos.*[c] (410.)

TIT. XXIII. DE PROTOSTASIA[d].

1. *Imp. Constantinus A. ad Senatum.* Protostasiae munus hactenus senatores imposita necessitate sustentent[e], ut iisdem[f] senatorum census, implendae necessitatis contemplatione, socientur, ne[g] cuiusquam alte-

— c. 2. Vid. c. 1 h. t., not. sup. Go. cum h. c. coniungit c. 6 C. Th. de Iurisdict. (II, 1). — c. 3. Vid. c. 1 h. t., not. sup. — c. 4 sec. Go. fugitiva est et coniungenda cum c. 168 C. Th. de Decur. (XII, 1). Vid. not. *s.* — c. 5 sec. Go. coniungenda est cum c. 172 C. Th. de Decur. (XII, 1). Vid. not. *a.*

Tit. XXIII. — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), c. 12 et 13 C. Th. de Praetor. (VI, 4), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), c. 7 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), c. 1 C. Th. de Publ. compar. (XI, 15), c. 48 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 3 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1), c. 7 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Vid. c. 1 de Off. praef. urb. et c. 1 de Metat. citt., not. super.

---

tio pro *Constantino*, quod 4 et Til. — Ri*. habent. b) Go. Rein. Be. ex Fastis recte rep. *Valentinianus, Theodosius et Arcadius.* c) 4, Til. — Ri*. *Neotherium.* d) 4 *unuquaeque*, rubro col. corr. *unaquaeque.* e) c. 1 h. t. *ad proprias civitates redire.* f) Go. em. *Et sic qui* vel *proinde qui.* Non opus est, ut aliquid addatur. g) 4 *sufficet*; rubro col. add. *i* (sufficiet). h) Rein. legi vult *ad unā.* Vid. not. *k* sq. i) Fol. 167[b] cod. 4. k) Locus impeditus. Til. — Cui. 2* *sine publico detrimento exactorum, transmittat*, male, quae tamen interpunctio Rein. videtur movisse, ut em. *ad unam.* Be. prop. *exactorem.* Go. ann.: „Sustineri debet haec vox: *unum*, etc. *Exactorum*, id est unum ex Exactoribus.“ Hoc verum, etsi neque Be. cj. vituperanda est (*qui—non sufficiet respondere exactorum numero crebriori, ad unum exactorem transmittat reliquum modum*), neque Rein. em. displicet, si scribitur *exactionum* (*ad unam*, sc. *urbem — reliquum modum — exactionum transmittat*). An *exactorum* utroque h. c. loco accipiendum est pro iis, quae exacta sunt? Non puto. l) Deest locus, quo data est lex. Go. in Chron. add. *Med.* (Mediolano), recte; nam Valentinianus his consulibus Mediolani egit. Vid. c. 48 C. Th. de Appell. (XI, 30) non multo post ad eundem Eusignium datam. m) 4 *tertio.* Edd. *tertium.* Cf. Witte in Richteri Annal. crit. iurisprud. German. T. I, p. 18. n) Til. *quiddam.* 4 *quoddam*; a librar. supra *od* add. *i*, i. e. *quidam*, quam em. Til. pro *quiddam* habuit. o) 4, edd. ante Be. *auctopractorum.* Recte Be. iubente Go. em. *autopractorum.* Revocatur enim *αὐτοπραγίας* beneficium. Vid. Go. in comm. h. c. et in Gloss. nom. v. *Autopractorum impetratio.* Falso Be. dicit, ed. 1593, i. e. Lugd. habere *autopractorum.* Mox Til. *pro fligandae*, err. typ. p) 4, Til. — Lugd. *revivescat.* q) 4 *vel.* r) Go. cj. *praecurrent*, sed ipse se revocat. s) *XV.* c. 168 C. Th. de Decur. (XII, 1). Aut hic leg. *XV.* aut in c. 168 cit. *XIV.*, ut ambae leges in eundem diem incidant et inter se coniungi possint. t) Add. ex c. 168 cit. *Constantinopoli.* u) Go. Be. em. *Iidem AA.*, recte. *) Sec. Go. cf. c. 1—3 h. t. v) Cum lit. *sionum* v. *possessionum* inc. fol. 168[a] cod. 4. x) 4, Til. — Cui. 2* *censum.* Go., quem secuti sunt Ri. — Be., tacite em. *censuum*, recte. Etiam Rein. em. *censuum* et ann.: „*censuum* i. e. descriptionis personarum et rerum seu librorum censualium, catastri.“ Vid. c. 1 C. Th. de Censit. (XIII, 11). y) Cf. Carolus de Savigny l. c. T. VI, p. 303. Mendose Aur. Lugd. *adscribitionis.* z) Til. — Ri*. *ferietur. Sed.* a) *VIIII. Kal. Iun.* c. 172 C. Th. de Decur. (XII, 1) cum h. c. coniungenda. Aut igitur hic scrib. *VIIII. Kal. Iun.* aut in c. 172 *VIII. Kal. Iul.*, ut utriusque legis unus sit dies. b) 4, Til. — Lugd. *Varana.* Vid. supra VI, 26, 15, not. *k.* c) Aur. Lugd. *Conss.* Cui. 2 — Ri*. *Coss.*

d) Go. addi vult *et de Prototypia* propter c. 2 h. t. e) Go. ann.: „Tantum scil. ut mox *fine legis*, et: *Ut*, id est *prout.*“ Vid. not. *g.* f) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* g) 4 *socientur ne.* Til. *socientur, ne.* Cui. 1 — Cui. 2* *socientur, nec.* Go. — Ri*. *socientur:*

rius iuga aut capita senatorum censibus aggregentur, cum protostasiae munus ita debeant sustinere, ut ad eum numerum, quem ipsi censuali sorte sustentant, [h] senatorum tantum censibus nexis, eandem necessitatem debeant explicare[i]. *Dat. V. Non. Maii Gyfyrae*), Tauro et Florentio Coss.* (361.)

2. *Imp. Iulianus A. Sallustio Pf. P.* Prototypias et exactiones in capitatione plebeia curialium munera et quidem inferiora esse, minime dubitatur, atque[k] ideo a senatoriis easdem domibus summoveri oportet etc. *Dat. III. Id. Mart. Constantinopoli*), Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

3. *Impp. Arcadius et Honorius AA. . . .*[l] *Praesidi Frygiae*[m] *Palaestinae.* Cessantibus his, quae quibusdam cuniculis et surreptionibus impetrata noscuntur, et salvis privilegiis dignitatum, gravitas tua universos faciat protostasiae succumbere[n] functioni, ut et officia publica maturius peragantur, et privatorum merita ex hac distributione providentissime conserventur. *Dat. prid. Kal. Iul.*) Constantinopoli, Arcadio A. IV. et Honorio A. III. Coss.* (396.)

4. *Impp. Arcadius et Honorius*[o] *AA. Euthymio Vicario Asiae.* Qui ex-primipilaribus[p] sunt, protostasiae necessitatibus[q] obedire cogantur,[r] nec aliqua se obreptione subtrahere. *Dat. XII. Kal. Ian.*[s] *Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

TIT. XXIV. DE PATROCINIIS VICORUM.[t]

1. *Imp. Constantius A. et Iulianus C. Elpidio*[u]. Colonorum[v] multitudinem indicasti per Aegyptum constitutorum ad eorum sese, qui variis honoribus fulciuntur[x], ducum etiam patrocinia contulisse. Universos itaque, quos tantum sibi claruerit temeritatis assumere, ut praebeant latebram, et defensione repromissa aditum implendae devotionis occlaudant*), iubemus urgeri, ut debita, quaecunque vicani, quorum[y] consortio recesserunt, e propriis facultatibus fisci docebuntur commodis intulisse, iidem[z] cogantur expendere. Eos quoque, quos in defensionem suam videntur suscepisse, ab eorum patrocinio facias separari. *Dat. prid. Non. Febr. Constantinopoli, Constantio A. X. et Iuliano Caes. III. Coss.* (360.)

2. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Auxonium Pf. P.* Abstineant patrociniis[a] agricolae, subiugandi supplicio, si talia sibimet adiumenta commentis audacibus conquisierint. Hi vero, qui propria patrocinia largiuntur, per singulos fundos, quoties reperti fuerint, viginti et quinque auri libras dare debeant, et non quantum patroni suscipere consuerant, sed dimidium eius fiscus assumat. *Dat. prid. Id. Nov. Martianopoli, Valentiniano et Valente III. AA. Coss.*[b] (370?)

3. *Impp. Arcadius et Honorius*[c] *AA. Heracliano*

— c. 2. Vid. supra X, 3, 1, not. sup. et not. *r*.
Tit. XXIV. Cod. Iust. XI, 53. — c. 1 sec. Go. indigitatur in c. 5 h. t. et c. 2 in c. 3, 5 h. t.

Nec. Be. *socientur. Nec.* Go., qui *ut* interpretatus est *prout*, prop. *sociantur.* Reposui *ne*, in quo v. inest ratio legis. h) Fol. 168[b] cod. 4. i) Go. ann.: „*Exequi.*" *) 4, edd. om. *Gyfyrae.* Vid. c. 12 C. Th. de Praetor. cit., not. z et c. 48 C. Th. de Decur. (XII, 1), not. *u*. k) Til. — Cui. 2* *dubitatur. Atque.* Go. — Ri*. *dubitatur: Atque.* *) Aur. Lugd. *plebia — Contantinop.* l) Deest magistratus nomen. In cod. 4 et ap. Til. — Cui. 2* nulla est lacuna. Go. — Ri*. sex puncta ponunt, Be. tres asteriscos. m) 4 *Frygiae Palestinae.* Go. ann.: „An *Syriae*, vel potius *Primae?* Non; rescribendum omnino *Hygiae*, id est Salutaris" (vid. supr. I, 6, 1). Divisam fuisse Palaestinam in tres eiusdem nominis provincias extremis Theodosii M. vel primis Arcadii imp. annis Go. in comm. h. c. demonstrare studet ex c. 30 C. Th. de Erog. milit. ann. (VII, 4), Notitia Dignit. in Part. Or. (cap. II. Praef. praet. per Orientem [p. 10 ed. Boecking.] cap. XX. Comes Orient. [l. c. p. 56]) et ex Novella Iust. CIII., harum autem provinciarum unam *Salutarem Palaestinam* fuisse, seu *Hygiam*, a Praeside non a Proconsule, qui toti Palaestinae praefuerit rectam, et ita pergit in extremo comm.: „*Quanquam* erit forte, cui hic videatur potius rescribendum *Frygiae Pacatianae*", et hanc cj. probat ipse in Chron. ann. 396, probat etiam Wesseling. Erat autem *Phrygia Pacatiana* sub dispositione Vicarii dioeceseos Asianae. Cf. Notitia Dignit. cit. c. XXII (l. c. p. 60). Utra cj. praeferenda sit, difficile est ad dicendum. Illa commendatur similitudine vv. *Frygiae* et *Hygiae*, quae facile inter se confundi posse apparet, haec celebritate loci; verum tamen cum Phrygia Pacatiana nullo C. Th. loco commemoretur, contra Palaestina eiusque partes, illam praefero cj. Cf. Boecking l. c. in Annot. p. 142 sq. n) 4 *subcumcumbere*, mendose. *) In ed. Go. bis est v. *Iul.* o) Go. rep. *Idem AA.* Scrib. *Iidem AA.* 4 *Etymio*, a sec. manu add. *u* (Eutymio). p) Til. — Cui. 2* *ex primipilaribus.* Go. — Ri*. *ex Primipilaribus.* q) Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *sunt protostasiae, necessitatibus.* Aur. Lugd. om. comma, quod etiam Rein. delet. r) Fol. 169[a] cod. 4, qui *oboedire cogantur.* Edd. ante Be. *cogantur: nec.* s) Add. *Constantinopoli.*

t) Cod. Iust. *Ut nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos, vel vicos eorum*, sed Cui. *ut — suscipiat vicos vel rusticanos eorum.* u) 4, edd. *Helpidio* (vid. supra II, 8, 1, not. *y*), et om. dignitas. Add. *Pf. P.* Cf. supra VII, 4, 5 et 6; VIII, 5, 11; Ammian. Marcell. XXI, 6. v) 4 *Colonum.* x) 4 *faciuntur*, sed a rec. man. et rubr. col. corr. *fulciuntur.* *) Sec. Go. pro *obcludant.* y) Go. in not. videtur emendare: *quaecumque vicani coeteri e quorum consortio recesserunt*, scil. hi, de quibus agitur. Sec. Be. inser. est *a*. Neutro opus est. z) 4, Til. — Ri*. *idem*, sed Go. in notis: „*Iidem*, qui patrocinium praebent." a) Fol. 169[b] cod. 4. Paullo infra 4, Til. — Ri*. *Hii* et *Marcianop.* b) Ann. deest ap. Go. — Ri*. Go., cui adstipulantur Rein. et Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 15, n. VII., rep. vult *II.* (368.), quo relata est h. c. in Chron. Neque enim anno 370 Valens *Martianopoli* fuit, sed *Hierapoli* (vid. supr. VII, 6, 2; X, 17, 2; X, 20, 4 et Zosimum IV, 13), neque Auxonius die, quo data est h. c., praefecturam pr. gessit (vid. V, 13, 21, not. *r*), sed Modestus iam Auxonio successerat ante mensem Nov. ann. 370. Vid. supr. VII, 13, 6; infra XVI, 2, 19. Quamquam Go. recte vidit, tamen monendum est, omnes illas leges, excepta sola c. 6 cit., in mendo cubare. Ceterum vid. Pagium in Crit. ad Ann. Baron. ad ann. 370 (in Chron. C. Th. p. XC. ed. Ri.). c) 4 *Hononor*, mendose.

Comiti Aegypti. Quicunque ex officio tuo vel ex quocunque hominum ordine vicos in suum detecti fuerint patrocinium[d] suscepisse, constitutas luent poenas. Possessores autem competenter coerciti etiam inviti statutis imperialibus obedire, et muneribus publicis satisfacere cogantur. Quoscunque autem vicos aut defensionis potentia aut multitudine sua*) fretos publicis muneribus constiterit obviare[e], ultioni, quam ratio ipsa dictabit, conveniet subiugari. *Dat. prid. Kal. Oct.*[f] *Olybrio et Probino Coss.* (395.)

4. *Iidem AA. Eutychiano* *) *Pf. P.* Censemus, ut, qui[g] rusticis patrocinia praebere tentaverit, cuiuslibet ille fuerit dignitatis, sive magistri utriusque militiae sive comitis sive ex-proconsulibus[h] vel vicariis vel augustalibus vel tribunis sive ex ordine curiali vel cuiuslibet alterius dignitatis, quadraginta librarum auri se sciat dispendium pro singulorum fundorum praebito patrocinio subiturum[i], nisi ab hac postea temeritate discesserit. Omnes ergo sciant, non modo eos memorata mulcta feriendos, qui clientelam susceperint rusticorum, sed eos quoque, qui fraudandorum tributorum caussa ad patrocinia solita fraude confugerint, duplum definitae mulctae dispendium subituros. *Dat. VI. Id. Mart.*[k] *Constantinopoli, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

5. *Iidem AA. Eutychiano Pf. P.* Excellentia tua his legibus, quae de prohibendis patrociniis aliorum principum[l] nomine promulgatae sunt, severiorem poenam nos addidisse cognoscat, scilicet ut, si quis agricolis vel vicanis propria possidentibus patrocinium repertus fuerit [m]ministrare, propriis facultatibus exuatur; his quoque agricolis terrarum suarum dispendio feriendis, qui ad patrocinia quaesita[n] confugerint. *Dat. VIII. Kal. Iun. Constantinopoli, Theodoro V. C. Cos.*[o] (399.)

6. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Aureliano Pf. P.* Valerii, Theodori et Tharsacii[p] examinatio conticescat; illis duntaxat sub augustaliano iudicio pulsandis, qui ex Caesarii[q] et Attici consulatu possessiones sub patrocinio possidere coeperunt. Quos tamen omnes functionibus publicis obsecundare censemus, ut patronorum nomen exstinctum penitus iudicetur. Possessiones autem adhuc in suo statu constitutae penes priores possessores residebunt, si pro antiquitate census functiones publicas et liturgos, quos homologi[r] coloni praestare noscuntur, pro rata sunt absque dubio cognituri[s]. §. 1. Metrocomiae vero in publico iure et integro perdurabunt; ne[t] quisquam eas vel aliquid in his possidere tentaverit, nisi qui ante consulatum praefinitum coeperit procul dubio possidere; [u]exceptis convicanis, a quibus pensitanda pro fortunae conditione negari[v] non possunt. §. 2. Et quicunque in ipsis vicis terrulas contra morem fertiles possederunt, pro rata possessionis suae glebam inutilem et collationem eius et munera[x] recusent. §. 3. Hi sane, qui vicis, quibus adscripti sunt, derelictis, et qui homologi more gentilicio nuncupantur, ad alios seu vicos*) seu dominos transierunt, ad sedem desolati ruris constrictis detentatoribus redire cogantur; qui, si exsequenda protraxerint, ad functiones eorum teneantur obnoxii, et dominis restituant, quae pro his exsoluta constiterit. §. 4. Et in earum metrocomiarum locum, quas temporis lapsus vel destituit vel viribus vacuavit, ex florentibus aliae surrogentur. §. 5. Arurae[y] quoque et possessiones, quas curiales quolibet pacto, publicatis apud acta provincialia desideriis suis, vel reliquerunt vel possidere alios permiserunt, penes eos, qui eas excoluerunt, et functiones publicas recognoscunt, firmiter[z] perdurabunt, nullam habentibus curialibus copiam repetendi[a]. §. 6. Quicquid autem in tempus usque dispositionis habitae auro[b] illustri decessore sublimitatis tuae ecclesiae venerabiles, id est Constantinopolitana atque Alexandrina possedisse deteguntur, id, pro intuitu religionis, ab his

---

— c. 4 sec. Go. coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Navibus non excus. (XIII, 7). Vid. not. *k.* — c. 6. Cod. Iust. XI, 58, 14 max. part. om. Sec. Go. h. c. concordat cum c. 26 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1), c. 2 C. Th. Sine censu (XI, 3) et c. 3 C. Th. de Censu (XIII, 10. Vid. Go. in not. ad c. 2 cit.), sed maximam partem inde a vv. *Quos tamen omnes* ab hoc titulo fugitiva est.

---

d) Cui. 1 *procinium* et Cui. 2, 2* *protrocinium*, mendose. *) Aur. Lugd. *suo*, mendose. e) 4, Til. — Ri*. *obviari*. Be. iubente Go. *obviare*. f) Add. *Constantinopoli*. *) Aur. Lugd. *Euthychiano*. g) Fol. 170[a] cod. 4. h) Til. — Cui. 2* *ex proconsulibus*. Go. *ex Proconulibus*, mendose. Ri. Ri*. *ex Proconsulibus*. i) Cui. 2, 2* *subditurum*, mendose. Supra Cui. 1 *prosingulorum* et infra Aur. Lugd. *merorata*. k) Aut hic scrib. *Dat. prid. Id. Mart.* aut in c. 1 C. Th. de Navib. non excus. cit. *Dat. VI. Id. Mart.*, ut utriusque c. inter se coniungendae idem sit dies. Ceterum Aur. Lugd. *Conss.* et Cui. 2 — Ri*. *Coss.* l) 4 *principium*, rubro col. em. *principum*. Vid. c. 1 h. t., not. sup. m) Fol. 170[b] cod. 4. In ima pag. est signum quatern. *ΚΓ.* n) Til. — Ri*. *quaesiti*. Go. Be. em. *quaesita*, recte et confirmante cod. 4; nam etsi materia, qua librarius ad codicem scribendum usus est, ut aliarum paginarum initio, ita hic a membrana soluta est; tamen vestigia literae *a* ita clare supersunt, ut minime dubitari possit, quin scriptum fuerit *quaesita*. o) Aur. Lugd. *Conss.* Cui. 2 — Ri*. *Coss.* p) Aur. Lugd. *Thrasacii*. Go. cj. *Arsacii*. q) 4 *Caesario*. Est annus 397. r) 4 et hic et infra *omologi*. s) 4 *abq· d. cognitori*. t) Go. mavult *nec*, recte. Mox Aur. Lugd. *caeperit*, mend. u) Fol. 171[a] cod. 4. v) 4, Til. — Ri*. *negare*, manifesto err. Go. Rein. em. *negari*, quod Be. rec., recte. x) Go. excidisse putat v. *ne*, Be. *ne* sive *non*. Inser. est *non*. Est qui em. *munera recognoscent*. Mox 4, Til. — Ri*. *Hii*. *) Aur. Lugd. *viros*. y) 4 *arure*, h. e. *arurae*, habita ratione scripturae, qualis in codice esse solet. Til. — Ri*. *subrogentur*, *a rure q.* Val. ad h. l. ann.: „*arurae*, *ἄρουραι*. Orapollo cubitorum centum aruram definit. Est autem mensura Aegyptia et in hac lege sermo est de Aegypto." Etiam Go. cj. *Arurae*, quod Be. rec., plene interpungens post *subrogentur* et add. §. 5 signo. Rein. em. *Rura* ex Cod. Iust., qui hic incip. cum vv. *Rura et possessiones*. z) Fol. 171[b] cod. 4. a) Hic desinit c. 14 Cod. Iust. b)

praecipimus firmiter retineri; sub ea videlicet sorte, ut in futurum functiones omnes, quas metrocomiae debent, et publici vici pro antiquae capitationis professione debent, sciant procul dubio subeundas. §. 7. Nequaquam cephalaeotis, irenarchis[c], logographis chomatum et ceteris liturgis sub quolibet patrocinii nomine publicis functionibus denegatis, nisi[d] quid ex his, quae exigenda sunt, vel negligentia vel contemptus distulerit. §. 8. Metrocomias[e] possidere nostro beneficio meruerunt, et publicos vicos committere compellantur. *Dat. III. Non Dec.*[f] *Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.* (415.)

TIT. XXV. DE QUADRIMENSTRUIS BREVIBUS.

1. [g] *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino Pf. P.* Quotiescunque quadrimenstrui*) breves ab apparitoribus ducianis ad sedem vestrae celsitudinis destinantur, parilis notitia provinciali**) quoque tradatur officio, ut, priusquam ad iudicium vestrum examinanda mittantur, ibidem sub utrorumque praesentia conferantur, ut, qui[h] perperam vel petita vel erogata notaverit, confutetur; ne, discordante[i] brevium modo, in eorum damnum expensa revocetur, qui susceptionibus vel nominationibus obligati, quae militum nomine petuntur, exsolvant, nec imputari sibi, quod exsolverint, congemiscant[k]. *Dat. XII. Kal. Iun. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.*[l] (393.)

TIT. XXVI. DE DISCUSSORIBUS.[m]

1. *Imppp. Valentinianus*[n], *Valens et Gratianus AAA. ad Arthemium Vicarium Hispaniarum.* Quoties in disceptatione constiterit, inique discussionem fuisse confectam, et fidem facti non poterit approbare discussor, ipse in eodem titulo et in eodem[o] modo ad solvendum protinus urgeatur, in quo alterum perperam fecerit debitorem. *Dat. prid. Id. Maii*[p] *Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* (369.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius*[q] *AA. Messalae*[r] *Pf. P.* Maximas praedas hoc pacto agi de provincialibus certum est, ut[s] acceptae semel[t] securitates[u] et regestae[v] polypticis a discussoribus vel apparitoribus denuo postulentur[x], non quod utilitas publica flagitat[y], sed ut, si casu est amissa[z] securitas, maior praeda na-

---

Tit. XXV. Go. ann.: „Abest hic *Titulus* a *Cod. Iust.* etsi *lex ult. Cod. de annona et trib.* et *lex* 1. *Cod. de Apochis publicis* (quae eadem est cum *l.* 173. *inf. de decur.*) eo pertineant.“ Cf. Biener, Revis. des Iustin. Codex p. 58 — 60 (Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissensch. T. VII, p. 172 — 174) et Herrmanni ed. Cod. Iust. I, 42.

Tit. XXVI. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XXVI.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—18, 20, 21, 24—30, 32—34, 36—40, 42—44, 46, 49, Sich. Aeg. *Tit. VII.* Totus tit. deest in cod. 31. De cod. 35 cf. supr. XI, 16, 11, not. sup. L. Utin. *Tit. V.* Vid. tit. VI. et XVI. h. libri, not. sup. Cod. Iust. X, 30. — c. 1. Cod. Iust. X, 30, 1. Bas. LVI, 10, 1. Eodem die, sed ad alium magistratum data est c. 12 C. Th. de Navicul. (XIII, 5). — c. 2. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 2. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 1, i. e. *un.* Cod. Iust. X, 30, 2 mut. Cf. Nov. III. Valentin. de Indulgentiis reliquorum (ed. Berol. p. 1283 sqq.). Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 49; particula tantum interpretat. est in cod. 46; inscr. et textus des. in codd. 24, 30; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola subscr. in cod. 26. Coniungenda est haec c. cum c. un. C. Th. de His, qui potent. nom. (II, 14), c. 60 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5) et fortasse cum c. 13 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5), c. 59 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5) et cum c. 5 C. Th. de Loc. fund. (X, 3). Vid. c. un. cit., not. *r*, c. 13 cit., not. *q* et sup., c. 60 cit., not. *l* et c. 5 cit., not. *t*. Summaria C. Th.: „*Similis lib. XII. tit. 6. c. 26.*“

Ita 4, Til. — Be., mendose. In m. Cui. 1 — Cui. 2* et a Go., prob. Be. em. *a viro*; recte et consentiente codice 4, ubi in literis *auro* evanuit virgula ducta olim supra *u* (*aūro*, h. e. *a viro*). c) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2— Ri*. *hirenarchis.* Aur. Lugd. *hireonarchis.* Ceterum 4 *cefalaeotis hir. logografis.* d) Go. cj. *nec si*, recte. e) Til. — Cui. 2* *distulerit, metrocomias.* Go. legi vult *distulerit. Qui metrocomias*, recte. Ceterum Go. ad v. *contemptus* ann.: „Legum.“ f) Add. *Constantinopoli.* Mox 4 *Thed* (ita etiam in sq. c.) et Aur. Lugd. *Cons.*

g) Fol. 172 a cod. 4. *) Aur. Lugd. *quadrimenstui.* **) Go.: „Non scribendum hic, *notitia a provinciali.*“ h) Go. ann.: „*Qui*, brevis scil. quadrimenstruus: Neque enim quidquam hic mutandum.“ i) 4, Til. — Ri*. *discordanti.* Be. *discordante.* k) 4 *congemescunt.* Til. — Ri*. *congemescant.* l) Aur. Lugd. *Cons.*

m) 6, 7, 12, 16, 20, alii codd. *de Discussionibus.* L. R. U. in ind. rubr. *de Exactores iudices.* n) Cui. 1 *Valentinia us.* o) Cum vv. *ipse in eodem* incipit sec. pag. fol. 172 cod. 4, sed om. *titulo et in eodem*, quae vv. a posteriore demum manu supra lin. add., an ex Cod. Iust. accesserint, nescio. Recte et prob. Go. Cuiacius in Comment. ad c. 1 Cod. Iust. cit. l. c. p. 268: „*In eodem titulo*, inquit, puta in auro vel in argento, et in eodem modo, id est, eadem quantitate.“ Vid. tamen supra VIII, 1, 9, not. *e.* p) Locus, quo lex data est, deest etiam in Cod. Iust. An *Treviris?* Vid. c. 12 C. Th. de Navic. cit. Aur. Lugd. *Cons.* q) 36 add. *et Theodosius.* r) 8 *Mesalae.* 10, 18, 25 *Messali.* Nonn. codd., ut 16, 20, 38, 43 *Missale* s. *Missalae.* 10, 15, 18 *praeposito* pro *Pf. P.* s) 15 *Maximas pr. a. de pr. c. e. h. pacto ut.* 26 *peccato.* 25 om. *de* et 20 *ut.* Go. in not. *quod* pro *ut.* t) 6—8, 10, 12—14, 16—18, 21, 26, Sich. *deceptae simul.* 20 *acceptae simul*, sed *deceptae* supr. lin. u) 20, 21, Sich. *securitatis.* v) 6—10, 12, 13, 16, 18, 20, 21, 26, Sich. *rei gestae.* 15 *sec. ex rei gestae.* 25 *rei gesta.* Mox codd. *pollipticis, polepticis, polipticis.* R. *apoleptici.* Sich. *poliptici.* 26 *politici.* Vid. Cui. Observ. IV, 27. x) 4, Til. — Lugd. *postuletur.* 26 om. *postulentur.* y) Ita fere omnes codd., etiam 4, Til. — Ri*.; solus 15 *flagitetur* et 14, 17, 26, Go. in not. *flagitet*, ut Be. ex Sich. edidit. z) 4 *ramissa*,

scatur. Decernimus itaque, ut, quando insertae securitates ratiociniis[a] publicis continentur, rursus per iniuriam non petantur[b]. *Dat. V.*[c] *Kal. Dec. Mediolano*[d], *Stilicone*[e] *et Aureliano*[f] *Coss.* (400.)

Interpretatio. *Lex ista hoc iubet*[g], *in hoc maximam praedam exactores*[h] *de provincialibus exercere, ut post emissas securitates iterum polypticos*[i] *et securitates incipiant*[k] *postulare, quod ab his non pro publica utilitate fieri, sed ut, si*[l] *securitates inventae non fuerint, maior eis praeda nascatur. Ideoque statuit, ut, si securitates*[m] *ratiociniis publicis vel in polypticis exactorum continentur*[n], *iterum pro*[o] *cupiditatis nequitia non petantur.*

TIT. XXVII. DE ALIMENTIS, QUAE INOPES PARENTES DE PUBLICO PETERE DEBENT.

1. *Imp. Constantinus A. ad Ablavium.*[p] Aereis tabulis vel cerussatis aut linteis mappis scripta per omnes civitates Italiae proponatur lex, quae parentum manus[q] a parricidio arceat, votumque vertat in melius. Officiumque tuum haec cura perstringat, ut, si quis parens afferat[r] subolem, quam pro[s] paupertate educare[t] non possit, nec in alimentis nec in veste impertienda tardetur, cum educatio nascentis infantiae moras ferre non possit. Ad quam rem et fiscum nostrum et rem privatam indiscreta iussimus praebere obsequia *). *Dat. III. Id. Maii Naisso*[u], *Constantino A. IV. et Licinio IV. AA. Coss.* (315.)

2. *Idem A. Menandro*[v]..... Provinciales egestate victus atque alimoniae inopia laborantes liberos suos vendere vel oppignorare cognovimus. Quisquis igitur huius modi reperietur, qui nulla rei familiaris substantia fultus est, quique liberos suos aegre ac difficile sustentet[x], per fiscum nostrum, antequam fiat calamitati obnoxius, adiuvetur; ita ut proconsules praesidesque et rationales per universam Africam habeant potestatem, et[y] universis, quos adverterint in egestate miserabili constitutos, stipem necessariam largiantur,[z] atque ex horreis substantiam protinus tribuant competentem. Abhorret enim nostris moribus, ut quemquam fame confici vel ad indignum facinus prorumpere concedamus. *Dat.*[a] *prid. Non. Iul. Romae, Probiano et Iuliano Coss.* (322.)

TIT. XXVIII. DE INDULGENTIIS DEBITORUM.

1. *Imp. Iulianus*[b] *A. ad Avitianum Vicarium Africae.* Excepto auro et argento, cuncta reliqua indulgemus. *Dat. VII. Kal. Nov. Antiochiae.* (362.)[c] *Acc. XV. Kal. April. Karthagine, Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* (363.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Dextro Pf. P.* Quingenta[d] viginti octo milia quadraginta duo iugera, quae Campania provincia iuxta inspectorum relationem et

---

Tit. XXVII. — c. 1 exstat apud Baron. Ann. ad ann. 315, n. 5. — c. 2. Baron. ad ann. 322, n. 1.
Tit. XXVIII. Vid. tit. Nov. Valentiniani III. de Indulgentiis reliquorum (ed. Berol. p. 1281 — 1286); Nov. Martiani II. de Indulgentiis reliquorum (ed. Berol. p. 1360); Nov. Maioriani de Indulgentiis reliquorum (ed. Berol. p. 1370). — c. 1 coniungenda est cum c. 15 C. Th. de Cursu publico (VIII, 5), c. 2 C. Th. de Itin. mun. (XV, 3) et c. 7 Cod. Iust. de Aedificiis privatis (VIII, 10). Vid. Zirardin. l. c. p. 266 sq.

---

sed em. flavo et rubro col. 20 supr. lin. *ista ipsa.* Sich. *emissa.* 17 om. *si* post *ut.* a) 26 *Decernimus enim itaque.* 15 *Dec. i. ut si quando secur. insertae rat.*, non male. Nonn. codd. *inserte* et *securitatis.* b) In Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *Ne casu amissa securitate publica, quaedam praeda nascatur collatoribus: decernimus, ut quando securitates a discussoribus seu apparitoribus expositae, ratiociniis — petantur.* Go. ann. ad v. *Collatoribus*: „Ubi non fero Heraldum *in animadu. in Salmas. obseru. ad ius Attic. lib. 2. cap. 25. n.* 11. reponentem *Coactoribus*: qui ideo nescio quos novos Coactores instituit novos inquam nescio quos Publicanorum Coactores qui tributa colligebant, aut tributorum reliqua.“ c) 16, 27 *XV.* 28, 36, 40 om. *V.* Vid. annot. super. h. c. d) 4, 8, 15, 29, 33, 34, 42, Til. — Ri*. om. *Mediolano.* Sich. Cod. Iust. *Mediolani.* Be. *Mediol.*, ut nonn. codd. Br. Al., cuius tamen alii *Mediolano*, veluti 20. e) Ita plerique codd. Rell. *Stillicone*, ut Sich. aut *Stilichone*, ut 4, Til. — Lugd. Cod. Iust. aut *Stelicone.* f) 32 add. *vicario* et 43 $\overline{vc}$. 40 om. *et*, 8 *et Aur.*, alii *Coss.*, pro quo v. Aur. Lugd. *Cons.* Multi codd. *Auriliano.* g) 20 *continet*, sed supr. lin. *iubet.* Ibidem *in hac.* h) Go. in comm. c. 1 h. t. vituperat interpretem, quod *exactores* posuit tacens de *discussoribus*; mutavit autem interpres v. Visigothis ignotum. Nonn. codd. *maxima praeda*, alii *exactorum.* i) Plerique codd. Sich. Cui. 1 *polipticos* et paullo infra *polipticis.* 20 om. *et.* Hic quoque Go. interpretem erroris arguit, quem in extrema interpr. ab eo emendatum esse dicit. k) 10, 18 *accipiant.* Mox 43 *quam* pro *quod.* 21 om. *non*, sed est spatium. l) Nonn. codd., ut 8, 9 *sed etsi.* Multi codd. om. *si*, veluti 10, 18, 42, 43. m) 6, 7 *securitas.* 43 *ratiocinibus.* 10, 18 om. *Ideoque — publicis.* n) 42 cum nonn. codd. *contineantur.* o) 6, 7, 20, 43 *per* et 20 *cupiditates.* Mox 6, 7, 42, alii codd. *nequitiam.*

p) Deest dignitas, cuius loco sex puncta sunt ap. Go. — Ri*. Go. *Vicarium Praefecti Praetorio* et Be. *Vicar. Pf. P.* addi volunt. In Chron. h. a. Go. ann.: „Videtur fuisse pro Praef. praetorio.“ q) Fol. 173[a] cod. 4. r) Go. ann.: „An *adserat?* nil muto.“ s) *pro* deest in cod. 4, sed add. supr. lin. a librario. t) 4 bis habet *educare*, sed sec. loco deletur punctis infra scriptis. *) Rein. ann.: „De h. l. ita Heraldus l. I. Rerum et quaest. iur. quotid. c. 6. §. 12.: voluit Const. ampliori providentia expositionibus obviam ire: de expositis tacuit. Hanc autem legem nescio an diu vires suas exercuerit. Eam temporariam fuisse puto: et ideo nec in corpore Iuris a Iustiniano collecti receptam esse.“ u) Be. *Naissi.* v) Cf. supra VIII, 5, 4, not. *a.* x) 4, Til. — Lugd. *sustentent*, err. Aur. Lugd. *ad dificile.* y) Go. mavult *ut*, non male quidem, sed tamen sine necess. z) Fol. 173[b] cod. 4. a) Go. *Dat.* pro *Redd.* sive *Acc.* habet aut alium locum poni vult. Constantinus enim h. a. in Pannonia constitit. Vid. Go. in Chron. h. a. et ad h. c., not. *k.*

b) Rein. corr. *Iovianus.* Vid. not. sq. c) Cf. c. 15 C. Th. cit., not. *g* et *h.* Aur. Lugd. *Autiochiae — Cons.* d) Cui. 2, 2*. Go. *Quingena.* Til. — Go.

veterum monumenta chartarum in desertis et squalidis locis habere dignoscitur, iisdem provincialibus concessimus[e], et chartas superfluae descriptionis cremari censemus. *Dat. IX. Kal. April. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

3. *Iidem AA. Andromacho* *) *Pf. U.*[f] Omnium titulorum, [g] sive qui ad illustres viros praefectos praetorio, sive qui ad largitiones nostras pertinent, usque in consulatum primum[h] clementiae nostrae, id est usque[i] indictionem quintam decimam, quae proxima fuerit*), reliqua universa concedimus. Atque ut ipsa memoria reliquorum intercidat, chartas omnes, sive quas tabularii civitatum sive officia iudicum sive officium palatinum sive discussores habent, quibus tamen eius temporis et debitorum nomina et debita continentur, undique in medium congregatas palam flammis iubemus aboleri. Post consulatum vero mansuetudinis nostrae **), id est a prima indictione in consulatum Olybrii et Probini[k], omnium reliquorum exactionem suspendi oportere censemus, donec admoniti ordinarii iudices nominatorios breves[l], absque ulla conscriptos fraude, transmittant, quibus aperte liqueat, quae penes minuscularios, quae penes curiales debita, quae tam[m] in defectis domibus habeantur; his enim praecipue consulendum est, [n] qui iusto remedio indigent. Noverint igitur officia, ad se omne dispendium rediturum, si occultatis idoneis, in eorum locum foeneos defectosve *) subiecerint. Ex consulatu sane Olybrii et Probini[o], id est ex nona indictione in praesentem diem, accelerari solutionem omnium conveniet debitorum. Eos etiam, qui personalibus debitis sacro aerario tenentur adstricti, id est conductores diversorum portuum ac vectigalium volumus esse securos. Publicani etiam et telonarii, praepositi thesaurorum atque baphyorum[p], procuratores gynaeciariorum[q] ac monetariorum ceterique, quos omnes in chartis suis officium palatinum sine ullo aetatis fine custodit, decernimus, ut, quaecunque per eos debita contracta sunt, summoveantur. Ab heredibus etiam[q] memoratorum exactionis atrocitas conquiescat. *Dat. VII. Kal. Iul. Mediolano, Vincentio et Fravitta*[r] *Coss.* (401.)

4. *Iidem*[s] *AA. Theodoro Pf. P.* Ab omni intra Italiam iugatione, quam munere annonariae functionis absolvimus, etiam glebalem[t] pensionem iubet serenitas nostra removeri. *Dat. Id. Sept. Mediolano, Basso et Philippo Coss.* (408.)

5. *Impp. Honorius et Theodosius*[u] *AA. honoratis et possessoribus per Africam.* Reliquorum ex fiscalibus titulis cuncta debita nostrae mansuetudinis indulgentia subsequatur etc. *Dat. VII. Kal. Dec.*[v] *post cons. Honorii VIII. et Theodosii III. AA.*[x] (410.)

6. *Iidem AA. Macrobio Proconsuli Africae.* Considerantes Africae devotionem, usque in initium fusionis quintae*) universa reliqua, quae tam ad arcam[y] sublimium potestatum quam ad largitiones pertinent, relaxari praecipimus. Privatae quoque rei debita similiter relaxamus, chartis abolitis, quibus debita publica continentur. *Dat. VII. Kal. Iul.**) *Ravenna, Varane*[z] *Cos.* (410.)

— c. 5. Vid. infra not. *x.* — c. 6. Baron. ad ann. 410, n. 12.

Q. vigintiocto m. quadragintaduo. Schultz, Grundlegung zu einer geschichtl. Staatswissenschaft d. Römer. Köln am Rhein 1833. 8. p. 655 legi vult *Quingenta viginti unum millia numum in mille quadraginta duo iuga*, i. e. 1042 desertis iugis Campaniae indulta est summa 521,000 Sest., impr. Klenzio (Kritische Phantasien eines practischen Staatsmannes. Berlin 1834. 8. p. 89). e) Go. ann.: „*concessimus*, vel *concedimus.*“ Utrumque recte. Illud instar epistolae. Vid. infra c. 9 h. t. *concessimus reliqua*; supra XI, 27, 1 *fiscum — iussimus praebere obsequia.* Supra 4, edd. ante Be. *hisdem.* *) Til. Cui. 1, 2, 2* *Ardromacho*, sed em. in Corr. Cui. 2, 2*. f) Be. ann.: „*Pf. P.* Gfr. vult, et quidem Galliar. Lex tamen ad plures magistratus manifesto data est, quanquam non negandum, ad Pf. U. eam minus pertinere.“ Go. assentitur Tillem. l. c. T. V, p. 75, not. XV., recte puto. Similis error supra II, 12, 6, not. *g*, VIII, 8, 7, not. *f.* Sed tamen mirum est, in omnibus legibus praeter c. 6 cit., Andromacho inscriptis, codices I., Lugd. 4, haberi siglum praefecti urb. g) Fol. 174[a] cod. 4. h) Go. ann.: „Id est, *Honorio N. P. et Euodio Coss.* et sic A. D. 386.“ Recte. i) Be. in not. rep. *usque in ind.* Similiter c. 9 h. t., not. *l.* *) Go. ann.: „Sustineri potest: Hoc tamen sensu semper, pro *fuit.*“ **) Id e. ann. 387. k) Id est ann. 395. Til. — Lugd. *Probini omnium reliquorum*: *exact.* l) 4, Til. — Lugd. *nominatarios.* Cui. 1 — Cui. 2* in m. *ἴσως notarios.* Go. ann.: „*Nominatorii breves*, imo *Notorii*“, et in comm. h. c.: „Sunt qui *Notarios Breves* hic substituunt, quae alias Notariae vel Notoriae, de quibus alibi. Tentet quis etiam Commonitorios Breves. Commonitorium ita quoque est secundum *Gloss. Nom. ἐπιστολὴ προστατικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας*: denique omnis charta, ex qua fides alicuius rei petitur: de quo dixi plene ad *l.* 1. (Ri. 2.) *sup. si certum pet. de suffrag. et l. 27. sup. de erog. mil. ann.* Nisi denique malit quis, Nominatorios Breves, quibus nomina continebantur seu exprimebantur eorum penes quos reliqua residebant.“ Recte. Cf. supra I, 10, c. ult., not. *e* et ibid. Wenck., not. *o.* m) Go. Be. em. *etiam* pro *tam* et Rein. *item.* Alterutrum requiritur; praefero *etiam.* Ad v. *defectos* cf. supra V, 13, 30, not. *v.* n) Fol. 174[b] cod. 4. *) Supra *in defectis domibus.* Suppl. *agros* s. potius *fundos.* o) Id est ann. 395. p) 4 *Puplicani etiam et thelonarii - adque bafyorum — gynechueariorum*, sed a libr. em. *Publicani etiam et telonarii.* Til. — Ri*. *bafyorum — gynaecstariorum.* q) Til. — Cui. 2* *sunt, submoveantur ab heredibus, etiam*, male. Mendose Go. *exactionibus.* r) 4 *Fravito.* Til. — Lugd. *Fravitto.* s) Go. Be. rep. volunt *Impp. Honorius et Theodosius*, quia Arcadius his coss. Constantinopoli decesserat Kal. Maiis; recte et repon. cum Go. in inscr. sq. c. *Iidem AA.* t) Fol. 175[a] cod. 4. Mox Aur. Lugd. *Cons.* u) Vid. not. *s* antec. Cui. 2 — Ri. *Imp.* Cui. 2, 2* *Thod.* et mox 4 *mansetudinis*, mendose. v) Add. *Ravenna.* x) Est igitur haec c. recentior sequenti, neque delenda vv. *post cons.*, ut relata lege ad ann. 409 erroris suspicio a C. Th. conditoribus removeatur. Primum enim Honorius Africae triplicis tantum generis indulgentiam c. 6 h. t. concessit, deinde plenam hac lege. Cf. Go. in comm. c. 6 h. t. *) Id est sec. Go. usque ad init. ann. 408. Cf. supra XI, 17, 3, not. *q.* y) Cf. Zirardin. l. c. p. 226. *) Vid. not. *x* antec. z) 4, Til. — Lugd. *Varana.* Cf. supra VI, 26, 15, not.

7. *Iidem AA. Ioanni*[a] *Pf. P.* Campaniae, Tusciae, Piceno, Samnio, Apuliae[b], Calabriae, sed et Brittiis[c] et Lucaniae ex*) omni praestationis modo, quem antiqua solennitas detinebat**), quattuor[d] partes iubemus auferri; ita ut ex indictione decima[e], quinque annorum indulgentia contributa, [f]partem solvant publicae functionis. Ad reparationem sane cursus intra indulgentiae tempus quicquid fuerit postulatum, id solum conferri censuimus. *Dat. VIII. Id. Maii Ravenna, Lucio V. C. Cos.* (413.)

8. *Iidem AA. Seleuco*[g] *Pf. P.* Navicularìis intra Africam ex quarta decima*) indictione consulatus[h] Valentiniani Aug. III. et Eutropii[i] V. C. usque ad indictionem quartam*) consulatus nostri septies et Theodosii[k] iterum omnia reliqua indulgemus. *Dat. III. Non. April. Ravenna, Constantio et Constante Coss.* (414.)

9. *Iidem AA. Anthemio Pf. P.* Per omnes provincias Orientis ex indictione undecima Valentiaca in[l] quintam[m] usque nuper transactam indictionem, annorum scilicet quadraginta, id est ex consulatu divorum Valentiniani et Valentis iterum[n] Augustorum usque ad consulatum invictissimi Honorii patrui mei septies[o] et meum iterum, omnium generalium titulorum sub aequa lance tam curiis quam collatori privato et patrimoniali, divinae quin etiam domui omnique iuri munifico, nec non et cellariis, praeter[p] trium metallorum debitoribus, Docimeni, Proconensis[q] et Troadensis[r], concessimus[s] reliqua, sive species sive aes, pecunia, aurum argentumque debetur, ita ut nec horreis et[t] praefectoriae arcae[u], nec nostro aliquid ex his aerario[v] debeatur; sequentis temporis debitis ex indictione sexta usque ad praesentem duodecimam emergentibus necessitatibus reservatis. *Dat. V. Id. April. Constantinopoli, Constantio et Constante Coss.* (414.)

De eadem re scriptum[x] *edictum ad Populum, ad Martianum Comitem S. L., Musellio Praeposito sacri cubiculi de titulis ad domum sacram pertinentibus, ad Rectores provinciarum; et de metallariis Edictum ad Populum per provincias Illyrici et ad Rectores provinciarum.*

10. *Iidem AA. Aureliano Pf. P.* Indulgentiam, quam ex undecima[y] indictione Valentiaca in quintam usque nuper transactam generaliter per omnes provincias et populos sparsimus, nonnulli[z] visi sunt in suum compendium rapinamque convertere, ut fierent privata debita, quae fuerant publica. Ideoque ut largitatem nostram non nomine, sed re ipsa provinciales experiantur, a nullo ordine obtentu anticipatae per se illationis ulterius aliquid exigantur[a], cum eis sufficere debeat*), ad medelam[b] quicquid et ipsi ex eadem indulgentia meruerunt, quam sacrilego animo temerare*) conati sunt. *Dat. V. Id. Iul. Constantinopoli, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.* (415.)

11. *Iidem AA. Monaxio Pf. P.* Primipili reliqua, tanquam ad nuper[c] emissam generalem indulgentiam minime pertineant, flagitari cognovimus. Ideoque sancimus, primipili quoque reliqua eiusdem temporis relaxari, nec quemquam debere pro eo tempore, quod indulgentia definivit, primipili vel cuiuslibet alterius tituli gratia conveniri, praeter Docimeni, Proconensis[d] et Troadensis metallorum debitores, quos et dudum[e] latae indulgentiae series comprehendit. *Dat. V. Id. Sept. Heracleae, Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

12. [f]*Iidem AA. Palladio Pf. P.* Praeter censuales functiones[g] Campania, quam et vetustatis gravior onerat adscriptio, et post hostium vastavit incursio, peraequatis territoriis nonam partem tantummodo praeteriti assis publicarum toleret functionum[h]. Picenum vero et

— c. 9 commemoratur in c. 10 et 11 h. t. Imitatur eam sec. Go. Theodosius iun. in c. 16 h. t., quae sane multis verbis cum hac c. consentit. — c. 11. Eodem die data est c. 6 C. Th. de Relat. (XI, 29) et c. 147 C. Th. de Decur. (XII, 1). — c. 12 dubitat Go. an memoret et ampliet Honorius quinquennio post c. 14 h. t. Vid. c. 14 h. t., not. *o*.

k. Aur. Lugd. *Cons.* a) 4, Til. — Lugd. *Iohanni.* b) 4 *Apaliae*, rubr. col. em. c) 4 *Brittiis.* Til. — Lugd. *Britiis.* Rell. *Brutiis.* Vid. supra IX, 19, 1, IX, 30, 1. *) Err. Ri*. *eo.* **) Go. in comm. *destinabat.* d) Go. ann.: „*De quinque.*" e) Go. ann.: „Id est Consulatu Varanae, A. D. 410." f) Fol. 175[b] cod. 4. Aur. Lugd. *ctributa* et infra *Conss.* g) 4, Til. — Ri*. *Seleucho.* *) *Prima* c. 3 h. t. Scaliger, Emendat. lib. V. em. *decimam tertiam*, sed Canon. Isagog. III, pag. 305 *quintam decimam*, prob. Petav. Vid. not. * sq. h) 4 *consolatus*, rubr. col. corr. *consulatus.* i) 4, Til. — Ri*. *Eutropi.* Go.: „Id est A. D. 387". *) *Quinta* c. 9 et 10 h. t. Scaliger, Emendat. lib. V. cj. *sextam.* Petav. ex c. 9 et 10 repon. *quintam.* Verum de indictionibus cf. supra XI, 17, 3, not. *q*. k) 4, Til. — Lugd. *Theodosi.* Cui. 2 — Ri*. *TheodosI.* Go.: „Id est A. D. 407." l) 4 om. *in*, sed add. rubr. col. supr. lin. Similiter supra c. 3 h. t., not. *i*, c. 16 h. t., not. *dd* et supra XI, 20, 5, not. *o*. m) Go.: „Id est A. D. 407." Err. Ri*. *quinta.* n) Go.: „Id est A. D. 368." o) Vid. not. *m* antec. p) Fol. 176[a] cod. 4. q) 4 *Proconensi.* Cod. Greg. XIV, 4, 1, §. 7. r) Rubro colore in cod. 4 deletur *s* (Troadensi). s) 4 *concessim reliqua*, mendose. t) Go. ann.: „*Nec.*" u) Cui. 2, 2* *arce*; Rein. em. *arcae.* v) Go.: „Utrique aerario *d. l.* 16. *infr.*" x) Aur. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *rescribtum.* Mox 4, edd. *Marcianum.* Cf. de h. subscr. Go. in comm. h. c. y) Go.: „A. D. 368." Vid. c. 9 h. t. z) Fol. 176[b] cod. 4. Difficile discernitur, utrum in cod. 4 scriptum sit *usi* an *uisi*; rec. man. in m. add. *visi.* Non opus est cj. *ausi.* a) Cf. supra VI, 35, 1, not. *p*, VIII, 1, 1, not. *f*, X, 10, 22, not. *. Recte Go.: „*Provinciales.*" *) Mendose Go. om. *debeat.* b) 4, Til. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *medellam.* Go. *modellam*, mendose. *) Aur. Lugd. *temerari.* c) Ante biennium et quinque menses. Vid. c. 9 h. t. d) Vid. c. 9 h. t., not. *q*. e) Vid. not. *c*. f) Fol. 177[a] cod. 4. g) Be. ann.: „haeret in his Gfr., quippe de ipsa censualium functionum indulgentia lex agat; ideoque vel *Propter* leg. opinatur, vel ex l. 7. supr. *cursuales.*" Rep. *cursuales.*

Tusciam, suburbicarias regiones, septimam tributorum ad supputationem professionis antiquae per universos titulos iubemus agnoscere, ut, reciso[hh] antiqui census onere, is tantum modus, quem superius comprehendimus, chartis publicis inseratur; hac conditione, ut omnis super desertorum[i] nomine querela in posterum conquiescat. *Dat. XVII. Kal. Dec. Ravenna, Honorio XII. et Theodosio VIII. AA. Coss.* (418.)

13. *Iidem AA. Venantio*) Comiti R. P.* Breves, quos spectabiles ac probatissimi nobis viri ac[k] palatinorum sacrarum vel ad praetoriana scrinia detulerunt, et professionis modum eum, qui brevibus sedit, scribi volumus; eum vero, qui recisus est de chartis publicis, iubemus auferri. Unde, secundum [l] fidem polypticorum, per provinciam [m] proconsularem novem milia duas centurias, iugera centum quadraginta unum in solvendo et quinque milia septingentas centurias, iugera centum quadraginta quattuor semis in removendis; per provinciam vero Byzacenam in praestanda functione septem milia quadringentas sexaginta centurias, iugera centum octoginta, septem milia sexcentas quindecim vero centurias, iugera[n] tria semis in auferenda constat adscripta; ut circa eos, quibus collocata ac relevata sunt praedia, ad securitatem perpetuae proprietatis intermina possint aetate servari. De his vero, quae edictis pendentibus nondum sunt certis assignata personis, rectores provinciarum decernimus providere, ut, manentibus remediis, quae fides supra dicta attribuit, idoneis collocentur. *Dat. X. Kal. Mart. Ravenna, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.* (422.)

14. *Iidem AA. Rufino*) Comiti S. L.* Quod de annonariis functionibus per urbicarias regiones clementia nostra concessit[o], etiam in largitionalibus titulis et emphyteuticis[p] rei publicae praediis custodiri mandamus. Amotis igitur reliquis etiam circa largitionales titulos, debita ex praesenti indictione constituet[q], chartis abolitis debitorum. Capitali sane[r] supplicio percelletur, quisquis provincialem supra constitutum hac auctoritate modum debitae functionis adstrinxerit[s]. *Regesta[t] VI. Id. Febr. Ravenna, Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

15. *Impp. Theodosius[u] et Valentinianus AA. Tauro Pf. P.[v] et Patricio.* Quicunque ex imposita descriptione donatis relevatisque per sacram liberalitatem obnoxium se esse ex parte vel ex integro cognoscit, nostri numinis[x] beneficio liberetur etc. *Dat. XII.[y] Kal. Iul. Constantinopoli, Ariovindo[z] et Aspare Coss.* (434.)

16. *Iidem AA. Tauro Pf. P.* A sexta indictione, ad quam superior[a] indulgentia usque processit, ad undecimam[b] nuper transactam sub aequa dimensione tam curiis[c] quam possessori privato ac patrimoniali, divinae quin etiam domus, ex omni iure[d] munifico, nec non et in speciebus cellariensibus reliqua indulgemus: ita ut, quae in istis viginti annis a sexta, qua dictum est, indictione[dd] undecimam usque per omnes titulos, sive in speciebus sive pecunia, auro argentoque debentur, nomine reliquorum omnibus concedantur[e]. Nihil de his viginti annis speret publicorum cumulus horreorum, nihil arca amplissimae praefecturae, nihil utrumque nostrum aerarium. *Dat. X. Kal. Maii*) Theodosio A. XIV. et Maximo V. C. Coss.* (433.)

17. *Iidem AA. Isidoro Pf. P.* Debita[f] susceptoribus ante decimam indictionem congregata, quae sedes excelsa pretiis humanioribus adaeravit, ex parte dimidia condonamus; arcae cetera inferri praecipimus. *Dat. prid. Id. Iul.[ff] Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.* (436.)

— c. 15. Ri*. mendose *VI.* Fortasse coniungenda est cum c. un. C. Th. de Bonis cler. (V, 3) et c. 39 C. Th. (V, 13). Vid. c. un. cit., not. *k*; infra not. *y*. — c. 16. Vid. c. 9 h. t., not. sup. Aetate antecedit h. c. legem 15 h. t. — c. 17 sec. Go. coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Indict. (XI, 5), c. 2 C. Th. de Frum. Alex. (XIV, 26), c. 2 C. Th. de Alexandr. pleb. prim. (XIV, 27), c. 189—192 C. Th. de Decur. (XII, 1). Vid. infra not. *ff*.

---

h) 4, Til. *punctionum*, mendose. hh) 4 *recisio*. i) Rein. cj. *defectorum*, non male quidem, neque tamen necess. De desertis et squalidis Campaniae locis cf. c. 2 h. t. *) Go. in Chronol. *Venatio*. k) Sequor Go. Be. em. *ad*. Duo enim ostendit Go. hic commemorari brevium genera, alios, qui ad scrinia palatinorum sacr. larg. delati sunt, alios, qui ad praetoriana scrinia. Iure igitur reprehendit Iuretum et Gutherium, quorum ille in Symmachum X, 45 em.: *Palatini munerationum sacrarum*, hic: *Ac Palatini Sacrarum ad Principem vel ad Praetoriana scrinia*. Cj. etiam teste et impr. Go. nonnemo *sacrarium*. l) Fol. 177[b] cod. 4. m) 4, Til. *provincias*, mendose et 4 *proconsolarem*. n) Til. — Cui. 2* *sexcentas* (Aur. Lugd. *sexentas*), *quindecim vero centurias iugera*. 4 *sescentas*. *) Ri*. *Ruffino*. o) Vid. c. 12 h. t., not. sup. Sed in comm. h. c. Go. putat his vv. indicari deperditam aliquam legem post ann. 418, quo c. 12 data est, emissam. In vv. *nes clementia n. c.* incip. fol. 178[a] cod. 4. p) 4 *enfytheuticis*. Til. *emphytheuticis*. Mox Go. *lagitionales*. q) Go. Be. em. *constitues*, recte puto, etsi neque *constituet*, sc. clementia nostra ineptum est. r) Til. — Cui. 2* *debitorum capitali sane*. 4 *sano*, sed em. *sane*. s) 4, Til. — Cui. 2* *adstrinxerint*, male. t) Vid. Go. comm. h. c. u) 4 *Theodorus*, mendose. Cui. 1 — Ri*. om. *et*. v) Pro *Pf. P.* 4 *proposito*. et Til. *praeposito*, male. x) Vid. supra pag. 491, not. *r*. y) Scrib. *XIV*. Vid. supra V, 3, c. un., not. *k* et W. ad V, 13, 39, not. *e*. Recentior igitur est h. c. sequenti. z) 4, Til. — Ri*. *Hariobindo*. Vid. c. 39 cit., not. *z*. a) Vid. c. 9 h. t. b) Go.: „A. D. 428.“ Deinde Cui. 2, 2* *dismensione*. c) Fol. 178[b] cod. 4; in imo marg. est signum quaternionis *KΔ*. Scriptura huius paginae temporis iniuriam perpessa est, nec supersunt nonnullorum verborum nisi vestigia, libera quidem a colore, sed facilia ad discernendum. d) Go. Be. ex c. 9 h. t. rep. *divinae q. e. domui et omni iuri*. Recte cj. est *domui*; reliqua servanda sunt, cum h. l. c. 9 verba mutata sint. dd) Tacuerunt de h. l. Go. et Be. in similibus addentes *ad* sive *in*. Vid. c. 9 h. t., not. *l*. e) Recte Be. corr. *concedantur* pro *conceduntur*, quod ex Til. in rell. edd. transiit; nam 4 habet *concedantur*. Mox 4 *amplissime*. *) Add. *Constantinopoli*. Ri*. 493, mendose. f) *a* inseri iubet Go. ff) Si haec c. cum c. in not. sup. nominatis coniungenda est, scrib. hic *prid. Non. Iun.*

TIT. XXIX. DE RELATIONIBUS*).

1. *Imp. Constantinus A. ad Claudium Plotianum Correctorem Lucaniae et Brittiorum*[g]. *Post alia*: Super paucis, quae iuridica[h] sententia decidi non possunt, nostram debes consulere maiestatem, ne occupationes nostras interrumpas, cum litigatoribus legitimum remaneat arbitrium a sententia provocandi. *Dat. VI. Kal. Ian.**) *Treviris*[i]. (312.) *Acc. VIII. Id. Febr. Regio*[k], *Constantino A. III. et Licinio III. Coss.* (313.)

2. *Idem A. Profuturo Pf. annonae.* Si quis iudicum duxerit esse referendum, nihil pronuntiet[l], sed magis super quo[m] haesitandum putaverit, nostram consulat scientiam, aut, si tulerit sententiam, minime postea, ne a se provocetur, relatione promissa[n] terreat litigantes[o]. *Dat. IV. Id.*[p] *Febr. Sirmio*[q], *Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

3. *Impp. Valentinianus et Valens AA.**) *ad Viventium Pf. P.* Super delictis provincialium nunquam rectores provinciarum ad scientiam principum putent esse referendum, nisi ediderint prius consultationis[r] exemplum. Quippe tunc demum relationibus plena maturitas[s] est, cum vel allegationibus refelluntur[t], vel probantur assensu. *Dat. III. Kal. Ian.*[u] *Treviris, Valentiniano et Valente AA. Coss.*[v] (365.)

4. *Iidem AA. et Gratianus A.**) *ad Apodemium*[x]. Si quando ratio aut necessitas est in negotiis nostra iudicia requirendi exspectandique responsa, omnem omnino caussam[y] relationis series comprehendat, ut recitata consultatione[z], quae ita est dirigenda, propemodum actorum[a] recensione non opus sit; actis etiam necessario sociandis. *Dat. VI. Id. Maii Treviris, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* (369.)

5. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.*[b] *ad Eupraxium**) *Pf. U.* Quicunque iudicum vel appellatione interposita vel[c] ipse dubitans relationem in caussa vel civili vel*) criminali spoponderit sese missurum, exemplum opinionis edendae refutatoriorumque[d] dandorum, sed et transmittendae relationis intra eum diem servet, qui Constantiana[e] lege decretus est, ita ut simul omnia ad eam, de qua refertur, caussam pertinentia acta transmittat. Quod si qui iudicum posthac non ita observaverit[f] cuncta in relationibus dirigendis, quae iam pridem[g] statuta sunt, eo crimine tenebitur[h] una cum officio, quod ordinem servandorum suggerere neglexerit, quo tenentur, qui sacrilegium admiserint etc. *PP. XVI. Kal. Mart. Gratiano A. III. et Aequitio**) *Coss.* (374.)

6. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio Pf. P.* Nunquam ad unius litigatoris querimoniam nostris altaribus suggestio offeratur; ita ut, si cuiusquam ambitione plectenda importunitas id forte meruerit, ei, cuius intentione contra generale factum fuerit constitutum, damnum[i] litis iudex infligat, nec unquam in redivivum

Tit. XXIX. Cod. Iust. VII, 61. — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Appellat. (XI, 30). Vid. infra not. *i* et c. 5 h. t., not. *e*. Memorabile, quod est in Summar. C. Th. (ed. meae p. 21): „*Similis Lib. I. Tit.* 34. c. 1." — c. 2. Cod. Iust. VII, 61, 1 pr., quae conflata est ex h. c. et c. 1 sq. tit. — c. 3. Cod. Iust. VII, 61, 2. Concordat sec. Go. c. 5 h. tit. et c. 1 et 8 sq. tit. Legitur ap. Bou. l. c. p. 752. — c. 4. Cod. Iust. VII, 61, 3. — c. 5 coniungenda est cum c. 36 sq. tit. et cum c. 21 C. Th. Quorum appellat. (XI, 36). — c. 6 coniungenda est cum c. 147 C. Th. de Decur. (XII, 1). Eodem die data est, sed ad Monaxium et alio loco c. 11 antec. tit.

*) Aur. Lugd. mendose *Realtionibus*. g) Cui. 2, 2* *Brutiorum*. h) Fol. 179[a] cod. 4. *) Aur. Lugd. *Iuñ.*, err. i) Addidi annum auct. Go., qui tamen in Chron. *Dat. III. Kal. Ian.* ex c. 1 sq. tit. Utroque loco aut scrib. *VI.* aut *III.* k) Be. *Regii.* l) Cod. Iust. *Imp. Constantinus A. — nihil inter partes pron.* m) 4, edd. ante Be. *quod.* Be. ex Cod. Iust. ed. *quo.* n) Cod. Iust. *praemissa*, impr. Go., sed recte Hal. *promissa.* o) In Cod. Iust. ita pergitur: *sciens quod si hoc fecerit, nihilo minus iure appellationis res agitabitur. Sed nec ad nos mittatur aliquid, quod plena instructione indigeat. Quoties autem ad nostram scientiam iudex se polliceatur relaturum, consultationis exemplum litigatoribus illico edi apud acta iubeat: ut si cui forte relatio minus plena, vel contraria videatur, is refutatorias preces similiter apud acta sine aliqua frustratoria dilatione offerat.* Desumpta sunt haec, sed mutatis vv., ex c. 1 sq. tit. p) Cod. Iust. *Kal.* q) Be. Cod. Iust. *Sirmii.* Mox Cod. Iust. om. *C.* *) Vid. not. *v* sq. r) 4 *consulationis*; em. ab ant. man. s) Cod. Iust. *veritas*, recte impr. Go. t) Cod. Iust. *repelluntur*, recte impr. Go. Cf. Dirksen l. c. p. 477. u) Fol. 179[b] cod. 4. v) Annus deest ap. Go. — Ri*. Etenim quia Valentinianus extremo anno 365 Parisiis constitit, non Treviris, Go. legi vult *AA. II. Coss.* (368.), et addi in inscr. h. c. *et Gratianus A.* Sed cum C. Th. consentiat cum Cod. Iust., nihil muto. In Chron. h. c. a Go. interponitur constt. a. 368, idemque factum a Bou. Aur. Lugd. *Cons.* *) Cui. 2, 2* *AA. ad.* x) Apodemii dignitas deest etiam in Cod. Iust., neque, temporis ratione habita, est idem ille Apodemius ex agente in rebus, qui, referente Amm. Marcell. XXII, 3 a Iuliano vivus exustus est. y) Cod. Iust. *omnes omnino caussas*, impr. Go. z) Cui. 2, 2* *consulatione.* a) Ita Be. auct. Go. ex Cod. Iust.; 4, edd. ante Be. *auctorum*, male. Mox Cod. Iust. *non sit opus.* b) Go. vult *Iidem AAA.* propter c. antec. *) Go. *Euphraxium*, mendose. c) Go. *rel*, mendose. *) Cui. 1 — Lugd. *ut*, err. typ. d) Edd. *refutariorumque.* Recte Go. Rein. Be. em. *refutatoriorumque*, et ita habet 4. Scriptum est quidem ibi *reputatoriorumque*, sed ab ant. man. reponitur *f* pro *p*. Error ap. Til., ex quo transiit in rell. edd., inde ortus est, quod syllaba *to*, quae in extremo versu est, et inter tegumentum codicis abscondita vix sub oculos cadit, non legitur nisi extenso in latitudinem libro. Ceterum in hac pagina alia verba fere evanuerunt, alia flavum quendam colorem habent. e) Go. non solum em., sed edidit etiam *Constantiniana.* Putat enim intelligendam esse c. 1 h. t. et c. 1 sq. tit. f) Ita 4; rubro col. corr. *observaverint*, ut receptum est in edd. Vid. not. *h* sq. g) Fol. 180[a] cod. 4. h) 4 *tenebitur*, recte. Vid. not. *f*. Edd. *tenebuntur.* *) 4, edd. *Equitio.* i) Male Til. — Cui. 2* *factum fuerit, constitutum damnum.* Go. — Ri*. *fa-*

statum negotium redigatur[k], quod hac fuerit conditione praesumptum. *Dat. V. Id. Sept. Ravenna, D. N. Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

TIT. XXX. DE APPELLATIONIBUS ET POENIS EARUM[1] ET CONSULTATIONIBUS.[m]

1. *Imp. Constantinus A. ad Claudium Plotianum Correctorem Lucaniae et Brittiorum*).* Si in negotio civili, cognitis utrisque[n] actionibus, pronuntiaveris, te ad nostram scientiam relaturum[o], consultationis exemplum litigatoribus intra decem dies edi apud acta iubeas, ut, si cui forte relatio tua minus plena vel contraria[p] videatur, is refutatorias preces similiter tibi[q] apud acta offerat intra dies quinque, quam[r] illi exemplum consultationis tuae obtuleris. Iam dicationis tuae est, omnia, quae apud te vel apud alios gesta fuerint in eo negotio, consultationi tuae cum refutatoriis[s] litigantis annectere; ita ut scias, et decem dies, intra quos edi consultationem oportet, et quinque, intra quos preces*) refutatoriae offerendae sunt, continuos debere servari. Nam quinque diebus transactis, nec offerentem preces refutatorias litigatorem debebis audire, sed sine his, quoniam intra statutum tempus oblatae non sunt, gesta omnia ad nostram referre scientiam etc. *Dat. III.*[t] *Kal. Ian. Treviris*[u], *Constantino A. III. et Licinio III. Coss.* (313.)

2. *Idem A.*[v] *ad Catulinum.*[x] *Post alia:* Minime fas est, ut[y] in civili negotio libellis appellatoriis oblatis[z] aut carceris cruciatus[a] aut cuiuslibet iniuriae genus seu tormenta vel etiam contumelias[b] perferat appellator[c]; absque his criminalibus[d] caussis, in quibus, etiamsi possunt[e] provocare, eum tamen statum[f] debent obtinere, ut post[g] provocationem in custodia[h] perseverent[i]. Ea custodita moderatione, ut eorum provocationes recipiantur[k], qui easdem non a[l] praeiudicio interposuisse noscuntur aut etiam ante caussam examinatam et determinatam, sed universo negotio peremptoria praescriptione[m] finito, vel[n] per cuncta membra decurso[o], contra iudicem[p] interpositae esse noscantur[q] etc.

Tit. XXX. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XXX.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—14, 16—18, 20, 21, 24—30, 32—34, 36—40, 42—44, 46, 49, Sich. Aeg. *Tit. VIII.* De cod. 35 cf. supra XI, 16, 11, not. sup. Totus titulus deest in cod. 31. In cod. 15 om. rubrica, sed est spatium duorum versuum, et continuantur iusta ratione numeri sqq. titulorum. L. R. U. *Tit. VI.* Vid. supra tit. VI. et XVI. h. lib. L. R. B. tit. XXXIII. Cod. Iust. VII, 62. — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Relat. (XI, 29). Indigitatur in c. 5 antec. tit. et in c. 5, 8, 24 h. t. (vid. c. 8, 24 h. t., not. sup.), sed fugitiva ab hoc tit. Go. videtur. Cod. Iust. VII, 61, 1, quae conflata est ex princ. h. c. et c. 2 antecedentis tituli, ubi vid. not. super. et not. *o.* — c. 2. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c. 2.* Br. Al. eiusque codd. Sich. *c. 1.* Cod. Iust. VII, 62, 12 om. fin. Bas. IX, 1, 106. Ad interpr. vid. Epist. III. Fabiani P. c. 2 (Knust l. c. p. 54). Epist. I. Marcelli (Knust l. c. p. 62). Capit. (Ben. Lev.) VII, 333. Capit. Angilram. cap. XXXVI. Burchard. I, 148. Ivo, Decr. P. V, 261. Decret. Grat. cau. 2, qu. 6, c. 1 et 2. Alluditur sec. Go. etiam in epistola Damasi P. ad Afros cap. 5. Coniungenda est c. 1 C. Th. de Poenis (IX, 40) et c. 1 C. Th. Quorum appellationes (XI, 36). Concordant huic legi sec. Go. c. 13, 15, 20, 22, 25, 33, 51, 59 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola subscr. in cod. 26. De cod. 31 et 35 vid. not. super. huius tit.

---

ctum, fuerit constitutum, damnum. k) In cod. 4 deest *nec — redigat*; legitur igitur *infligatur quod* etc., sed ab antiqua manu supra adduntur, quae librarius omiserat.

l) 4 *appelationibus.* 21, Sich. *appellatione.* Nonn. codd. *eorum.* 32 et Cod. Iust. om. *et p. e.* m) 6—8, 12, 17, 20, 21, 33, 36, 38, 40, 42 *consolationibus* aut *consolacionibus.* 44 in ind. rubr. *consulacionibus.* 10, 14, 18, 24 *conlationibus.* Sich. *Collationibus.* *) Cui. 2, 2* *Bruttiorum.* n) Go. — Be. *utriusque.* Go. em. *utrinque.* Til. — Cui. 2* ex 4 *utrisque*, quod reposui. o) 4 *relaturam*; ab ant. manu em. *relaturum.* p) Fol. 180[b] cod. 4. q) Aur. Lugd. *sibi.* Go. om. *tibi.* r) Be. prop. *postquam* aut *quum.* Persto in vulgata scriptura. s) 4 *refutatoris*; a librario supra add. *i* (refutatoriis). *) Ap. Go. om. est v. *preces.* t) Vid. c. 1 super. tit., not. *i.* u) Plenior est subscr. c. 1 sup. tit. v) Br. Al. codd. Sich. Cod. Iust. *Imp. Constantinus A.*, sed 8 *Impr. A.* x) 4, Til. — Be. *Catullinum.* Br. Al. codd. *Catulinum,* ut Sich. Cod Iust. *Catolinum, Catholinum*; solus 15 *A. Catolino.* 28, 36, 40 om. *ad Cat.* et nonn. codd. *Post alia.* Vid. supra II, 1, 1, not. *o* et IX, 40, 1, not. *c.* y) 12 om. *ut.* z) 26 om. *oblatis.* Sich. *appell. lib. obl.* a) In cod. 4 ita scriptum est *cruciatus*, ut literae *u* et *s* in syllaba *tus* confundantur, itaque prima specie legi possit *cruciatis.* Perspicuitatis caussa correctum est rubro colore *tus.* 10, 18 *cruciatus ad cuiuslibet.* 26 *cr. aut cuilibet.* b) 20 *tormenta sive cont.* c) 20 supra lin., 26 *appellatus.* d) Fol. 181[a] cod. 4. Go. ann.: „*Aliter atque in criminalibus* etc." 20 *preter his crimin.* e) In cod. 15 add. *rei.* Cod. Iust. *provocare possit — debet — perseveret.* 26 *in quid e possint probare.* f) 4, 12 *statutum.* In cod. 4 rubro col. em. *statum.* g) Go. ann.: *ut et post.* 9 *post provocatione.* h) In Cod. Iust. add. *si fideiussoris idonei copiam non habeat.* 16 *in custodiam.* i) 6 *perseverint.* Vid. supra not. *e.* Seqq. des. in Cod. Iust. 12 *pers. et a c.* 16 *ea custodiā.* k) 20 supr. lin. *respiciantur.* 26 *ropiatur.* l) 8, 12, 14, 15, 17 om. *a.* 9 *non ā pr.* 10, 13, 18 *non ad praeiudicium.* 20 *qui eadem dona praeiudicio.* 26 *qui eus non.* m) 4, 12, 15, Sich. — Lugd. Cui. 2, 2* in Corr. *praescribtione.* 9, 12, 20, 21, 26, Cui. 2 — Ri*. *perscribtione.* Be. *perscriptione*; rell. codd. *proscribtione* s. *proscriptione.* Go. interpretatur *perscriptione*: id est sententia; neque tamen male se habet *praescriptione.* Ceterum perspicuum est, *perscriptione* irrepsisse errore in Cui. 2 et ex ea in rell. edd. 20 *finita.* n) 26 om. *vel* et 8, 12 *per.* 18 *ut per.* o) 6—8, 12, 14, 16, 17, 21, Sich. *discusso.* 9, 18, 26 *discurso.* 10 *discorso.* 20 *decursa.* p) 15 om. *contra iudicem.* Mox nonn. codd. *interposita.* q) 6—8, 10, 12, 13, 16—18, Sich. *noscuntur.* Sich. om. *etc.*, ut nonn. codd. Br. Al.

Dat. III.[r] *Non. Nov.**) *Treviris*[s]. (313.) *Acc. XV.*[t] *Kal. Maii*[u] *Hadrumeto*[v], *Volusiano*[x] *et Anniano*[y] *Coss.*[z] (314.)

Interpretatio. *Ista lex hoc praecipit*[a], *non debere appellantem aut carceris custodia aut cuiuslibet iniuriae*[b] *afflictione constringi, exceptis tamen criminalibus caussis, in quibus similis*[c] *accusantem et accusatum conditio poenae custodiaeque*[d] *constringit: et eorum appellationes dicit debere recipi, sed ita, ut qui appellaverit, in custodia teneatur*[e], *quo usque ad alium iudicem crimina obiecta perveniant*[f], *ut discussis ad integrum omnibus, aut de absolutione aut de*[g] *damnatione accipiat sententiam finitivam*[h].

3. *Idem A. ad Probianum**) *Proconsulem Africae.* Appellationum caussas, quae[i] per vos in auditorio nostro[k], quibus vicem nostri mandamus examinis, diiudicantur, ita[l] audire debes, ut edicto, quod super appellationum negotiis finiendis iam generaliter constitutum est, pareas, atque eadem negotia quam maturissime explices. *Dat. VIII. Kal. Sept. Rom.*[m], *Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.* (315.)

4. [n] *Idem A. Amabiliano Pf. annonae Africae.* Officii cura est, ut omnes omnino appellationes, quaecunque fuerint interpositae solenniter, curet*) accipere, nec in recipiendis libellis aliquod genus iniuriae inferendum cuipiam existimet. *PP. III. Kal. Ian. Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.* (315.)

5. *Idem A. Petronio Probiano suo salutem.*[o] Ex illo tempore, quo[p] in civilibus caussis, quae inter privatos moventur, consulturum[q] vel relaturum te esse promiseris, vel appellationis a te interpositae solennia completa fuerint, nihil posthac tibi quodlibet speciale ac requisitum vel quibuscunque modis favoris gratiam praeferens audiendum est, sed observandum, ut, iuxta priora statuta[r] solennitatis more expleto, gesta ad comitatum omnia dirigantur etc. *Dat. Id. Aug. Arelato*[s]. *PP. Id. Oct. Thebeste*[t], *Sabino et Rufino Coss.* (316.)

6. *Idem A. Petronio Probiano**) *suo salutem.* Supplicare caussa pendente non licet, nisi forte ei, cui opinionis exemplum negatum est, [u] vel instructionis universae suppressa transmissio. Quo facto, crimen iudici sacrilegii imminebit, qui hoc commisso litigatori supplicandi necessitatem imponit: cui aliter supplicanti, dimidiae partis rei, de qua agitur, imponenda est mulcta, ut pro iudicis aestimatione fisco pretium inferat. Eo etiam, qui terminatam rescripto vel consultatione[v] quaestionem exquisito suffragio refricare conabitur, quoniam maius crimen admittit, in omnem litis aestimationem protinus condemnando et, sub sacramenti observatione[vv], omni venia deneganda, si quis contra haec supplicare tentaverit[x]. *Dat. Id. Aug. Arelato*[y]. *PP. Id. Oct. Thebeste, Sabino et Rufino Coss.* (316.)

7. *Idem A. ad Bassum Pf. U.* Litigatoribus co-

— c. 3. Fabiani ep. IV. sive rescriptum ad Stephanum (Knust l. c. p. 72). — c. 4. Ed. Th. cap. LV. Vid. c. 13 h. t., not. sup. et infra XIII, 5, 2, not. sup. — c. 5 coniungenda est cum c. 6 h. t. Cod. Iust. VII, 62, 13. Bas. IX, 1, 107. — c. 6. Vid. c. 5, 8 h. t., not. sup. Cod. Iust. I, 21, 2 mut. Bas. II, 5, 12. — c. 7. Cod. Iust. VII, 62, 14. Bas. IX, 1, 108. Vid. c. 12 sq., not. sup.

r) 6—8, 10, 12, 13, 17, 18, 20, 21, 27, 28, 33, 36, 38, 40, Sich. L. R. U. *IV.* *) Apud Sich. excidit *Nov.* s) Br. Al. codd. *Triū*, *Triueris*, *Treueris.* 12, 28, 36, 40 om. *Trev.* et 8 *Trev.* — *Hadr.* Annum apposui iub. Go. et Be. t) 30, 33 *X.* 20 *aūg c̄c XVI.* 28, 36, 40 om. *XV.* u) 20 *marđ.* 40 *mađ.* Go. in Chron. em. *Mar.* Cf. supra IX, 40, 1, not. *nn.* v) 4, Til. — Ri*. *Hadrumeto.* Be. *Hadrumeti.* 15, 21 *adrumeto.* 10, 18 *adrumetulos.* 16 *adrumetu.* 6 *adrumetii.* 7, 14 et multi alii codd. Sich. *Adrumeti.* 28, 36, 40, 43, 44 *adromito.* 20 *Roma.* x) Plerique codd. *Volosiano.* 20 *volociano.* Recte Be. addi vult *II.* y) 8 om. *et Anniano.* 32 *et aeliano.* 20 *annoniano*; rell. Br. Al. codd. fere omnes et Cui. 2 — Ri*. *Aniano.* z) Plurimi codd. om. *Coss.* a) Nonn. codd. *Lex ista hoc praecepit.* b) 42, Aur. Lugd. *iniuria.* c) 6, 7 *singulis.* d) 20 *custodiaque.* Edd. *constringet.* e) 20 *appellaverint — teneantur.* f) 10, 18 *perveniantur.* 21 *pervenient.* g) Nonn. codd. om. *de.* h) Go. em. *definitivam*, sed omnes codd. *finitivam.* *) Vid. c. 5 et 6 h. t. i) 4 *caussas has quae*; ant. man., fortasse librarii, deletur *has* punctis supra additis. k) Ita 4, Til.; rell. *vestro.* Primus *vestro* tacite corr. Cuiacius in Cui. 1. Recte *nostro* propter seqq. *quibus vicem nostri mandamus examinis:* neque tamen accipiendum de auditorio, cui princeps ipse praeest, sed de auditorio, quodcunque nomine s. vice principis habetur, hic a proconsule Africae in provincia. Infra c. 11 h. t. *sublimitatem tuam, qui cognitionibus nostram vicem repraesentas* et XI, 36, 3. l) 4, Til. *id.* Primus Cuiacius in Cui. 1 tacite corr. *ita*, recte. Mox Be. *uegotiis.* m) Be. ann.: „*Romansianum* prope Naissum Gfr. intelligit. Idem fortasse innuit *Rom̄.* in T. C. I., quae Romam nunquam ita exprimunt. Ceterum Rom̄. et Rum̄. interdum Ravennam indicare puto.“ Go. *Romansianam*, non *Romansianum* prop., sed in Chron.: „Ergo fuit hoc tempore Constantinus Romae.“ Dissentit igitur a se ipso. Quae Be. de scriptura *Rom̄.* dicit, ea plane falsa sunt. n) Fol. 181[b] cod. 4. Mox Aur. Lugd. *apellationes.* *) Til. — Cui. 2* *interpositae, solenniter curet.* Go. — Ri*. *interpositae, solenniter, curet.* Cf. c. 5 h. t. *appellationis a te interpositae solennia.* o) Cod. Iust. add. *dicit.* Reines.: „Fuisse tum, inquit, Procos. Africae, uti eum nominat August. l. III. contra Crescon. c. 7. adparet e subscripto, ubi proposuerit hanc legem loco, Thebeste.“ Vid. etiam c. 3 h. t. p) Cod. Iust. *ex quo.* Vid. c. 8 h. t. *ex eo die, quo — vel ex quo.* q) Cod. Iust. *consultaturum.* r) Vid. c. 1 h. t. s) Be. *Arelati.* t) 4 *Teueste.* *) Cod. Iust. *Imp. Constantinus A. Probiano.* u) Fol. 182[a] cod. 4. v) 4 *consulatione*, ab ant. man. em. *consultatione.* vv) Go. in comm.: „*sub sacramenti observatione*, quae aliquamdiu me torserunt. Verum hisce procul dubio verbis Constantinus M. sacramenti sese religione obstringere pro more suo videtur. — Ita quoque — l. 4. sup. de accusat.“ (IX, 1). x) In Cod. Iust. h. c. ita se habet: *Supplicare — nisi vel actorum vel pronuntiationis editio denegetur. Qui autem terminatam — conabitur* (om. *quoniam — admittit*), *in omnem litis aestimationem adversario suo protinus condemnetur*; *omni venia — tentaverit.* Cf. Dirksen l. c. p. 355 et Herrmann ad c. 2

pia est, etiam non conscriptis[z] libellis, illico appellare voce, cum res poposcerit iudicata[a]. *Dat. VIII. Id. Iun. Sirmio*[b], *Gallicano et Basso Coss.* (317.)

8. *Idem A. ad Bassum Pf. U.* Manente lege, qua praescriptum est, intra quot[c] dies opinionis sive relationis exemplum privatis[d] iudex debeat exhibere, et refutatorii libelli intra quot dies rursum iudicibus offerendi sunt[e], tam in privatis quam etiam in fiscalibus caussis ex eo die, quo fuerit quaestio terminata, vel ex quo relationem iudex per sententiam promiserit, intra vicesimum diem quaecunque[f] ad instructionem pertinent caussae, ad comitatum nostrum properantissime volumus afferri. Quod nisi factum fuerit, ab universo officio, viginti transactis diebus, quos post latam sententiam placuit supputari, intra viginti alios dies, qui sequuntur, tantum fisco nostro praecipimus inferri, quanti per aestimationem rationalis emolumentum litis, cuius suppressa fuerat instructio, fidelissime potuerit aestimari. Cui capitale supplicium imminebit, si rigorem legis quocunque modo mollire tentaverit. §. 1. Eadem poena officio imminente, si quando appellatione vel consultatione pendente, vel post decisas nostris responsionibus caussas ei, quod ullo modo fuerit[g] impetratum, damnabilem voluerit conniventiam commodare. Nam decreta nostra debet ingerere iudicanti[h], ut ipso etiam dissimulante iudice reluctari et, tanquam manibus iniectis, eos de iudicio producere, ac rationum officio traditos statuti prioris*) nexibus obligare, quorum desideriis violari nostras prospexerit sanctiones. *PP. IV. Kal. April. Romae, Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

9. *Idem A. ad Severum Vicarium....*[i] Ne caussas, quae in nostram venerint scientiam, rursus transferri ad iudicia necesse sit, instructiones necessarias plene actis inseri praecipimus. Nam cogimur a proferenda sententia temperare, qui sanximus*), retractari rescripta nostra ad opiniones vel etiam relationes iudicum data non oportere[k], quoniam verendum est, ne lis incognito negotio dirimatur, adempta copia conquerendi[l]. Quare perennibus inuretur iudex notis, si cuncta, quae litigatores instructionis probationisque caussa[m] recitaverint, [n] indita actis vel subiecta non potuerint inveniri. *Dat. X. Kal. Iul. Aquileia*[o], *Constantino V. et Licinio C. Coss.* (319.)

10. *Idem A. ad Crispinum*[p]. .... Si quis per absentiam nominatus[q] ad provocationis auxilium cucurrerit, ex eo die interponendae appellationis duorum mensium[r] tempora ei computanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem didicisse monstraverit. Nam praesenti, qui factam nominationem cognovit, et appellare voluerit, statim debet duorum mensium spatium[s] computari. *Dat. VIII.* *) *Id. Iul. Constantino A. VI. et Constantio*[t] *C. Coss.* (320.)

11. *Idem A. ad Maximum* ....[u] *Post alia*: Nemo in refutatione aliquid congerat, quod asserere intentione neglexerit*). Quod quidem saepe fit industria, si, quod quis probari posse desperet, in praesenti disceptatione dissimulet, certus, se esse revincen-

— c. 8. Summ. C. Th.: „*Primae Similis.*" Cf. c. 64 h. tit., not. sup. et tit. XXXVI. sq. c. 12, not. sup. In extrema parte similis est c. 5 et 6 h. t. — c. 9. Cod. Iust. VII, 62, 15 nonn. om. — c. 10. Cod. Iust. VII, 63, 1. Bas. IX, 1, 129. Sec. Go. concordat c. 19 h. t. Similis est c. 2 C. Th. de Decur. (XII, 1). Quod ad c. 1 Cod. Iust. attinet, utor in ea pariter atque infra (vid. c. 30 h. t., tit. XXXV. c. 1, tit. XXXVII. c. 1 huius libri) scripturae diversitate, quam ex antiquissimis membranis Cod. Iust., quae Veronae asservantur, exscripsit clar. Vesmius, mecumque, quae est ingenii eius egregia indoles, liberaliter communicavit. Nominabo eas vv. Ms. Veron. — c. 11. Cod. Iust. VII, 62, 16, sola §. 1 et mutata quidem rec. Bas. IX, 1, 109. Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Iudiciis (II, 18). Vid. c. 13 h. t., not. sup.

cit., not. 12 sq. y) Be. *Arelati.* Herrm. ex cod. Pist. *Arelate.* z) Cod. Iust. *non scriptis.* a) In Cod. Iust. add. *tam in civilibus, quam in criminalibus caussis.* b) Be. Cod. Iust. *Sirmii.* c) Vid. c. 1 h. t. 4 *quod* et Aur. Lugd. *opnionis.* d) Fol. 182[b] cod. 4. Repetit deinde 4 *quod* pro *quot.* e) Be. em. *sint.* f) 4, Til. *quēcumque*, id e. *quemcumque.* Ceterum 4, edd. ante Go. *vicensimum.* g) Fol. 183[a] cod. 4. Mox 4, Til. — Ri*. *conhibentiam.* Be. *connibentiam.* Vid. supra VI, 30, 17, not. *v.* h) 4 *iudicantia|ut*, sed deletur *a* ante *ut.* Til. *iudicantia, ut.* Cui. 1 — Lugd. *iudicantia, aut*, quod Be. falso dicit in Cui. 2 haberi, ubi potius (etiam in Cui. 2*) est *iudicanti, aut*, quod Be. ed. Go. *Iudicanti aut.* Ri. Ri*. *Iudicanti, aut.* Quamquam Be. scriptura commodam sententiam habet, tamen codicem secutus edidi *ut*, h. e. *uti*, sicuti, aeque atque ipso d. i. reluctari. An illud *ut* errore pro *ul*, h. e. *uel*? *) Vid. c. 6 h. t. i) Loci, cuius vicarius fuerit, mentio deest etiam in Cod. Iust. Blondellus de Primatu in Eccles. p. 513 Vicarium Illyrici eum fuisse suspicatur, caussa non addita; Go. in Chron. Vicarium Italiae. In c. 2 C. Th. de Matern. bonis (VIII, 18) appellatur *Iulius Severus.* Mirum, quod et in aliis Severo inscriptis legibus dignitas eius aut plane omittitur aut, si qua commemoratur, suspecta est. *) Vid. c. 6 et 8 h. t. k) Vv. *qui sanximus — oportere* des. in Cod. Iust. l) 4 *conquaerendi.* m) 4 *causas*; rubro colore deletur *s* finale. n) Fol. 183[b] cod. 4. o) Cod. Iust. *Kal.* (deest *Iul.*) *Aquileiae.* Aur. Lugd. *Aqui.* et mox *Cons.* Cui. 1 *Licino.* Cod. Iust. *CC.* p) Etiam in Cod. Iust. (*Imp. Constantin. A. ad Crispinum*) et infra XII, 1, 2 dignitas deest. In cod. 4, Til. — Cui. 2* lacunae nullum est indicium. Go. et Ri. quattuor puncta ponunt, Ri*. sex, Be. ut nos. q) In Cod. Iust. add.: *vel ad duumviratus aliorumque honorum infulas, vel munus aliquod* (Ms. Veron. *etuocatus*) *evocatus* ex c. 19 h. t., prob. Go. r) Ita Be. ex Cod. Iust., sed Ms. Veron. *mensuum* et 4 *duum mensū* et edd. ante Be. *duum mensum*, antiqua scriptura. Vid. not. sq.; infra XII, 1, 2; supra IV, 6, 3, not. *o.* Cod. Iust. *mensium spatia ei.* s) Cod. Iust. *cognoverit — debent duorum mensium* (Ms. Veron. *debet quorum mensuum*) *spatia.* 4, Til. — Ri*. *mensum.* *) MS. Veron. *VII.* t) Ita etiam Cod. Iust.; Be. em. *Constantino*, recte. Vid. Reland. l. c. p. 306. Ms. Veron. *Consī ā V* (?) *et ɔ̄st c̄c ɔss.* u) Dignitas deest in Cod. Iust. Go. add. vult *P. V.*, prob. Be. Cf. c. 1 C. Th. de Responsis prud. (I, 4), not. *e.* Lacunam indicavi punctis. *) Mend. Go. *neglexererit.*

dum, si commenticia et ficta suggesserit. Propter quod cogi etiam singulos oportebit ad proferenda in iudicio universa, quae ad substantiam[v] litigii proficere arbitrantur, atque ea ratione urgeri, ut sciant, sibi ex auctoritate legis istius non licere refutatoriis tale aliquid ingerere[x], quod apud iudicem non ausi fuerint publicare. Nam si plena, ut iubemus, assertio per litigatorem in iudiciis exseratur, et integra instructio in consulti[y] ordinem conferatur, stabit ratum ac fidele, quod iudicia nostra rescripserint, neque ullus querimoniae locus dabitur nec[z] occasio supplicandi, ut convelli labefactarique iubeamus, quae ad relationem eius sanximus, qui neque vera neque universa suggessit. Omnes igitur partium allegationes, acta universa scripturarumque exempla omnium dirigantur. Quod cum universos iudices, tum[a] praecipue sublimitatem tuam, qui cognitionibus nostram vicem repraesentas, servare conveniet. §. 1. Sane etiam ex eo querimoniae litigantium oriuntur, quod a vobis, qui imaginem principalis disceptationis accipitis, [b] appellationum adminicula respuuntur. Quod inhiberi necesse est. Quid enim acerbius indigniusque est, quam indulta quempiam potestate ita per iactantiam insolescere, ut despiciatur utilitas provocationis, opinionis editio denegetur, refutandi copia respuatur? Quasi vero appellatio ad contumeliam iudicis, non ad privilegium iurgantis inventa sit, vel in hoc non aequitas iudicantis, sed litigantis[c] debeat considerari utilitas[d]. *Dat. prid. Id. Ian. Sirmio*[e], *Crispo II. et Constantino II. Caess.*[f] *Coss.* (321.)

12. *Idem A. ad Florentinum....*[g] Si nominatus magistratus aliquis refragetur, non appellatio, sed querimonia hoc dicetur; appellationis enim verbum in maioribus rebus dici oportet. Similiter et si ad exactionem annonariam nominatus de iniustitia queratur, non appellatio, sed querela hoc esse videbitur. Ideoque nec tempora*) appellationum servanda sunt, sed mox[h] super huius modi querimoniis disceptandum. *Dat. Id. April. Constantinopoli*[i], *Severo et Rufino Coss.* (323.)

13. *Idem A. ad Iulianum Pf. U.* Nonnulli iudicum inferioris gradus a sententiis suis interponi provocationis auxilium aegre ferentes[k] id efficiunt, ut nobis eorum relationes non necessariae et insolentes ingerantur. Igitur volumus, cum ab eorum sententiis fuerit provocatum, super ea quaestione, cuius appellatione interposita iudices esse desierunt, minime eos ad nostram referre clementiam, sed gravitatis tuae, cui nostram vicem commisimus, sacrum auditorium exspectari. *Dat. III. Non. Aug. Heracleae, Constantino A. VII. et Constantio Caes. III. Coss.*[l] (326.)

14. *Idem A. Victori Rationali urbis Romae.* Quoniam nonnulli fisci debitores, cum iussi fuerint debitam summam exsolvere, interposito provocationis auxilio vim exsecutionis eludunt, nec iam opinionis exemplum nec refutatorias preces curant petere vel of-

— c. 12 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Decur. (XII, 1). Summ. C. Th.: „*Similis septimae.*" — c. 13. Vid. infra not. *l.* Recte Go. cum h. c. coniungendam esse putat c. 17 Cod. Iust. h. t. (VII, 62), quam nonnulli ex hac lege interpolatam esse dicunt, impr. Go. et W. ad c. 2 C. Th. de Praediis minor. (III, 32), not. *i.* Vid. c. 2 cit., not. *q.* Sec. Go. concordant c. 2 C. Th. de Relat. (XI, 29), c. 2, 4, 11, 15, 16 h. t. — c. 14. Cod. Iust. VII, 62, 18. Bas. IX, 1, 111. Cf. c. 21, 46 h. t., not. sup. et tit. XXXVI. sq. c. 8, 12, not. sup.

Idem ann.: „Id est *in disceptatione*, ut mox dicitur, seu *in iudicio.*" v) Fol. 184[a] cod. 4. x) Go. ann.: „Et inserere." y) Cui. 2, 2* *inconsulti.* Consulti, i. e. consultationis sec. Go. z) 4 *quaerimoniae l. d. ne*, ab ant. manu em. *nec.* a) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *tunc.* Be. iubente Go. recte em. *tum*, quod iam Aur. Lugd. edd. habent. b) Fol. 184[b] cod. 4. Haec §phus sola transiit in Cod. Iust., ubi sic legitur: *Eos etiam, qui imaginem principalis disceptationis accipiunt, appellationum adminicula necesse est accipere.* c) Vv. *inventa sit — litigantis* bis scripta sunt in cod. 4, secundo tamen loco deleta punctis. d) Go. in comm. h. c. em. *vilitas*, i. e.: „cum in hac re, spectanda sit aequitas Iudicantis, bene an male iudicaverit, non vero contemptim habenda seu spernenda ad Iudicis potestatem et maiestatem comparata litigatoris *vilitas.*" Accidisse scio, ut inter haec vv. (*vilitas* et *utilitas*) commutatio orta sit: sed h. l. plane falsa est Go. opinio. Sententia haec est: appellatio non contumeliosa est iudici, sed litigantis privilegium, nec ea tam aequitati iudicantis diffiditur, quam litigantis utilitati prospicitur. e) Be. *Sirmii.* f) Cod. Iust. om. *Caess.* Aur. Lugd. *Cons.* g) Dignitas deest etiam in c. 8 cit., ubi non *Florentinus* appellatur, sed *Florentius*, uti hic scrib. Reinesius; c. 1 C. Th. de Custodia reorum (IX, 3) inscribitur *Florentio Rationali*, c. 1 Cod. Iust. de Magistr. munic. (I, 56) ex c. 8 C. Th. cit. desumpta *Florentio P. P.* Go. igitur dubitat, utrum h. l. addendum sit *Rationalem* an *Pf. P.* Ilud vult in ann. h. c., quia hic et in c. 8 cit. *de exactione annonaria* dicitur; hoc cum Rein. praeferre videtur in Chron. Etiam ad c. 8 cit. Rein. rep. *Pf. P.* Rep. *Rationalem.* *) Cui. 2, 2* err. *tempore.* h) Fol. 185[a] cod. 4. i) Ita etiam c. 8 C. Th. cit. Hoc anno nondum exstitit *Constantinopolis*, sed urbs erat *Byzantium.* Et quamquam Go. expungit v. *Constantinopoli*, prob. Be., et errorem fuisse dicit cuiusdam scriptoris, qui loco Byzantii ab huius Codicis conditoribus nomen Constantinop. substitutum coniiceret; tamen ego id assentior, et ipsos conditores C. Th. urbis nomen antiquum cum recenti et suo quidem tempore notiori commutavisse suspicor. Certe historiae ratione spectata Constantinum non incredibile est anno 323 fuisse Byzantii. Neque ab opinione mea alienum, quod me amicissimus Heimbachius edocuit, solitos fuisse Iustinianeae et inferioris aetatis scriptores, si quis de Orientis urbe solenni more loqueretur, *Constantinopolin* scribere, contra si qua urbis mentio vulgari sermone fieret, antiquum *Byzantii* nomen pro Constantinopoli ponere; veluti me confero Byzantium. Cf. clar. Heimbachii editionem Athanasii Scholastici p. 11, not. 49 et 56. Non magis Constantinopoleos mentio convenit cum legis anno in c. 2 C. Th. Fam. herc. (II, 24), c. 3 C. Th. de Veter. (VII, 20), c. 8 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 3 C. Th. de Navic. (XIII, 5), c. 1, 17 Sirmond. Vid. c. 2 cit., not. *m*, c. 3 cit., not. *b*, c. 1 cit., not. *a* et c. 17 cit., not. *t.* Aur. Lugd. *Cons.* k) Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *aegreferentes.* l) Ap. Go. — Ri*. om. annus. Etenim Go., quia ignotus auctor de Praefectis urbi Anitium Iulianum ab Idibus

ferre*), placuit, [m]ut, si intra*) dies complendis[n] sollennitatibus praestitutos ad facienda haec appellatoris cura defuerit, deserta ab eo provocatio aestimetur[o], moxque debitum exigatur. *Dat. prid. Kal. Aug. Constantino*[p] *et Maximo Coss.* (327.)

15. *Idem A. ad Concilium provinciae Africae.* Non recte iudices iniuriam sibi fieri[pp] existimant, si litigator, cuius negotium sententia vulneratum est, a principali caussa provocaverit[q], quod neque novum neque alienum a iudiciis est. Ideoque post[qq] negotium principale discussum litigatori liceat litem iuris remedio sublevare; et iudices observare[r] debebunt, ne[s] appellatores vel in carcerem redigant, vel a militibus faciant custodiri. *PP.*[t] *IV. Kal. Aug. Karthagine*[u], *Constantino A. VIII.*[v] *et Constantino*[x] *Caes.*[y] *IV. Coss.* (329.)

Interpretatio. *Lex ista hoc iubet, non debere iudices provinciarum assertiones appellantium*[z] *ad suam iniuriam revocare, quia hoc nec novum nec alienum a iudiciis*[a] *esse cognoscitur; et ideo hoc iubet, ut liceat litigatori*[b] *vitiatam caussam appellationis remedio sublevare. Hoc etiam specialiter praecepit*[c], *ut appellator nec in carcerem nec in quamcunque custodiam redigatur*[d], *sed agendum negotium suum liber observet*[e].

16. *Idem A. ad universos Provinciales.* A proconsulibus et comitibus et his, qui vice praefectorum cognoscunt*), sive ex appellatione sive ex delegato**) sive ex ordine iudicaverint, provocari permittimus, ita ut appellanti iudex[f] praebeat opinionis exemplum, et acta cum refutatoriis partium suisque literis ad nos dirigat. A praefectis[g] autem praetorio, qui soli vice sacra cognoscere vere dicendi sunt[h], provocari[i] non sinimus, ne iam nostra contingi veneratio videatur. Quod si victus oblatam nec receptam a iudice appellationem affirmet, praefectos adeat, ut apud eos de integro litiget, tanquam appellatione suscepta. Superatus enim si iniuste appellasse[k] videbitur, lite perdita notatus abscedet, aut[l] si vicerit, contra eum iudicem, qui appellationem non receperat[m], ad nos referri necesse est, ut digno supplicio puniatur. *Dat. Kal. Aug. PP. Kal. Sept. Constantinopoli, Basso et Ablavio Coss.*[n] (331.)

17. *Idem A.**) *ad universos Provinciales.* Qui licitam provocationem omiserit, perpetuo silere debebit, nec a nobis impudens petere per supplicationem auxilium. Quod si fecerit, deportationis poena plectendus est[o]. *Dat. Kal. Aug. PP. Kal. Sept. Constantinopoli**), *Basso et Ablavio Coss.* (331.)

— c. 15. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 15. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 2. Ad interpr. cf. Capit. (Ben. Lev.) VII, 333. Epist. III. Fabiani (Knust l. c. p. 54). Vid. supr. c. 2 h. t., not. sup. Integra cum interpretat. est in codd. 6—10, 12—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 32, 37, 39; inscr. et textus in codd. 24, 38, 43, 44; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—30, 33, 34, 36, 40, 42. De codd. 31 et 35 vid. not. sup. huius tit. Vid. c. 13 h. t., not. sup. — c. 16. Cod. Iust. VII, 62, 19. Bas. IX, 1, 112. Ed. Th. cap. LV. Coniungenda est haec c. cum c. 17 h. t., c. 3 C. Th. Fin. regund. (II, 26), c. 4 C. Th. de Admin. et peric. tut. (III, 30), c. un. C. Th. de Litigiosis (IV, 5), c. 1 C. Th. de His, qui per metum (XI, 34), c. 2 Cod. Iust. Ubi in rem actio (III, 19). Cf. c. 3 C. Th. Fin. reg. cit., not. sup. et c. 13 h. t., not. sup. — c. 17. Cod. Iust. I, 21, 3 mut. Bas. II, 5, 13. Vid. c. 16 et 30 h. t., not. sup.

Nov. demum anni 326 praefecturae urbanae munus suscepisse scribit, aut consules anni 329 (*Constantio A. VIII. et Constantino IV. Coss.*, et hoc probatur Corsinio l. c. p. 180) aut potius anni 327 vult (*Constantino et Maximo Coss.*). Utrique anno inseritur ap. Go. in Chron. constit. Obstat his cj. cum c. 17 Cod. Iust. huic legi coassanda et omnino in subscr. congruens, tum temporis ratio et series legum a Go. inversa. Et hoc quidem Be. videtur sensisse, qui ann.: „sed fort. aut Datum non recte se habet, aut post Id. Nov. demum lex Romam venit, ex quibus incipit Iul. praef. urb." Recte. Rein. numeri notam (*III.*) delendam esse existimat. 4 *Haeracleae.* *) *Petere* opinionis exemplum, *offerre* refutatorias preces. m) Fol. 185[b] cod. 4. *) In Summ. C. Th. add. *XX.* n) Cod. Iust. om. *complendis.* o) Cod. Iust. *existimetur.* p) 4, Til.— Ri*. Cod. Iust. *Constantio.* Vid. supra XI, 7, 4, not. *u.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* pp) 6, 7, 10, 12—14, 16—18, 21 om. *fieri.* 25 *existimant fieri.* Ceterum 16 *rectae* et *sententiam*, ut 25. q) 15 *ad principalem caussam* (ut 12, 13) *appellaverit.* 6, 7, 14, 16, 17 *provocavit.* qq) 6, 7, 16 *pro.* 25 *neg. vel principalem discessum — iuris remedium.* 13 *discusso.* r) 15 *sublevare iudices etiam observare.* s) 4 *nec*, rubr. col. deletur *c.* 12 om. *ne.* Mox 20 *carcere* et 21 *faciat.* t) 29, 38, 42 *Dat.* 44 *Id.* u) Nonn. codd. *Cartag.* 16 *Carthaginensium.* Sich. *Carthag.* 42 *Kartaginense.* 15 om. *Karth.* et 8 *Karth.*— *IV.* 20 *Chartag.* v) 10, 18, 20, 40 om. *VIII.* 32, 38 *VIIII.* 6 *IIII.* x) Multi codd., etiam 4 et edd. ante Be. *Constantio*; alii habent *Const.* s. *Constant.* Be. ex L. (quod siglum non intelligo) em. *Constantino*, et hoc habent 9, 12, 13, 14, 17, 33, 34, 42. Clar. Vesmius ad II, 16, 2 *Constantio Caes. II.*, quae cj. destituitur codicum auctoritate. 36, 40, Sich. in m. *Constante Caes.* y) In multis codd. et ap. Sich. om. *Caes.* 16 *IV. CC.* 28 om. *et — Coss.* Memorabilis est subscriptio in cod. 15: *PP. VI Id. Iun. Constant. ipsis augustis Cons.* z) Sich. *appellationum.* Mox 20 *qui hoc non.* a) Cui. 2 — Ri*. *iudicibus*, mendose et impr. Go. b) Sich. Cui. 1 — Lugd. *a litigatore*, mendose. Nonn. codd. *vitiatas causas.* Antea 9 *cognoscet - ut* et om. *liceat.* c) 6—10, 18, 20, 21, 42, 44 et multi alii codd. *praeceperunt.* Mox 20 *appellatur*, sed supr. lin. *appellator.* d) 6—8, 42, alii codd. *in quacunque custodia redigatur.* 42 *carcere.* 20, 21, Sich. Cui. 1 — Lugd. *sed ad agendum.* e) Sich. *liberum obs.* 20 *observetur.* *) Mendose Ri*. *cognoscuntur.* **) Cod. Iust. *ex delegatione.* f) Fol. 186[a] cod. 4. g) Ri. (non in vulg., ut Be. asseverat) *A Praefecti*, err. typ. h) Cod. Iust. om. *qui — sunt.* i) Cod. Iust. *provocare.* k) Cod. Iust. *appellare.* l) 4, Til. — Ri*. *aut.* Be. iubente Go. ex Cod. Iust. rep. *at*, sed tamen ferri potest *aut*, etsi *at* significantius esse non nego. Russ. edd. Cod. Iust. *aut* cum C. Th. et sec. Go. nonn. Cod. Iust. edd. *et.* m) Ri*. et Cod. Iust. *receperit.* n) Aur. Lugd. *Cons.* *) Apud Ri*. excidit *A.* o) Cod. Iust. *Quod si fecerit, desiderio suo carebit, et ignominiae poena notabitur.* *) Ex legibus cum h. c.

18. [p] *Imp. Constantius**) *A. Anicio Iuliano Pf. U.* Quoties rationalis vel officii necessitate poscente vel ex praerogativa rescripti inter privatos iudicaverit, si a sententia fuerit provocatum, non ad nostram scientiam referendum est, sed apostolis datis, quod iuxta observatam rationem postulari sufficiet, et ad [q] auditorium gravitatis tuae, cui ad vicem nostram delata iudicatio est, partes pervenire oportet; in fiscalibus caussis servato priscae consuetudinis more, ut*), opinione edita, universa ad nostram scientiam referantur. *Dat. XIII.* [r] *Kal. Iul. Serdicae. PP. VI. Kal. Aug. Romae, Constantio A. II. et Constante Coss.* [s] (339.)

19. *Idem A.* [t] *ad Anatolium Vicarium Asiae* [u]. *Post alia:* Si ad curiam nominati vel ad duumviratus aliorumque honorum infulas vel munus aliquod evocati [v] putaverint appellandum, intra duos menses negotia perorentur. *Dat. VI. Kal. Dec. Constantio A. II. et Constante* [x] *Coss.* (339.)

20. *Impp. Constantius et Constans* [y] *AA. Philippo* [z] *Pf. P.* Iudices cum [a] in civilibus caussis tum [b] etiam in [c] criminalibus, in quibus vitae hominum salutisque [d] quodammodo fata [e] tractantur [f], appellationes [g] admittant, nec denegent [h] vocem in supplicium [i] sententia destinatis [k]. *PP.* [l] *V. Id. Iun. post cons. Constantii iterum* [m] *et Constantis AA.* [n] (340.)

Interpretatio. *Lex ista hoc praecipit* [o], *ut etiam*

— c. 18. Vid. infr. not. *s*. — c. 19. Vid. c. 10 h. t., not. sup. et not. *q*. Coniungenda est cum c. 28 C. Th. de Decur. (XII, 1). Sec. Go. concordat c. 10 h. t. et c. 2 C. Th. de Decur. (XII, 1). Ap. Go. praefigitur numerus *XVIX.*, err. — c. 20. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 20. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 3. Ad interpr. cf. Ep. III. Fabiani P. (Knust l. c. p. 54). Decr. Grat. cau. II, qu. 6, c. 20. Go. h. c. cum aliis indigitari putat XI, 36, 6. Vid. c. 6 cit., not. *. Integra cum interpretatione est in codd. 6—10, 12—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 37; inscr. et textus in codd. 24, 30, 32, 39, 43, 44; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42. De codd. 31 et 35 vid. not. super. huius tit.

coniungendis. In cod. 4 et in edd. deest *Constant.* p) Fol. 186 [b] cod. 4. In imo margine est signum quaternionis *KE.* *) Aur. Lugd. Ri*. *Constantinus.* Vid. not. *s* sq. q) In cod. 4 deest *ad*; add. *ad* ab ant. man. supr. vers., fortasse emendandi caussa verbi *et* (*sufficiet, ad*). *) Go. — Be. *oportet. In*, et cj. Go. *ut* pro *et*, quod concedere non possum. r) Be. *III.*, mendose. s) Go. — Ri*. om. annum. Rein. adscrib. ann. 339. Go. ad Constantinum h. c. referens rep. vult consules anni 326 aut potius anni 329, si quidem referente auctore vetere de Consular. et Praefectis urb. Anicius Iulianus annis 326—329 praetura urbana functus est, neque alio nisi illo tempore in legibus praefectus urb. appellatur (vid. supra II, 7, 2, VI, 4, 2, XI, 30, 13 et ibid. not. *l*), Constantinus autem annis 326 s. 329 Serdicae fuit, non Constantius anno 339. Corsinius l. c. p. 180 requirit consules anni 329, quibus etiam tribuitur in Chron. constit. ap. Go. et Ri. Be., si recte se habet subscriptio, huic legi inscribit: *Constantinus, Constantius et Constans AAA.*, neque vero desunt leges solius *Constantii* nomen prae se ferentes (vid. infra XII, 1, 23, not. *p*). Praeterea Be. contra Go. dicere non omisit, superesse leges, ex quibus colligere liceat, legem priorem postea esse denuo commendatam, ideoque defendi fortasse posse receptam lectionem. Go. et Corsinii cj. obstat series constitutionum; esset enim lex collocanda inter c. 14 et 15 h. t. Aut Be. cj. vera est, aut post v. *Serdicae* excidisse verisimile consules anni 329. Insolitum quidem est proponi legem decem annis, postquam data fuerit, neque tamen omni probabilitatis specie caret. Add. *A.* post *Constante.* Aur. Lugd. *Cons.* t) Be. rep. vult *Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA.* (vid. not. *s* antec.); c. 28 cit. inscrib. *Impp. Constantius et Constans AA.*, ubi Go. eos imperatores requirit, quos hic Be. Vid. c. 23 C. Th. de Decur. (XII, 1), not. *p*. u) Rein. corr. *Africae*, ut Til. — Be. in c. 28 de Decur. cit., impr. Go., qui in comm. c. 28 pro *Africae*, quod ibi est, rep. *Asiae*. Idem Valesius. Recte; nam cod. 4 in c. 28 habet *as̄*, i. e. *Asiae*. v) Vv. *vel ad duumviratus — evocatus* transierunt in Cod. Iust. VII, 63, 1. Vid. c. 10 h. t., not. *q*. x) Recte Be. in not. add. *A.* Aur. Lugd. *Cons.* y) Go. Ri. Be. *Imp.* 7, 10, 18, Sich. *Impp. Constantinus et Constantius.* Aur. Lugd. *Impp. Constantinus et Constans.* 15, 20, 33, 34, 36, 42 *Imp. Constantinus* etc. 21 *Impp. Constañt.*, et ita per compendium in nonn. codd. scribitur *Constantinus* aut *Constantius.* 14, 21, 25 *et Constantius.* 15 om. *AA.* Rein. ad v. *Constans* ann.: „Iulianus Caesar ita dictus est, quemadmodum et Gallus Caesar." z) 6, 7 *filyppo*, alii *filippo*, ut 20, 25; 21 *phylippo.* Aur. Lugd. *Phillippo.* 38 *ad phylippum.* 10, 18 *praeposito.* 8 om. *Ph. Pf. P.* Cum siglo *ppo* incipit fol. 187 [a] cod. 4. a) 9, 10, 12, 14, 17, 18, 20 supr. lin. *tam.* b) 6, 7 *tam.* 20 supr. lin. *quam.* Sich. om. *etiam.* c) In Cui. 2 — Ri*. om. *in*, err. d) Aur. Lugd. *salatisque* et 21 *salutesque.* e) 8—10, 12, 16, 18, 20, 25 *facta* et nonn. codd. *quodammodum.* f) Cui. 2 — Ri*. *retractantur*, mendose. g) 6—8, 12, 16 *appellationi.* 10, 18 *appellationem.* h) 8 *denegetur.* 20 *denegant.* i) 20 supr. lin. *publicum.* k) 6 *sententiam.* 7, 21 *sententiam destinati.* 8, 10, 12, 16 — 18 *sententiam destinanti.* 14 *distinant.* 25 *destinantis.* 20 *distillati*, supr. lin. *distinati.* l) 9, 29, 42 *Dat.* 10 *praecepta.* 15, 16 *VI.* 24 om. *V.* 16, 24, 28, 36, 40 *Iul.*, sed 36 *K̄. Iul.* 42 *id. novemb.* Epit. Mon. *Ian.* m) 4 et nonn. alii codd. Til. — Lugd. *iterum*, quod recepi. Rell. edd. *II.* 24, 40 om. *iterum* et 8 *PP.* — *et.* 32 *C. ter.* 6, 7, 10, 18, 20 *Constantini item* et 20 *proconsulū* supr. lin. 14, 17, 42 *Constantini.* 28 *Constantinū.* 38 *Constantino.* 21 *Const. item.* 39 *post constantinopoli C. II.* 43 *post Constantinopoli Constantini iterum.* Sich. *post Constantinū.* Ri*. *post Constantii II.* n) 10, 34 *Constantii AA.* 15 *Constantini ãã. c̄c̄.* 6, 7, 18 *Constanti AA.* 27 *Constantio* (ut 43) *ãã. cons̄.* 38 *Constantio ã.* 43 *Constantiū AA.* 40 *Const. consul.* et om. *AA.*, quod etiam deest in cod. 32. 42 *et Constans aūgḡ. r.* L. (quod siglum me ignorare dixi) ap. Be. *et C. Aug. I.* 21 *Const. ã.* 17, 20 add. *consul.* post *AA.* Sich. *et Constantium AA. Consules.* Ap. Go. — Ri*. om. annos. Go. enim h. c. supponere vult consules anni 347 (*post cons. Constantii IV. et Constantis III. AA.*) aut certe consules alicuius anni ante ann. 350, quo Constans A. caesus est. Dicit enim, hunc consulatum nullibi, quemadmodum hic factum sit, exprimi nisi in c. 5 et 6 C. Th. de Praet. (VI, 4), quas aeque atque hanc tribuit anno 347; deinde Philippi praeturam incidere in ann. 346—349. Neque vero haec cj. confirmatur codd.

in criminalibus caussis, ubi vita utriusque partis in dubium devocatur, liceat appellari, nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit.

21. *Iidem AA. ad Proculum*) Proconsulem Africae.* Si qui fiscale [p] debitum per sententiam luere iussi appellationem, frustrationis*) commento, crediderint opponendam, ne moris tergiversantibus abutantur, illico ad eum missi [q], cuius vice nostra cognitio est, intra viginti dies appellationis substantiam persequantur [r], ut vel probata appellatione ad dicationis tuae officium revertantur, vel improbata, ut legis istius contemptores, ad praefectorum praetorio commentarios destinentur. Eadem forma servanda etiam, si pessima conscientia forte gravati appellandi caussas [s] intra diem supersederint perorare. *Dat. IV.*) Kal. Dec. Acyndino [t] et Proculo Coss.* (340.)

22. *Iidem AA. ad Scyllacium* [u]. Omnes praesides moneantur, ut, si quis provocatione sibi opus esse cognoscit, iuxta morem ordinemque legum accipiant libellos, et ad eos, qui consuerunt audire, transmittant, nec appellantes iniuriarum afflictatione deterritos a suffragio necessariae defensionis expellant. Imponimus enim praesentis mulctae fascem, ut iudex, qui suscipere neglexerit [v], auri libras decem et officium eius quindecim pendat. *PP. Cyzici* [x] *VI. Kal. Mart., Placido et Romulo Coss.* (343.)

23. *Iidem AA. ad Rusticum Pf. U.* Dudum meminimus, sancientibus nobis*) esse decretum, ut, iuris veteris auctoritate summota, nullus clarissimus a praefecti urbis sententia provocandi usurparet licentius facultatem, sed cunctas nobis partes publicae utilitatis atque communis iuris volentibus [y] praestare visum est, ut vetustatis auctoritas et appellandi facultas et origo repetatur; scilicet consenescente [z] priore lege, qua istius modi potestas videatur [a] exclusa. *PP. Romae VI. Non. Iul., Amantio et Albino Coss.* (345.)

24. *Iidem AA. Procopio Praesidi Ciliciae.* Cum in controversia criminali sive civili [b] iudex ad nos existimaverit referendum, acta ut gesta sunt, refutatorios libellos ut oblati sunt, referri oportet; quos quidem exigi et intra praescriptum patria*) constitutione tempus a iurgantibus flagitari iubemus, ac pronunciamus, gravissimam notam esse subiturum, quisquis a nobis constituta neglexerit. *PP. VI. Id. Nov. Philippo* [c] *et Salia Coss.* (348.)

25. *Iidem AA.* [d] *ad Lollianum Pf. P.* Quoniam iudices ordinarii provocationes aestimant [e] respuendas, placet, ut, si quis appellationem suscipere recusaverit, quae non [f] ab exsecutione vel a praeiudicio, sed a sententia iurgium terminante fuerit interposita, triginta pondo auri cogatur fisco [g] inferre; triginta [h] alias libras auri officio eius itidem soluturo. *Dat. VIII. Kal. Aug. Messadensi* [i]. *PP. Capuae, Arbetione et Lolliano Coss.* (355.)

26. [k] *Iidem AA. ad Volusianum Pf. P. Post alia:* Lata sententia, quae pertinet [l] ad bona vacantia et caduca*) et ad ea, quae indignis [m], legibus cogentibus, auferuntur, si quis putaverit provocandum, vox eius debebit admitti. *Dat. III.* [n] *Kal. Aug. Arbetione et Lolliano Coss.* (355.)

27. *Iidem AA.* [o] *et Iulianus C. ad Taurum Pf. P.* De Sardinia, Sicilia, Campania, Calabria, Brittiis [p] et Piceno, Aemilia et Venetia et*) ceteris inter-

— c. 21. Summaria C. Th.: „*Similis XIIII.*" Vid. c. 64 h. t., not. *h.* — c. 22. Vid. c. 2 h. t., not. sup. Ed. Th. cap. LV. — c. 23. Ri*. err. *XI.* — c. 24. Summaria C. Th.: „*Primae similis.*" Vid. c. 47 et 60 h. t., not. sup. — c. 25 coniungenda est cum c. 11 C. Th. Quorum appell. non recip. (XI, 36), quam Go. ex h. c. deformatam esse dicit. Vid. not. *f.* Cod. Iust. VII, 62, 21 mut. Ed. Th. cap. LV. Vid. c. 2 h. t., not. sup. et tit. XXXVI. sq. c. 30, not. sup. — c. 26 coniungenda est cum c. 12 C. Th. Quorum appell. non recip. (XI, 36). Cod. Iust. VII, 62, 22. Bas. IX, 1, 114.

et admissa iustum turbat ordinem constitutionum; esset enim h. c. ponenda post c. 23 h. t. Fortasse error est in Philippi nomine. o) Nonn. codd. *praecepit* et mox *nec appellanti — supplicio — destinatur.* *) Err. Go. *Proculium.* p) 4 *ficale*, rubr. col. add. *s* (fiscale). *) Mendose Go. *frustationis.* q) Til. *misi*, err., qui receptus est in Cui. 1. r) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *persequatur.* Go. apud Ri. em. *prosequantur.* s) Ita 4; edd. *causa.* Go. et Be. igitur em. *causam*, prope aberant a vero. *) Go. in Chron. *III. Kal.* t) Fol. 187 [b] cod. 4. u) Dignitas deest. Go. Scyllacium Vicarium Asiae fuisse putat, in Chron. Pf. Asiae, illud tamen praeferens. v) 4 *nexerit*, rubro col. corr. *neglexerit.* Ad v. *fascem* cf. Dirksen l. c. p. 335. x) 4, Til. — Ri*. *Cyzico.* *) Haec lex non exstat. y) 4 *violentibus.* Vv. *atque communis — vetustatis* bis scripta sunt in cod. 4, delentur autem secundo loco. z) Fol. 188 [a] cod. 4. a) Go. mavult *videbatur* aut *videtur*, Be. autem *videbatur.* Nihil muto. b) 4 *civile*, sed em. *) Constantini M. Vid. c. 1 h. t. c) 4 *filippo.* Cui. 2, 2* *Phillippo* et 4, Til. — Ri*. *Sallia.* d) Cod. Iust. *Impp. Constantius et Constans AA.* Go. em. *Imp. Constantius A. et Constans C.* aut *Imp. Constantius.* Be. inscr. esse putat h. l. et tribus sqq. *Imp. Constantius A.* Vid. supra I, 5, 5, not. *h*, III, 12, 2, not. *u* et sq. not. *k.* e) Cod. Iust. *existimant.* f) Cod. Iust. *quae non contra executionem, sed adversus sententiam intentionem iurgiumque terminantem.* Hinc putat Go. deformatam esse c. 11 cit. g) Cod. Iust. *auri pondo cogatur largitionibus nostris.* h) Cod. Iust. *triginta alia officio eius itidem soluturo, nisi ei pertinaciter restiterit, atque actis contradixerit, et quid iure sit constitutum, ostenderit.* i) Cui. 2, 2* *Dat. IIII. Kal. Aug. Mesladensi*, err. et improb. Go. Deinde 4, edd. ante Be. Cod. Iust. *Arbitione.* k) Fol. 188 [b] cod. 4. Vid. not. *d* anteced. Go. h. l. ann.: „*γϱ. Idem A. et C.* vel sane tantum *Imp. Constantius A.*" l) Ita Be. e Cod. Iust., iubente Go.; 4, Til. — Ri*. *pertinent*, pro quo Go. prop. etiam *pertineat.* *) *et caduca* om. in Cod. Iust. m) Cod. Iust. *ut indignis.* n) Go. in Chron. *VI.* c. 12 cit. *IV.*; in utraque lege scrib. aut *III.* aut *IV.* et post *Aug.* add. *Mediolano.* 4, edd. ante Be. et Cod. Iust. *Arbitione.* Aur. Lugd. *Cons.* o) Vid. not. *d* antec. Go. em. *Idem A.* Ri*. om. *AA.* p) Cui. 2 — Be. *Brutiis.* *) Go. em. *ut* pro *et.*

positas appellationes laudabilis sublimitas tua more solenni debebit[q] audire, competenti appellatione terminandas. Nec vero ulla poterit esse confusio. Praefectus enim urbis nostra responsione conventus praedictis cognitionibus temperandum sibi esse cognovit. *Dat. Sirmio*[r], *Constantio A. IX. et Iuliano II. Caes. Coss.* (357.)

28. *Iidem AA.*[s] *ad Taurum Pf. P.*[t] Patris nostri salutaribus imperatis[u] comperimus dudum esse praeceptum, ut, si a rationali vel comite vel alio, qui curam fiscalis commodi gerit, fiscale debitum postulante fuerit provocatum, ad eos, qui vice[v] nostra huius modi cognitionibus praesident, appellatores intra diem tricesimum perducantur, adversus sententias, quas iniquas esse contendunt, exsecuturi proprias actiones. Qua propter viginti sufficit dies intra eandem provinciam custodiri, intra quam fuerit provocatum, sic ut*) ex aliis quadraginta serventur, atque intra eorum terminos, quod patris nostri constitutio statuit, explicetur. *Dat. XIV. Kal. Iul. Singiduno*[x]. *PP. X. Kal. Aug. Romae, Eusebio et Hypatio Coss.* (359.)

29. *Imp. Iulianus A. ad Hymetium*[y] *Vicarium urbis.* Omnes legitimae appellationes, quaecunque fuerint contra audientiam tuae gravitatis interpositae, indubitanter suscipiantur, et post latam sententiam intra triginta[z] dies universa, quae in eius modi negotio geruntur, cum refutatoriis precibus seu libellis ad nostrum comitatum mittantur; strenuo videlicet officiali ex his, qui tibi parent, ad hanc sollicitudinem electo, ita ut, publicis monumentis confectis, dies, quo gerulis gesta tradantur[a], fideliter designetur. [b] Nam decem librarum auri mulctae constituetur officium obnoxium, si statuta nostra aliqua fuerint dissimulatione violata. *Dat. X. Kal. Oct. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Coss.*[c] (362.)

30. *Idem A. ad Germanianum**) *Pf. P.* His, qui tempore competenti non appellant **), redintegrandae audientiae facultas denegetur. Omnes igitur, qui contra praefectos urbi[d] seu proconsules seu comites[e] Orientis seu vicarios[f] sub specie formidinis provocationem non arbitrantur interponendam, a renovanda[g] lite pellantur[h]. Nobis enim moderantibus rem publicam nullum[i] audebit iudex provocationis perfugium iurgantibus denegare. Qui vero vim sustinuerint[k], contestatione publice proposita, intra dies videlicet legitimos, quibus appellare[kk] licet, caussas appellationis evidenti affirmatione distinguant, ut hoc facto, tanquam interposita appellatione, iisdem[l] aequitatis adminicula tribuantur. *Emissa XV. Kal. Ian.*[m] *Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

31. [n] *Idem A. ad Mamertinum Pf. P.* Quoniam plerique rectores relationes, quas ad nostrae tranquillitatis comitatum destinare promittunt, supprimere vel differre[nn] conantur, prava id conscientia faciente, conveniri eos ab illustri auctoritate tua praecipimus, ut intelligant, sibi quidem denarum librarum auri, officiis vero suis vicenarum imminere condemnationem, si promissa relatio intra triginta dies non fuerit sine aliqua ambiguitate transmissa*) his officialibus, per quos convenit gesta transmitti. Et quia plerumque contingit, ut gerulis literarum aliquo casu exsistente tarditatis obstaculum videatur afferri, ne id, quod necessitate contingit, ad culpam rectorum redundare videatur, actis apud se confectis diem designare debebunt, in quo transmissio gestorum committitur his, qui huic necessitati deputantur. *Dat. X. Kal. April. Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* **) (363.)

32. *Impp. Valentinianus et Valens*[o] *AA. salutem* [p] *dicunt ordini civitatis Karthaginis*[q]. Iudicibus non solum appellationis suscipiendae necessitas videtur imposita*), verum etiam triginta dierum spatia[r] definita sunt, intra quae negotii merita ad mansuetudinis nostrae scrinia conveniat destinari; iudice et officio, si statuta fuerint aliqua parte mutilata, mulctae subiacente[s]. *Dat. prid. Non. Febr.*[t] *Med., divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

— c. 28. Vid. c. 64 h. t., not. *h.* — c. 29. Vid. c. 31 h. t., not. sup. — c. 30. Cod. Iust. VII, 67, 2 aliis omm. aliis add. Bas. IX, 1, 155. Ed. Th. cap. LV. Summ. C. Th.: „*Similis VII et X.*“ — c. 31. Similes sunt c. 29, 34 et 65 h. t. — c. 32 coniungenda est cum c. 15 C. Th. Quorum appellationes (XI, 36). Cod. Iust. VII, 62, 24 mut. Eodem die data est, sed ad Caesarium Com. R. P. c. 8 de Iure fisci (X, 1).

q) Be. *debet*, mendose. r) Be. *Sirmii*. Go. ann.: „Mensi Decembri haec l. tribuenda est.“ Vid. eum in Chronol. s) Go. em. *Idem A. et Iulianus Caes.* Vid. supra not. *d.* t) Signum dignitatis deest in cod. 4 et Til. — Lugd.; primum et recte quidem add. in Cui. 2. u) Be. err. *impetratis*. Haec Constantini M. constitutio sec. Go. non exstat. v) Fol. 189[a] cod. 4. *) Ita primum Be.; antea *sicut*. Vid. infr. c. 46 h. t. x) Be. *Singiduni*. Cf. Böcking ad Not. Or. p. 487. Aur. Lugd. *Cons.* y) Go. — Ri*. in Chron. err. *Homericum*. z) 4 *trinta*; rubro col. add. *gi* (triginta). Mox Cui. 2, 2* *geruntnr*, mendose. a) Go.: „Pro traduntur.“ b) Fol. 189[b] cod. 4. c) Aur. Lugd. *Cons.* *) Cod. Iust. *Imp. Iulianus A. Geminiano* (impr. Go.), et om. dignitas. **) Ms. Veron. *competenti appellant*, sed apponitur *non* supr. lin. d) In Cod. Iust. add. *Magistros officiorum, vel Magistros militum.* e) In Cod. Iust. add. *seu Praefectos.* f) In Cod. Iust. add. *Augustales, vel alium Iudicem.* g) Cod. Iust. *revocanda*, recte impr. Go. h) Cod. Iust. *repellantur* et om. *Nobis-denegare.* i) Go. cj. *nullus*, non male; autea enim nominantur singula iudicum genera, etsi infra c. 64 h. t. *nullius reparationis beneficium.* Aur. Lugd. err. *nullam.* k) Cod. Iust. *sustinuerunt.* kk) Cod. Iust. *appellari.* l) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* m) Cod. Iust. *Iul.* et *Nevita.* Ms. Veron. *Iul.* et *Nevitta.* n) Fol. 190[a] cod. 4. nn) 4, Go. — Ri*. *diferre.* *) i. e. sec. Go. commissa, ut infra, seu tradita. **) Aur. Lugd. *Cons.* o) Vid. not. *t* sq. p) Fol. 190[b] cod. 4. q) Ita etiam Summaria. Cod. Iust. *Carthaginensis.* c. 15 cit. *Karthaginiensium.* Mox 4 *appellationes*, sed em. rubro col. *) Go. in mente habet c. 29 h. t. r) In Cod. Iust. add. *ex die sententiae.* s) Cod. Iust. *intra quae gesta una cum relatione litigatoribus convenit praestari; iudice et officio eius, si — subiacentibus.* t) Go. mavult *Nov.* (prob. Spangenb. in ed. Cod. Iust.), Be. *Nov.* aut in

33. *Iidem AA. ad Dracontium Vicarium Africae.* Quicunque iudicum adversus auctoritatem legis appellationes neglexerit, protinus officio tuo, non rationalis[u], imminente, ad viginti librarum auri exsolvendam mulctam cogetur, ita ut et officium eius triginta simili celeritate dissolvat. *Dat. prid. Id. Sept. Aquileia. Acc. XVIII. Kal. Dec. Tacapis*[v], *divo Ioviano et Varroniano Coss.**) (364.)

34. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Si quisquam ausus consultationem sequi circa limina palatii nostri comitatumve**) fuerit deprehensus, aestimatae litis[vv], quae in controversiam venit, medietatem in auro atque argento fisci viribus inferre cogetur. §. 1. Iudex sane, qui relationem promiserit, nisi intra triginta dies dictae sententiae promissam relationem ad nostra scrinia destinarit, ipse quidem notabili sententia reprehensus decem librarum auri condemnatione quatietur, officium vero eius, quod non suggesserit, nec commonuerit de relationis necessitate, viginti libris auri fiat obnoxium. *Dat. V. Id. Nov. Mediolano, divo Ioviano et Varroniano Coss.*[x] (364.)

35. *Iidem AA. ad Modestum Pf. P.**) Cuncta instrumenta, quae iudiciis offeruntur, subiecta consultationi[y] gesta continere debebunt. Sed et acta, quae sint ante habita, et monumenta transmittenda sunt, hisque annectenda sunt testimonia vel confessiones[z] partium et omnia huius modi, in quibus caussa consistit, et habere exitum videatur. *Dat. Kal. Aug. Martianopoli*[a], *Valentiniano et Valente AA.*[b] *Coss.* (365 ?)

36. [c]*Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Eupraxium Pf. U. Post alia:* Cum ex caussis iustis aliquid, quo minus iudicari statim possit, reperietur incertum, ac debitor adversus discussoris statum[d] coeperit reluctari, dilatione postposita super eo, quod exorietur ambiguum, vel sublimitas tua vel vicarius, prout quisque vestrum proximus erit, adhibeat examen. *PP. XVI. Kal. Mart. Gratiano A. III.*[e] *et Equitio Coss.* (374.)

37. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Thalassium Proconsulem Africae. Post alia:* Cum de praescriptionibus peremptoriis agitatur examen, si eas praescriptiones[f] iudex ut leves putaverit improbandas, et ab eius interlocutione fuerit appellatum, provocatio huius modi recipiatur, cum peremptoria praescriptio et definitiva sententia eadem vi[g] vel consumptae caussae vel non admittendae videantur operari. Sed quoniam evenire potest, ut multae praescriptiones peremptoriae litigatoribus competant, ne[h] in uno eodemque negotio per singulas necesse sit saepius provocari[i], toties ad nos referri, omnes peremptorias praescriptiones, quas sibi quisque putaverit competere, cogatur expromere, et ita demum, si a cognitore fuerint repudiatae, utatur, si placet, provocationis auxilio etc. *Dat. III. Kal. Sept. Treviris*[k], *Valente VI. et Valentiniano II. AA. Coss.* (378.)

38. *Imppp. Gratianus, Valentinianus**) *et Theodosius AAA. ad Syagrium Pf. P. Post alia:* In condemnationibus appellationes iubemus admitti[l]. *Dat. XIV. Kal. Iul.*[m] *Gratiano V. et**) *Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

— c. 33. Vid. c. 2 h. t., not. sup. et supra VIII, 5, 20, not. *l.* Ed. Th. cap. LV. — c. 34. Vid. c. 34 et 47 h. t., not. sup. Indigitatur in c. 47 h. t. eademque c. abrogatur. — c. 36 coniungenda est cum c. 5 C. Th. de Relation. (XI, 29), c. 21 C. Th. Quorum appell. non rec. (XI, 36). — c. 37 sec. Go. coniungenda est cum c. 23—25 C. Th. Quorum appellat. (XI, 36). Vid. not. *k.* — c. 38. Cod. Iust. VII, 62, 25 mut. Bas. IX, 1, 116.

---

inscr. *Iovianus A.* Cod. Iust. utroque loco consentit cum C. Th., et in inscr. et in subscr., nisi quod *Mediolan.* ibi est pro *Med.*, quae mutatio mihi videtur non ab ipsis Cod. Iust. conditoribus facta esse, sed a librariis aut ab editoribus. Vid. supr. V, 14, 3, not. *o.* Go. cj. de mense non convenit cum ordine constitut. tit. Quorum appell. (XI, 36). Esset enim c. 15 recentior c. 16 eod. Vid. supra X, 1, 8, not. *q.* u) Aur. Lugd. *rationali.* v) 4 *Tacapis divo Ioviano.* Til. — Cui. 2* *Tacapisdivo, Ioviano.* Go. — Ri*. *Tacapis. Divo Ioviano.* Be. *Tacapi, divo Ioviano.* *) Aur. Lugd. *Cons.* **) Ri*. err. *comitumve.* vv) Fol. 191[a] cod. 4. x) Aur. Lugd. *Cons.* *) Vid. not. *b* sq. y) Err. 4, Cui. 2, 2* *consulationi*, Ri*. *consultationis* et Go. *Gestat.* z) 4 *confusiones*, a libr. em. *confessiones.* a) Cui. 1 — Cui. 2* *Marc.* et *Marcianop.* rell. edd. et codex 4. b) Go. — Ri*. om. annum. Go. enim in Chron. profert hanc c. inter constit. anni 368 (*Valentiniano et Valente AA. II. Coss.*), quia Valens hoc anno Martianopoli fuit, non anno 365; in annot. autem prop. etiam consules anni 370 (*Valentiniano et Valente AA. III. Coss.*) aut anni 373 (*Valentiniano et Valente AA. IV. Coss.*), ipse quidem praeferens consules anni 368, sed sibi discors in Prosopogr. et in Chron. anni 373, ubi solos ann. 370 et 373 nominat. Harum cj. qualibet recepta, in inscript. add. est *et Gratianus A.*, quod iam Be. ad ann. 370 recte monuit; at anno 368 Modestum non Pf. P., sed Pf. U. fuisse, et Auxonium potius Pf. P., (cui Modestus anno 369 successit), cum Fasti Idatiani docent tum leges anni 368. Quod si igitur ad ann. 368 revocatur, Go. et Be. in inscr. pro *Pf. P.* scribi volunt *Pf. U.* Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 16, n. VIII. requirit aut consules anni 368 reposito siglo *Pf. U.*, aut consules anni 370 mutato nomine urbis in *Hierapolin*, quo quidem loco Valens h. a. fuit. Atque hanc sententiam ego veram esse puto, quia Martianopolin Valens extremo demum anno 368 rediit ad hiemem agendam. Vid. Ammianum Marcell. XXVII, 5. Vid. supra IX, 16, 8, not. *t*; infra XI 36, 17, not. *. c) Fol. 191[b] cod. 4. Si Go. aut Till. cj. in antec. not. prolatae verae sunt, rep. est *Iidem AAA.* d) Go. Be. em. *statutum*, recte. Vid. c. 45 h. t. *post sententiam discussoris.* e) Go. *A. II.*, err. Aur. Lugd. *Cons.* f) Cui. 2, 2* *perscribtiones*, err. g) Go., quamquam sustineri posse dicit *eadem vi*, tamen prop. *eandem vim*, sine necessitate. h) Fol. 192[a] cod. 4. i) Go. Be. non male addendum esse putant *et.* k) Sec. Go. scrib. *Dat. III. Kal. Febr. Trev.*, ut h. c. cum c. 23 — 25 cit. coniungatur, et add. ex c. 23 cit. *Acc. VI. Kal. Maii.* *) Err. Aur. Lugd. *Valentianus.* l) Cod. Iust. *Et in multis a iudicibus inferendis a. i. a.* Vid. Go. in comm. m) Locus deest etiam in Cod. Iust. An add. *Aquileia ?* *) Apud Go. excidit *et.*

39. *Iidem AAA. ad Macedonium Comitem S. L.* Quoties fiscalibus caussis, controversiae alicuius dubitatione pendentibus, summam sententiae comes aerarii nostri imposuisse detegitur, et cogendis obvium debitis provocationis[n] suffugium fuerit obiectum, proprium super eo esse tribuendum praestantia tua discat examen; modo ut frequentibus statuta*) praeceptis eos praeter debiti modum[o] poena comitetur, quos exsecutionem veteris iudicati superfluae appellationis[p] obiectu suspendisse claruerit. *PP. Karthagine XV. Kal. April., Syagrio et Eucherio Coss.* (381.)

40. *Iidem AAA.*[q] *ad Basilium Comitem S. L.* Omnem, quae de libello scripta recitatur, dici volumus atque esse sententiam, atque ab ea provocationis auxilia quisquis efflagitat*), ad auditorii sacri venire iudicium, neque illic ex praeiudicio poenam vereri, sed appellationis iniustae iustaeve discrimen competenti subire luctamine. Praeterea[r] quicquid in cunctis cognitionibus atque conflictibus[s] libelli absque documento et recitatione decernitur, praeiudicii loco iuste ac*) probabiliter putatur. Atque ab eo si vel vocem quisquam provocationis obiecerit vel libellum, disputatione non indiget, qui in certa[t] atque manifesta praeiudicii conditione teneatur, eumque confestim ab eodem cognitore exigi conveniet ac teneri. *Dat. prid. Kal. Sept. Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

41. *Iidem*[u] *AAA. ad Ammianum Comitem R. P.* Rationales privatae rei caussis vel sacri aerarii praesidentes examen praesente fisci advocatione suscipiant[v]. Ac si eorum sententia forte fuerit appellatione suspensa, ad eos iudices disceptationis fata transeant, ad quos privatorum hominum caussae referri[x] ex provocatione consuerunt; ita ut, si ab illis quoque fuerit provocatum, mansuetudinis nostrae exspectetur arbitrium, vel sinceritate tua vel sacrarum remunerationum comite, prout ad quem negotium pertinebit, quid super his, de quibus referatur, gestum sit, scriptis currentibus instruente, ut, sive adhuc superest nostra cognitio, mansuetudinem nostram facta suggestione commoneat, sive acquiescentibus partibus terminum negotio datum esse constiterit, plenam rei inquisitionem notitiamque eius accipiat. Sane tempora tantum volumus privatis fiscalibusque caussis non esse communia, ut antiquo iure[y] fiscalia negotia intra duos menses in eadem provincia, intra quattuor in contigua, intra sex in transmarina dicantur. *PP. XVII. Kal. Ian. Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

42. *Iidem*[z] *AAA. ad Agrestium Proconsulem Palaestinae**). Probamus verecundiam iudicantis, si superfluam quoque recipiat provocationem, ne interim reliquum negotium audiret. *Dat. prid. Kal. April. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

43. *Iidem*[a] *AAA. Merobaudi Duci Aegypti.* Provocantibus mulctas nisi ex nostris decretis non patimur imponi. *Dat. XIII. Kal. Nov. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.*[b] (384.)

44. *Iidem*[c] *AAA. ad Symmachum Pf. U. Post alia:* Obiecta appellatione, etiamsi a praeiudicio interposita dicatur, vel ad nos vel ad cognitorem sacri auditorii solenniter caussa mittatur, cum, si ea provocatio adversum leges fuerit emissa, facile post iudicium sacri examinis ab huius modi litigatoribus mulcta possit exsculpi. *Dat. III. Kal. Dec.*[d] *Mediolano, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

45. *Iidem AAA.*[e] *et Arcadius A. ad Pelagium Comitem R. P. Post alia:* Cum post sententiam discussoris vel rationalis fuerit provocatum, ad sinceritatem tuam negotium transferatur, ut, si mediocritas negotii aut longinquitas regionis ad iudicium tuum litigatores venire non patitur, iudici provinciae[f], quem ipse probaveris, negotium deleges[g]. §. 1. Appellationes vero transmarinae in iudicio tuo intra anni agantur spatium; de contiguis et non longe positis provinciis appellatio-

— c. 41. Cod. Iust. II, 9, 4 princ. rec. Bas. VIII, 1, 39. — c. 42. Cf. Ed. Th. cap. LV. — c. 44 coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Sentent. ex peric. rec. (IV, 17). Go. h. c. pro rescripto habet ad Symmachi epistolam (X, 29) dato. — c. 45 coniungenda est cum c. 29 C. Th. Quorum appell. (XI, 36). Cod. Iust. VII, 62, 26 om. fin. Bas. IX, 1, 117.

n) 4 mendose *provocationes.* *) Go.: „An *statutum*? forte non: *statuta* sc. poena.“ Nemo dubitat de h. l. o) Fol. 192[b] cod. 4. p) 4 *appallationis*, mendose. Mox Aur. Lugd. *Cons.* q) Gratiano iam mortuo, Go. et Be. recte em. et hic et in seqq. sex legibus *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius;* monendum autem est, etiam Cod. Iust. II, 9, 4, VII, 62, 26 (vid. c. 41 et 45 h. t.) *Gratianum, Valentinianum et Theodosium* in inscr. habere. Videtur igitur error insitus esse in ipso C. Th. *) Ri*. *efflagitet.* r) Ita 4, Til. — Cui. 2*. Be.; Go. — Ri*. *Praeter ea*, de cj. Go., repetita in annot. s) 4 *conflicti*; ab ant. man. supra add. *bus.* *) Mendose Ri*. *a.* t) Cui. 1 — Cui. 2* *qui incerta.* Recte Go. Be. em. *quin certa.* u) Cod. Iust. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius.* Vid. supra not. *q.* Cum inscr. h. c. incipit fol. 193[a] cod. 4. v) c. 4 Cod. Iust. *advocato suscipiant*, et resecta sunt, quae in C. Th. sequuntur. x) 4, Til. — Lugd. et Be. *referri.* Cui. 2 — Ri*. *inferri.* Go. in not. *transferri* aut ante *apud quos.* y) Fol. 193[b] cod. 4. z) Vid. supra not. *q.* *) 4 *Palestinae.* Paullo infra Go. *provocatiotionem.* Cf. Böcking ad Not. Or. p. 511. a) Rein. em. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius.* Vid. supra not. *q.* b) Aur. Lugd. *Cons.* c) Vid. supra not. *q.* Cui. 2 — Go. *Symachum.* Vales. ann.: „Symmachus his conss. nondum erat praefectus urbi, fuit enim praefectus post mortem Gratiani. vid. leg. 2 C. Iust. de crimine sacrilegii“ (IX, 29). Revocare animum sufficit ad c. 9 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), not. *a*, c. 4 C. Th. de Sentent. ex peric. recit. (IV, 17), not. *l.* d) Fol. 194[a] cod. 4. Aur. Lugd. *Cons.* e) Go. inducendam esse dicit tertiam literam *A.* et tribuendam legem *Valentiniano, Theodosio et Arcadio.* Vid. supra not. *q.* Cod. Iust. *Iidem AAA.* (i. e. Grat. Valentin. et Theod.) et om. *Arcadius A.* f)

nes intra constituta iure tempora peragantur. *Dat. XV. Kal. Mart. Mediolano, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*[h] (385.)

46. *Iidem*[f] *AAA. ad Florentium*[k] *Comitem S. L. Post alia:* Cum super fiscali debito emerserit provocatio, in eadem provincia vicesimo die negotii merita noscenda sunt; ita ut secundum generalis arbitrium sanctionis *) quadraginta dierum ex contigua provincia spatia sufficiant. *Dat. VII. Kal. Dec.*[1] *Aquileia, Arcadio A. I. et Bautone Coss.* (385.)

47. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.**) *Cynegio Pf. P.* Cum antea sit constitutum[m], ut consultationem[n] iudicis ad comitatum sacrum missam litigatorum nemo sequeretur, hoc integra deliberatione sancimus, ut, si ad consultationem anno decurso non fuerit aliqua ratione responsum, litigatores, quorum interest, collectis omnibus gestis et ipsius relationis exemplis, veniendi[o] ad comitatum nostrae serenitatis habeant liberam facultatem. *Dat. VII. Kal. Febr. Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio Coss.* (386.)

48. *Iidem AAA. ad Eusignium Pf. P.* Revocare appellationem suam unicuique minime permittatur, sed sacro auditorio[p] totius negotii examinatio reservetur. Quod si[pp] hac lege neglecta gratiam siverit appellationis, et ipse quinquaginta libras argenti et eius officium parem summam condemnationis inferre cogetur. *Dat. XIV. Kal. Iun. Mediolano, Valentiniano A. III.**) *et Eutropio Coss.* (387.)

49. *Iidem AAA. Albino Pf. U. Romae.* In negotiis, quae in urbe venerabili nostri patrimonii nomine[q] ventilantur, id iuris tulimus, ut, si ducentarum librarum argenti negotium, quod agitur, summam aestimationemque transscendit, a rationalis[r] sententia provocantes comitivae privatarum sequantur examen. Si vero intra praestitutum modum litigii summa se cohibet, sublimi eminentiae tuae sacrum nostri numinis iudicium delegamus. *Dat. VIII. Kal. Aug. Roma, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

50. *Iidem*[s] *AAA. Victorio Proconsuli Asiae.* Eum, qui procuratorem suum cum appellatione ante sententiam adversum se latam ad iudicium dirigit, iudiciaria auctoritate iubemus praeiudicialis mulctae excipere ac sustinere iacturam. *Emissa prid. Non. April. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.*[t] (393.)

51. *Iidem**) *AAA. Apodemio Pf. P. Illyrici et Italiae II.*[u] Quibus caussis non est provocatio respuenda, iubemus, respuentem iudicem triginta librarum auri, obsecundantem officii gratiam quinquaginta esse[v] feriendam. *Dat. V. Id. Iun. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

52. *Iidem AAA. Have Rufine*[x] *karissime nobis.* Nihil sub sacri iudicii examine de ea parte[y] negotii debet definiri, de qua nihil in exordio apud praesidem aut institutum fuerit ac[z] probatum. *Dat. IV. Kal. Oct. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

53. *Impp. Arcadius et Honorius AA.*[a] *Ennoio*[b] *Proconsuli Africae. Post alia:* Libellis vel edictis factae

---

— c. 46 coniungenda est cum c. 30 C. Th. Quorum appellat. (XI, 36) et fortasse cum c. 3 C. Th. de Off. Com. S. L. (I, 10), ubi vid. not. *g*. Summaria C. Th.: „*Similis IV et X.*" Cf. c. 64 h. t., not. *h*. — c. 47 commemoratur in c. 54 h. t. Sec. Go. concordat c. 34, 54, 66 h. t. Summaria C. Th.: „*Similis IIII et XX* (l. XXXIV)." Cf. c. 54 h. t., not. sup. — c. 48 significatur sec. Go. in c. 56 h. t., ubi vid. not. *). — c. 49 Go. coniungi vult cum c. ult. Cod. Iust. de Servis fugit. (VI, 1), recte. Sed Go. add.: „Si modo subscriptio vitio caret. Nam si argumenti ratio spectatur ea potius iungenda videatur *legi unic. infr. de mancipibus* et *leg.* 5. 6. *infr. de Suariis.*" Sed vid. c. 11 C. Th. de Maleficis (IX, 16), not. sup. et not. *h*, ubi ex diversitate scripturae apparet, has leges alio die datas esse. — c. 50. Cf. tit. XXXVI. sq. c. 18, not. sup. et supra VIII, 13, 5, not. sup. — c. 51. Cf. c. 2 h. t., not. sup. — c. 52 coniungenda est cum c. 5 C. Th. de Cognitoribus (II, 12), c. un. C. Th. de Carbon. ed. (IV, 3), c. 9 C. Th. de Liber. cau. (IV, 8). — c. 53 coniungenda est cum c. 141—145 C. Th. de Decur. (XII, 1). Vid. c. 24 C. Th. de Annon. (XI, 1), not. c. Cod. Iust. VII, 62, 27. Bas. IX, 1, 118.

Cod. Iust. *patiatur, iudicio Rectoris provinciae.* g) Seqq. des. in Cod. Iust. h) Aur. Lugd. *Cons.* i) Vid. supra not. *q*. k) c. 3 cit. *Florianum* et c. 30 cit. *Florentinum*, utroque loco mendose. *) Vid. c. 13 C. Th. de Iure fisci (X, 1). l) Fol. 194[b] cod. 4, in cuius imo marg. est signum quatern. *Kϛ*; c. 3 cit. *Dat. V.* et mox Aur. Lugd. *Cons.* *) Cui. 2 — Go. *Impp.* et om. *et* post *Theodos.* Go. em. *Idem AAA.* Vid. not. *e* et *q*. m) Vid. c. 34 h. t. n) 4 *consulationem* et hic et paullo infra, crebro err., qui utroque loco rubro col. tollitur, litera *t* supra add. o) Be. *venienti*, mendose. Idem infra *NB. B. et* et Aur. Lugd. *Cons.* p) Go. in not.: „i. e. Iudici appellationis." pp) Be. add. esse putat *quis*, scil. iudicum. Nil addo, etsi Be. supplementum ad h. l. quadrat. *) Cui. 2, 2* err. *IIII.* q) Fol. 195[a] cod. 4 incipit cum lit. *mine* v. *nomine*. r) Aur. Lugd. *rationali* et in subscr. *Ro.* — *Cons.*, mendose. s) Recte Go. Be. et hic et in c. 51 et 52 h. t. reponi volunt *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius.* Fortasse c. 50 data est vivo Valentiniano, emissa mortuo eo. t) Aur. Lugd. *Cons.* *) Vid. not. *s*. Til. — Lugd. *Idem AA.* u) 4, Til. *Ital. II.* Cui. 1 — Lugd. *Ita. II.* Cui. 2 — Be. *II. Illyrici et Ita.* (Be. *Ital.*) Numerus indicat secundum annum praefecturae Apodemii. v) Ita etiam cod. 4. Aliquid excidisse rati Go. suppl. *multa* et Be. *multa* sive *condemnatione*, uterque recte, nisi in v. *librarum*, quod per compendium scribi solebat, mendum inest, et *libris* s. *libras* repon. Summaria C. Th. *libras auri mulctari.* x) 4 *Habe*, rec. man. add. *v* supra *b*; rell. leges cum h. c. coniungendae *Rufino Pf. P.* Cum inscr. h. c. incip. fol. 195[b] cod. 4. y) Cui. 2, 2* mendose *patte.* z) Go. Be. em. *aut*, recte quidem, ut haec se habet c., sed videndum, ne quid, cum sit particula amplioris legis, in seqq. his vv. responderit. a) Edd. ante Be. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA.* (sed Til. *AA.*) contra legum cum h. c. coniungendarum inscriptiones et dissuadente temporis ratione. Recte igitur Be. iubente Go. ex Cod. Iust. rest. *Impp. Arcadius et Honorius AA.*, et ita est in cod. 4., nisi quod ibi *āāā* legitur. Rubro col. del. ult. *ā*. b)

citra[bb] consilium publicum non valeant nominationes; de quibus nec appellari[c] necesse est, si solennitas deest. *Dat. XVII. Kal. Iun. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

54. *Iidem AA.*[d] *Andromacho Pf. U.* *) Si ante[e] annum relationi missae responsum sacra scrinia non dedissent, caussae litigatoris commonitio[f] non nocebit[g]. Post quod, etiamsi aliqua constitutio manasse monstratur, quae[h] venientes rei, de qua agitur, ut dudum, amissione constringit, in quo[i] ei, quae tempus designat, nihil intelligitur detraxisse, quia nullam indulti anni nec attigit, nec sustulit mentionem. Atque ideo positum vigorem legum[k] scitaque servabunt, si intra annum missae[l] relationis impatientia litigatoris eruperit, [m] vel conditio[n] praestituta vel poena. Transacto autem anni curriculo nemo venire prohibebitur, quominus a clementia nostra repetat oraculum, quod lex praescripta anni definitione distulit, non ademit. *Dat. VIII. Kal. Iun. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.*[o] (395.)

55. *Iidem AA.*[p] *Messalae Pf. P.* In negotiis civilibus cum nihil sit*), quod ante appellationem iudicio principali indigeat, agnitis partium allegationibus atque pensatis, terminari oportet controversias, non duntaxat consultatione differri. Neque enim fas est, quod apud infirmum disceptatorem definiendi constantiam provocantis trepidatio retardavit, litigatorem sub consultationis ambiguo iugi exspectatione pendere. *Dat. XIV. Kal. Iun.*[q] *Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

56. *Iidem AA.*[r] *Nebridio Proconsuli Asiae.* Repugnantes priscorum sententias*) nostra serenitas temperavit. Si quis itaque libellos[s] appellatorios ingesserit, sciat, intra triduum post oblationem legitimam, non ex quo est sententia[t] deprompta, appellatorem[u] habere licentiam arbitrium commutandi[v], ne iustae poenitudinis humanitas amputetur. *Dat. XI. Kal. Aug. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

57. *Iidem AA.*[x] *ad Eutychianum Pf. P. Post alia:* Addictos supplicio et pro criminum immanitate[y] damnatos nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos synoditas vocant, per vim atque usurpationem vindicare liceat ac tenere. Quibus in caussa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae provocationis copiam non negamus, ut ibi*) diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem vel errore vel gratia cognitoris oppressa putatur esse iustitia; ea conditione, ut, sive proconsul[z], comes Orientis, augustalis*), vicarii fuerint cognitores, non tam ad clementiam nostram quam ad amplissimas potestates sciant esse referendum[a]. Eorum enim de his plenum volumus esse iudicium, qui, si ita res est, et crimen exegerit, rectius possint punire damnatos[b] etc. *Dat. VI.* *) *Kal. Aug. Mnizo*[c], *Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

58. *Iidem AA.*[d] *Theodoro Pf. P.* Multorum querelis excitati[e] hac lege sancimus, ut[f], si quis provocatione interposita suspecti iudicis velit vitare[g] sententiam, in hac voce liberam habeat potestatem, nec timeat contumeliam iudiciorum, cum et ab ipsa iniuria possit facile provocare, maxime cum a solis tantum praefectis[h] non sine dispendio caussae provocare[i] permissum sit[k].

— c. 54. Summaria C. Th.: „*Similis VII et XL.*" Vid. c. 47, not. sup. In Cui. 2, 2* err. typ. significatur num. *LIII.* — c. 55. Cf. supra I, 5, 4. In Ri*. falso signatur num. *XLI.* — c. 56. Cod. Iust. VII, 62, 28 mut. Bas. IX, 1, 119. — c. 57 iam aderat supra IX, 40, 16, ubi vid. et leges cum h. c. coniungendas et diversitatem scripturae cum Cod. Iust. tum ipsius c. 16. Vid. etiam supra IX, 45, 3, not. sup. — c. 58. Cod. Iust. VII, 62, 30 om. fin., sed vid. infra not. *nn.* Bas. IX, 1, 121. Cf. Ed. Th. cap. LV.

Be. ex Cod. Iust. rep. *Ennodio*, ut appellatur in c. 25 C. Th. de Navicul. (XIII, 5); sed c. 24 C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1) et c. 141—145 citt., quae huic proconsuli inscribuntur, habent *Ennoio*, non *Ennodio*. Reposui igitur *Ennoio*. Aur. *E noio*. Lugd. *En oio*. bb) Cui. 2, 2* *circa*, mendose et improb. Go. c) Cod. Iust. *Nomin. lib. v. ed. f. c. concilium* (non improb. Go.) *p. non valent, de q. n. appellare.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* d) 4, edd. ante Be. et hic et a sq. c. usque ad c. 62 *Id. AAA.* (4 *āāā* s. *aaa*) inscrib. (vid. not. *a* antec.), male et impr. Go., qui in omnibus his legibus ultimam *A.* deleri vult. Go. secutus est Be. *) Go. vult *P. P.* Vid. supra II, 12, 6, not. g, VIII, 8, 7, not. *f*, XI, 28, 3, not. *f.* e) Go. ann.: „*Intra*, sed hoc non muto." f) Go. putabat leg. esse *commeatio*, recte autem agnoscit v. *commonitionis.* g) Go. prop. *nocebat* et propter seqq. *Post quod*, et quia c. 47 his vv. indigitari existimat. Non placet haec mutatio. Fortasse leg. *nocebit postea, quod — constringit in eo, ei.* Conieceram aliquando *non nocebit, post quod etiamsi aliqua — constringit: in quo ei.* h) 4 et hic et paullo infra *que*, rubro col. em. *quae.* i) Go. speciose em. *in eo, ei*, cum Honorius hac c. conciliet c. 47 h. t. cum posteriore aliqua lege. Vid. not. *g.* k) Go. em. *leges*, quo non opus est. Vid. not. *n* sq. l) Aur. Lugd. *amissae*, err. Go.: „An *missa relatione*? nil muto." m) Fol. 196[a] cod. 4. n) Go. em. *conditione*; neque hac em. opus est. Constructio sententiae haec est: *conditio praestituta et poena servabunt scita et positum vigorem legum*; quare delevi semicolon, quod Be. posuit post *eruperit.* o) Aur. Lugd. *Cons.* p) Vid. not. *d* antec. *) Go. *fit.* q) An add. *Mediolano?* Infra Til. *A.* pro *AA.* r) Vid. not. *d* antec. et supra V, 11, 2, not. *d.* *) Inter eas est c. 48 h. t. s) Cod. Iust. l. c. inc. *Si quis libellos.* t) Fol. 196[b] cod. 4. u) Cod. Iust. *sciat se habere* et om. *intra — appellatorem.* Go. vult *se habere.* v) Cod. Iust. add. *et suos libellos recuperandi.* x) Vid. not. *d* antec. Aur. Lugd. *Eutichianum.* y) Cui. 2, 2* *immunitate*, err., quem Rein. em. *) Aur. Lugd. mendose *ubi.* z) 4 *proconsule.* Ita 4 etiam supra in c. 16 cit. *) Rein.: „conf. c. 4 supr. de Patrocin. Vic. (XI, 24)." a) 4 *potestates se referendum*; a librario supra add. *sciant es.* b) Cum literis *mnatos* incip. fol. 197[a] cod. 4. *) Mendose Ri*. *XI.* c) Be. *Mnizi.* d) Vid. not. *d* antec. e) Go.: „Vel *exciti.*" f) Hinc incip. c. 30 Cod. Iust. cit. g) Cod. Iust. *velit prolatam evitare sententiam.* h) Cod. Iust. *provocare et max. c. a solo tantum Praefecto praetorio.* i) Be. ann.: „ex T. in rell. edd. verba *maxime — provocare* desunt, cui errori repetitio τοῦ *provocare* ansam praebuisse videtur." Recte; nam

Sciant igitur cuncti, sibi ab iniuriis et suspectis iudicibus et a*) capitali supplicio ac fortunarum dispendio provocationem esse concessam[l]. §. 1. Quod si quis posthac iudicum appellatione emissa libellos quoque ablatos[m] audire noluerit, viginti librarum auri dispendio mulctabitur; officium vero eius, nisi huic pertinaciter restiterit, atque actis ita contradixerit et, quid iure sit constitutum, ostenderit[n], viginti quinque[nn] libras auri largitionibus nostris inferre cogetur. *Dat. VII. Id. Iun.*[o] *Mediolano, Theodoro V. C. Cos.*[oo] (399.)

59. *Iidem AA.*[p] *Simplicio Praesidi Tripolis.* Nullum ita credimus contumacem, ut appellationem interpositam legibus audeat recusare. Quamobrem teneat apparitio veterem disciplinam, nec a suggestionibus necessariis metu eius, cui ad tempus paret, retrahatur. Triginta autem libras auri aerario nostro cogetur inferre, qui obiectam provocationem iure neglexerit, et eadem officium, si conniventiam[q] praestet iudici, poena retinebitur. *Dat. prid. Id. Iun.*[r] *Verona, et*[s] *Theodoro V. C. Cos.* (399.)

60. *Iidem AA.*[t] *Pompeiano Pf. P.*[u] *Africae.* Cum de appellationibus recipiendis nec ne promulgatarum legum sufficiat auctoritas, atque his, qui rite ab iniusta sententia provocantes audire noluissent, sit poena[v] proposita, poena etiam officio constituta, sive in criminalibus sive in civilibus caussis fuerit iudicatum: attamen nostro etiam motu decernimus, ut veterum statuta serventur, quae nullum patimur unquam impune violare. *Dat. Kal. Iun.*[x] *Mediolano, Stilicone*[y] *et Aureliano Coss.* (400.)

61. *Iidem AA.*[z] *Flaviano Pf. U.* Quoties vir spectabilis vicarius venerandae urbis negotium aliquod praemissa inscriptione cognoscit, atque ab eius sententia fuerit provocatum, ad nostram clementiam referri decernimus. Sin vero huius modi examen arripuerit, in quo, sine ullo legis vinculo, non tam crimen obiicitur, quam cuiusdam criminis conflatur invidia, lataque sententia appellatione suspenditur, illustrem sedem tuam, editis ex more apostolis, sacra vice audientiam praebere sancimus. *Dat. XIV. Kal. Sept. Brixiae, Stilicone*[a] *et Aureliano Coss.* (400.)

62. *Iidem AA.*[b] *et Theodosius A. ad Diotimum Proconsulem Africae.* In negotiis, quae ex appellatione descendunt, veterem consuetudinem*) volumus custodiri; illud addentes, ut, si[c] quando a gentilibus vel a praefectis eorum fuisset interposita provocatio, sacrum solenniter, hoc est proconsularis cognitionis praestoletur examen. *Dat. XI. Kal. Aug. Ravenna, Stilicone*[d] *II. et Anthemio Coss.* (405.)

63. [e]*Iidem AAA. Anthemio Pf. P.* In his caussis, quae praesentes arbitros ex sententia vestrae magnitudinis sortiuntur, vel in ea civitate seu provincia, qua degetis*), sive in proximis atque contiguis[f] provinciis lex antiqua propriam obtineat firmitatem, ut duobus exactis mensibus dies sit ultimus temporalis, et intra triginta dies reparatio postuletur. Ubi vero in longioribus ac remotis provinciis eadem litis ac dilationis ratio pensabitur, ad eorum instar, quos a rectoribus provinciarum eorumque sententiis convenit appellare, sex mensium[g] temporalis diei, trium reparationis nomine dilatio prae-

— c. 59. Cf. c. 2 et 60 h. t., not. sup. Cf. Ed. Th. cap. LV. — c. 60. De legibus cum h. c. coniungendis vid. c. 3 C. Th. de Concussion. advoc. (VIII, 10), not. super. et not. *r*. Cf. Ed. Th. cap. LV. Summar. C. Th.: „*Superiori similis, sed partem VII et XX* (l. XXIV) *habet.*“ — c. 61. Ri*. mendose *LVI.*

pag. 344 Cui. 1 desinit cum v. *facile;* sub hoc autem v. custodis loco positum est *provoc*; sequens deinde pag. 345 pergit cum vv. *provocare permissum sit.* Omissio ex Cui. 1 transiit in Aur. — Ri*. k) Go. prop. *cum et ab ipsa iniuria passis* vel *passim facile provocare permissum sit*, ea sententia: posse de iniuria sibi facta publice contestari. Huic cj. ansam dedit lacuna, de qua diximus not. *i*; nam Go. quoque maluit locum illo tempore mendosum coniectura sublevare quam inspicere principem editionem. Go. quidem vv. *permissum sit* dicit deesse in Cod. Iust., neque tamen id verum est. Quid quod tota haec sententia recepta est in Cod. Iust. Vid. not. *h*. Expressa est etiam in Summ. hoc modo: *a praefectis vero sine dispendio nemo appellare poterit.* *) Cod. Iust. *in*, impr. Go. l) Hic desinit c. 30 Cod. Iust. cit. m) Go. Val. Be. recte em. *oblatos*; nam c. 56 h. t. *post oblationem legitimam;* c. 16, 67 h. t. *appellationem oblatam*; c. 24 h. t. *libelli ut oblati sunt.* n) In c. 21 Cod. Iust. eod. transierunt vv. *nisi — ostenderit* (*nisi ei pert. — actis contradixerit — ostenderit*). Vid. supra c. 25 h. t., not. *h*. nn) Go. in comm. h. c.: „Iudicibus, inquit, variae multae imponuntur ut ad unius exemplar seu modum aliae revocandae non sint. Quare frustra hic nonnulli *viginti* et *viginti quinque* librarum loco, reponunt XXX. arg. *l.* 59 *infr.*“ o) Go. prop. *Ian.*, cum *VII. Id. Iun.* neque Honorius Mediolani constiterit, neque fuerit Theodorus Pf. P., sed Messala ei iam suffectus. oo) 4, Cui. 2, 2* *Conss.* Ri*. *Coss.* p) Vid. c. 54 h. t., not. *d*. Cum inscr. h. c. incip. fol. 197[b] cod. 4. q) 4, edd. ante Be. *conhibentiam;* iam Go. prop. *conniventiam.* Vid. supra VI, 30, 17, not. *v*. r) Go. mavult *Iul.* s) Cum non probabile sit, in v. *et* erasi ex fastis nominis Eutropii vestigium inesse (vid. supra I, 12, 7, not. *), Go. h. v. putat oscitatione librarii alicuius irrepsisse, ideoque delendum esse. Be. autem rep. vult *Veronae Theod.* etc. Mox 4, Til. Cui. 1 *Conss.* Cui. 2 — Ri*. *Coss.* t) Vid. c. 54 h. t., not. *d*. u) 4 $\overline{ppo}$; edd. *P. P.*, *p. p.*, *Pf. P.* Recte Go. Be. rep. iubent *Proc.*, et ita habent leges cum h. c. coniungendae. Go. om. *Africae.* v) 4 *pena*, sed ab ant. manu em. *poena.* x) Vid. c. 3 cit., not. *r*. y) 4, Til. Cui. 1, 2 — Ri*. *Stilichone.* Aur. Lugd. *Stilic.* Cum literis *liano* v. *Aureliano* incip. fol. 198[a] cod. 4. Aur. Lugd. *Cons.* z) Vid. c. 54 h. t., not. *d*. a) 4, Til. — Ri*. *Stilichone.* b) 4, Til. — Lugd. Ri. Ri*. *Idem AAA.* (4 *Id.* $\bar{a}\bar{a}\bar{a}$) *et Theod. A.* Cui. 2 — Go. *Idem AAA.* et om. *et Theod. A.* Vid. c. 54 h. t., not. *d*. Recte igitur Be. rep. *Iid. AA. et Th.*, i. e. *Arcadius, Honorius et Theodosius*, ut Go. scribi vult. *) Huc pertinet c. 3 h. t. c) Go. em. *ut et si.* d) 4, Til. — Ri*. *Stilichone.* e) Fol. 198[b] cod. 4, sed deest in codice *AAA.* *) Mendose Cui. 2, 2* *degeris.* f) 4, edd. praeter Aur. Lugd. *continguis*, sed a librario ipso del. *n* (contiguis). Vid.

beatur. *Dat. XIV. Kal. Ian. Constantinopoli, Stilicone II. et Anthemio Coss.* (405.)

64. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Iuliano Proconsuli Africae.* Non ignoramus, post interpositam provocationem in caussis fiscalibus antiquitus constitutum[h], ut viginti dies constituti intra provinciam videantur[i], et ut sacri auditorii cognitores divinae domus negotia terminarent, ex contigua[k] vero provincia intra quadraginta dies negotia[l] universa discingerent. Verum serenitas nostra certum moderamen invenit. Praecipimus[m] itaque, ut praeter hos viginti dies, quos lex augusta constituit, viginti alios iungeremus[n]. Quorum quidem omnium haec erit forma servanda, ut, quocunque die ex adiectis viginti diebus fuerit negotium peroratum, sacri auditorii habere reverentiam iudicetur, sitque ultimus, etiamsi non quadragesimus*) comprobatur. Quae idcirco ita custodienda sancimus, ne, si unius[o] tantum observabitur dies, aut aegritudo iudicantis aut litigantis fuerit occupatio, recte praefinitum tempus interdum distulisse videatur. Ideoque[p] hanc reverentiam cunctis his, qui superadditi sunt, diebus statuendam esse censuimus, ut nihil postea excusationis occurrat. Lapsos enim post hoc tempus reparationem praecipimus non habere: ac ne medio tempore officii colludium differat litigantem, viginti librarum auri mulctam praecipimus imminere, ut, si eorum culpa atque colludio, quos suggerendi cura constringit, [q] negotium claruerit fuisse dilatum, praescriptae mulctae teneantur obnoxii. Si in tot diebus utilitatibus suis non adfuerit litigator[r], cui adversus fiscum nostrum iurgium manet, emenso iam tempore, nullius[rr] reparationis beneficium speret[s], solam fisco exsecutionem superesse iam noverit. §. 1. In contiguis quoque provinciis, in quibus quadraginta dies dedit antiquitas, sub simili conditione alios triginta dies iungi praecipimus, ut adiecti temporis spatium sub ea definitione custodiant, et omni adiecto[t] tempore sit dies ultimus, quocunque potuerit definiri; emenso tamen tempore[u], litiganti reparationem penitus iussimus inhiberi. Officium sane ad eandem mulctam praecipimus retineri, si eius dissimulatione actum esse constiterit, quo minus negotium peroretur. *Dat. Id. Oct. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

65. *Iidem AA.**) *Symmacho Proconsuli Africae.* Praescriptiones fori in principio[v] a litigatoribus opponendas esse, legum decrevit auctoritas[x], nec ab interlocutionibus appellandum[y] esse duxerunt. Quod si quis id[z] fecerit, praeiudicialem mulctam subire cogetur, quae priscis sanctionibus continetur. Hac igitur lege sancimus, ut appellatio litigantium intra tempus iure praescriptum suscepta nectatur annalibus, et promissa relatio intra triginta dies legibus definitos ad sacra scrinia destinetur. Quam legem nisi in omnibus caussis universorum iudicum et officiorum exsecutio devota servaverit, statutum priscis sanctionibus mulctae modum ab his mox iubemus exsculpi. *Dat. V. Kal. Sept. Ravenna[a], Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.* (415.)

66. *Iidem AA. Monaxio Pf. P.* Omnes[b], quorum in caussis sententiae iudicum vel appellatione[c] suspensae sunt, vel medio tempore transegisse demonstrent, vel si non transegerunt, consultationes eorum quantocius nostris auribus intimare*) cogantur, ut responsa legibus competentia mereantur. Illa videlicet lege servanda, qua[d] cavetur, neminem litigantium[e] post interpositam appellationem intra annum[f] ad sacrum comitatum[g] nostrae maiestatis accedere. *Dat. VIII. Id. Mart. Constantinopoli, Monaxio et Plinta Coss.* (419.)

— c. 64. Summaria C. Th.: „*Octavae similis.*" — c. 65. In Ri*. insignitur num. *LXX.* Cod. Iust. VIII, 36, 13 solo princ. rec. Bas. LI, 4, 30. Vid. c. 31 h. t., not. sup. — c. 66. Cf. c. 47 h. t., not. sup.

not. *k* sq. Go. in not. *contiguis.* Vid. c. 41 et 45 h. t. g) 4, Til. — Lugd. *mensum* (vid. c. 10 h. t., not. *r*) et *Stilichone.* Etiam Ri. Ri*. *Stilichone.* h) Intelligendas esse dicit Go. c. 21, 28, 46 h. t. et c. 13 C. Th. de Iure fisci (X, 1), maxime c. 46 et 13 citt. Cui. 1 *fiscalibu sntiquitus.* i) Sec. Go. pro *sint.* k) 4, Til. Cui. 1 *contingua.* l) Cum literis *tia* incipit fol. 199[a] cod. 4. m) Go. cj. *Praevidimus*, sed revocat animum a mutatione. Be. em. *praecepimus*, neque hoc opus est, etsi infra *censuimus* et *iussimus.* Vid. not. sq. n) Be. cj. *iungerentur.* Omisit mutare *alios* in *alii.* In caussa imperfecti est, quod antecedit *invenit* et *constituit.* *) 4, Til. — Ri*. *quadragensimus.* o) Go. Be. em. *unus.* Nil muto. Explicatio v. *unius* inest in seqq. vv.: *aut aegritudo iudicis aut litigantis fuerit occupatio.* p) Go. add. vult *et*, sine necess. q) Fol. 199[b] cod. 4. r) 4 *litigatore*; ab antiqua manu del. *e.* rr) Go. mendose *nullus.* s) Go. em. *speret et solam.* Ego nihil addo. t) 4 *adeiecto*; rubro col. del. *e.* Be. dicit, Go. em. *tempori*, quod etsi bonam sententiam praebet, non verum est. u) Go. prop. *emenso etiam tempore*, nescio cur? *) In Cod. Iust. sunt nomina imperatorum. v) Cod. Iust. add. *litis*, prob. Go. Mendose Aur. Lugd. *litigatoribut* et Cui. 2, 2* *lirigatoribus.* x) Hic desinit c. 13 Cod. Iust. y) Fol. 200[a] cod. 4. z) Go. err. om. *id.* a) Cod. Iust. *Ravennae.* b) Codex 4 *Omnis.* c) Ita 4, sed rubro col. add. est *s*, unde in edd. transiit *appellationes.* Go. em. *appellatione*, om. particula *vel.* Supra c. 41 et c. 61 h. t. *sententia appellatione suspenditur.* Nihil impedimenti habet hic l. Sententia haec est: Omnes, qui vel a iudice provocarunt, vel transegerunt vel non transegerunt, consultationes iudicum perferant ad principis scrinia. Huc faciunt Summar.: „*Sententiae omnes iudicum appellatione suspensae.*" Be. *vel*, *si*; delevi comma. *) Go.: „*Intimare* non est, ut ioculariter nonnemo accipit, metum Iudici facere (forte legebat is *intimidare*) *Intimare* est ἐμφανίζειν, φανερῶσαι", et cf. iubet Capitolinum in Vero cap. 1 *Ut priorem Verum intimatum* (al. *intimandum*) *legentibus darent*; Symmachum X, 42 *Haec est caussa querimoniae, quam divinis sensibus vestris fides Gestorum plenius intimabit.* d) 4 *que*; a librario corr. *qua.* e) 4 *ligantium*, mendose. f) Summaria C. Th.: „*et post biennium, si responsum non acceperint, ad comitem venire.*" g) Cum literis *ta-*

67. *Iidem AA. Asclepiodoto* [h] *Pf. P. Post alia:* Si appellationem oblatam, in qua vel tuae amplitudinis vel urbanae [i] praefecturae sacrum auditorium postulatur, iudex non susceperit, vel suscepta appellatione apostolorum copiam [k] denegaverit, ad deponendam super hac iniquitate querimoniam, nec non etiam conveniendum adversarium ex prolata sententia [l], iuxta antiquum ius, anni metas habeat litigator. Vel si huius modi appellatio suscepta non fuerit, in qua inferiorum iudicum sacra desideratur auditio, ad haec eadem facienda sex menses habeat litigator. Si vero arbiter appellationem suscipere aut relationem dare contempserit, quattuor mensium [m] tempora observentur; ut his, quae statuimus, actitatis, pareat appellator temporibus, quae de appellationibus definita noscuntur etc. *) *Dat. III. Kal. April. Constantinopoli, Asclepiodoto et* [n] *Mariniano Coss.* (423.)

68. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Celeri* [o] *suo salutem.* In privatae rei caussis, praeter pensionum et competitionum negotia, de ceteris titulis ex appellatione a rationalis iudicio proconsulem [oo] oportet cognoscere. Salva enim nostrae reverentia maiestatis, ius nobis cum privatis non dedignamur esse commune. *Dat. V. Kal. Mart.* *) *Ravenna, post cons. Felicis et Tauri VV. CC.* (429.)

TIT. XXXI. DE REPARATIONIBUS APPELLATIONUM [p].

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum Pf. P.* Si possessor in iudicio superatus provocationis auxilio se defenderit, et temporibus fuerit evolutus, intra mensem tertium redintegrari sibi exhaustum postulet spatium. Id ni fecerit, dictam in eum volumus manere sententiam. Similis etiam ratio ex iudicio magistratuum esse debebit, tamen ut in eo arctiores metae temporum serventur; intra triginta enim illic dies reparationem poterit adipisci, ne sententiam [q] impositam rerum effectus competens subsequatur. *Dat. Id. Oct. Veronae, divo Ioviano et Varroniano Coss.* [qq] (364.)

2. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Etsi post iteratum temporis lapsum nulli reparationem praescriptio legis indulgeat, tamen his iuris beneficia subveniunt, quorum non studio *) aut culpa, sed aegritudo iudicis vel rei publicae interveniens negotium, ne persequerentur, obstiterit. *Dat. XIV. Kal. Mart. Mediolano* [r], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

3. *Iidem AA. ad Olybrium Pf. U.* Si in sacrae cognitionis examine audientiam necessitas publica vel aegritudo iudicis abnegaverit, intra tres menses reparatio postuletur, atque in adversariorum notitiam impetrata reparatio perferatur. Ac ne [s] utrumque intra hos tres menses fuerit effectum, sententia [t], quam appellator provocatione suspenderat, convalescat. Quoties vero a [u] magistratibus pedaneisque iudicibus dicta sententia appellatione suspenditur, super qua disceptatio [v] non auditorii sacri, sed ordinariorum iudicum [x] cognitione tractanda est, cuique duo ad peragendum menses caussarum urgentium conclusione tribuuntur, si forte sine appellatoris studio praedictus lapsus inciderit, intra triginta dies reparatio postuletur. *Dat. XIV. Kal. April. Treviris, Valentiniano et Valente AA.* [y] *Coss.* (365 ?)

4. *Iidem AA. et Gratianus A. ad Olybrium Pf. U.* Si qui ex iustis caussis, quae divorum parentum *) nostrorum constitutionibus comprehensae sunt, per occu-

---

— c. 67 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Fructib. et lit. exp. (IV, 18) et c. 9 C. Th. de Reparat. appell. (XI, 31). Cod. Iust. VII, 62, 31. In Ri*. numerum habet *LXIVI.*, mendose. — c. 68 coniungenda est cum c. 34 C. Th. de Annona et trib. (XI, 1) et sec. Go. cum c. 185, 186 C. Th. de Decurion. (XII, 1). Vid. c. 34 cit., not. *p.* In Ri*. mend. numerum habet *LIII.*

Tit. XXXI. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XXXI.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—18, 20, 21, 24, 26—40, 42—44, 46, 49, Sich. Aeg. *Tit. IX.* 25 *Tit. X.*, ponitur enim hic tit. in cod. 25 post tit. XXXV. h. libri. De cod. 35 vid. supr. XI, 16, 11, not. sup. In L. R. U. hic tit. conflatus est cum antec. tit. Cod. Iust. VII, 63. Respondet h. t. sec. Go. supra tit. de Temporum cursu et reparationibus denuntiationum (II, 6). — c. 1 indigitatur ut c. 3 et 4 in c. 5 h. t. Vid. etiam c. 9 h. t., not. *p.* — c. 2. Eodem die ad Dracontium data est c. 15 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). — c. 3 et 4. Vid. c. 5 h. t., not. *d.* Summaria C. Th. ad c. 3: „*Superiori in capite similis*" et ad c. 4: „*Superiori similis.*" c. 3 indigitatur in c. 9 h. t.

---

tum incipit fol. 200 [b] cod. 4. h) Cod. Iust. *Impp. Theod. et Honor. AA. ad Asclepiodotum.* i) Cod. Iust. *urbicariae*, sed Hal. Russ. et libri mss. Cod. Iust., veluti G. et meus codex, quem Patavii emi, *urbanae.* k) 4 *copia*, rubro col. add. *m.* l) Cod. Iust. *sententia prolata.* m) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *mensum.* Vid. c. 63 h. t., not. *g.* *) Cod. Iust. om. *etc.* n) Fol. 201 [a] cod. 4. Go. *Mariano*, mendose. o) Proconsuli Africae. Vid. c. 185 et 186 C. Th. de Decur. cit. oo) 4 *proconsule.* *) Vid. c. 34 C. Th. de Ann. cit., not. *k.*

p) Cod. Iust. *De Temporibus Et Reparationibus Appellationum, Seu Consultationum.* q) Fol. 201 [b] cod. 4. qq) In Ri*. ann. 346 appon. *) Melius procedit oratio, si legitur *studium.* Scriptum fortasse antea *studiūm*, saepe librarii syll. *um* exprimunt literis *om.* r) 4 *Mod.*, mendose. s) Go. Be. recte em. *ni.* Vid. c. 1 h. t. *Id ni fecerit.* Summar. C. Th.: „*quodsi hoc factum utrumque non fuerit.*" t) 4 *sententiam.* u) *a* deest in cod. 4, add. ab ant. manu. v) 4 *disceptatione*, rubro col. del. *ne.* Aur. Lugd. *nan auditotii.* x) Fol. 202 [a] cod. 4. y) Annus deest ap. Go. — Ri*. Go. enim, probb. Bon. l. c. pag. 751 et Be., addi vult *secundum* (II.), ut sit annus 368, et rep. in inscr. *et Gratianus A.* hac de caussa sine dubio, ut et Be. suspicatur, quod Olybrii Pf. urb. in ann. 368—370 incidit, non in annum 365. In Chron. igitur hanc c. posuit inter constitutiones anni 368; simul ann. 370 tribui posse dicit; falso; nam ita recentior fieret sequente. Lubrica omnis emendatio est. Vid. supra IX, 40, 9, not. *y.* Errorem quaero in siglo dignitatis. Aur. Lugd. *Cons.* *) Sec. Go. intelliguntur Constantinus M. et

pationem eius iudicis, qui est in sacro auditorio cogniturus, ad reparationis possunt beneficium pertinere, trium mensium[z] tempus in utroque[a] custodiant, scilicet ut prius, quam id possit elabi, et redintegrent evoluta curricula, et redintegrata denuntient, aut certe cavillatione summota, his, quae statuta sunt, obsecundent. *Dat. XIII. Kal. Iul. Altaripa*[b], *Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* (369.)

5. *Iidem AAA.* *) *ad Olybrium Pf. U.* In speculis agat is, adversus quem in sacro auditorio caussa reparanda est, et, an intra tres menses reparationem adversarius mereatur, [c]exploret, ac statutum scitis triumphalibus[d] diem sedulus in iudiciis litigator observet. Incumbat quoque appellatori cura, ut[e], si adversarius ex loco, quem habitare consuevit, forte subterfugiat, pergat cum officio publico, hominique eius, quem in loco repererit, conventionem tradat ad adversarium perferendam, idque ita gestum esse, curator aut magistratus rescripti[f] publici vel actorum testificatione confirmet. Quibus impletis si is, cuius conventio curata est, iudicium obire neglexerit, ferat hanc desidiae contumaciaeque mulctam, ut urgens negotium ipso quoque absente dicatur, dilligentique iudicantis examine[g] sententia proferatur ea, quam aequitatis ratio et iuris praescripta dictaverint. *Dat. XVIII. Kal. Sept. Altino*[h], *Valentiniano et Valente IV. AA. Coss.*[i] (373?)

6. *Iidem AAA.*[k] *ad Modestum*[l] *Pf. P.* Reparatis intra mensem tertium ex priore[m] lege temporibus[n], in notitiam[o] hoc ipsum adversarii per denuntiationem[p] ex more celebrandam[q] iubemus sine dilatione perferri *); scilicet ut, interiectorum spatiorum dinumeratione servata, ad[r] debitum partes[s] iudicium revertantur. Quod si is, cui reparata sunt tempora, ultra dinumerationem[t] crediderit differendum[u], lata adversus eum sententia *) roboretur, atque in exsecutionem[v] semel iudicata ducantur[x]. *Dat. VI.*[y] *Id. Dec. Constantinopoli*[z], *Valentiniano*[a] *et Valente IV.*[b] *AA. Coss.* (373.)

Interpretatio. *Lex ista hoc praecipit, ut si quis videtur iniuste in caussa sua victus, reparatis ante tertium mensem temporibus, quae appellationi videntur fuisse concessa, statim hoc ipsum in adversarii sui notitiam deducere procuret*[c], *et intra tempora, quae appellationi constituta sunt, de hoc ipso negotio is, qui appellavit, ut sibi credit*[d] *competere, agere*[e] *non mo-*

— c. 6. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. c. 6. Br. Al. eiusque codd. Sich. c. 1, id est *un.* Ad interpr. cf. L. 33 Henric. I. reg. Angliae (ap. Cancian. IV, 379). Fragment. Capitul. CXVI. Wilkius, Leges Anglo-Saxonicae ecclesiasticae et civiles. Londini 1721. fol. pag. 249. Reddie, Historical Notices of the Roman Law. 1826. 8. pag. 36. Fortasse coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Maleficis (IX, 16). Vid. infra not. *y*, *b* et c. 8 cit., not. *t*. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

Constantius. z) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *mensum.* Vid. c. 63 antec. tit., not. *g*. a) Go. *utraque*, err. Vid. c. 3 h. t. *utrumque — effectum.* b) Be. *Altaeripae.* *) Cui. 2, 2* *AA.* Ri*. *Ol. P. X.* c) Fol. 202ᵇ cod. 4, in cuius imo marg. notatur signum quaternionis *KZ*. d) Sec. Go. intelligitur c. 1, 3, 4 h. t. e) Til. *cur aut si.* f) Be. em. *scripti*, quo facile caremus. g) 4, Til. — Ri*. *examini.* In promptu erat Be. em. *examine*. Go. cj. *ex animi*, male. h) Be. *Altini.* Vid. not. sq. i) Cui. 2 — Go. *A. Coss.* Aur. Lugd. *Cons.* Ap. Go. — Ri*. om. annus. Suspicionem movet Go. Olybrii dignitas, qui anno 373 Pf. U. esse desierat. Retrahit igitur legem aut ad ann. 368, non impr. Be., cuius anni legibus in Chron. addicta est, aut ad ann. 370. Utroque enim anno Valentinianus in Gallia fuit; pro *Altino* autem em. *Altio* s. potius *Alteio*. Be. errorem ponit in nomine magistratus et pro Olybrio alium Pf. U., fortasse Volusianum substituendum esse putat, qua cj. et loci, quo data est lex, et consulum nomina servantur. Mihi placet annus 370 (*Valentiniano et Valente III.*); nam anno 368 evertitur ordo constitutionum. *Altinum* autem pro *Alteio* et *IIII.* pro *III.* facile poterat librariorum culpa nasci. Vid. etiam infra not. *b*. k) Sich. et plerique Br. Al. codd. *Impp. Valentin.* (s. *Valent.*) *et Valens AA.*, etsi nonn. codd. *aaa* habent. 16 *Valentinus et Valentus.* 8, 9, 14 *Imppp. Valentinianus Valens et Theodosius AAA.* 15, 37, 42, 43 *Imppp. Valentinianus Valens et Gratianus AAA.* l) Nonn. codd. *Modesto, praepositum.* 20 *pu.* 42 *Molestum*, sed em. m) 16 *tertium et pr.* 25 *mense tertio.* n) 6—8, 12, 13, 16 *testibus*, mendose. o) 8, 12 *innocentia.* p) 10, 18 *adv. praenuntiationem.* q) 6, 7, 20 *celebrandum.* Mox 21 *interlectorum* et multi codd. *denumeratione.*

*) Cum literis *ferri* incip. fol. 203ᵃ cod. 4. r) 15 om. *ad.* 20 *ad divitum.* 25 *adhibitum.* s) Hoc vult Go. et rest. Be. ex cod. 20 et ex R.; 4, 6—9, 13, 15, 16, 21, 25, edd. ante Be. *partibus*, quod sustineri posse Go. non negat; rell. codd. *partes*, quibus confirmatur Be. em. Mox 15, 20 *revertatur.* Aut servandam duco Be. scripturam, aut ex codd. 15, 20 restituendum *revertatur* (*ad d. partibus i. revertatur*). Illud malo. t) 6, 7, 10, 16, 18 *dinumeratione.* 21 *tempora vel tradi numerationem.* u) 9, 10, 12, 14, 18, 25 *deferendum.* R. *ferendum.* *) 4 mendose *rententia.* Br. Al. *latam — sententiam* aut alterutrum. v) 6, 7, 16 *executione.* 9, 20 *excusationem*, sed 20 supr. lin. *executionem.* 25 *excusatione.* Cui. 2, 2* *inexsecutionem.* x) 20 *indicata.* 10, 18 *dicantur.* y) 6, 16 *III.* 20, 24, 28, 36, 40, Sich. in m. *V.* 27, cod. Phil. 1735 *VII.* Cod. Par. 4403ᵇ *VIII.* Supra IX, 16, 8, not. *t.* z) 8 om. *Constantin.* et *et — Coss.* a) 6, 7, 10, 14, 16, 17, 18, 20, 39, 43 add. *IV* et 28, 29, 36, 40, 42 et Sich. *III.* b) Tillem. l. c. T. V, Not. p. 16, n. VIII., praeeunte Pagio in Crit. ad Ann. Bar. ad ann. 377 (vid. Go. Chron. p. XCVI.) reponi vult *III.* (370.), quia Valens hoc tempore non videatur Constantinopoli fuisse. Et haec quidem cj. confirmatur codd. 9, 28, 36, 40 (nam in codd. 28, 36, 40, de quibus vid. not. *a* antec., om. *IV.*). Si recte se habet, etiam c. 5 h. t. subscriptio mutanda est (vid. not. *i* antec.), et fortasse haec c. coniungenda cum c. 8 C. Th. de Maleficis cit. (IX, 16). Vid. not. *y* et c. 8 cit., not. *t*. 21, Sich. *Valente VII.* et Sich. in m. *IIII.* Nonn. codd. om. *IV. AA.* aut *IV.* aut *AA.*, multi *Coss.* Cui. 2 — Ri*. *Cons.* c) 21, 44 *procurent.* 9 om. *adversarii — quae.* d) Ita optimi et multi codd., veluti 6, 7, 9, 20, 21, 42, 44; edd. *credidit.* e) 10, 18, 21 om. *agere.* f) 20 *inlata fuerit per-*

retur. Quod si facere neglexerit, sententia, quae adversus eum lata fuerat, perseveret, et data exsecutione in omnibus compleatur[f].

7. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Siburium Pf. P.* Si possessor, primis dicendi negotii temporibus excussus, intra tres menses instaurationem non potuerit postulare ob id, quod copiam ad iudicia veniendi hostis obrepserat[g], iuris beneficium eius modi occasionem[h] non perdat, sitque depulsis perduellionibus[i] haec prima litium rerumque reparatio, ut, cum primum adiri potuerit sacrae cognitionis auditor, cognitis caussis praesidium amissae instaurationis indulgeat. *Dat. III. Non. Dec. Treviris, Ausonio*[k] *et Olybrio Coss.* (379.)

8. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA.*[l] *Victorio Proconsuli Asiae.* Quotiescunque in his negotiis, quibus aliqui ad curiam devocantur, primus[m] temporum lapsus inciderit, intra triginta dies sub ea[n] definitione, qua cautum est, reparatio postuletur, et[o] petitae reparationis tenor in adversae partis notitiam perferatur. *Dat. VIII.* *) *Kal. Maii Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

9. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Asclepiodoto Pf. P. Post alia:* Appellatoribus, qui praefinito tempore iudicia non observaverint, haec tempora custodienda sunt, ut, si contra arbitri definitionem fuerit appellatum, lapsumque provocator incurrerit, tempora priscis statuta legibus[p] observentur: secunda reparatione, quam provocanti ab arbitro serenitas nostra concedit, in ea quidem provincia, in qua iurgium ventilatur, et in contigua[q] tres menses, in ulteriore autem quattuor menses habitura; si vero sententiam iudicis provocatio obiecta suspenderit, cum sacri cognitoris tribunal appellatur, post lapsum ad primam reparationem petendam tribus mensibus statuendis, si in eadem vel proxima provincia[r] eius adversarius commoretur, quattuor vero, si in ulteriore consistet[s]. In secunda vero reparatione, quam a iudice appellantibus serenitas nostra praestare consuevit, illi quidem, qui post lapsum intra tres quattuorve menses, sicut statuimus, non poposcerit reparationem ab eo, cui sacri auditorii cognitio debetur, transacto dierum spatio designato, tres alios menses indulsimus ad impetrandum allegandumque rescriptum, et ad conveniendos eos, quos pulsat intentio; ita tamen, ut tam in prima quam in secunda reparatione, sicut iam diximus, caussae idoneae comprobentur, hoc est aegritudo vel occupatio actuum publicorum aliaque necessitas, quam iudex aut litigator differre non potuit, vel si negotii patronus cognitis assertionibus temporali die adesse non potuit. Clarum autem fieri volumus, post secundam reparationem aliam ulterius nullo modo posse deposci, et in omnibus reparationum *) generibus formam custodiri, quam super his dedimus, qui se, ne conveniantur[t], ex reparatione[u] subtraxerint *). *Dat. III. Kal. April. Constantinopoli, Asclepiodoto*[v] *et Mariniano Coss.* (423.)

TIT. XXXII. DE SECUNDO LAPSU.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Volusianum Pf. U.* Si culpa iudicis gemino lapsu caussa fuerit evoluta, iuxta divi Constantini[x] praeceptum ipse ad redhibitionem[y] eius aestimationis, quanto[z] res valet, de qua iurgium est, debet attineri. *Dat. III. Non. Sept. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.*[a] (365.)

TIT. XXXIII. DE DILATIONIBUS EX CONSENSU.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Africano Pf. U.* Cognitiones omnes, quoties consensu partium differuntur, ultra duos menses differendi non habeant *) potestatem, ne paullatim, libera dilatione concessa, aetates plerumque iurgantium veternosis litibus consenescant. *Dat. III. Kal. Maii Constantinopoli, Arcadio IV. et*[b] *Honorio III. AA. Coss.*[c] (396.)

— c. 8 coniungenda est cum c. 125 C. Th. de Decurion. (XII, 1). — c. 9 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Fruct. et lit. expens. (IV, 18) et c. 67 C. Th. de Appellat. (XI, 30).
Tit. XXXII. — c. 1. Symmachus X, 52, 59.

severet (om. *et*) — *impleatur.* 44 *compleantur.* g) Go. em. *obsepserat*, verisimiliter et prob. Dirksen. in Manual. Latinit. Summar. C. Th. *belli tempestate.* h) Go. em. *occasione* aut *per occasionem*; illud praefert Be. et recte quidem; simplicius est *occasione.* i) Ita Aur. Lugd. Go. in not. et Be.; rell. edd. *perdivellionibus*, ut 4 (*perduellionibus*). k) 4, Til. — Ri*. *Auxonio.* l) Be. ann.: „del. *Imp. Honor. A.*; praeterea aut add. *Valent. A.* aut in subscr. alius mensis substituendus.“ Recte, etsi eodem errore laborat c. 125 cit. Quare lex, quae harum c. fons est, posterioris temporis, quo emissa est, videtur imperatores prae se ferre. m) Cum literis *tur primos* (ita codex) incip. fol. 203[b] cod. 4. n) Aur. Lugd. *sed ea.* o) Go. in annot.: „*Ut,*“ tanquam his vv. explicaretur id, quod dictum est *sub ea definitione.* Potius illis vv. repetitur, quando reparationem postulare liceat. Similiter c. 3 h. t. *reparatio postuletur, atque in adversariorum notitiam impetrata reparatio perferatur.* *) Ri*. *VII.* et adscrib. ann. 390. p) Sec. Go. c. 1 et in primis c. 3 h. t. q) 4 *contingua.* Vid. c. 63 antec. tit., not. *f.* r) Cum literis *vincia* incipit fol. 204[a] cod. 4. s) Be. mavult *consistat*, quo non opus est. *) Mendose Ri*. *reparationem.* t) Cum literis *niantur* incip. fol. 204[b] cod. 4. u) Aur. Lugd. *repatatione*, mendose. *) Summaria C. Th. haec plura habent: *modo de scholastico loquitur, id est pa.... intra novem.* v) 4 *Asclepiodo*, rubro col. add. *to.*

x) c. 2 C. Th. de Tempor. cursu (II, 6). y) 4 *redibitionem*, rubro col. add. *h* (redhibitionem). z) Non debebat Be. cj. *quantum* vel *quanti*; recte se habet *quanto.* a) Aur. Lugd. *Cons.* Go. om. annum.

*) Partes scilicet. b) Fol. 205[a] cod. 4. c) Aur. Lugd. *Cons.* Go. om. annum.

TIT. XXXIV. DE HIS, QUI PER METUM IUDICIS NON APPELLAVERUNT *).

1. *Imp. Constantinus* **) *A. ad universos Provinciales.* In insulam deportandi sunt cum amissione omnium facultatum, quae fisco addicendae sunt, hi, qui provocatione omissa litem reparare tentaverint contra comitum ceterorumque sententias, qui vice nostra iudicaverint, firmantes, se per metum appellationis omissae[d] auxilium. In qua re vel nostrum vel praefectorum praetorio ex nostra erit iussione iudicium. *Dat. Kal. Aug. PP. Kal. Sept.*[e] *Basso et Ablavio Coss.* (331.)

2. *Imp. Constantius A. ad Volusianum* *) *Pf. P.* Si a praefecto urbi **) vel a proconsule fuerit dicta sententia[f], eandemque provocatio minime fuerit subsecuta, praesidium postulare fas erit imminente iudicum metu territos se esse firmantibus. Nam quicunque necessitatis huiusce modi[ff] laqueis beneficio meo eximi postulaverit[g], aut per me cognoscam, [h]aut excellentiae tuae impertiam notionem *); hac videlicet conditione, qua vicariorum sententiae, quas appellatio non suspenderit, ex divi patris mei sanctione retractantur. Cum vero consularium ac praesidum aliorumve sententiae in querimoniam deducentur, prioris legis[i] statuta sectanda sunt, quae similiter certo terrore proposito *) auxilium postulantibus[ii] detulit. *Dat. Kal. Ian. Mediolano, Arbetione*[k] *et Lolliano Coss.* (355.)

TIT. XXXV. SI PENDENTE APPELLATIONE[l] MORS INTERVENERIT[m].

1. *Imp. Constantinus A. ad Bassum Pf. P.*[n] *Post alia:* Consulentibus iudicibus, si debeant, cum de[o] appellatione cognoscunt, litigatoris[p] heredibus, qui ante lapsum[q] negotium in lite defecit[r], nova tempora prorogare, an[s] eos cogere, intra dies reliquos, etiam incognitum[t] negotium perorare[u], placuit, cum de appellationibus iudicatur, altero ex litigatoribus[v] in lite defuncto menses quattuor innovare[x], et nova tempora prorogari, ne ignorantes negotia vel etiam super adeunda hereditate dubitantes prius, quam aliquod[y] commodum sentiant, damnis affici[z] compellantur. *Dat.*[a] *XIII.*[b] *Kal. Iun.*[c] *Sirmio*[d], *Crispo*[e] *II. et Constantino II. Caess. Coss.* (321.)

INTERPRETATIO. [f] *Si pendente*[g] *adhuc appellatione mors intervenerit*[h] *litigatoris appellantis, heredibus eius,*

Tit. XXXIV. Cod. Iust. VII, 67. — c. 1 coniungenda est cum c. 3 C. Th. Fin. reg. (II, 26), c. 4 C. Th. de Administr. et peric. tut. (III, 30), c. un. C. Th. de Litigiosis (IV, 5), c. 16, 17 C. Th. de Appellat. (XI, 30), c. 2 Cod. Iust. Ubi in rem actio (III, 19). Vid. c. 3 cit., not. sup.

Tit. XXXV. Cod. Iust. VII, 66. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XXXV.* Br. Al. codd. 5—10, 12—18, 20, 21, 24, 26—40, 42—44, 46, 47, 49, Sich. Aeg. *Tit. X.* 25 *Tit. IX.* Vid. tit. XXXI., not. sup. L. R. U. *Tit. VII.* Vid. tit. VI., XVI., XXXI. h. libri. — c. 1. C. Th., cod. 4, Br. Al. eiusque codd. edd. *c.* 1, i. e. *un.* Cod. Iust. VII, 66, 6 mut. (vid. supra c. 10 tit. XXX. huius libri, not. sup.) Bas. IX, 1, 153. Coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Temporum cursu (II, 6). Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47, 49; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15.

) Ita 4, Til. — Cui. 2. Cod. Iust. et in ind. titul. Go. — Ri*.; Go. — Be. *appellarunt.* Mox 4, edd. ante Be. *hii.* **) Cui. 2, 2* *Constantius.* d) Go. Be. em. *omisisse*, ut est in m. Cui. 1 — Cui. 2*, recte. Til. — Cui. 2* *om. auxilium in qua re.* Go. — Ri*. *om. auxilium: in qua re.* e) Add. *Constantinopoli.* Vid. c. 16 C. Th. de Appell. (XI, 30). *) Ri*. *Tolusianum.* Ri. em. *P. U.* propter c. 18 C. Th. de Praetor. (VI, 4). **) Go. *urbis.* f) 4 *sententiam*, del. *m* rubro col. ff) Cui. 2 — Go. *huiusmodi.* g) Go. *postulaverint*, err. h) Fol. 205[b] cod. 4. Ibidem mox *apellatio*, sed add. *p* ab ant. manu. *) Ri*. *notione.* i) Vid. c. 16 C. Th. de Appell. (XI, 30). *) Go. *proposita, auxilium.* ii) 4, etsi evanidis literis, *postulantibus;* edd. *poscentibus*, eadem sententia. k) 4, edd. praeter Be. *Arbitione.*

l) Nonn. codd. *pendentem appellationem.* 16 *petente.* m) Til. in ind. titt. *intervenit.* 34 *intraverit.* n) 4 *p̄ū.* 6, 7, 20, 21, edd. *P. V.* s. *Pf. U.*, id est Praef. urb., ut Cod. Iust. Go. Be. em. recte *P. P.* Vid. supra c. 3 cit., not. *v* et V, 1, 1, not. *c.* Confirmatur nostra scriptura codd. 8, 12, 14, 17, 25, 39, 43, ubi est *p̄po*, iis accedunt 9, 15, 29, 38, 42 siglo *p̄pm̄.* 16 om. *Pf. P.* et nonn. codd. *Post alia*, ut Ms. Veron. o) 15 om. *de.* p) 4, 10, 16, 18 *litigatores* et 16 *cognoscuntur.* 9 *litigatoribus.* 20 *litigatorum.* Go. *litiagtoris.* q) 15 *elapsum.* r) Cui. 2 — Be. *defecerit.* s) 9 om. *an* et 16 *an eos cogere.* t) 6, 7, 16 *cognitum.* u) 20 *prerogare.* Mox 16 *alterum ex.* v) Fol. 206[a] cod. 4; mox 4 *defucto*, sed em. a libr. x) Nonn. codd. *innovari — prorogare nec ign. — adeundam hereditatem.* y) 20 *alicoquid quomodo*, supr. lin. *aliquid.* Sunt alii etiam codd., qui *quomodo* pro *commodum.* z) 20 *affligi*, supr. lin. *affici.* In Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *Si unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione defunctus sit, non residuum tantum temporis heredes eius habeant, sed etiam alios quatuor menses. Sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indulgetur, post lapsum eius temporis* (Ms. Veron. *post elapsum eius idem tempus*) *quatuor mensium numerabitur spatium* (Ms. Veron. om. *spatium*)*: ne ignorantes negotium — compellantur.* a) 4, 16, 21, 24, 31, edd. ante Be. et Cod. Iust. *PP. s. prop.*; rell. codd. *Dat.* Be. iussu Go. ed. *Dat.*, recte. Vid. c. 3 cit. 10, 18 *Praecepta.* b) 8, 34, Epit. Monachi *XII.* 12, 15, 20, 27, 31, 35, 44 *XIIII.* 24 *XX.* Ms. Veron. *III.* c) 24 *Iul.* Epit. Mon. *Ian.* d) 4, Til. — Lugd. Ms. Veron. *Sirmi.* Be. Cod. Iust. *Sirmii.* Nonn. codd. Br. Al. *Sermio, Firmio, Syrmio*; alii ut 21 om. *Sirmio.* e) 8, 28, 36, 40 om. *Crispo - Coss.*; alii *II. Caess. Coss.* aut *Caess.*, neque des. codd., in quibus *Constantio* scribitur aut *AA.* (ut in Sich. ed.) sive *aug.* pro *Caess.* f) 8, 20 add. *Lex ista hoc dicit.* g) 28, 36, 40, Sich. in m. *impendente appellatione.* 20 *Si pendentem adhuc appellationem.* h) 42 *invenerit* et nonn. codd. *litigatores*

qui appellavit, quattuor menses ei, cuius auctor mortuus est[i], *ad tractandum negotium debere*[k] *praestari, nec eum debere ad dicendam*[l] *caussam praecipitari, ne per ignorantiam litis, quam non ad integrum tractavit, damnum videatur incurrere.*

TIT. XXXVI. QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIANTUR[m].

1. *Imp. Constantinus A. ad Catulinum*[mm]. Moratorias dilationes frustratoriasque[n] non tam appellationes quam ludificationes admitti non convenit. Nam sicut bene appellantibus negari[o] auxilium non oportet[p], ita his, contra quos[q] merito iudicatum est, inaniter provocantibus differri[r] bene gesta non decet[s]. Unde cum homicidam vel adulterum vel maleficum[t] vel veneficum, quae atrocissima crimina[u] sunt, confessio propria vel dilucida[v] et[x] probatissima veritatis quaestio[y] probationibus atque argumentis detexerit[z], provocationes[a] suscipi non oportet, [b]quas constat non refutandi spem[c] habere, quae gesta sunt, sed ea potius differre tentare[d]. Qui[e] de variis litibus caussisque dissentiunt, nec temere[f], nec ab articulis praeiudiciisque[g], nec ab his, quae iuste iudicata sunt, provocare debebunt. Quod si reus[h] in homicidii[i] vel maleficii vel adulterii vel veneficii crimine partem[k] pro defensione sui ex testibus quaestioneque proposita possit arripere, parte[l] vero obrui accusarique videatur, tunc super interposita[m] appellatione ab eodem, qui sibi magis, quae pro se[n] faciant, testimonia prodesse debere affirmat, quam ea, quae adversus ipsum[o] egerint, nocere, deliberationi[p] nostrae plenum arbitrium relinquatur[q]. *Dat. III.*[r] *Non. Nov. Treviris*[s]. (313.) *Acc. XV. Kal. Maii*[t] *Hadrumeti*[u], *Volusiano*[v] *et Anniano Coss.* (314.)

INTERPRETATIO. *In civilibus caussis vel levioribus criminibus, quae legibus non tenentur inserta, appella-*

Tit. XXXVI. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XXXVI.* Br. Al. eiusque codd. 5—10, 12—18, 20, 21, 24—30, 32—34, 36—40, 42—44, 46, 48—50, Sich. Aeg. *Tit. XI.* In codd. 31, 35 totus tit. deest. L. R. U. *Tit. VIII.* Vid. supr. tit. VI., XVI., XXX. h. libri. Cod. Iust. VII, 65. — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Poenis (IX, 40), c. 2 C. Th. de Appell. (XI, 30). Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—18, 20, 21, 50; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 48; inscr. et textus in codd. 24, 30; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. Vid. c. 4, 7, 14, 33 h. t., not. sup. et c. 3 h. t., not. **. Ad Interpr. cf. Capit. (Ben. Lev.) VII, 181, Ivo, Decr. XVI, 226, 315.

---

appellantes. 6 *appellatis.* i) 20 om. *est*, sed add. supra lin. k) Ita fere omnes codd.; edd. *debent.* l) 20 *nec enim d. ad praestandam — incurre.* Cui. 2 — Go. *dicendum.*

m) Cod. Iust. *recipiuntur.* mm) Nonn. codd. *Catolinum.* 15 *Catolino.* 4, Til. — Be. *Catullinum.* Vid. supra II, 1, 1, not. *o.* Dignitas deest in omnibus codd. Vid. supra IX, 40, 1, not. *c.* n) 6, 7, 10 *frustratoriasquae.* 9 *prostratoriasquae.* 15 *frustrationesque.* 16 *frutatoriasquae.* 18 *frustratoriasquem.* o) 8, 25 *negare.* 20 *denegare.* Paullo ante 14 *sicut boni.* p) 9 *non potens.* 16 *non poterit.* 14 *oportet nisi his.* q) 6—8, 14, 16, 17, 20, 21, Sich. *quos contra* et 20 *meritum.* r) 20 *provocantur deferri.* Etiam 9 *deferri.* s) 6, Sich. *debent.* 16 *det.* t) 21 *homicida* et 20 *veneficia.* Sich. om. *vel mal.*, 15 *vel venef.*, Go. et Ri*. *vel adult.* Deinde Ri*. *Maleficium, vel Veneficium.* u) Br. Al. codd. Sich. Cui. 2, 2* *facinora.* v) 6—8, 10, 14, 16—18, 21, R. *adlucida.* 20 *adlucidam et probatissimam veritatem.* Sich. *lucida.* x) Ita Be. ex Sich. Cui. 2, 2*, quibuscum conveniunt 6, 7, 12—17, 20, 21, 25, 50. Cod. 4, Til. — Lugd. *exprobatissima.* Go. — Ri*. *ex probatissima.* Go. mavult *et exploratissima.* 9 *ut prob.* 10, 18 *uel prob.* R. *vel ex prob.* 8 om. *et.* Ne offendas in vv. *probatissima probationibus.* Vid. c. 4 h. t. *manifestis probationibus adulterio probato.* y) 16 *quaestionibus.* z) 15 *detraxerit.* 21 *detecta sunt.* a) 9 *provocatis.* 12 *probationes.* Sich. *appellationes.* b) Fol. 206[b] cod. 4. 21, Sich. add. *et.* c) Sich. in m. *speciem.* 8 om. *spem.* d) 15 *temptare differre;* nonn. codd. *deferre.* e) 4, 6—8, 10, 12, 14, 16—18, 21, 25, 50, Sich. *qui.* 9 *q*; pauci igitur codd. *quae*, ut ab ant. man. corr. est in cod. 4 et ex eo transiit in edd. Til. — Be. Go. ann.: „Sequens sententia corrupta est, et forte etiam irreptitia: nisi putemus haec verba ita reformanda, *etc.* (id est *et coetera*) *quae de variis litibus caussisque disserantur*: ut ita sint haec verba Conditorum *Codicis Theod.* resecantium ex integra constitutione quae ad hunc *titulum* minus facerent." Restitui *Qui* cum suadentibus codicibus, quorum optimi et vetustissimi *qui* habent, tum suadente sententia loci; necessario enim vv. *Qui — dissentiunt* trahenda sunt ad sqq. *nec — debebunt:* qua de caussa punctum posui post *tentare* et pro puncto, quod in edd. Go. — Be. post *dissentiunt* additum est (*dissentiunt. Nec*), minus plenam interpunctionem revocavi. f) 10, 12, 18 *ne tem.* 20 *nec timore*, sed supr. lin. *temere.* g) 20 *praeiudicibusque nec ab eis.* Nonn. codd. *praeiudiciisquae*, alii et supra et hic *hiis*, ut Sich. h) 20 *rei* et om. *in*, impr. Ri. i) 4 *homidii*; a libr. add. *ci.* k) 15 *hom. vel ad. vel mal.* (om. *vel veneficii*) *crim. partem.* 20 *partum* et mox *quaestionique.* l) Ita 4, 15, Til. — Be.; 6—8, 13, 20, 21, Sich. *partim*; rell. codd. *partem.* Neque hoc falsum est. m) Ita Br. Al. codd. fere omnes, Sich. Be. iub. Go., recte. 4, 15, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *superinposita.* Aur. Lugd. *super imposita.* Go. — Ri*. *super inposita.* 25 *superposita.* 20 *tunc* (om. *super*) *interpositam appellationem.* Coniecit Go. etiam *insuper posita.* Saepe in fontibus iuris *interposita appellatio* dicitur; *impositam appellationem* dici non recordor. Mox in cod. 15 om. *sibi.* n) 20 *posse* pro *pro se.* o) Sich. *ipsam.* 18 *noscere* pro *nocere.* p) Nonn. codd. *deliberationis.* 14 *liberatione.* q) 15 *relinquatur arbitrium.* r) Ita 24, 27, 28, 34, 36, 40; rell. codd. et edd. *IV.*, impr. Go., qui ex c. 1 et 2 cum hac c. coniungendis reponi vult *III.* s) Nonn. codd. *Treveris, Triveris.* 4, Til. — Lugd. om. *Trev. — Maii*, 20 *Acc. — Hadrum.*, 8 *Trev. — Hadrum.* et Cui. 2 — Ri*. *Trev.*, sed Go. add. in not. Deest etiam ann. 313 in edd. Go. — Be. t) Go. in Chron. vult *Mar.* et hoc habet 32. Nonn. codd. *Mad.* Vid. c. 2 cit., not. *u.* 28, 36, 40 om. *Maii.* L. R. U. *Dat. XV. Kal. Mad.* u) Nonn. codd. *adrometo*, alii *Adrumeto*, ut Sich., alii denique *Arometo.* v) Be. add.

tioni[x] *constituta legibus dilatio praestanda est, et suspendenda est per appellationem sententia**) *iudicantis. At vero homicidis, adulteris*[y] *et reliquis, quos lex ista comprehendit, si convicti confessique fuerint, et appellare voluerint, dilatio denegetur, sed statim in manifestis criminibus convicti*[z] *iudicis est sententia proferenda, aut*[a] *certe de magnis criminibus et maioribus personis ad principis est notitiam deferendum*[b].

2. *Idem A. ad Volusianum**) *Pf. U.* Qui a praeiudicio appellaverit vel ab exsecutoribus rerum antea statutarum[c], atque alterius[d] auditorii praepropere*) iudicia poposcerit, triginta follium poena mulctetur, ita ut omnem caussam ipse sine dilatione discingas[e], quippe cum et caussam tuam videaris esse facturus, si per conniventiam[f] huius modi appellationem admiseris. Si quas sane de omni caussa interpositas esse provocationes perspexeris, in earum disceptatione observare debebis, quod iam pridem a nobis est evidentissime constitutum*). *PP. V. Kal. Mart. Romae, Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.* (315.)

3. *Idem A. ad Aelianum Proconsulem Africae.* Cum antehac lege de appellationibus data statutum sit**), ne quis a praeiudicio vel ab exsecutione[g] interponeret provocationem, neve huius modi appellatio ab his, qui vice[h] nostra iudicant, admittatur, ne in perniciem*) plurimorum, interpositis a praeiudicio appellationibus vel moratoriis quibusdam frustrationibus interiectis[i], litigia protrahantur, tamen nunc poenam addi placuit, ut intelligant universi, principalis negotii disceptatione[k] caussas suas munire debere, et non ab ipsis quodammodo primae interlocutionis[l] exordiis vel ab exsecutionibus provocare, cum et illis, qui impatienter ab articulo appellandum putaverint[m], post cognitionem totius caussae liceat appellare, et his, qui sero ab exsecutionibus provocant, facultas appellandi minime fuerit denegata. Si quis igitur tali usus appellatione fuerit in tuo iudicio deprehensus, ipsum quidem triginta follium poena mulctes, caussam autem universam, eius duntaxat, qui[n] a praeiudicio vel ab exsecutione temere appellaverit, sine ulla dilatione discingas[o], cum in*) nostro auditorio dari minime dilationem oporteat, interpositae appellationis tempore sufficiente litigatoribus ad perferendam instructionem plenissimam[oo]. *PP. VI. Kal. Maii Karthagine, Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.*[p] (326.)

4. *Impp. Constantius et Constans AA.*[q] *ad Catulinum*[r]. Oportuerat te, publici instituti respectu, confessione detectos legum severitate punire, nec frustra vitam differentum[s] moratorias provocationes admittere, sed delatum adulterii crimen et quaestionibus adhibitis approbatum[t] pari sceleris immanitate[u] damnare. Quod deinceps in huius modi criminibus*) convenit observari, ut, manifestis probationibus adulterio probato, frustratoria provocatio minime admittatur, cum pari similique ratione sacrilegos[v] nuptiarum, tanquam manifestos parricidas, insuere culeo vivos vel exurere iudicantem oporteat. *Dat. IV. Kal. Sept. Constantio A. II. et Constante C.*[x] *Coss.* (339.)

5. *Iidem AA. ad Albinum Vicarium Hispaniarum.* Cum maior substantia litigii sit, a praeiudicio provocans

— c. 2. Vid. c. 3, 5, 11, 15 h. t., not. sup. — c. 3. Cui. 1 — Cui. 2* *IIII.*, err. H. c. Go. coniungendam esse putat cum c. 2 C. Th. de Famosis lib. (IX, 34). Vid. c. 2 cit., not. *t.* De Summ. C. Th. vid. infra not. *oo.* — c. 4. Cf. Ed. Th. cap. XXXVIII. Baron. ad ann. 339, n. 20. Summaria C. Th.: „*Primae similis.*" Partem h. c. sunt qui putent in c. 30 Cod. Iust. ad L. Iuliam de Adult. (IX, 9) transiisse. Vid. infra not. *v.* — c. 5. Summar. C. Th.: „*Similis secundae.*" Go. h. c. coniungit cum c. 20 Cod. Iust. de Appellat. (VII, 62).

in not. *II.* Nonn. codd. *Volosiano* et mox *Aniano*, ut Sich. Cui. 2 — Ri*.; 6—8, 10, 18, 34 om. *et Anniano.* x) 6—8, 10, 18, 20, alii *appellatione.* Haec videntur ab interprete addita esse, cum in ipsa lege desint, nisi fortasse explicant vv. legis *Nam — oportet.* Cf. Car. de Savigny l. c. Tom. I, 262, not. 27 (ed. I.); 305, not. *g* (ed. II.). *) Cui. 2, 2* *sententiae.* y) Sich. Cui. 1 — Cui. 2* *homicidiis, adulteriis,* ut nonn. Br. Al. codices. 6, 7 *Ad* pro *At.* Sich. om. *quos.* z) 6—8, 10, 18, 20, 21, 42, 43, alii *convictus.* a) Hanc interpretationem Go. falsam esse dicit. b) 42 *def. est notitiam.* *) Ri*. *Xolusianum.* c) Go. mendose *staturarum.* d) Go. ann.: „An potius, *altioris*? quod non puto." *) Go. Ri. *praepopere.* e) Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *discinguas.* Cum literis *cingas* inc. fol. 207[a] cod. 4. f) 4, Til. — Ri*. *conhibentiam,* ut fere semper, quod in sqq. commemorare supersedeo. Ita pro *conniventiam* scriptum esse iam Go. narrat. *) Go. hanc legem, quae antiquior lege prima fuerit, periisse contendit. **) Go. intelligit c. 1 h. t. et c. 2 C. Th. de Appell. (XI, 30). g) 4 *excusatione,* em. a libr. *executione.* h) 4 *ce,* sed em. a libr. *uice.* *) Mendose Go. *principem.* i) Cui. 1 *interiectis.* k) Edd. *disceptationes.* 4 *disceptationis*; a libr. em. *disceptatione* (non *disceptationes*). Etiam Go. em. *disceptatione.* Reposui *disceptatione.* Fortasse in litera *s* latet v. *se,* quod apte hic interponi potest (*disceptatione se causas*). l) 4 *interlocutiois*; a libr. add. *n* supra *is.* m) Cum literis *verint* incip. fol. 207[b] cod. 4. n) Go. ann.: *qui duntaxat,* quo non opus est. Sustuli uncos, quibus Be. vv. *eius — appellaverit* incluserat. o) 4, Til. — Lugd. *discinguas.* *) Aur. Lugd. om. *in.* oo) Summ. C. Th. aliquid add., quod in h. c. deest. Ita enim habent: „*Superiori similis, sed hoc hic additum est, ut appellans contra sententiam dictam iudicis intra triduum appellare debeat.*" p) Annus deest apud Go. — Ri*. Go. enim revocat h. c. ad ann. 320 (*Constantino VI.* etc.). Vid. c. 2 cit., not. *t.* Aur. Lugd. *Cons.* q) Be. ex Chron. scribi vult *Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA.*; sed vid. infra XII, 1, 23, not. *p.* Ri. *Contan* et Ri*. *Constan.* r) 4, edd. *Catullinum.* Vid. supra II, 1, 1, not. *o.* Siglum dignitatis deest in cod. 4 et in edd.; Go. Rein. Be. in not. add. *Vicar. Africae.* s) 4, edd. ante Be. *differentum.* Vid. supr. VIII, 17, 1. Be. ed. *differentium.* Recte Go. vituperat Maynardi cj. *litem differentum.* Vid. c. 7 h. t. *usurpandae lucis.* t) Go. *ad probatum.* 4 *athibitis.* u) Cum literis *nitate* incip. fol. 208[a] cod. 4. Go. em. *sceleri,* quamquam etiam *sceleris* sustineri posse concedit. *) Go. err. *criminalibus.* v) Haec Cui., P. Faber et Go. putant transiisse in c. 30, §. 1 Cod. Iust. ad L. Iuliam

triginta librarum argenti pondere plectatur: in minoribus etiam negotiis quindecim pondo argenti exsolvat. *Dat. VII. Id. April. Marcellino et Probino*[y] *Coss.* (341.)

6. *Iidem AA. ad Leontium*[z]. In civilibus caussis appellationis beneficium saepe sanximus*) non oportere differri. In fiscalibus vero vel rei privatae caussis, hoc est ob debitum renuendum vel munera respuenda si quis appellare voluerit contra utilitatem fisci vel rei privatae, appellationem oblatam cessare oportet[a], nec libellos huius modi suscipi, qui in damna fiscalia commodum sententiae latae aut dilatione suspendant, aut terrore detorqueant. *Dat. V. Id. Maii Antiochiae, Constantio III. et Constante III.*[b] *AA. Coss.* (342.)

7. *Iidem AA.*[c] *ad Hieroclem*[d] *Consularem Syriae Coeles.*[e] Observare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum[f], adulterorum itemque raptorum argumento convictus, teste superatus[g], voce etiam propria vitium scelusque confessus audiatur appellans[h]. Ut enim aequum est, non[i] convictos neque confessos, quia plerumque accidit, ut fortuna iudicii argumenta conglutinet, quorum similitudine opprimatur reus, qui non possit vera ratione convinci, vel adversarii calliditas testes[k] subtrahat, qui[l] veritatem audacia vel acrimonia superet, vel confessos neque convictos, quod saepe vel repentinae formidinis vel impositorum tormentorum cogit immanitas[m], ut in appellando ceteris etiam reis iure communi: ita et aliena[n] et propria voce depressum non oportet, quod contempserint aequitatem, ac moram tantum usurpandae lucis indebitae rursus importunitates arripere. *Dat. V. Id. Dec. Leontio et Sallustio Coss.* (344.)

8. *Iidem AA.*[o] *Theodoro Consulari Syriae*[p] *Coeles.*[q] In fiscalibus debitis nullius provocationem[r] tua gravitas censeat[s] admittendam. Nec enim commodum publicum fas est[t] diuturna frustratione suspendi, nec eludendi licentiam[u] callidis fraudatoribus relaxari[v]. *Dat. VIII.*[x] *Id. Mart. Ancyrae*[y], *Rufino et Eusebio*[z] *Coss.* (347.)

INTERPRETATIO. *In manifestis*[a] *fiscalibus debitis*[b] *nulli penitus appellationem debere praestari, quia non oportet*[c] *publicae rei commodum qualibet dilatione suspendi.*

9. *Iidem AA.*[d] *ad Cerealem Pf. U.* Calliditatis auxilio perspicui debitores rei privatae nostrae solutionem cupiunt evitare, frustratoriis provocationibus interpositis. Ideoque decrevimus, minime convenire huiusce

— c. 6 sec. Go. indigitatur in c. 6 C. Th. de Iure fisci (X, 1). — c. 7. Cod. Iust. VII, 65, 2 mut. Bas. IX, 1, 143. Summaria C. Th.: „*Primae similis*“, cui etiam Go. hanc constitutionem concordare dicit. — c. 8. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 8. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 2. Integra cum interpretat. est in codd. 6—10, 12—14, 16—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 32; textus et subscr. in codd. 26, 37, 39; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. De codd. 31 et 35 vid. not. sup. huius tit. Summ. C. Th.: „*Similis IIII et X tituli XXXII*“ (l. XXX). Haec c. indicari videtur Go. in c. 6 C. Th. de Iure fisci (X, 1). — c. 9. Vid. c. 19, 30, 32 h. t., not. sup. Eodem die data est c. 41 C. Th. de Decurion. (XII, 1), sed ad Ordinem Karthagin. et diversi argum.

de adulteriis (IX, 9). Vid. supra IX, 7, 2, not. *z.* x) Be. pro *C.* em. *A.* Aur. Lugd. *Cons.* y) Scrib. *Probiano.* Vid. supra V, 14, 2, not. *l.* z) Recte Go. Be. in not. add. *Pf. P.* Vid. supra I, 5, 4. *) Go. inter alias putat indigitari c. 20 C. Th. de Appell. (XI, 30). a) Fol. 208[b] cod. 4. Aur. Lugd. *nec libellos, huiusmodi.* b) Go. Rein. Be. recte em. *II.* c) Cod. Iust. *Impp. Constantius et Constans AA.* d) 4, Til. — Lugd. *Hieroclen.* Cui. 2, 2* *Heroclen.* e) 4 *Coelis.* Vid. infra not. *q.* f) 4 *veneficiorum maleficiorum*; sed em. rubro col. g) Cod. Iust. *itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt* (ex c. 14 C. Th. h. t., ubi vid. not. *x*), *argumentis convictus, testibus sup.* h) Seqq. mutata sunt in Cod. Iust.: *Sicut enim hoc observari disposuimus, ita aequum est testibus productis, instrumentisque prolatis, aliisque argumentis praestitis, si sententia contra eum lata sit, et ipse, qui condemnatus est, aut minime voce sua confessus sit, aut formidine tormentorum territus, contra se aliquid dixerit, provocandi licentiam ei non denegari.* i) P. Pithoeo videtur abundare *non*, impr. Go. in comm. h. c. k) 4 *teste.* Emendari potest *testem* et *testes.* Hoc in cod. 4 factum est rubro colore et transiit in editiones. Recte; nam litera *s* periit occasione proximae literae. Non vult Go. em. *superent* (testes calliditate adversarii subtrahi, ne verum ingenita acrimonia et animo generoso dicant), et recte *superet* refert ad reum, qui callide subtrahit testes iudicio, ut audacia sua et acrimonia superet veritatem, neque plene convinci possit. l) Go. in not. prop. *quo.* Sed vid. not. anteced. m) Seqq. ita em. a Go. et Be. *uti in appellando — contempserit aequitatem ad moram*, recte. n) Fol. 209[a] cod. 4. o) In Br. Al. codd. ap. Sich. imperatorum nomina reponuntur; sed 6, 7, 15, 29, 38 *Constantinus et*, 20 *Imp. Constantinus aug. et* et 21 *et Constantius.* 38 om. *et Constans A.* Mox plerique codd. *Teodoro.* 38 *deudore.* 25 *Teudosio.* p) 33, 34 *Africae.* Plerique codd. *Sirie* s. *Siriae.* q) 4 *cylis*, rubr. col. corr. *coeles.* In 10, 18, R. pro *Coeles* est *Certis* et coniungitur h. v. cum ipsa lege (*Certis in fiscalibus debitis*), non recte puto, etsi in certis tantum, non omnibus fiscalibus caussis appellationem prohibitam fuisse ex multis cum huius tituli legibus tum tituli C. Th. de Appellation. (XI, 30) constat. Similiter in cod. 16 *Coelis* primum est contextus verbum. 6, 7, 20, 21 *Coelis* s. *Caelis.* 25, 28, 36, 37, 40, Sich. om. *Coeles* et 42 *Syriae Coeles.* r) 9, 12 *probatione.* 20, 25 *provocatione.* s) 20 *sentiat.* t) 14, 15 *Nec enim fas est commodum publicum.* u) 25 *diutina — licentia.* v) Nonn. codd. *relaxare.* x) 21, Sich. *IX.*, sed add. ap. Sich. in m. *VIII.* 20 *IIII.* 34 *VII.* 32 om. *VIII.* 24 *Dat. Non.* (pro *VIIII.* et om. *Id.*) *Mart. ā* (pro *Ancyrae*). y) 14, 39, 43 *antioc̄*, i. e. *Antiochiae*, ut Sich. in m. Similiter 28, 36, 40 *Antiocie.* Nonn. codd. *Ancire.* 20 *anibri.* 38 *ancisre.* 42 *ancyrie.* 8 om. *Ancyrae — et.* z) Ita 24, 28, 30, 32, 36, 38, 40, 42, 43 convenienter cum Fastis. Rell. codd. et edd. *Eusebio et Rufino.* Vid. supra V, 4, 1. Nonn. codd. *Euseuio* et 20 *trefone.* a) V. *manifestis* non male ab interprete additum esse scribit Go. Vid. c. 9 h. t. *perspicui debitores.* b) 8 om. *fiscalibus debitis.* c) Seqq. des. in cod. 8. d) Go.: „Non iidem; sed *Constantius A. et Constans* (Ri. *Constantius*) *C.* id est Gallus.“ Be. h. et sqq. quinque c. inscr. vult *Imp. Constantius A.* Eodem modo Ri. in not. inscribit c. 11

modi vocem appellationis admitti. *Dat. X. Kal. Aug. Constantio A. VI. et Constante C.*[e] *Coss.* (353.)

10. *Iidem AA.**) *ad Proclianum Proconsulem Africae.* Placuit, quinquaginta pondo argenti fisco inferre prudentiam tuam, si frustratoriam[f] provocationem contra commodum fisci susceperis, solutionemque vitanti*) praebueris culpabilem conniventiam[g]. *Dat. XV. Kal. Febr. Constantinopoli. Acc. X. Kal.**) *Aug. Karthagine, Constantio A. VII. et Constante C.*[h] *Coss.* (354.)

11. *Iidem AA.*[i] *ad Lollianum Pf. P.* Ab executione vel a praeiudicio appellationem oblatam suscipi non oportet. *Dat. VIII. Kal. Aug. Arbetione*[k] *et Lolliano Coss.* (355.)

12. *Iidem AA.*[l] *ad Volusianum Pf. P.* Publica utilitate suadente, in caussis pensitationum debitorumque fiscalium inhibitum est provocationis auxilium etc. *Dat. IV.*[m] *Kal. Aug. Arbetione*[n] *et Lolliano Coss.* (355.)

13. *Iidem AA.*[nn] *ad Probum Proconsulem Africae.* Cum constet, iam dudum esse nostra sanctione*) praeceptum, ne aliquis, cum fiscale debitum postulatur, audeat provocare, proconsulare officium, si patientiam[o] commodaverit, triginta pondo auri fisco cogatur inferre. *Dat. IX. Kal. Iul. Sirmio*[p], *Datiano et Cereale Coss.* (358.)

14. *Iidem AA.**) *ad Flavianum Proconsulem Africae.* Gravis ista commotio est ac non ferenda[q] iracundia iudicis, quae effusione humani sanguinis expiatur. Sed ad fucum iniquitatis augendum lex[r] nostri genitoris[s] adscita est, scilicet ut diceretur genitor noster[t] convictis in quaestione violentiae appellationis perfugia decerpsisse[u]. *Plectatur*[v], inquit, *qui manifestam*[x] *detegitur commisisse violentiam.* Quae legis suae verba aliis quoque scitis clemens conditor explanavit. Etenim vigorem vindictae differri post totius negotii exitum noluit[y], scilicet ut, si procacem vesaniam principalis negotii discussio publicasset, convictum reum aut medietatis amissio aut sors[z] deportationis affligeret. *Dat. III. Non. Aug. Tauro et Florentio Coss.*[a] (361.)

15. *Impp. Valentinianus et Valens AA. salutem dicunt Ordini civitatis Karthaginiensium**). *Post alia:* Ab exsecutione vel a praeiudicio provocantes decrevimus non admitti, in tantum, ut contra definita facientes quinquaginta libras[b] argenti condemnatione feriantur. *Dat. prid. Non. Febr.*[c] *Med. divo Ioviano et*[d] *Varroniano Coss.* (364.)

16. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Interpositas appellationes a praeiudicio vel ab exsecutione damnantes, et eum, qui ab istius modi titulis provocaverit, et officium, quod non renuntiarit[e], quinquagenas argenti libras fisco nostro iubemus inferre; litem suam faciente iudice, qui recepit. *Dat. VIII. Id. Oct. Altino*[f]. *Acc. XVI. Kal. Nov. divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

17. *Iidem AA. ad Modestum Pf. P.*[g] Nulli officialium a sententia proprii iudicis provocatio tribuatur,

---

— c. 10 indicari Go. putat c. 13 h. t. Eam falso dixi coniungendam esse cum c. 4 C. Th. de Vectig. (IV, 12), quam vid., not. *o*. — c. 11. Summaria C. Th.: „*Similis secundae.*" Vid. c. 13, 25 h. t., not. sup. Coniungenda est h. c. cum c. 25 C. Th. de Appell. (XI, 30). — c. 12 coniungenda est cum c. 26 C. Th. de Appell. (XI, 30). Summaria C. Th.: „*Similis octavae et quartae decimae tit. XXXII*" (l. XXX). — c. 14. Summar. C. Th.: „*Primae similis.*" Go. h. c. fugitivam esse putat. — c. 15 coniungenda est cum c. 32 C. Th. de Appell. (XI, 30). Eodem die, sed ad Caesarium Com. R. P. data est c. 8 C. Th. de Iure fisci (X, 1). Summ. C. Th.: „*Similis secundae.*" Vid. c. 16 et 25 h. t., not. sup. — c. 16 coniungenda est cum c. un. C. Th. de Nautis Tiber. (XIV, 21). Eodem die datae sunt c. 7 C. Th. de Poenis (IX, 40) et c. 7 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3), haec ad Viventium Pf. U., illa ad Artemium. Qua re non assentior Go. omnes illas const. inter se coniungenti. Summar. C. Th.: „*Similis superiori.*" — c. 17. Cod. Iust. VII, 65, 3. Bas. IX, 1, 144. Apud Ri*. err. numeratur *LXIII.*

---

et 12 h. t. e) Rein. vult *Constantio A. VII. et C.* „Inivit enim, inquit, praefecturam urbis VI. Kal. Octobris anno quo Magnentius periit 353. Cerealis. Sigon. l. 5 de Imp. fol. 85." Go. Be. in not. add. *II.* *) Vid. not. *d* supra. f) Cum literis *riam* incip. fol. 209[b] cod. 4. *) Mendose Aur. Lugd. *vitandi.* g) 4, edd. ante Be. *conhibentiam.* Iam Go. em. *conniventiam.* *) Go. om. *Febr. — Kal.*, in notis autem *Constantinop.* irrepticiam h. l. vocem esse contendit, cum Constantius in Gallia hoc tempore fuerit testibus Ammiano Marcellino XIV, 10 et Themistio Or. XIII, p. 300. h) Go. Be. add. volunt *III.* Vid. not. sup. h. c. i) Vid. supra I, 5, 5, not. *h*, III, 12, 2, not. *u*, XI, 30, 25, not. *d* et not. *d* antec. k) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *Arbitione.* Aur. Lugd. *Arbitrione.* Pleniorem subscr. habet c. 25 C. Th. de Appell. (XI, 30) cit. l) Vid. not. *i* antec. et not. *d*. m) Vid. c. 26 cit., not. *n*. n) 4, Til. — Ri*. *Arbitione.* nn) Ri. em. *Imp. Constantius et Iulianus C.* Vid. not. *ι* et *d* antec. *) Go. in mente habet c. 10 h. t. o) Cui. Obs. I, 6 em. *parientiam.* Til. — Cui. 2* *provocare: proconsulare officium si.* Go. — Be. *provocare proconsulare officium, si.* p) Be. *Sirmii.* *) Go. em. *Imp. Constantius A.* Vid. not. *d* et *i* antec. q) Fol. 210[a] cod. 4. Go. ann.: „*Tegendaque.*" r) c. 1 C. Th. ad L. Iuliam de vi publ. et priv. (IX, 10). s) Constantini M. t) Constantinus M. u) 4, edd. ante Be. *decerpisse.* Be. de cj. Go. ed. *decerpsisse.* v) Vid. c. 1 C. Th. cit. x) Haec vv. relata sunt in c. 2 Cod. Iust. Quorum appellationes (VII, 65). Vid. c. 7 C. Th. h. t., not. *g* et c. 1 C. Th. cit., not. *. y) Cui. Maynardus, Go. em. *voluit.* Be. *noluit* in eundem fere sensum explicari posse dicit et cf. iubet supra IX, 10, 1 et 3, recte. z) 4 *soss*, rubro col. em. *sors.* a) Aur. Lugd. *Cons.* *) c. 32 cit. *Karthaginis.* b) Go. Be. in not. rep. *librarum.* Vid. supra VII, 17, 1, not. *t*. c) Go. em. *Nov.* Rein. provocat ad em. supra ad c. 8 de Iure fisci (X, 1) prolatam. Be. inscrib. esse putat *Iovianus A.* aut subscr. *Nov.* Vid. c. 32 C. Th. de Appellat. (XI, 30), not. *t* et supra V, 14, 3, not. *o*. d) Fol. 210[b] cod. 4, in cuius imo margine est signum quaternionis *KH.* e) Go. ann.: „Scilicet Iudici, a praeiudicio vel ab executione perperam appellari. Symmachus *lib.* 10. *ep.* 29. *Nec Officium partibus defuit ad mulctam praeiudicii suggerendam.* Vide pariter *legem* 13 *sup.* Alioquin putaret quis hic reponendum, *renuerit*, renutarit: vel non annuntiarit: reluctatum fuerit." f) Be. *Altini.* g) Vid. not. * sq. Aur.

nisi in eo tantum negotio, quod ratione civili, super patrimonio forsitan, apud proprium iudicem inchoarit[h]; scilicet ut in eo tantum negotio a sententia eius, cui paret iudici[i], quisquis velit officialis appellet, quod per procuratorem[k] persequi iure[l] tribuitur. *Dat. IV. Id. Iun. Cyzico*[m], *Valentiniano et Valente AA.* *) *Coss.* (365?)

18. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U. Post alia:* Nullum audiri provocantem ante definitivam sententiam volumus, si tamen[n] in iudicio competenti negotium fuerit inchoatum; salva scilicet iuris antiqui moderatione atque sententia, cum vel exceptio opponitur, vel ad agendum locus poscitur, vel dilatio instrumentorum caussa aut testium postulatur, atque haec impatientia vel iniquitate iudicum denegantur. §. 1. Similiter ne ab exsecutione quidem provocantem admitti convenit, si tamen exsecutoris vitio minime modus sententiae transeatur. §. 2. In fiscalibus quoque vel manifestis debitis et criminalibus confessis[o] negotiis, nec non etiam *) praeiudiciis omnis prava repugnantium amputetur intentio. §. 3. Postremo universas appellationes, quas iura improbant, non oportet audiri. *Dat. XIII. Kal. Ian.*[p] *Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

19. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Olybrium Pf. U.* Abstinendum prorsus appellatione[q] sancimus[r], quoties fiscalis calculi satisfactio[s] postulatur, aut tributariae functionis solenne munus exposcitur, aut publici vel[t] etiam privati, dummodo evidentis atque[u] convicti redhibitio debiti flagitatur, ut necessario in contumacem vigor iudiciarius excitetur. *PP. Romae XV. Kal. Sept., Valentiniano et Valente II. AA. Coss.* (368.)

20. *Iidem AAA.*[v] *ad Claudium Pf. U.*[x] Quoniam Chronopius[y] ex-antistite[z] idem fuit in tuo, qui fuerat[a] in septuaginta[b] episcoporum ante iudicio[c], et eam sententiam provocatione[d] suspendit, a qua non oportuit[e]

— c. 18. Summ. C. Th.: „*Similis quinquagesimae XXX. tituli, sed in finem XI.* (h. tit.) *similis est.*" — c. 19 Go. coniungendam esse putat cum c. 2 (iam 5) C. Th. de Postulando (II, 10), quae quamquam vulg. scribitur anno 365 *XII. Kal. Sept. Accepta* esse, tamen addicenda est anno 368. Vid. c. 5 cit., not. *s*. Cod. Iust. VII, 65, 4. Bas. IX, 1, 145. Summ. C. Th.: „*In nona nisi de debitoribus locutus est, hic de rationes non reddentibus.*" Til. — Lugd. mendose h. c. signant num. *XVIII.* — c. 20. C. Th., cod. 4, Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 20. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. mendose *c. XVIIII.* Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 3. Cod. Iust. I, 4, 2 mut. et geminata inter c. 4 et 5 Cod. Iust. Quorum appell. (VII, 65). Cf. Ri. ad Go. comm. h. c. T. IV, p. 321, not. *a*. Witte, die Leges restitutae p. 205 sq. Biener, Revision des Iustin. Codex p. 87, 207 (Zeitschr. für geschichtl. Rechtswiss. T. VII, p. 201, 357). Coll. eccles. constitt. I, 4, 2. Balsamo Paratitl. I, 3 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, 1270, 1273, 1266). Anselm. Luc. Coll. can. II, 3. Baron. ad ann. 369, n. 40 (sec. Go. n. 30). Eodem die, sed ad Olybrium Pf. U. data est c. 1 C. Th. de Quaestion. (IX, 35). Vid. infra not. *x*. Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—18, 20, 21, 50; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 32, 39, 43; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42, 44; sola interpr. in cod. 15. De codd. 31, 35 vid. not. super. h. tit. Go. interpretationem falsam esse dicit.

Lugd. *AAA.* Cod. Iust. habet nomina imperatorum. h) Cod. Iust. *forte — inchoaverit.* i) Ita 4, edd.; Go. Be. in not. ex Cod. Iust. revocant *iudicis*. Utrumque recte dicitur. k) In Cod. Iust. add. *etiam*. Quo nihil opus esse Go. dicit nisi maioris evidentiae caussa. l) 4 *iuret*, rubro col. deletur *t*. m) Be. Cod. Iust. *Cyzici.* *) Go. vult *III.* (370.) Tum add. est sec. Be. in inscr. *et Gratianus A.* Rein. add. *III.* (370.) aut *IV.* (373.) Utraque cj. invertitur ordo legum. Esset enim h. c. ponenda post c. 20 h. t., nec quicquam discrepat Cod. Iust. a C. Th. Vid. supra IX, 16, 8, not. *t*, XI, 30, 35, not. *b*; infra XII, 1, 63. Go. — Ri*. adscribere omiserunt annum. n) Fol. 211[a] cod. 4. o) Go. addi vult *vel convictis*. Cf. c. 7 h. t. *) Infra XII, 1, 183, not. *t*. p) Go. Be. em. *Iun.*, quo tempore Valentinianus Mediolani fuit; *XIII. Kal. Ian.* autem Parisiis constitit. q) Cod. Iust. *ab appellatione.* r) Til. — Ri*. *sancimus, ut quotiens.* Be. auct. Cod. Iust. del. *ut*, recte; nam in cod. 4 *ut* a secunda demum manu (quae librarii esse videtur) add. est. Post *publici vel* vv. *appellatione — publici vel* quattuor versibus repetuntur in codice 4, delentur autem a correctore, quae superflua sunt. s) Cf. Amaduzzi l. c. p. 43, not. 7. t) Fol. 211[b] cod. 4. u) 4 *autque*, rubro col. em. *atque.* v) Br. Al. codd. et Sich. imperatorum nomina ponunt, sed nonn. codd. *Imp.* et 21 om. *et*. Cod. Iust. *Iidem AA. et Gratianus.* x) Cum Claudius h. ann. Proc. Afr. fuerit (vid. C. Th. XII, 12, 6, XIV, 3, 12, XVI, 2, 18), non Pf. U., sed Olybrius praef. urb. gesserit (vid. c. 1 de Quaestion. cit.), Go. putat aut scrib. esse *Proc. Afr.*, et hoc quidem praefert in Chron. p. LXXXVII., Prosopogr. v. *Claudius*, aut *Olybrium Pf. U.*, quod mavult in not. h. c., aut rep. consules anni 374, quo anno Claudius successerit Eupraxio, non Ampelio, ut Rein. contendit. Vid. c. 22 h. t. Ammian. Marc. XXVII, 3, XXIX, c. ult. in f. Corsin. l. c. p. 260. Rein. prob. *Proc. Afr.* Vid. Rel. l. c. p. 432. Till. l. c. Tom. V, Not. p. 2, n. 10 prop. consules anni 374. Aut scrib. *Proc.* (i. e. Proc. Africae) aut *Olybrium P. U.* Illud commendatur crebra commutatione inter sigla PC. et PU., hoc, quia h. c. coniungitur cum c. 1 C. Th. cit.; verum tamen iam Till. audacem appellat vicem nominis Olybrii in locum Claudii. Probo igitur PC (Proc. scil. Africae). Consulatus mutationi obstat series legum, quae invertitur; nimis etiam arbitraria est. 28, 36, 40, Go. Sich. in m. *Claudianum*, recte impr. Till.; Ans. *ad Iulianum Comitem Orientis* ex repet. vulg. inscr. c. 1 Cod. Iust. de Episc. aud. (I, 4). Nonn. Br. Al. codd. ppm, ut L. sec. Be. s. ppo. 10, 18 *publium.* Cod. Iust. *P. P.* 15 om. *AAA. ad.* y) Br. Al. codd. fere omnes *Cronopius.* 6—8 *Cronopio.* z) Nonn. codd. *antestite, antiste.* a) 15 om. *fuerat.* b) Sec. Go. numerus rotundus pro LXXII. Vid. Go. in f. comm. h. c. c) 10, 18, 20, 25 *iudicium* s. *iuditium* et om. *et* in 20. 14 *iudicio etiam sent.* 9 *iudicio et ea sententia.* d) 9 *provocationem.* e) 15 *de qua n. o.* 20 *a quo non oportuit*, supr. lin. *po-*

provocare[f], argentariam[g] mulctam, quam[h] huius modi facto[i] sanctio[k] generalis imponit, cogatur expendere[l]. Hoc autem non fisco nostro volumus[m] accedere, sed his[n], qui indigent, fideliter erogari. Quod in hac caussa et[o] ceteris ecclesiasticis fiat. *Dat. VIII.*[oo] *Id. Iul. Valentiniano NB. P.*[p] *et Victore*[q] *Coss.* (369.)

INTERPRETATIO. *Chronopium*[r] *episcopum a multis episcopis fuisse damnatum, et studuisse*[s] *eum ante iudicium sententiam*[t], *quae proferebatur, appellatione suspendere. A qua sententia, quia iuste prolata fuerat, appellare minime debuisset*[u], *in qua eum gravi mulctae*[v], *id est quinquaginta librarum*[x] *argenti addictum fuisse*) dicit: quae tamen summa ipsius mulctae non fisco prodesse iussa est, sed pauperibus erogari**).*

21. *Iidem AAA. ad Eupraxium*[y] *Pf. U. Post alia:* A discussoribus observari iubemus, ut[z] manifesti debitores provocationis*) suffragio minime subleventur[a] etc. *PP.*[b] *XVI.*[c] *Kal. Mart. Gratiano A.*[d] *III.*[e] *et Equitio*[f] *Coss.* (374.)

INTERPRETATIO. [g] *Omnes, qui huius modi negotia discutiunt, hoc specialiter observare debere, ut manifesti*) debitores appellationis suffragio non utantur, nec*[h] *evidens debitum ulla possint appellationis*[i] *dilatione suspendere.*

22. *Iidem AAA. ad Claudium Pf. U.* In interdicto quorum bonorum[k] cessat licentia provocandi, ne, quod beneficio celeritatis inventum est, subdatur iniuriis tarditatis. *Dat. XII. Kal. Iun. Treviris, Gratiano A.*[l] *III. et Equitio Coss.* (374.)

23. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Thalassium Proconsulem Africae.* Exceptis praescriptionibus peremptoriis, si quis ab articulo appellare tentaverit, non audiatur, sed, neglecta appellatione, iudex discussis omnibus tendat ad finem, reservata post ultimum facultate partibus appellandi, si displicuerit definitiva sententia[m]. Neque tamen sit iudici potestas irrogandae mulctae. Satis enim poenae videtur, non audiri ab articulo provocantem etc. *Dat. III. Kal. Febr. Treviris. Acc. VI. Kal. Maii Valente VI. et Valentiniano II. AA. Coss.*[n] (378.)

24. *Iidem AAA. ad Thalassium Proconsulem Africae. Post alia:* [o] Si quis post susceptam super praescriptionibus peremptoriis appellationem et responsum a nobis redditum aliam peremptoriam praescriptionem opposuerit, non admittatur, et, si propter eam non admissam provocare voluerit, refutetur. Sane volumus ei, iuxta[p] ordinem iuris, defensionis loco praescriptiones peremptorias, quibus ante uti debuerat, reservari. Quam

— c. 21. C. Th., cod. 4, Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 21. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. err. *c. XX.* Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 4. Coniungenda est cum c. 5 C. Th. de Relat. (XI, 29) et c. 36 C. Th. de Appellat. (XI, 30). Integra cum interpr. est in codd. 6—10, 12—14, 16—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 30, 37, 46, 48; inscr. et textus in codd. 24, 32, 39, 43; inscr. et subscr. in codd. 26, 50 et habetur in cod. 26 textus pro interpr.; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42, 44; sola interpr. in cod. 15. De codd. 31, 35 vid. not. sup. h. t. — c. 22 sec. Go. concordat c. un. C. Th. Si de momento fuerit app. (XI, 37). Eodem die, sed Antiochiae et Tatiano Com. S. L. data est c. 8 C. Th. de Falsa mon. (IX, 21). — c. 23 coniungenda est cum c. 24 et 25 h. t. et cum c. 37 C. Th. de Appell. (XI, 30). Vid. c. 37, not. *k.* — c. 24. Vid. c. 23 h. t., not. sup. Go. h. c. continuo c. 37 C. Th. de Appell. (XI, 30) subiiciendam esse putat.

25. *Idem A.* . . . .[y] Quoniam emptae dignitatis obtentu curias vacuefactas esse non dubium est, placuit, ut cuncti, qui suffragiis dignitatum insignia consecuti sunt, immeriti honoris splendore privati civilium munerum solennitate fungantur. Eorum sane intemeratas inconcussasque dignitates[z] volumus permanere, qui vel iudicio provinciarum in officium legationis electi sunt, vel honestis testimoniis[a] adminiculis enitentes talium dignitatum privilegia insigniaque meruerunt. *Dat. V. Kal. Nov. Emesa*[b], *Urso et Polemio Coss.* (338.)

26. *Impp. Constantius et Constans AA.*[bb] *ad Catulinum*[c] *Vicarium Africae.* Cunctos ex-comite[d] cuiuslibet ordinis et ex-praesidibus et rationalibus et magistris studiorum[e], denique ex-perfectissimis honorariis vel[f] affectus eorum ad civica onera constringes[g]; si quidem rectius patriae vel honoribus vel magistratibus expendere debuissent, quaecunque ab his foedantibus honores consumpta sunt. *Dat. Kal. Nov.**) *Urso et Polemio Coss.* (338.)

— c. 24 paucis mutt. habetur in c. 2 C. Th. de Honor. cod. (VI, 22). Vid. infra not. *x* et c. 2 cit., not. *n* et not. sup. — c. 25 non solum indigitari dicit Go. in c. 34 h. t., sed etiam (vid. c. 2 C. Th. de Honor. codic. cit.) cohaerere cum c. 24, 26 h. t. et c. 2 cit. Vid. c. 36 h. t., not. sup. — c. 26. Vid. c. 25 h. t., not. sup.

Go. Viminacium in Mysia esse putat, unde Constantinus regressus sit Constantinopolin. Pagius autem in Proleg. Dissert. hypat. num. 24, quia Constantinus hoc tempore Constantinopoli fuerit, *Dat.* accipit pro *Redd.*, i. e. *Reddita.* Vera sunt, quae Ri. monet, legem, quae ad *Afros* pertineat, in Africa reddi debuisse, non in Servia; neque mendum haerere in *Dat.*, sed in *Viminacio*, verbo a librariis corrupto. o) Aur. Lugd. *genitis.* Eaedem edd. infra *Cons.* p) Cui. 2, 2* *Constantini*, sed em. in Corr. Go. in not. add. esse putat *Constantinus et Constans* (*Imppp. Constantinus*, *Constantius et Constans AAA.*). Id consentit Be. et hic et in seqq. sex legibus. Recte autem Go. se revocans nullam esse huius Codicis legem dicit, cui inscripta sint trium illorum fratrum et imperatorum nomina, esse autem aut a solo Constantio aut a Constantino et Constante datas leges, denique recte tribui h. c. Constantio (vid. not. et Chronol.). Soli Constantio tribuuntur seqq. leges: anni 337 supra XI, 1, 4, XI, 9, 2; anni 338 supra VI, 22, 2, IX, 1, 7, IX, 34, 5, not. *a*, X, 10, 4, c. 24 (sed vid. not. *t* sq.), 25 h. t.; anni 339 supra VI, 4, 3 (ubi emendanda est not. *d*) et 4, VIII, 5, 3, not. *q*, XI, 30, 18 et 19 (ubi vid. not. *t*); infra XVI, 9, 2; anni 340 supra IX, 3, 3, X, 10, 5. Constantio et Constanti tribuuntur ann. 338 supra II, 6, 4 (cuius inscr. mutanda est); infra XV, 1, 5 et c. 26 h. t.; ann. 339 supra XI, 36, 4 et c. 27, 28 h. t.; ann. 340 supra II, 7, 3 et c. 29 h. t. Sola c. 21 Cod. Iust. de Legatis (VI, 37) habet *Imppp. Constantinus*, *Constantius et Constans AAA.*, etsi Hal. et codd. Montispess. inspectis ne haec quidem inscr. certa est. q) Vid. supr. XI, 39, 3, not. *v*. In cod. 4 et in edd. Til. — Cui. 2*. Be. nullum est lacunae indicium. Go. et Ri. quattuor puncta ponunt, nos tot, quot Ri*. r) Fol. 225[a] cod. 4. s) Ita etiam cod. 4; Go. Be. recte em. *neglexerint.* *) Ri*. *horum.* t) Vid. c. 23 h. t., not. *p*. Go. *Constantino* vel *Constanti* h. c. tribuit, cum Africa in divisione imperii non obtigerit Constantio. u) 4, edd. *Catullino.* Vid. supra II, 1, 1, not. *o*. v) In c. 2 cit. vv. h. c. ita mutata sunt: *Q. f. o. c. umbras et nomina affectaverint dignitatum* (om. *etsi* — *illuserit*), *tricenas libras argenti i. c.* Edd. ante Go. *et si.* x) Nisi h. c. data est inter *V. Id. Oct.* et *V. Kal. Nov.* (vid. subscr. c. 23 et 25 h. t.), iniusto loco videtur posita esse. Equidem eam h. a. datam esse nego. Etenim sic se habet subscr. c. 2 cit.: *PP. V. Kal. Dec. Acc. XVII. Kal. Iun. Thamugadi*: quae subscriptio nisi mendo laborat, lex anno superiori data est; accepta autem h. a. diversis locis et diverso quidem tempore. Est igitur duplex eiusdem legis exemplar. Aur. Lugd. *Kartag.* — *Cons.* y) Deest is, ad quem lex data est; neque sec. Go. liquet, quis sit. Vid. tamen h. c., not. sup. In cod. 4 et in Til. — Cui. 2*. Be. om. lacunae signum. Go. h. c. soli Constantio tribuit. Vid. supra not. *p*. z) In literis *tates* v. *dignitates* inc. fol. 225[b] cod. 4. a) Go. Be. em. *testimonii*, quo non opus est. b) Be. *Emesae.* Vid. Sozomenum III, 5. bb) Vid. c. 23 h. t., not. *p*. c) 4, edd. *Catullinum.* Vid. supra II, 1, 1, not. *o*. d) 4, Cui. 2, 2* *excomite* — *expraesidibus* — *experfectissimis.* Til. — Lugd. *ex comite* — *ex praesidibus* — *ex perfectissimis.* Go. — Ri*. *ex Comite* — *ex Praesidibus* — *ex Perfectissimis.* e) Magistrorum studiorum fit etiam mentio infra XIII, 3, 5; sed quia eorum dignitas huc non quadrat, Go. in not. h. c. et in comm. c. 27 h. t. pro *studiorum* recte em. *sacrarum* (largitionum) et reiicit *privatae* (scil. rei), uti Vales. ad Ammian. Marc. XV, 5 corr., nimium ille recedens a v. *studiorum.* Vid. c. 14 h. t.: „*Si quis sane decurio*, *evertens fiscalia commoda*, *fugiens curiam* etc.“ Auctor Summ. C. Th.: „*Iubet honoratorum filios vel doctorum ad civilia onera devocari*“, et add. a secunda manu: „*Nota de filiis doctorum.*“ Infra c. 98 h. t. simpliciter *magistrorum filii* commemorantur. An pro *studiorum* scrib. *scriniorum?* Non insisto huic cj. f) Go. *vel* pro *et* accipit. Aur. Lugd. *affectu-* | *eorum* — *honõris* | *bus.* g) 4 *constinges* (a libr. supr. *i* add. *r*) et paullo infra *quecumque.* *) Aur. Lugd. *Kal.*

27. *Iidem AA.*[h] *Have*[i] *Celsine karissime nobis*[k]. Rarum Karthaginis splendidissimae*) senatum et exiguos admodum curiales residere conquestus es, dum universi indebitae dignitatis infulas foeda familiaris rei vexatione mercantur. Igitur istius modi viri demptis honoribus imaginariis, huiuscemodi[l] illi erunt, quos fuerant consecuti, [m]civicis muneribus subiugentur. Quod quidem per omnem Africam solertissime servari oportet. *Dat. VI. Id. Ian. Treviris, Constantio II. et Constante AA. Coss.**) (339.)

28. *Iidem AA.*[n] *ad Anatolium Vicarium Asiae*[o]. Constitutionibus[p] perspicue definitum est, Kalendis Martiis nominationes fieri, ut splendidorum honorum munerumque principia primo tempore procurentur etc. *Dat. VI. Kal. Dec. Constantio II. et Constante AA. Coss.* (339.)

29. *Iidem AA.*[q] *Ordini civitatis Constantinae*[r] *Circensium*[s]. Magistratus desertores ad eam gravitas tua[t] faciat necessitatem conditionis urgeri, ut, quascunque pro his expensas civitas praerogavit[u], refundere protinus ac repraesentare*) cogantur[v]; et deinceps tenaciter observabit, ne qui derelicta*) curia in ordinem veniant senatorium prius, quam cunctas functiones civicis honoribus pensitaverint. *Dat. XIV. Kal. Febr. Naisso*[x], *Acyndino*[y] *et Proculo Coss.* (340.)

30. *Iidem*[z] *AA. Nemesiano Comiti*[a]. Curiales omnium[b] civitatum nullam pro re privata nostra debent inquietudinem sustinere, nec huius modi oneribus veluti extraordinariis occupari, quoniam satis est, si civitatum munera per eos congrua[c] compleantur[d] etc. *Dat. prid. Id. Aug. Bessae, Acyndino*[e] *et Proculo Coss.* (340.)

— c. 27. Vid. c. 40 h. t., not. sup. Falso in Ri*. signatur num. *VII.* — c. 28 coniungenda est cum c. 19 C. Th. de Appell. (XI, 30). — c. 29. Cod. Iust. X, 31, 20 om. fin. — c. 30. Cod. Iust. X, 31, 21. Eodem die, sed diverso argum. ad Provinciales data est c. 1 C. Th. de Salgamo (VII, 9), ubi notae super. fac deleas extrema vv.

Non., err. Vid. c. 25 h. t., not. sup. h) Vid. c. 23 h. t., not. *p.* i) 4 *habe*, rubro col. corr. *u* pro *b.* k) Dignitas deest. Go. Celsinum praefectum praet. fuisse putat; haec enim dicit: „*Celsino* PP. inscribitur Anno superiore 338 *l.* 4. *sup. de petit. bonorum* (X, 10. Recte Ri. om. *bonorum*): et A. 341. sine ulla pariter dignitate *lex* 6. *sup. de donat.* (VIII, 12) quo sane tempore P. V. fuit, ut discimus ex *veteri Notitia Praefectorum urbis.* Ex *hac l.* constat, sub eius dispositione fuisse *Karthaginem*, et omnem *Africam.* Quare Praefectus Praetorio Italiae hic accipiendus." *) Aur. Lugd. *splendissimae.* l) Go. em. *cuiusmodi*, nec parenthesi, inquit, haec includenda (*huiusmodi illi erunt quos fuerunt* [Ri. *fuerant*] *consecuti*) ut quidam volunt. Rep. *cuiuscemodi.* m) Fol. 226 [a] cod. 4. *) Rein. add. ann. 331. n) Vid. c. 23 h. t., not. *p* et c. 19 de Appell. cit., not. *t.* o) Edd. *Afric.* Cui. 2 in Chron. const. *Asiae* (Rein. corr. *Africae*). Item Vales. in m. em. *Asiae.* Etiam Go. *Asiae* rep. esse demonstrat in comm. h. c. ex c. 19 de Appell. cit. Coniectura confirmatur cod. 4, qui aperte habet *ās.* Erravit Til. in forma literarum *f* et *s*, quales se in codice habent. p) Has constitutiones periisse Go. dicit. q) Vid. c. 23 h. t., not. *p.* Cod. Iust. *Impp. Constantius et Constans AA.* r) Rein. ann.: „in Numidia." Vid. Go. in comm. h. c. de hac urbe egregie disputantem. Nostra aetate in Gallorum ditionem redacta est. Ri*. *Ordinis.* s) Go. Vales. Rein. Be. em. *Cirtensium.* Go. vituperat Cuiacium ex codice pervetusto pro *Constantinae* reponentem in Cod. Iust. *Aedesenae* et v. *Circensium* cum verbis legis coniungentem (*Ordini civitatis Aedesenae. Circensium magistratus* etc.), quasi hic designentur, ut c. 6 C. Th. de Praetor. (VI, 4), Duumviri ludos Circenses non edentes, et designatores: quod ad h. l. tentavit Alciatus (idem *Circitorum* cj.) et tuetur Juretus in Symmachum IV, 8. Hal. Cont. in Paris. et Russ. *Cyrenensium.* „Veteres quidam, inquit Go., etiam legerunt *Sironensium.*" Iuvat vv. Spangenb. hic exscribere, qui Cuiacium secutus in restit. inscr. haec habet: „Cont. in Paris. et Russ. *Constantinae*, et ita Cod. Theod. quod tamen Cuiacius ex vetustissimo libro, ut ipse quidem ait, in *Aedessenae*, quae urbs est Osdroënae, mutavit: qui idem putat hanc legem scriptam fuisse ad Praesidem Osdroënae, ob verba *ad eam gravitas tua.* Quod vero non admittit Iac. Gothofred. in *Comm. ad d. L. 29. C. Th. h. t.* contendens *Aedesenae* hic stare non posse, propterea quod haec lex Constantium, cui Oriens et sic Osdroëna parebat, non habeat auctorem, verum Constantem, ut ostendit subscriptio legis *Dat. Naisso*, quae urbs Moesiae erat, et in divisione imperii Constanti una cum provinciis Siciliae, Sardiniae, Corsicae, itemque Numidia cesserat. Retinenda itaque vox *Constantinae* videtur, verum non Constantina Phoeniciae hic accipienda, quod placuerat ad hanc *C. Th.* legem Cuiacio, sed Constantina Cirtensium, quae civitas Numidiae erat, cuique Constantinae nomen haud ita pridem inditum fuerat. Hinc etiam inscriptio legis in Cod. Th. *Constantinae Circensium*, quod posterius verbum in Cod. Iustinianeo ad initium legis retractum, vindicandum est inscriptioni, reponendumque *Cirtensium.* Sunt quidem, qui hic designari existiment ludos Circenses, quasi vero Duumviri nonnisi Circenses ediderint, ac non alia etiam ludorum genera, utputa munerum sive ferarum, sive gladiatorum, de quibus hinc inde frequens fit mentio, ut solide monstrat Iac. Gothofred. *loc. cit.* ad quem cupidum iuvat ablegare lectorem." Verum vidit Go., et recte Be. in Cod. Iust. ed. *Constantinae Cirtensium. Magistratus* etc. t) Go. ex vv. *gravitas tua* colligit, hanc c. non solum Ordini civitatis, verum etiam *Provinciae Rectori* (Consulari Numidiae) inscriptam fuisse, etiam in glossa (Cod. Iust.) hoc dictum esse refert. Similiter sentit Rein., qui „*Hinc*, inquit, *patet deesse inscriptioni nomen Magistratus.*" Vid. not. *s* antec. u) Cod. Iust. *praerogaverit*, sed Hal. Russ. Cui. *prorogaverit.* *) Mendose Ri. Ri*. *repraesente.* v) Seqq. des. in Cod. Iust. *) Aur. Lugd. *qui de relicta.* x) Be. Cod. Iust. *Naissi.* y) 4 *aquindino.* Til. Cui. 1. Cui. 2 — Go. Cod. Iust. *Acindyno.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* z) Go. ann.: „Recte: tribuenda haec lex, *Constantio et Constanti*, iam enim *Constantinus Iun.* obierat." Be.: „inscr. *Impp. Constantius et Constans* h. et sqq. 9. 11." Sed satis est, in sqq. legibus posuisse *Id. AA.*, ut antea fuit. Vid. c. 23 h. t., not. *p.* a) sc. *largitionum privatarum.* Go. ex c. 5 C. Th. de Exact. (XI, 7) addi vult *larg.*, quod v. om. 4, Til. — Ri*., sed rep. Be. ex Cod. Iust., ubi primum a Cui. additum est, prob. Spangenb. Vid. supr. XI, 7, 5, not. *x.* b) Fol. 226 [b] cod. 4, in cuius ima parte signatur quaternio litera *A.* c) Cod. Iust. *congrue*, prob. Go., etsi *congrua* sustineri posse non negat. Similiter infra c. 49 h. t. *obsequia congrua.* Vid. indicem verb. v. *Congruus.* Supra Cod. Iust. *velut.* d) 4, Til. — Ri*. *conpellantur.* Go. Rein. em. *compleantur* quod ex Cod.

31. *Iidem AA. ad Catulinum*[f] *Pf. P.* Nullus omnino ex tabulariis vel scribis vel decurionibus eorumque filiis in quocunque officio militet, sed ex omnibus officiis, nec non et si intra nostrum palatium militent, necdum impleto quinquennio, reperti et retracti protinus curiis officiisque municipalibus reddantur. *Dat. VIII.*) Kal. Iul. Lauriaco*[g], *Marcellino et Probino*[gg] *Coss.* (341.)

32. *Iidem AA. ad Hilarianum....*[h] Militarium filios, qui gestandis armis idonei non esse dicuntur, curiis iam iamque tradi oportet. Nam rei publicae incommodum est, curias hominum paucitate languescere. *Dat. XVI. Kal. Sept. Marcellino et Probino*[i] *Coss.* (341.)

33. *Iidem AA. Rufino Comiti Orientis.* Quoniam [k]sublimitas tua suggessit, multos declinantes obsequia machinari, ut privilegia rei privatae nostrae colonatus iure sectantes curialium nominationes declinent, sancimus, ut, quicunque ultra viginti quinque iugera privato dominio possidens ampliorem ex re privata nostra iugerationis modum cultura et sollicitudine propria gubernaverit[l], omni privilegiorum vel originis vel cuiuslibet excusationis alterius frustratione summota, curiali consortio vindicetur. Illo etiam curiae similiter deputando, qui minus quidem quam viginti quinque iugerorum proprietatem habeat, ex rebus vero nostris vel parvum[m] vel minorem iugerationis modum studio cultionis exercet. Ita ut, omni fraude summota, si qui venditione simulata[n] praescriptas lege[o] minuat facultates, omne, quod simulata venditione ad alium transtulit[p], fisci nostri viribus vindicetur. Quam poenam illi etiam sustinebunt, qui captiosa *) supplicatione delata speciale rescriptum in fraudem sanctionis[q] extorserint. *Dat. Non. April. Antiochiae, Constantio III. et Constante II. AA. Coss.* (342.)

34. *Iidem AA. ad Auxentium Praesidem Augustamnicae*[r]. Eos, qui curialibus muneribus obnoxii honorariis dignitatibus gaudent, iuxta legem nostram[s], remoto hoc patrocinio[t], publicis utilitatibus obedire ac satisfacere prudentia tua decernat. *Dat. VI. Id. April. Antiochiae, Constantio III. et Constante II. AA.*[u] *Coss.* (342.)

35. *Iidem AA. Leontio Pf. P.* Iterata[v] lege sancimus, ut veteranorum filii, si post sedecim annos militiae munus subire non possint, vel armis gestandis habiles non exsistant, curiis mancipentur. *Dat. V. Kal. Iul. Hierapoli, Placido et Romulo Coss.*[x] (343.)

36. *Iidem*[y] *AA. ad Titianum.....*[z] Universi omnino ex-comitibus vel ex-praesidibus[a], qui suffragio perceperint[b] dignitates, civilibus oneribus muneribusque teneantur adstricti; plebeiam quoque sustineant capitationem[c], ne commoda publica sub[d] umbratili suffragiorum pactione lacerentur. Eos[e] tamen a praedictis oneribus excipi[f] oportebit, qui vel in administratione vel[g] in legationibus publicis versati sunt[h], ita ut, si quis contra interdictum legis nostrae precationem obtulerit, eius patrimonium fisci nostri viribus protinus vindicetur. *Dat.*[hh] *prid. Kal. Iul. Treviris*[i], *Placido et Romulo*[k] *Coss.* (343.)

— c. 31 totidem verbis iam supra aderat VIII, 2, 1, quam vid. (etiam de Cod. Iust.) not. sup. et not. *a — k*. Vid. c. 100 h. t., not. *u*. — c. 32 sec. Go. confirmatur c. 35 h. t., ubi vid. not. sup. — c. 35 exscripta est ex c. 4 C. Th. de Filiis militar. app. (VII, 22) a Constantino M. anno 332 data. Vid. infra not. *v*. Summ. C. Th.: „*Similis XXXII. contraria est II et XX huic.*" Vid. c. 37, not. sup. — c. 36. Cod. Iust. X, 63, 4 om. fin. Bou. l. c. p. 747. Summ. C. Th.: „*Contraria XXV.*" Vid. c. 37, 41 et 153, not. sup.

Iust. rec. Be. e) 4 *Aquindino*. Til. Cui. 1. Cui. 2 — Go. Cod. Iust. *Acindyno*. Aur. Lugd. *Acindino*. f) 4, edd. *Catullinum*. Vid. supra II, 1, 1, not. *o*. *) Go. in Chronol. *VII. Kal.* g) Be. *Lauriaci*. gg) Scrib. *Probiano*. Vid. supra V, 14, 2, not. *l*. h) Dignitas deest. Reines. add. *PF. P.* Go. hic eundem Mecilium Hilarianum nominari putat, cui anno 339 inscriptae sunt c. 3, 4 C. Th. de Praetoribus (VI, 4). Vid. c. 3 cit., not. *f*. 4, Til. — Cui. 2*. Be. nullum habent lacunae signum; Ri. sex punctis eam indicat, Go. Ri*. quinque. i) Vid. c. 31 h. t., not. *gg*. k) Fol. 227[a] cod. 4. l) Go. mendose *gebernaverit*; paullo supra Ri*. *Privatu* pro *privata*. m) Go. probabiliter tentat *parem*. n) 4 *simulat*, ab ant. manu add. *a* supra *t*. o) 4, Til. — Ri*. *legi*; recte Be. ed. *lege*. p) Mendose Go. *trastulit*. *) Mendose Cui. 2, 2* *captione*. q) Fol. 227[b] cod. 4. r) 4 *aug̃ tamnice*. Til. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *Aug. tamnice*. Emend. in m. Cui. 1 — Cui. 2* *Augustamnicae* et ita edd. Go. Be., recte. Vid. supra I, 7, 2, not. *o*. Cf. doctissimus Böcking ad Notit. Orient. p. 517, n. 2. s) Sec. Go. c. 25 h. t., ubi vid. not. sup. t) 4 *potrocinio*. u) Be. om. *AA.*, male. v) c. 4 cit. *Idem A.* (Constantinus) *ad Leontium Pf. P. Iam dudum sanximus, ut v. f., qui post — possunt, vel a. gerendis h. n. exstiterint, c. m. Dat. III. Id. April. Pacatiano et Hilariano Coss.* (332.) Iteratur igitur c. 4 cit. x) 4, Til. — Ri*. *Romylo*, quod mendum (cf. Iuretus in Symmach. I, 57) auct. Go. corr. Be. Vid. not. *k* sq. Aur. Lugd. *Cons.* y) Cod. Iust. *Impp. Constantinus et Constans*, mendose. Bou. *Impp. Constantius et Constans*. 4 *Id. ã*. Vid. not. sqq. *l, p, y, d*. z) Dignitatem et sine lacunae quidem signo om. 4, Til. — Cui. 2*. Be. Bou. Cod. Iust.; Go. et Ri. sex puncta posuerunt, nos cum Ri*. quinque. Go., et auctore eo, Be. in not. add. *Pf. P.*, quam Titianus dignitatem fert in c. 3 C. Th. de Re milit. (VII, 1) anno 349 data; *Pf. U.* appellatur anno 340 in c. 1 C. Th. de Sepulcr. viol. (IX, 17), quare Rein. prop. *Pf. V.* Sed rectius Go.; nam Hieronymus in Chronico *anno Constantis imp. VIII.*, id est anno 344 (Go. 345), *Titianus*, inquit, *vir eloquens praefecturam praetorianam apud Gallias administrat*. a) 4, Cui. 2, 2* *excomitibus vel expraesidibus*. Til. — Lugd. *ex comitibus vel ex praesidibus*. Go. — Ri*. Bou. Cod. Iust. *ex Comitibus, vel ex Praesidibus*. b) Cf. Dirksen l. c. pag. 509. c) In Cod. Iust. excid. *plebeiam q. s. capitationem*. d) 4, Cod. Iust. *cum*, impr. Go. Dirksen. l. c., sed in cod. 4 a librario em. *sub*, quod videntur etiam Cod. Iust. libri habere. Refert enim Sp.: „Al. *in umbratili*, al. *subumbratili*." Cui. Comment. l. c. pag. 323 „Rectius, inquit, Cod. Theo. *sub umbratili*: ut Livius, *sub umbra foederis*." In mente habet Liv. VIII, 4. e) 4 *eas*, ab ant. man. em. *eos*. f) Fol. 228[a] cod. 4. g) Cod. Iust. om. *vel — vel*. h) Seqq. des. in Cod. Iust. hh) Go. in Chron. et in Prosopogr. v. *Titianus* accipit *Dat.* pro *Acc.* i) 4, Til. Cui. 1 *Triveros*. Cui. 2 — Ri*. Bou. *Triveris*. k) 4, Til. — Ri*. Bou. Cod. Iust. *Romylo*. Vid. not. *x*

37. *Iidem AA.*[l] *ad Placidum Pf. P.*[ll] Cautum est[m], ut, quicunque orti ex decurionibus sese ad militiam contulissent, in quibuscunque stipendiis deprehensi, nulla absolvi praerogativa[n] temporis possint, sed ordinibus, quos reliquerant, traderentur. Hoc et in calcariensibus et fabricensibus et argentariis observetur, ut, quicunque obnoxii officiis vel muneribus civilibus ex[nn] supra dictis fabricis[o] fuerint, curiae restituti nec impetrato rescripto liberentur. *Dat. V. Kal. Iun.*[oo] *Leontio et Sallustio Coss.* (344.)

38. *Iidem AA.*[p] *ad Anatolium Pf. P.* Quoniam nonnulli curiis derelictis domesticorum seu protectorum se consortio copularunt, scholarii[q] etiam quidam nomen dederunt militiae, aut palatinis sunt[r] officiis aggregati, cunctos iubemus omni frustratione summota ad curias revocari. Ne tamen diuturnitatis ratio videatur esse neglecta, quicunque sub armis militiae munus comitatense subierunt, si necdum quinque stipendia compleverunt, nec pro publica defensione proeliis adfuerunt, reddantur. Qui vero palatini nominis praeferunt[s] dignitatem, si curialem trahunt originem, infra[t] tot annos militiae nudati praesidiis, oppidaneis restituantur obsequiis. De qua re magistros equitum ac peditum et V. C. comitem domesticorum, nec[u] non etiam sacrarum largitionum comitem et magistrum officiorum et castrensem, sub quibus cuncti esse noscuntur, credidimus commonendos, ut, tua insistente prudentia, et scribente de nominibus singulorum, unusquisque propriae conditioni reddatur. *Dat. X. Kal. Iun.*[v] *Caesenae*[x], *Constantio IV. et Constante III. AA. Coss.* (346.)

39. *Iidem AA.*[y] *ad Anatolium Pf. P.* In perpetuum observandum esse sancimus, ut citra[z] iniuriam corporis (quod in servis etiam probrosum atque postremum est) cuncti primarii et curiales[a] praecepta a iudicibus exsequantur. Frequenti ergo monitione atque hortatu tam primarios curiarum*) quam hos, qui magistratus gerunt atque[b] gesserunt, sinceritas tua incitare debebit, ut promptius praecepta suscipiant, omni corporalis contumeliae timore sublato. *Dat. Kal. April. Antiochiae**), *Limenio et Catulino*[c] *Coss.* (349.)

40. *Idem A.*[d] *ad Taurum Pf. P.* Curiales plerique ad inane vocabulum militiae cucurrerunt, ac tanta arte rem gerunt, ut nec muniis militaribus obsequantur, nec oneribus oppidaneis prosint. Igitur universi, nulla praerogativa de vocabulo dignitatis in militia conquisitae nulloque stipendiorum numero suffragante, restituantur

— c. 37. Summ. C. Th.: „*Superioribus similis.*" Vid. c. 38, 42 et 81 h. t., not. sup. et supra X, 22, 6, not. sup. — c. 38. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Vid. infra not. *x* et c. 100 h. t., not. *u.* — c. 39. Go. eam indicari putat c. 47 h. t. et in Libanii Orat. περὶ ἀγγαρειῶν num. 7 (p. 36 ed. Gothofr. et p. 386 Oper. minor. ed. Trotz.). Vid. c. 47, 80, 85 h. t., not. sup. Cassiodori Ep. IX, 2 et Ri. ad C. Th. T. II. praef. p. VI. — c. 40. Summ. C. Th.: „*Similis XXVII, ut aliis superioribus.*" Go. indicari h. c. dicit in c. 43 h. t., quae etiam concordet. Vid. c. 43 cit., not. sup. et *x.*

antec. Aur. Lugd. *Cons.* Rein. add. a. 340 (vid. not. *z*). l) 4 *Id. ā.* Til. — Lugd. *Idem A.* Vid. not. *y* antec. ll) Placidum ann. 346, 347 praefectum urbi fuisse, sec. Go. testatur vetus Notitia praefectorum urbis. Eidem Placido h. c. inscriptam esse falso affirmat Pancirolus cap. XLIX. comm. ad Notit. Dignit. Imp. Occident., integrum autem eius nomen (Caecilianus Placidus) ex marmore Neapolitano exhibet. Pancirolo assentitur Reinesius provocans ad inscriptionem aliquam Mutinensem. m) Go. simile quid a Constantino M. cautum esse dicit c. 10 et 13 h. t. n) Go. *absolu pr.*, err. typ. nn) Go. in not. *in.* Supra Aur. Lugd. *quicumcumque.* o) Cui. 1 — Cui. 2* *fabriciis*, mendose. oo) Cui. 2 — Be. *Iul.*, mendose, nam 4 habet *Iunias* et Til. — Lugd. *Iun.* s. *Iuñ.* p) 4 *Id. ā.* Til. — Lugd. *Idem A.* Vid. not. *y* antec. De Anatolio vid. doctiss. Go. ad h. c., not. *b.* q) Go. em. *scholari* s. *scholarum*, quae scil. sub magistro officiorum fuerunt, vel sub castrensi S. P. Non solum mihi, sed etiam Be. probatur *scholari.* r) Fol. 228[b] cod. 4. s) In cod. 4 supr. syll. *fe* add. est litera *u*; sed ab ant. man. del. *u.* t) Go. vult *supra* aut *intra totidem.* Scrib. *intra.* Refutat imperator eos, qui palatinos nullo modo ad curiam retrahendos putaverunt. Iam vult eos eodem loco atque comitatenses haberi. Vid. c. 31 h. t.: *nec non et si intra* etc. u) 4 *et*, a librario corr. *nec.* Til. err. *domesticormu.* v) Go. in Chron. h. anni p. XLVI.: „Iul. Sigon." x) Go. in comm. h. c. ad ann. 353 transfert, quo anno Constantius Ravennae fuit, prope Caesenam; in Chron. autem p. LII. eam tribuit anno 354; contra ordinem legum, quem solent C. Th. conditores observare. Fortasse scrib. *Constantinopoli*, ubi Constantius h. t. degit aut *Dat.* pro *Acc.* habendum; neque tamen impr. illa v. *Dat.* interpretatione *Caesenae* commemoratio omni verisimilitudine destituitur, cum Constans hoc anno per aliquot tantum tempus Mediolani fuerit. Aur. Lugd. *Cons.* y) 4 *Id. ā.* Til. — Lugd. *Idem A.* Vid. supra not. *y.* z) Fol. 229[a] cod. 4. a) Go., inducta v. *et*, legi vult *primi Curiales*; sed ipse se revocat, quia seqq. h. c. vv.: *tam primarios curiarum quam hos, qui magistratus gerunt atque gesserunt*, duo hominum genera distinguuntur. 4 *precepta*, ut scribi solitum est. *) Mendose Go. *Curiam.* b) 4 *utque*, a libr. corr. *atque.* *) 4 *Anthiochiae.* c) 4, edd. *Catullino.* Vid. supra II, 1, 1, not. *o.* Aur. Lugd. *Cons.* d) Et hic et in c. 41—47 h. t. Til. — Lugd. *Idem A.*, non discrepante cod. 4, qui *Id. ā* (c. 42 *Id. ā — dicit*), i. e. Constantius, recte. Consentit Be.; hanc enim et sqq. novem leges inscr. vult soli Constantio. Cui. 2 — Be. *Idem* (s. *Iidem*) *AA.* et in hac c. et in c. 41—47 h. t. citt. Sed Go. ann.: „Imo *Imp. Constantius A. et Constans C.* (id est Gallus) huic *legi* et *l. proximae* 41. inscribendi sunt: iam enim Constans Imp. mortuus erat, et Gallus mutato nomine Constans Caesar adscitus. Et deinceps emendanda inscriptio sequentium omnium *legum* usque ad 50. quarum 42. et 43. uni Constantio A. tribuendae sunt, caeterae *Constantio A. et Iuliano C.*" Solius Constantii leges invenimus iam multas. Cf. supra XI, 12, 1, not. *d.* Recte igitur Be. etiam c. 41—49 h. t. inscr. esse putat *Id. A.* Habet quidem cod. 4 in c. 48 et 49 *Id. āā*, unde edd. *Idem AA.* (Aur. Lugd. in c. 48 *Idem A.*); sed ibi erratum esse et rep. *Id. A.*, cum ex Chron. patet, ex qua, si quidem duorum principum nomina reponenda essent, scribendi fuissent *Id. A. et C.* (Imp. Constantius et Iulianus C.), non *AA.*, tum ex legibus cum ipsis illis constitutionibus coniungendis. Nam

civitatibus. *Dat. XII. Kal. Aug. Ravennae, Constantio VI. et Constante II. AA.*[e] *Coss.* (353.)

41. *Idem A.*[f] *Ordini Karthaginiensium.* Ex-comitibus et ex-praesidibus[g] universi ceterique[h], qui sine administratione adumbratarum dignitatum codicillos honorarios meruerint, si ex vestro eosdem[i] numero fuisse claruerit, in vestro consortio perseverent; fungantur oneribus et honoribus universis, quos ratio municipalis exposcit, permanentibus dignitatum titulis, quas eisdem constat indultas. *Dat. X. Kal. Aug. Constantino*[k] *A. VI. et Constantio II. Coss.* (353.)

42. *Idem A.*[l] *Ordini Caesenatium*[m] *salutem dicit.* Si qui ex-praesidibus[n] vel perfectissimatus accessione cumulati esse noscuntur, manentibus dignitatibus, quas suffragio meruerunt, nihilo minus in sui ordinis consortio perseverent; fungantur officiis curialibus, ac municipalium[o] munerum, cura partita[p] vobiscum, obsequio capiantur. §. 1. Si quis autem clarissimae meruerit infulas dignitatis, nec indulti muneris gratiam codicillorum allegatione percepit, impetratae fructum dignitatis amittat. §. 2. Et cuncti, qui per officia[q] diversa nomina dederunt militiae, si de curialium[r] numero originem[s] trahunt, soluti sacramentis vestris coetibus aggregentur. *Dat. XI. Kal. Iun.*[t] *Mediolani, Constantino*[u] *A. VII. et Constantio III. Caes. Coss.* (354.)

43. *Idem A.*[v] *ad Taurum Pf. P.* Illudere commodis curiarum, decurionibus ac decurionum filiis cautum est[x] non licere, etsi vero affectu militiae se obsequiis traderent. Tum[y] vero idcirco[z] tantummodo ad militiae sacramenta confugiunt, ut commodis oppidaneis obsequium denegetur, fraudis[a] huius commenta facile comprimentur. Comperimus namque[b], plurimos praedictorum nomen militiae tradidisse, vel ad suffragia cucurrisse ita, ut post tempus exiguum honesta missione donentur. Et muneribus[c] patriae perferendis curam sedulae mentis[d]

— c. 41. Summ. C. Th.: „*VI et XXX similis.*" Vid. c. 42, 182 h. t., not. sup. et supra XI, 36, 9, not. sup. — c. 42 coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Annon. et trib. (XI, 1). Summ. C. Th.: „*Haec superiori aequalis est — Finis eiusdem VIIXXX similis est.*" Vid. c. 43 et 44 h. t. — c. 43 fortasse coniungenda est cum c. 5 C. Th. de Off. praef. praet. (I, 5), c. 2 C. Th. de Iurisdict. (II, 1), c. 1 C. Th. de Legatis (XII, 12). Vid. infr. not. *e*. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Vid. c. 56 h. t., not. sup. Sec. Go. concordat c. 40 h. t.

c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), c. 12, 13 C. Th. de Praetor. (VI, 4), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), c. 1 C. Th. de Publ. comp. (XI, 15), c. 1 C. Th. de Protostasia (XI, 23), c. 3 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1) cum c. 48 h. t. coniungendae tribuuntur uni Constantio, aeque atque c. 7 C. Th. de Cohort. (VIII, 4) cum c. 49 h. t. coniungenda. Quare etiam in c. 48 et 49 h. t. rep. est *Id. A.* e) Be. em. *C. A. VI. et C. Caes. II.* et hic et in sq. c. Go. in Chron. anni 354: „Forte huc retrahenda ab anno 353." In cod. 4 urbis nomen plene scriptum est, ut hic; edd. *Rau.* s. *Rav.* f) Go. h. c. uti superiorem tribuit *Constantio A. et Constanti C.* Vid. not. *d* antec.; 4, edd. *Carthaginiensium*, sed Go. *Carthaginensium.* g) 4 *Excomitibus et expraesidibus.* Til. — Cui. 2* *Ex comitibus et ex praesidibus.* Go. — Ri*. *Ex-Comitibus et ex-Praesidibus.* h) Cum literis *rique* incip. fol. 229 b cod. 4. i) 4 *eosde.* Til. *eos de*, utrumque mendose. k) Vid. not. *e* antec. Go. Be. recte et hic et in subscr. sq. c. em. *Constantio.* Go. in Chron. anni 353: „Malim hanc referre ad annum sequentem." l) Go. h. c. assignat soli *Constantio A.* Vid. not. *d* antec. et supr. XI, 1, 6, not. *b.* m) Vid. c. 6 cit., not. *c.* n) 4 *expraesidibus.* Til. — Cui. 2* *ex praesidibus.* Go. — Ri*. *ex-Praesidibus.* o) 4 *municapalium*, rubro col. supr. add. *i.* p) Go. Be. em. *partito*; interpungitur enim hic locus in edd. Go. — Be.: *munerum cura, partita vobiscum obsequio, capiantur.* In Til. — Cui. 2* nulla est interpungendi nota. Ut a nobis notae positae sunt, non opus est emendatione, neque interpretatione Go. affirmantis ad v. *capiantur*: „*Capi cura* eleganter dictum." Iam dicendum est *obsequio capiantur.* Rein. em. *rapiantur.* *Capi* est pro subire, subiugari. Vid. c. 44 h. t. De v. *obsequio* vid. praeter alias c. 21, 24, 38, 43, 44 h. t. In Til. — Lugd. est spatium, quasi aliquid exciderit (in Cui. 1 vero spatium dimidii fere versus) et in Til. — Cui. 2* *vobis cum obsequio.* q) Dubius sum, utrum in codice 4 scriptum sit *officiia diversa* an *officiiadversa.* r) Cui. 1 — Cui. 2* *si decurialium numero.* s) Cum literis *nem* inc. fol. 230 a cod. 4. t) Be. Go. auct. ex Aur. Lugd. *Ian.*; sed 4, rell. edd. ante Be. habent *Iun.*, ut c. 6 C. Th. cit. cum h. c. coniungenda. *Ian.* merus est igitur err. typ. in Aur. Lugd. Ann. quidem Go., Constantium teste Ammiano Marc. XIV, 10 in f. his coss. ad hiberna demum Mediolanum, icto foedere cum Alamannis discessisse. Nolo propter consensum utriusque legis quicquam mutare, cum si quid mutandum est, in utraque lege, non in hac sola scrib. sit *Ian.* Urbis nomen h. c. et sq. c. librarius cod. 4 plene scripsit. Edd. *Med.* u) Vid. not. *k* antec. et c. 6 cit. Aur. Lugd. *Cons.* Go. ad ann. 346: „Referuntur hae leges (scil. c. 42 et c. 6 cit.) *ad Constantium A. VIII. et Constantem Caes. III. Coss.* id est, ad A. 354." v) Go. h. c. tribuit soli *Constantio.* Vid. not. *d* antec. x) Go. intelligit c. 40 h. t. y) Go.: „Forte, *Enimvero.* Vel haec verba *Tum vero*, sunt *huius Codicis* Conditorum; ac si dicerent, *Et post alia*, vel *Et mox.*" Be. prop. *Dum.* Vid. infra not. *d.* z) 4 *idcircum.* a) Til. *licere. Et si — traderent, tum — denegetur. Fraudis.* Cui. 1 — Ri*. *denegetur. Fraudis.* Vid. infra not. *d.* b) Cui. 1. Cui. 2 — Go. *nanque.* c) Til. — Ri*. *donentur, et muneribus.* Vid. not. sq. d) Rein. add. *non* (*donentur, et muneribus — mentis non intendant*). Go. in comm. h. c.: „confusa omnia *hac l.* sic ut periodis suus tenor non constet. Errore forte Conditorum *huius Codicis*, qui prolixiorem Constitutionem in pauciora contractam voluerunt: Nisi ita omnia constituamus: *Inludere Commodis Curiarum Decurionibus ac Decurionum filiis cautum est non licere, etsi vero adfectu militiae se obsequiis traderent: Enimvero idcirco tantummodo ad militiae sacramenta confugiunt, ut commodis oppidaneis obsequium denegetur; comperimus namque plurimos praedictorum nomen militiae tradidisse, vel ad suffragia cucurrisse, ita ut post tempus exiguum honesta missione donentur. Fraudis igitur* (v. *igitur* Go. non indiget) *huius commenta facile comprimentur, si* (servarem v. *et*) *muneribus patriae perferendis curam sedulae mentis intendant.*" Aut aliquid excidit ante *Et* (*Restituantur igitur civitatibus et mun. — mentis intendant*), aut leg. cum Rein. *donentur, et mune-*

intendant. *Dat. XVI.*[e] *Kal. Aug. Mediolani*[f], *Arbetione et Lolliano Coss.* (355.)

44. *Idem A.*[g] *ad Martinianum Vicarium Africae.* Quicunque intra palatium perfectissimus aut comes provectus suffragio est, spolietur honoris indebiti[h] dignitate, et si[i] intra provinciam repertus fuerit otiosus, cuius[k] munia vitare studebat, obsequiis competentibus subiugetur. *Dat. XI. Kal. Iun.*[l] *Sirmio, Datiano et Cereale Coss.* (358.)

45. *Idem A.*[m] *ad Martinianum Vicarium Africae.* Parvi habito generis et originis nexu, plerique muniis oppidaneis improbe destitutis ad militiam confugisse dicuntur. Ideoque non eos tantum, qui etiam nunc in militia perseverent[n], sed veteranos etiam statuimus evocari, exsecuturos proprias allegationes in iudiciis[o] competentibus. Aequum est namque, nullum se nomine honestae missionis tueri; ut etiam nunc in militia permanentes vel iam otium consecutos recipiant curiae, si sibi obnoxios esse monstraverint. Elicitas quoque epistolas adimi volumus veteranis, curiae decernentes esse reddendos, quos obnoxios esse claruerit. *Dat. X. Kal. Iul.*[p] *Sirmio, Datiano et Cereale Coss.* (358.)

46. *Idem A.*[q] *ad Martinianum Vicarium Africae.* A solis[r] praecipimus advocatis eorumque consortio dari provinciae sacerdotem. Nec[s] aliquis arbitretur, ita esse advocationis necessitatem impositam sacerdotio[t], ut et ab eo munerum oppidaneorum functio secernatur, cum nulla unquam iura patronis forensium quaestionum vacationem civilium munerum praestituerint. Nullum igitur advocatum a curia, cui tenetur obnoxius, patimur excusari, videlicet si civico nomine aut vinculo incolatus oppidanea *) necessitas eum detinet obligatum. Itaque apud alios etiam iudices operam dantes negotiis perorandis obnoxios esse decernimus sacerdotio, sic videlicet, et ut[u] intra eam provinciam huius modi *) honoribus mancipentur, ubi eos necessitas curialis detinet obligatos. *Dat. V. Kal. Iul. Mursae, Datiano et Cereale Coss.* (358.)

47. *Idem*[v] *A. . . . .*[x] Oppidaneis ordinibus[y] consulentes dudum iussimus *), ab iniuriis corporalibus tutam[z] esse debere ordinis dignitatem. Condemnationibus[a] etiam modum imposuimus[b], qui legibus[c] designatur[d]. Ideoque sancimus, ut, si[e] iudex vel in condemnationibus exprimendis vel in[f] corporalibus *) iniuriis

---

— c. 44 et 45 Go. in Chron. anni 358 p. LVIII. inter se coniungit. Vid. infr. not. *l.* Summ. C. Th.: „*II et XXX* (l. XLII) *similis est.*" — c. 45. Vid. c. 44 et 98 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Superioribus par est.*" — c. 47. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 47. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 5, sed in cod. 38 *c.* 4. Vid. supr. c. 20 h. t., not. sup. Integra cum interpr. est in codd. 6, 7, 9—12, 14—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 35, 39, 43; textus et subscr. in codd. 25, 28, 36, 37, 40, sed add. in codd. 28, 36, 40 subscr. c. 55 h. t. (c. 6 Br. Al. Vid. infra not. *i*); subscr. om. in cod. 26 et appon. textui siglum *Int.*; solus textus om. in codd. 27, 29, 33, 34, 38, 42, 44. De codd. 8, 13 vid. c. 12 h. tit., not. sup. Summ. C. Th.: „*VIIII et XXX similis est.*" Vid. c. 56 h. t., not. sup. Cf. Ri. ad C. Th. T. II. praef. p. VI.

---

ribus — mentis non intendant sive *donentur*, *nec muneribus.* Sed cum v. *Et* initio versus positum sit, lacuna uno versu addito bene expleatur, denique ut intelligatur, quid iussum sit ab imperatore, tot vv. hic excidisse puto, quot efficerent versum, et h. c. ita constituendam: *traderent. Dum vero — denegetur, fraudis h. c. facile* (eo facilius, quod cautum est, ut ne iis parceretur, qui vero affectu militiae se obsequiis tradidissent) *c. C. n. — donentur. R. i. c. et mun.* etc. Inversionem sententiarum, cuius Go. h. c. arguit, non accipio. Rarum aut potius nullum est in C. Th. eius modi inversionis exemplum. e) c. 5 C. Th. de Off. pr. pr. cit. *XII.*, sed cod. 1 *XV.* c. 2 C. Th. de Iurisd. cit. *VIII.* s. *VIIII.* In c. 1 C. Th. de Leg. cit. om. numerus. Verisimile est autem diversitatem dierum librariorum culpa ortam esse, non inde, quod diversarum legum fragmenta his legibus servata sint. Reducendi igitur sunt illi numeri ad eundem diem, ut inter se hae c. coniungantur. Quis autem ipsius legis sit numerus, difficile est ad eruendum. Placet *XV.* f) Vid. not. *t* antec. 4, edd. ante Be. *Arbitione.* Aur. Lugd. *Cons.* g) Go. h. et sqq. c. usque ad c. 50 inscr. vult *Imp. Constantius A. et Iulianus C.* Vid. c. 40 h. t., not. *d.* h) Fol. 230[b] cod. 4. i) Cui. 1 — Cui. 2* *etsi.* k) Eius scil. curiae vel officii. l) Seq. c. 45 *X. Kal. Iul.* Facili mutatione utraque c. ad eundem diem retrahi potest, ut utrimque aut scribsit *Dat. XI. Kal. Iun.* aut *Dat. X. Kal. Iul.* Be. *Sirmii.* Aur. Lugd. *Cons.* m) Vid. c. 40 h. t., not. *d* et c. 44 h. t., not. *g.* n) Go. ann.: „*Perseverant.*" o) 4 *iudicis*, rubro col. supr. add. *i* (iudiciis). p) Vid. not. *l* antec. Be. *Sirmii.* q) Vid. c. 40 h. t., not. *d* et c. 44 h. t., not. *g.* r) Vetranius Maurus de Iure libr. cap. 37 (Ottonis Thes. III, 1061) *E solis p. advocatis*, qua mutatione non opus esse Go. recte dicit. s) Fol. 231[a] cod. 4. t) Go. prop. *Advocationi necessitatem impositam Sacerdotii.* Similiter aliquando conieceram *advocatis n. i. sacerdotii*, iam vero nihil muto. Sententia haec est: per sacerdotium, quod solis advocatis imponitur, non excusentur advocati a curia. *) Mendose Cui. 2, 2* *oppidadanea.* u) Go. Be. malunt inverso ordine *ut et.* Videtur aliquid excidisse, si fides haberi potest auctori Summ. C. Th., qui sic: *Hoc Romae privilegio utantur, in provinciis autem excusabiles non sint.* Ut iam se habet lex, del. est *et*, quod ex ultimis antec. v. *videlicet* literis ortum est. *) Go. in not.: „*cuiusmodi.*" v) Vid. c. 40 h. t., not. *d* et c. 44 h. t., not. *g.* 6, 21, 44 *Impp. Constant. et Constans aa.* 7, 9, 11—15, 17, 20, 25—29, 36, 38, 40, 42, Sich. *Impp. Constantinus et Constans AA.*, improb. Ri. 10, 16, 18 *Impp. Constantinus et Constantius AA.* 33, 34 *Impp. Const. et Constantinus aa.* x) Addidi puncta, quia magistratus, ad quem missa est c., deest. Sola Cui. 2, 2* *Caeciliano Pf. P.* et hic et in Chron. constit., ex qua transiit in Chron. Go. — Ri*. Unde illud supplementum fluxerit, Go. ignorat. Fons eius est aut codex 33 aut 34, nam in utroque codice add. *Caeciliano pp.* Caeciliani nomen huc non pertinere, iam Go. demonstravit; fuit enim Caecilianus anno demum 409 praefectus praetorio. Quare non liquet, unde librarii illorum codicum hoc nomen desumpserint. y) 26 om. *Op. ordinibus.* *) Go. intelligit c. 39 h. t. z) 11 *totam.* 12, 14, 17, 26 *totum.* a) 11 *condepnationes.* 20, 26 *condemnationis.* 10, 12, 18, 21 *condemnati omnibus.* Mox 11 *modo.* b) 6, 7, 10, 12, 14, 16, 18 *inponimus.* c) Sec. Go. hae leges non exstant. d) 9, 10, 16, 18, 21 *designantur.* 20 *dedignantur.* Mox nonn. codd. *sanctimus*, i. e. *sanximus.* e) 10, 18 om. *si.* f) 9 *expraemendi*

ultra[g] licitum contra curialem exarserit, ipse quidem auri pondo quinque, officium vero eius decem fisco inferat[h]. *Dat. XVIII.*[i] *Kal. Iul.*[k] *Eusebio et Hypatio*[l] *Coss.* (359.)

Interpretatio. *In correctione*[m] *curialium certam patientiam iudices debent*[n] *retinere, ut in corpore vel in sanguine curialium non facile audeant desaevire*[o]. *Nam si*[p] *qui contra hoc fecerit, ipse quidem iudex quinque libras auri et officium*[q] *eius decem auri libras*[r] *fisco inferre cogantur*[s].

48. *Idem A.*[t] *ad Senatum.* Si qui forte decuriones munia detrectantes ad senatus nostri sese consortium contulerunt, exempti albo curiae propriis urbibus mancipandi sunt. Qui vero praetorum honore perfuncti sunt, residentes in senatu redhibere debebunt, quae ex rationibus fisci aut urbium visceribus abstulerunt, ita ut omnibus deinceps adipiscendi honoris huiusce aditus obstruatur. *Dat. V. Non. Maii Gyfyrae*[u], *Tauro et Florentio Coss.* (361.)

49. *Idem A.*[v] *ad Taurum Pf. P.* Solum episcopum facultates suas curiae, sicut ante fuerat constitutum[x], nullus adigat[y] mancipare, sed antistes maneat, nec faciat substantiae cessionem. Sane si qui ad presbyterorum gradus, diaconum etiam seu subdiaconum*) ceterorumque pervenerint assistente curia ac sub obtutibus iudicis promente consensum[z] (cúm eorum vitam insignem atque innocentem esse omni probitate constiterit), habere debet patrimonium probabilis instituti, ut retineat proprias facultates, maxime si totius populi vocibus[a] expetatur. §. 1. Quod si qui forte non curialibus apud iudicem profitentibus, non denique expetente populo ad eos, quos diximus, gradus[b] adspirent, aut studio fraudulentae[c] artis irrepserint, patrimonium suum liberis tradant ad curialia obsequia surrogatis. Quod si soboles defuerit, propinquis suis, quos tamen[d] gradus poterant legitimae successionis attingere, duas tradat propriae substantiae portiones, sibi tertiam reservaturus[e]; scilicet ut per propinquos, si tamen curiales sunt aut etiam, si curiae nunquam antea obsequium praebuerunt, praebeatur susceptis facultatibus obsequela[f]. Quod si filios aut propinquos non habuerint hi, qui derelicta curia ad cultum divinae reverentiae existimaverint transeundum, duas portiones curia debebit[g] accipere, relicta penes eum tertia, quem[gg] ante diximus ad ecclesiasticorum consortium insidiosis artibus adspirasse. Ea vero, quae ad curiam ex eorum re[h] transierint, cúriae esse oportet, nec ex eius iure transferri. Sed quoniam verendum fuerit, ne alienatis facultatibus aut in aliorum iura ante transscriptis nulla ex parte possit curiae utilitatibus consuli, observari oportet, ut, si patefacta fuerint fraudulenta consilia, qui qualibet necessitudine co-

— c. 48 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Offic. praef. urb. (I, 6), c. 12 et 13 C. Th. de Praetoribus (VI, 4), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), c. 7 C. Th. de Annona et trib. (XI, 1), c. 1 C. Th. de Publica compar. (XI, 15), c. 1 C. Th. de Protostasia (XI, 23), c. 3 C. Th. de Lustrali coll. (XIII, 1), c. 7 C. Th. de Operib. publ. (XV, 1). Vid. c. 129 h. t., not. sup. — c. 49 coniungenda est cum c. 7 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4) Vid. c. 121, 163, 172 h. t., not. sup. In Aur. Lugd. Cui. 2, 2* mendose insignitur num. *XLVIII.*

si vel in. 20 om. *in.* *) Fol. 231[b] cod. 4. g) 20 *extra.* h) 20 *pondera quinque — uischo inferat.* 16 *oficio — conferat.* In Cui. 1 est *eus*, mendose pro *eius.* i) 10, 18, 24 *XIII.* 15 *XIIII.* 20 *XVIIII.* 31—35, 39 *VIII.* In codd. 28, 36, 40 pro subscr. h. c. ponitur subscr. c. sq. in Br. Al. (Codicis Th. c. 55) *Dat. Kal. Mai. Antiochiae* (40 *Antioeiae*) *Iuliano ā IV et Salustio consol.*, neque vero suo loco om. subscr. c. 55 cit., quae bis scripta est err. librar. k) 10, 15, 18 *Iun.* s. *Iunii.* Go. in Chron.: „*XIII. Kal. Iun.* in Ani. Reg.“ l) Plerique codd. Br. Al., inter eos 6, 7, 11 *Epatio*, ut Sich.; alii *Epacio*, *Ippatio*, *Epartio*, *Epactio*, *Eupatio*, *Apacio*, *Ypatio.* 20 *Basio.* Nonn. codd. om. *Coss.* m) Restitui ex codicibus Br. Al., veluti 6, 7, 9—11, 42—44 et ex Sich. Cui. 1 — Lugd. *correctione*, h. e. castigatione, emendatione. Vid. supr. IX, 13, 1, l. 38, §. 7 D. ad L. Iul. de Adult. (XLVIII, 5). 11 *Lex ista hoc dicit. In correctione.* Cui. 2 — Ri*. *correptione*, ut 20, 21 et Sich. in m. n) 6, 7, 21, 43, 44 et multi alii *debeant.* 20 om. *debent.* 11 *iudicis debeant tenere.* o) 9, 42 *deservire.* 11 *deservirae.* 21 *curialium* (sed repetitur v. *curialium*) *tum facile audeant deservire.* 43 *adservire.* p) 6, 7, 9 — 11, 16, 18, 21, 42, 44, alii om. *si.* 20 *nam si quis.* q) 6, 7, 11, 20, 42, 44, alii *et praeter officium.* 21 *et per officium.* 9 om. *et officium — libras.* r) Nonn. codd. *libras auri.* s) Ita plerique codd. et inter eos 6, 7, 14, 17; similiter 10, 11, 18, 20 *inferre cogatur* et 21 *inferre cogetur.* Edd. *cogantur inferre.* t) 4 *Id. āā*; edd. *Idem* s. *Iidem AA.* (Aur. Lugd. *Idem A.*) Go. aut solius *Constantii* nomen inscribi aut *Constantii et Iuliani C.* poni vult et hic et in sq. c. Vid. c. 40 h. t., not. *d* et c. 44 h. t., not. *g.* u) *Gyfyrae* deest in cod. 4 et in edd. Cf. c. 1 C. Th. de Off. pr. urb. cit., not. *o*, c. 12 C. Th. de Praetor. cit., not. *z*, c. 1 C. Th. de Metatis cit., not. **. v) Vid. not. *t* antec. x) Go. ann.: „Constitutio haec non exstat: Sed et quid ea constitutum fuerit, non satis clarum est. Duplicem enim haec verba, *sicut ante fuerat constitutum*, sensum admittunt.“ De simili re agunt tres leges Constantini M., c. 3, 6 et 17 C. Th. de Episcopis et cler. (XVI, 2) et lex aliqua deperdita, quae indigitatur in c. 3 C. Th. cit. y) 4 *adigant*, sed del. *n* rubro col. *) De v. *diaconum* et *subdiaconum* vid. Go., not. *e.* z) Cum literis *sum* incipit fol. 232[a] cod. 4. a) Go. *votibus*, err. b) In cod. 4 add. *danda est in his artibus*, sed del. a libr. c) 4 *fraudulente* et paullo infra *suboles.* d) In Summar. C. Th. a sec. manu add. *VII* (*qui VII per successionis gradus ad hereditatem vocantur*). e) Be. em. *tradant — reservaturi.* Iam supra aderat similis locus: *si qui — pervenerint — cum eorum — habere debet patrimonium pr. i., ut retineat pr. fac., maxime si totius populi vocibus expetatur.* Elegit scriptor legis ex incerta multitudine, quam nominaverat, unum, qui tradat etc., negligenter quidem, neque vero in hoc solo loco. Imitatus est eum Summariorum Auctor. Cf. c. 74, §. 2 et c. 107, not. *cc* h. t. f) 4, Til. — Lugd. *obsequella* et mox 4, edd. ante Be. *hii.* g) Fol. 232[b] cod. 4. gg) 4 *quā.* h) 4 *re*, a libr. corr.

pulatus est, cum id potuerit[i] demonstrare, easdem percipiat facultates, curiae muneribus praebiturus obsequia; vel si propinquorum cesset indago, cuncta ad curiam transferantur, quae[k] quolibet titulo alienata probabuntur ex eo tempore, ex quo curiae munia coeperit detrectare, qui viam divinae cultionis affectat. §. 2. Si praepositi horreorum hique, qui suscepturi sunt magistratum, praepositi etiam pacis[l] seu susceptores diversarum specierum ad ecclesiam crediderint adspirandum, postquam officia impositae sollicitudinis aut[m] honoris aggressi sunt, ipsos primum antistites supernae legis conveniet reluctari, ipsisque primum annitentibus eosdem ad obsequia congrua revocari; aut, si hoc neglexerint, a curialibus, iudiciali officio suffragante, retrahendi*) sunt etc. *Dat. IV. Kal. Sept.*[n] *Tauro et Florentio Coss.* (361.)

50. *Imp. Iulianus A. Secundo*[o] *Pf. P. Post alia:* Decuriones, qui ut Christiani[p] declinant munia, revocentur. §. 1. Et ab auri atque argenti praestatione, quod negotiatoribus indicitur, curiae immunes sint, nisi forte decurionem aliquid[q] mercari constiterit, ita ut ordines civitatum ex huius modi reliquis sarcinarum, ut iam diximus, amoveantur. §. 2. Et quoniam ad potentium[qq] domus confugisse quosdam relatum est curiales, ut tam foeda perfugia prohibeantur, mulctam statuimus, ut per singula capita*) singulos solidos dependat, qui ad potentis domum confugerit, et tantundem, qui receperit, mulctae nomine inferat. Nam si servus inscio domino susceperit, capite punietur, et ingenuus, qui invito patrono[r] hoc fecerit, deportabitur. *PP. III.*[s] *Id. Mart. Constantinopoli, Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

51. *Idem A.*[t] *Iuliano Comiti Orientis.* Eos[u] indulserunt veteres principes ex materno[v] genere curialibus Antiochenis adscribi, quos patris dignitas[x] nullius vindicaret iuri[y] civitatis. *Dat. V. Kal. Sept. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

52. *Idem A. ad Iulianum Consularem Phoenices*[z]. Non obstat curialium petitioni, quod hi, quos incolas dixerunt, alibi decuriones esse dicuntur; poterunt enim et apud eos detineri, si eorum patitur substantia*), et ante conventionem incolatui renuntiare noluerunt. Sola vero possessione, sine laris collocatione, praedictos onerari iuris ratio non patitur, quamvis res decurionum comparasse dicantur. Sane incolonatus[a] iure tunc detinendi sunt[aa], si non aut arma gesserunt, aut expeditioni militari praefuerunt, aut sub praecone[b] administrationis facti sunt senatores. *Dat. III. Non. Sept. Antiochiae. Acc. Id. Oct. Tyro*[c], *Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

53. *Idem A. ad Sallustium*[d] *Pf. P.* Quoniam ex[e] paucis plurima commissa non absurde suspicamur, ex die Kal. Septembrium*) omnes omnino praeter solennes nominationes factas a curiis in irritum devocamus. De praecedentibus porro iustum agitabis examen. §. 1.

— c. 50 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Locatione fundorum (X, 3), c. 10 C. Th. de Extraord. s. sord. muner. (XI, 16) et sec. Go. cum c. 2 C. Th. de Protostasia (XI, 23), c. 1 C. Th. de Auro coron. (XII, 13) et c. 2 Cod. Iust. de Diversis praed. (XI, 69). Pr. et §. 1 h. c. repetita sunt infra in c. 4 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1). Baron. ad ann. 362, n. 280. Cf. infra c. 123, not. sup. — c. 51. Cod. Iust. X, 31, 22. Memoratur apud Zosimum III, 11 et in c. 61, 62 Cod. Iust. de Decur. (X, 31). Cf. Iulianus in Misopog. p. 367, 368, 370 ed. Spanhem. — c. 52 coniungendam esse putat Go. cum c. 1 C. Th. de Dominio rei, quae poscitur (II, 5), etsi ad alium data est.

iure. Mihi probatur *re*, i. e. bonis, facultatibus. Edd. *iure.* i) Go. *poterit.* k) 4 *que*, rubro col. em. *quae.* l) Go. em. *pagis.* Vid. c. 1 C. Th. de Pignoribus (II, 30), not. *n*, Go. in Gloss. nom. v. *Pagus* et Dirksen in Man. latinit. font. v. *Pagus* et *Pax.* Rein. ann.: „l. *panis* vel etiam *pagis.*" m) Fol. 233[a] cod. 4. *) Mendose Til. *retrahandi.* n) Go. in Chron.: „f. *Febr.*" o) Go. propter Ammianum Marcellinum lib. XXII. initio Secundum Sallustium accipit, Vales. in m. Saturninium Secundum. Vid. c. 1 de Locat. fund. cit., not. *. p) Sec. Go. Christiani hic sunt clerici. q) Be. cj. *decurionum aliquis*, sine caussa; neque aliter atque hic scriptum est, habet c. 4 cit. qq) Vid. c. 1 C. Th. de Patrocin. vicor. (XI, 24). *) Go.: „Verba haec *per singula capita*, melius starent infra, ita *et tantundem per singula capita qui receperit multae nomine inferat.*" r) Fol. 233[b] cod. 4. s) Vid. c. 1 C. Th. de Locat. fund. cit., not. *r.* t) Cod. Iust. *Imp. Iulianus A.* u) Go. ann.: „*Eos* (etiam scil. seu) *quoque indulserunt.* Constitutiones porro hae veterum Principum non extant." Vid. Go. comm. h. c. v) 4 *pincipes qui materno*, rubro col. em. *principes.* Edd. ante Be. *principes, qui* (Cui. 2, 2* om. comma) *materno.* Go. ann.: „*Ex*, Cod. Iust. Forte hic legendum *pro.* Nisi ita hunc locum emendandum putemus: *Eos indulserunt veteres Principes, qui materno genere Curiales sunt, Antiochenis adscribi* vel ita. *qui materno genere Curiales, Curialibus Antiochenis adscribi:* orto errore ex repetitione eiusdem vocis." Be. ex Cod. Iust. rep. *ex* pro *qui*, quod bonam quidem sententiam praebet, sed tamen audacter factum est, quia expresse codex 4 habet *qui*, ideoque Cod. Iust. conditores locum impeditum videntur ingenio suo correxisse. Putaveram aliquando scriptum fuisse: *Eos indulserunt veteres principesque materno genere curialibus Antiochenis adscribi, quos* etc.; neque tamen h. cj. mihi satisfacit. Non dubito, quin Go. aliquid excidisse recte dixerit, et quae posterior est eius cj, mendum codicis 4 apte tollat, modo post *curiales* add. *sunt.* Fortasse totus versus excidit post *genere*, ut suppleri possit *curialibus functionibus obnoxii sunt*, vel simile quid. x) Cod. Iust. *conditio.* y) 4, edd. ante Be. *iure.* Recte Be. ex Go. comment. et Cod. Iust. rest. *iuri.* z) 4, edd. ante Be. *Foenicis.* Be. *Phoenicis.* Go. propter c. 54 h. t. prop. *Comiti Orientis.* Mox Aur. Lugd. *Non obstat. curialium.* *) Vid. Summ. C. Th.: „*ut si substantiosi sint.*" a) 4, Cui. 2, 2*. Be. *incolonatus.* Til. — Lugd. *in colonatus.* Go. — Ri*. *Incolonatus.* Recte Go. Be. cj. *incolatus.* Cf. ipsam hanc c. et c. 5, 12, 46, 141 h. t. aa) Go. om. *sunt.* b) Go. et Vales. in m. recte em. *praeconio*, i. e. honesto testimonio (vid. supra c. 25 h. t. et VI, 22, 1) vel iustis meritis (vid. c. 73 h. t.) vel honore (vid. c. 74 h. t.). Go. autem in comm. dicentem, rectoribus provinciarum non fuisse praecones, verum magistratibus maioribus, partim W. refutare studet ad c. 6 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16), not. *t.* Summ. C. Th.: „*aut praefecti facti sunt.*" c) Be. *Tyri.* d) Go. in Chron. *Salustium.* e) Fol. 234[a] cod. 4. *)

Placuit etiam designare, quae corpora sunt[f], in quibus nominationis iuste solennitas exercetur. Decurionum enim[g] filios necdum curiae mancipatos et plebeios eiusdem oppidi cives, quos ad decurionum subeunda munera splendidior fortuna subvexit, licet nominare solenniter. *Dat. XIV. Kal. Oct. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Coss.*[h] (362.)

54. *Idem A. ad Iulianum Comitem Orientis*[hh]. Providendum est eorum novitati decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt[i], ne praeteritis *) debitis susceptorum onerentur: sed conventis propter haec debita[k], qui ea praecedentibus delegationibus contraxerunt, nullam molestiam[kk] pro sarcina nominationis alienae sustinere patiaris. *PP.*[l] *Beryto*[m] *Kal. Nov., Mamertino et Nevitta Coss.*[mm] (362.)

55. *Idem A.*[n] *Leontio Consulari*[o] *Palaestinae.* Qui pater sit XIII[p] liberorum, non modo[q] ad curiam non vocetur, verum etiam, si sit *) decurio, honoratissima quiete donetur[r]. *Dat. Kal. Mart. Antiochiae*[s], *Iuliano A. IV.*[t] *et Sallustio*[u] *Coss.* (363.)

Interpretatio. *Haec lex hoc praecipit*[v], *eum, qui pater probatur esse*[x] *tredecim filiorum, non solum*[y] *ad curiae servitia non tenendum*[z], *verum etiam, si curialis sit, honoratissima quiete* *) *donandum.*

56. *Idem*[a] *A. . . . .*[b] Qui nati origine curiali militare munus adamaverunt, ubi decem annorum stipendia confecta sunt, iussionum nostrarum auctoritate erunt curia immunes. Si vero intra decennium recens adhuc erit ratio militiae limitaneae, caussa generis praeponderabit[c] et originis. Curiis enim aggregabuntur. *Dat. XII. Kal. Ian. Antiochiae, Iuliano*[d] *A. IV. et Sallustio Coss.* (363.)

57. [e] *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum Pf. P.* Nemo ad ordinem senatorium ante functionem omnium munerum municipalium senator accedat. Cum autem, universis transactis, patriae stipendia fuerit emensus, tum eum ita ordinis senatorii complexus excipiet, ut reposcentium civium flagitatio non fatiget. Hi autem, qui legem nostram neglexerint, exempti senatorio albo, quoad municipalibus necessitatibus satisfaciant, non capiant cassi honoris augmentum. Nam qui cupiunt incrementum honoris adipisci, perfunctos se esse mune-

— c. 54 bis deinceps scripta est in codice 4, sed priore loco rubro colore deletur. Auctus igitur est in cod. 4 hic tit. una, etsi eadem constitutione. Cod. Iust. X, 31, 23. — c. 55. Cod. 4 *c.* 56. Vid. c. 54 h. t., not. sup. C. Th., Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 55. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 6, sed cod. 38 *c.* 5. Vid. c. 20 h. t., not. sup. Cod. Iust. X, 31, 24 mut. Integra cum interpr. est in codd. 6, 7, 9—12, 14—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46; inscr. et textus des. in codd. 24, 30—32, 35, 39, 43; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42, 44. De codd. 8 et 13 vid. c. 12 h. t., not. sup. et de codd. 28, 36, 40 c. 47 h. t., not. sup. et not. *i.* Cf. l. 5, §. 2 D. de Iure immunit. (L, 6). — c. 56. Summ. C. Th.: „*Contraria superioribus, id est VII et XL*" (num XIII an XLIII?). Vid. c. 88, 95, 134, 154, 168, not. sup. — c. 57 concordant secundum Go. c. 58, 65 h. t. Cf. c. 58, 69, 154 h. t., not. sup.

Summ. C. Th. *Ianuariarum.* f) Go. ann.: „*Sint.*" g) Go. ann.: „Enimvero." h) Mendose Til. *Nevitvitta.* Aur. Lugd. *Cons.* hh) Cod. Iust. *Idem A. Iuliano Comiti Or.* i) Sec. Go. sunt qui in Cod. Iust. legant *indiderunt.* *) 4 in priore apographo *preteritis.* k) Cod. Iust. *debita his qui.* kk) Cod. Iust. *nullam eos mol.* l) Go.: „*PP.* id est, proposita: non ut aliae editiones habent *P. P.* puncto inserto." Quae sint illae editiones, nescio; certe Codicis Theodosiani non sunt, intelligit igitur Go. Codicis Iust. editiones. Verisimile est, datam esse h. c. Antiochia. Vid. c. 52 h. t. m) 4 utroque loco, Til. — Ri*. Cod. Iust. *Byritho.* Be. *Berythi.* Ri. Ri*. *Nevita.* Aur. Lugd. *Cons.* mm) Cum librarius cod. 4 c. 54 h. t. ita absolvisset, nihil ut spatii superesset in fol. 234[a], decem, ut antea, versibus eandem scripsit initio fol. 234[b]. Vid. not. super. h. c. In ima parte fol. 234[b] est signum quaternionis *AA.* n) Br. Al. codd. Sich. *Imp. Iulianus A.*, sed 34 *Imp. Valentinianus.* o) Multi codd. *Leoncio*, *consolari* et *Palestinae* s. *Palestinā.* 16 *cons palatinae.* 9, 29, 42 *curl*, virgula supr. add. 28, 36, 40 om. *Leontio Cons. Pal.*, 38 *Cons. Pal.* Aur. Lugd. *Consuli*, ut Go. et Ri. in Chronol. Cf. Böcking ad Not. Or. p. 511. p) Til. *Qui pater sit. XIII.* Cod. Iust. *Si quis decurio pater sit XII lib.* Sed etiam cod. G. Reg. 1, 2 *XIII* et omnes a Russ. inspecti, unde Cui. in Comm. c. 24 Cod. Iust. cit. l. c. p. 277 propter l. 5, §. 2 D. cit. legendum esse existimat *XVI*, duobus *II* mutatis in *V*, prob. Amaya, sed improbb. Go. in comm. h. c. et Dirksen. l. c. p. 504. *XIII* s. *tredecim* habent Br. Al. codd. omnes et interpr. 16 *Qui patre.* q) 10, 18 *modo aut curiam.* 9 *ad iniuriam.* 20 *vecetur*, sed corr. *) Go. ad v. *sit* ann.: „*iam.*" r) Cod. Iust. *liberorum* (om. *non - decurio*), *hon. munerum quiete d.* 20 *honoratissimae quieti d.* s) 6, 7 et alii codd. *anthiociae.* 42 *anthioc̄.* 20 *anthiocia.* 36, 38, 40 *antiocie*; alii *Mad* pro *Mart.* 20 *April.* t) 11 *II.* 12 *III.* 27, 30, 33, 34 *VI.* Multi codd. om. *A.* et 38 *A. IV. et.* u) Nonn. codd. *Psallustio*, alii *Salustio.* Aur. Lugd. *Cons.*, quod v. deest in multis codd., in aliis mutatum est in *c̄.* v) Ita fere omnes codd., inter eos 6, 7, 9—11, 20, 21, 42—44, etsi sunt, in quibus scriptum sit *praecepit.* Edd. *Lex ista hoc dicit.* x) Ita 6, 7, 20, 21, 43 et multi alii codd. Similiter 11 *probatus esse.* Edd. *esse probatur.* 20 *tertius decimus* pro *XIII.* y) 6 add. *non.* 43 *aut* pro *ad.* z) Ita permulti codd., veluti 6, 7, 9, 11, 18, 20, 21. Edd. *detinendum*, quod Go. ex lege interpretatur *vocandum.* Vid. potius c. 52 h. t. *) 20 *etiam ut si — honoratissimae quieti.* a) Go. Be. scribi volunt *Imp. Iovianus.* Rein. deletis vv. *Idem A.* ann.: „*Iovianus forte ad Apr.*" Vid. supra VIII, 1, 8, not. *q.* b) Magistratus, ad quem missa est const., deest in cod. 4 et in edd., nec ullo quidem lacunae signo in cod. 4 et in Til. — Cui. 2*. Be.; Go. Ri. sex puncta habent Ri*. septem. c) 4, Til. *praeponderavit.* Cui. 1 — Be. *praeponderaverit.* Recte Go. Be. em. *praeponderabit*, quod recepi. Est solius orthographiae differentia. Ceterum vid. Libanii locum in Orat. ad Curiam prolatum in Mantuana Ritteri editione Tom. VI, P. I, p. 322. Vid. supra VI, 26, 11, not. *s*, VII, 13, 7, not. *x* et 8, not. *e*, VII, 20, 8, not. *k*, XI, 20, 6, not. *r.* d) Go. *Iulianus.* Aur. Lugd. *Cons.* e) Fol. 235[a] codicis 4. Cui. 2, 2* *Idem Impp. Val.* etc. *) Add. *Hadria-*

ribus actis debent ordinarii iudicis approbare, in locum suum scilicet filiis surrogatis, si eos successio familiae ad exsequendam universam legis nostrae mentem docebitur adiuvare. *Dat. Non. Maii* *) *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

58. ***Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.*** Qui curiali ortus familia ante completa munera patriae senator factus est, fructu careat, quo usque muneribus absolvatur: quibus expletis, si velit sumptuosum [f] ordinem senatorium vitare, denuntiet [g] dignitati; si permanserit, liberos, quos post ediderit, habeat senatores, praetores iam quaestoresque, non muneri decurionum obnoxios. §. 1. Militiae vero nullus gradus, nulla diuturnitas defendet eum, qui ut curialem contrahens originem repetetur. §. 2. Sed et qui nexum curialem nascendi opportunitate vitaverit, nisi cum duodeviginti annos expleverit militiam exerceat, per quam parentibus eius immunitas quaesita est, securus esse non poterit, propter sortem originis. *Dat. III. Id. Maii Hadrianopoli, divo Ioviano et Varroniano Coss.* [h] (364.)

59. ***Iidem AA.*** *) ***ad Byzacenos.*** Qui partes eligit ecclesiae, aut in propinquum **) bona propria conferendo eum pro se faciat curialem, aut facultatibus curiae cedat, quam reliquit; ex necessitate revocando eo, qui neutrum [i] fecit, cum clericus esse coepisset etc. *Dat. IV. Id.* [ii] *Sept. Aquileia, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

60. ***Iidem AA. ad*** [k] ***Byzacenos.*** Sacerdotes vel [kk] curiales [l] ultra terminos propriae civitatis [m] non iubeantur [n] sui exhibere praesentiam, in sacerdotibus creandis et in privilegiis, quae iisdem [o] deferebantur, veteri more servando. *Dat. prid. Id. Sept. Aquileia, divo Ioviano et Varroniano Coss.* [p] (364.)

61. ***Iidem AA. ad Terentium Correctorem Tusciae*** *). Urbis Vulsiniensium principales, qui tamen patronorum adepti fuerint dignitatem, hanc praerogativam laborum atque officiorum ferant [q], ne interdum ad libidinem prave consulentium iudicum gravibus afficiantur iniuriis. *Dat. V. Kal. Nov. divo Ioviano et Varroniano Coss.* [r] (364.)

62. ***Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.*** *) Municipalis, qui ad fabrorum collegium, alia officia illusurus, irrepsit, statui pristino reformetur, nec in posterum decurionum quis originem trahens ad hoc officium adspirare audeat. *Dat. IV. Id. Dec. Mediolano* [s], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

63. ***Iidem AA. ad Modestum Pf. P.*** Quidam ignaviae sectatores desertis civitatum muneribus captant solitudines ac secreta, et specie [t] religionis cum coetibus monazonton *) congregantur. Hos igitur atque huiusmodi intra Aegyptum deprehensos per comitem Orientis erui e latebris [u] consulta praeceptione mandavimus [v], atque ad munia [x] patriarum subeunda revocari, aut [y] pro tenore nostrae sanctionis [z] familiarium [a] rerum carere illecebris, quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. *PP. Beryto* [aa] *Kal. Ian., Valentiniano et Valente AA.* [b] *Coss.* (365.)

— c. 58 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4), c. 18 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5) et sec. Go. cum c. 5 C. Th. de Re milit. (VII, 1), ubi vid. not. super. et not. *s.* Cf. etiam supra XI, 7, 9, not. super. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Cf. c. 65, 130, 143 h. t., not. sup. — c. 59 coniungenda est cum c. 16 C. Th. (V, 13), c. 9 C. Th. de Petitionibus (X, 10), c. 3 C. Th. de Collat. fundor. patrim. (XI, 19), c. 60 h. t., c. 17 C. Th. de Episcopis (XVI, 2). Vid. c. 16 cit., not. *cc* et VIII, 5, 20, not. *l.* — c. 60. Vid. c. 59 h. t., not. sup. Cod. Iust. X, 31, 25 mut. — c. 61 similis est c. 39 et 47 h. t. — c. 63. Cod. Iust. X, 31, 26. Balsamo Paratitl. I, 3 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1271 ibique not. Leunclavii in marg.). Pagius ad ann. 426, n. 11. Baron. Annal. ad ann. 375, n. 10 et 11 (8 ap. Go.). Sec. Go. indigitatur apud Orosium VII, 33, Prosperum Aquitan. in Chronico, Paulum Diaconum lib. XII. (p. 83 T. I. Scriptor. Ital.) et ap. Iornandem de Regn. succ. l. c. p. 238.

---

nopoli, ut est in c. sq. f) Fol. 235 b cod. 4. g) Til. *denuntiet. dignitati si permanserit, lib.* Cui. 1 — Cui. 2* *denuntiet dignitati si permanserit, lib.* Recte Go. Be. cj. *renuntiet.* h) Aur. Lugd. *Cons.* *) Mendose Cui. 2 — Ri. *AA. Idem.* **) 4 *propinqum.* i) Til. *ne utrum.* Aur. Lugd. *ncutrum.* ii) Scrib. *prid. Id.* Vid. c. 16 cit., not. *cc.* k) Err. ap. Go. excid. *ad.* Cod. Iust. *Impp. Valentinianus et Valens AA.* kk) In Cod. Iust. om. *Sacerdotes vel.* l) Cum literis *les* incipit fol. 236 a cod. 4. m) Male Cod. Iust. *provinciae civitatis*, sed Cui. ut C. Th. n) Cod. Iust. *non iubeantur a moderatoribus provinciarum exhibere sui praesentiam, nisi publica necessitas exegerit*, et sq. subscr. o) 4, edd. ante Be. *hisdem.* p) Aur. Lugd. *Cons.* *) 4 *Tusc*, rubro col. adscrib. *iae.* q) 4 *ferat.* Typothetae negligentiae tribuo, quod a Go. ed. vv. *atque officiorum* absunt. r) Aur. Lugd. *Cons.* *) Go. in Chronol. *Pf. P.* s) 4 *Med.*, h. e. *Mediolano.* Vid. supr. V, 14, 3, not. *o.* t) Cod. Iust. *et sub specie.* Til. *specie, religionis.* Cum vv. *creta et specie* incip. fol. 236 b cod. 4. *) Go. non solum eos vituperat, qui *monachorum* pro *monazonton* scribi volunt, in quo Spangenb. ei assentitur, sed irridet iis etiam, qui Monazontων hic locum esse interpretantur, in quo solitarie vivant monachi. u) Cod. Iust. *Hos igitur atque in huiusmodi deprehensos erui latebris*, et om. *intra Aeg., per Comitem Orientis* et v. *e.* v) Cod. Iust. *mandamus*, eadem ratione, (scil. atque *mandavimus*), inquit Go., et sic infra *censuimus.* x) Cod. Iust. *municipia*, sed Hal. Cont. in Paris. Russ. Cui. ut C. Th. y) Cod. Iust. *et.* z) Ipsam hanc legem significari putat Go., non praecedentem aliquam, minime vero c. 59 h. t., ut quidam existimant, cum illa Valentinianum auctorem habeat, haec Valentem, et de clericis illa agat, haec de monachis. a) 4, Til. — Ri *. Cod. Iust. *familiarium.* Be. *familiarum*, err. aa) 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. *Byritho.* Be. *Berythi.* b) Ap. Go. — Ri*. om. annus. Refert enim Go. h. c. ad ann. 373, add. num. *IV.* post *AA.* Modestum enim post ann. 369 demum factum esse praef. praet. Orientis, et Valentem non inter initia imperii, sed defuncto Athanasio, qui supremum diem ann. 372 obierit, hostilem animum adversus monachos et Aegyptios ostendisse. Contra Pagius in Critic. ad Annal. Baron. ad ann. 372, n. 9 et 10 (in Chron. ann. 373 p. XCV. ed. Ri.) decessisse Athanasium contendit mense Maio anni 373,

64. *Iidem AA.*[bb] *Mauris Sitifensibus.* Privilegio militiae paternae se non vindicet, quem avitus[c] curiae nexus adstringit, et patrem sine dubio receptura curia, si intra praedicti temporis*) calcem suis partibus adfuisset[d]. Quod si militari avo et[e] patre decurione nascetur, paternae erit succedaneus functioni[f]. *Dat. IX. Kal. Maii*[g] *Treviris, Valentiniano et Valente AA. Coss.*[h] (365.)

65. *Iidem AA. ad Terentium Correctorem Tusciae.* Omnes curiales, qui, qualibet gratia, prius ad altiorem gradum properaverint, quam munia[i] universa percurrerint, ad ordinem necessitatum suarum revocentur, nec ante ad usurpatam dignitatem admittantur, quam, quae patriae debentur, impleverint. Non difficile autem intelligitur, id, quod senatorio ordini concessum non est, concedi non posse ordinibus civitatum. *Dat. V. Kal. Iun. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

66. *Iidem AA. ad Rufinum Pf. P.* *) Ordinibus curiarum, quorum nobis splendor vel maxime cordi est, non aggregentur, nisi nominati, nisi electi, quos ipsi ordines coetibus suis duxerint aggregandos; nec quis ob culpam, ob quam eximi deberet ex ordine, mittatur[k] in curiam. *Dat. XI. Kal. Iul. Ravenna, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)[l]

67. *Iidem AA.*[m] *ad Volusianum Pf. U.* Nullus, exceptis palatinis[mm], qualibet praerogativa fultus, a debitis muneribus habeatur immunis. *Dat. IV. Kal. Iul. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.*[n] (365.)

68. *Iidem AA. ad Severum Pf. U.*[o] Quaecum[p] in perniciem ordinis Avellinatium sine*) auctoritate ac iudicio principali, ordinarii[q] iudicis nimia arrogatione, gesta sunt, neque vetustae consuetudini praeiudicare debebunt, neque in futurum quandam necessitatem legis imponere. *Dat. prid.*[r] *Non. Oct. Veronae, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

69. *Iidem AA. ad Auxonium Vicarium*[s] *dioeceseos*[t] *Asianae.* Universi, qui praematura cupiditate senatorios coetus honoribus patriae praetulisse noscuntur, habeant quidem incolumem statum senatoriae dignitatis, verum fungantur his honoribus, quos patriae nondum reddiderunt. Quin etiam liberos suos indicent, quos ante senatoriam dignitatem quisque suscepit. *Dat. prid. Non. Oct. Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

70. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Quisquis ex hoc corpore, quod susceptioni deputatum est, honorem quemlibet suffragio meruit*), etiamsi nostras purpuras adoravit, meritis careat dignitatis. *Dat. III. Kal. Febr. Mediolano*[u], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

— c. 64 coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Re milit. (VII, 1). Vid. c. 28 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4), not. *h* et c. 16 C. Th. de Agentibus in reb. (VI, 27), not. *v*. Cod. Iust. X, 31, 27 nonn. om. — c. 65. Summ. C. Th.: „*VIII et L similis.*" Eodem die, sed ad Fortunatum Consularem Pannoniae data est c. 27 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5). — c. 66 sec. Go. coniungenda est cum c. 3 C. Th. Quibus equorum usus (IX, 30). Vid. c. 3 cit., not. *e*. Cf. c. 140, not. sup. — c. 67 coniungenda est cum c. 18 C. Th. de Praetoribus (VI, 4). Cod. Iust. X, 31, 28. — c. 68. Cf. c. 1 et 172 h. t., not. sup. Eodem die, sed ad alios datae sunt c. 69 h. t. et c. 17 C. Th. de Operib. publ. (XV, 1). — c. 69. Cf. c. 68 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Superiori contraria VII et L.*" Indicatur h. c. in c. 155 h. t. — c. 70 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Diversis officiis (VIII, 7). Suum locum non tenet h. c. et ponenda est ante c. 64 h. t. Qua re illud Go. assentior, fugitivam esse h. c. et tribuendam tit. C. Th. de Suscept. (XII, 6), ubi abrogatur. Vid. c. 7 ibid.

---

uno anno posterius Go. opinione; assignandam igitur esse h. c. anno 370. Rein. consules requirit aut anni 370 aut anni 373. Baronio satisfaciunt anni 365 consules. Be., si quis Go. sequitur, recte dicit in inscr. addendum esse *et Grat. A.*, qui et in annum 370 cadit. Validum esse Go. de Modesto argumentum concedo, neque tamen id, quod me quicquam mutare sinat. Esset evertenda non solum chronologica series constitutionum 64—78 h. t., quarum singularum consulatum Go. agnoscit, verum etiam mutandus Cod. Iust. hic et in sq. c. cum C. Th. consentiens. Neque minus offendit, quod aliis h. a. legibus ad Modestum datis idem annus subditus est. Vid. supra IX, 16, 8, not. *t*, XI, 30, 35, not. *b*, XI, 36, 17, not. *. Denique invitus facio duplicem mutationem cum inscriptionis tum subscriptionis. Locum igitur intactum derelinquo. Si quid peccatum est, conditores C. Th. culpae arguo, non librarios. bb) Male Cui. 1 — Cui. 2* *Idem A.* c) Cod. Iust. *quem assuetus curiae.* Glossa et nonn. veteres libri mss. *habitus*, quod cum significet *avitus*, defendunt Cont. Cui. (prob. Go.) Spangenb. Dirksen. l. c. p. 504. *) Summar. C. Th. *intra certum tempus, id est decennium.* d) Go. recte em. *abfuisset.* In Cod. Iust. om. *et patrem — adfuisset.* e) 4 *avocet;* rubro col. del. *c.* f) Cod. Iust. *functionis.* g) Cod. Iust. *Mart.* Rep. in c. 6 cit. *Treviris.* h) Go. — Ri*. om. annum. Vindicat enim Go. h. c., prob. Bon. l. c. pag. 754, anno 373, quia Valentinianus anno 365 non constitit Treviris. Cum C. Th. consentit Cod. Iust. Vid. supra VII, 1, 6, not. *y*, antec. not. *b* et Buchh. in edit. Fragm. Vatic. p. 201. i) Cum literis *nia* v. *munia* incip. fol. 237[a] cod. 4. Vid. c. 20 h. t. Paullo infra *intellegitur* 4, Til. Cui. 1. *) Vid. infra not. *l.* k) Til. — Cui. 2* *deberet, ex ordine mittatur in curiam.* l) Go. h. c. transfert in ann. 368, prob. Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 9, n. XXXII., etsi hic praefert ann. 370. Vid. supra VIII, 6, 1, not. *v* et IX, 30, 3, not. *e*, *f*. m) Cod. Iust. *Iidem AA. et Gratia. ad.* mm) Cod. Iust. om. *exc. palatinis.* n) Go. om. ann. Go. in Chron. et Ri. ad c. 18 cit. vindicant h. c. anno 373. Vid. c. 18 cit., not. *t*. Spangenb. adscrib. ann. 368. Cf. supra not. *m*. o) Go. Tillemont. l. c. T. V, Notes, p. 5, n. XXI. et Be. ex c. 2 C. Th. de Actoribus (X, 4) rep. *Vic. Urb.* Vid. Go. in comm. h. c. p) 4 *Quecum.* Til. — Ri*. *Quae cum.* Be. *Quae cun.* Go. Be. in ann. rep. *Quaecumque*, recte. *) Err. Go. *sive.* q) Fol. 237[b] cod. 4. r) 4 *Dat. prid. prid. Non.* s) 4 *uc̄*; edd. *Vic.* t) 4 *dioec̄*; rubro col. add. *eseos* (dioeceseos). Go. vituperat Iuretum, qui ad Symmachum III, 53 reponit Ausonii nomen. *) Aur. Lugd. *meruerit.* Supra Ri*. *Idem A.* u) ex c. 8 cit. In cod. 4 et in edd. deest *Med.* Iam Go. voluit addi *Med.*

71. *Iidem AA. et Gratianus A. ad Amphilocium*[v] *Consularem Campaniae sive*[x] *ad Sophronium*[y] *Consularem Piceni.* Qui, praeterito aliquo vel honore[z] vel munere, ad locum indebitum tetenderunt, etiamsi conivente[a] curia, vel aliquibus in iudicium caussis tanquam probabilibus allatis valuit obreptio, ad ea, quae fugerant, retrahantur. Quiescat autem illa interlocutio, quae[b], cum huius modi querimoniae[c] deferantur[d], pronuntiet iudex, curiam suum nosse discrimen. *Dat. III. Non. Maii Treviris, Valentiniano et Valente III. AA. Coss.* (370.)

72. *Iidem AAA.*[e] *ad Olybrium Consularem Tusciae.* Si quis negotiator fundos comparaverit, et ut aliquorum possessor praediorum vocetur ad curiam, ei necessitatis umbra non adsit, quod propterea[f] pecunia, quam habet in conversatione, mercatoribus[g] indictum aurum argentumque agnoscit, sed nominatione facta eius[h] pareat functionibus, cui se sponte dedit, pecuniae usum in glebae commodum conferendo. *Dat. III. Non. Maii Treviris, Valentiniano et Valente III. AA. Coss.* (370.)

73. *Iidem AAA.*[l] *ad Symmachum Proconsulem Africae.* Qui nullo administrationis honore fultus, nullis vel palatini laboris insignibus[k] vel meritis iustis militiae in consortium senatus nititur pervenire, missa in hanc rem legatione revocetur, eique reddatur curiae, quam voluit declinare. *Dat. prid. Kal. Dec. Treviris, Valentiniano et Valente IV.*[l] *AA. Coss.* (373.)

74 *Iidem AAA. ad Modestum Pf. P. Post alia:* In his, qui ex curiis ad senatus consortia pervenerunt, haec forma servetur, ut, si perfunctus quispiam muneribus et filii sobole nixus fuerit, quem senatorio necdum indepto honore suscepit, filium suum curiae[m] functionibus tradat, ipse optata clarissimatus dignitate potiatur. Quod si ei gemina vel numerosa soboles erit, tunc discrimen prompte[n] dudum divalis legis[o] adhibendum est, ut de duobus eius liberis ac[p] pluribus sortiendi unius filii ad collegium senatus habeat optionem; ita ut ei, qui cum patre vel post patrem ad consortium senatus legetur, divisio cum fratribus[q] per sortem successionis patrimonii[r], idonea solius glebae substantia congregetur. Plane si quis[s] curialis factus senator et unius filii posteritate[t] subnixus ipsum senatui poposcerit connecti, seque promittat ad curiae munera regressurum, eius modi captio minime admittatur. §. 1. Ceterum si de numero curialium factus senator filium non habebit, quem functionibus patriae heredem generis ac munerum derelinquat, glebae senatoriae brevibus eximatur[u]; circa eos forma data, qui intra annos XL[v] consulatus[x] Constantii decimi et Iuliani tertii[y] amplissimi ordinis participasse collegium monstrabuntur. Ceterum anteriore tempore adscitos ipsa aequum est antiquitate defendi. §. 2. Si quis igitur curialis prosapiae senatorio adepto vel a nobis vel a divis principibus honore subnixus sit, quantum ad liberos quidem pertinet, eadem[z], quae superius comprehensa est, forma servetur, excepto scilicet eo, qui sine filio sit et, ut statuimus, retrahendus est, nisi vel antiquitate participati senatus vel praestituti temporis praerogativa muniatur, vel ius gladii habuit vel praeconum, qui honores concessi ceteris *), et antiquum instar[a] senatorii nominis fuerint consecuti *). §. 3. His[b] verae dignitatis titulis et iudicibus adiungendis, qui, proprium decus senatus[c] indepti, praeturae insignibus fuerint et honoribus ampliati, vel quos, veteris *) tribunorum plebis appellatione respersos, umbra nominis[d]

— c. 71 eodem die data est atque c. 72 h. t., neque tamen has constt., ut Go. placet, inter se coniungam, cum diversis magistratibus inscriptae sint. Vid. c. 86 et 87 h. t., not. sup. — c. 72. Vid. c. 71 h. t., not. sup. — c. 73. Si recte se habet subscr., haec c. non iusto loco est, et ponenda post c. 78 h. t.; sed vid. not. *l*. Cf. c. 77, 87, 152 h. t., not. sup. — c. 74 Go. indigitari putat in c. 90 h. t. Vid. infra not. *y* et de Summ. C. Th. infra c. 93 et 168 h. t.

v) Aur. Lugd. *Amphilochium.* x) Ita 4 et edd.; Be. prop. *simul*, sine caussa; nam v. *sive* indicat, conditores C. Th. duo adhibuisse eiusdem legis exempla, sed diversis magistratibus inscripta. y) 4 *Sofronium.* z) Fol. 238[a] cod. 4. a) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *conhibente.* Aur. Lugd. *cohibente*, mendose. Vid. VI, 30, 17, not. *v*. b) Go. Be. in not. em. *qua*, recte. Quadrat etiam in h. l. *quam.* c) 4, Cui. 2 — Ri*. *quaerimoniae*, sed in cod. 4 rubro col. em. *querimoniae*, et ita habent Til. — Lugd. Be. d) Go. annot.: „*Deferuntur.*“ e) 4, Til. — Ri*. *AA.* et hic et in sq. c. Utroque loco Be., auct. Go., rep. *AAA.*, recte; nam Gratianus A. hoc tempore iam cooptatus erat in imperium. Vid. c. 71 h. t. f) Ita 4 et edd. Inverso ordine Go. scribendum esse putat *propterea quod.* Lego *quod propter eā pecuniā* (eam pecuniam). g) Til. — Cui. 2* *pecunia quam habet, in conversatione mercatoribus.* h) Go.: „An Curiae? an necessitatis?“ Curiae equidem puto. i) Vid. not. *e* antec. k) Fol. 238[b] cod. 4. Paullo supra Aur. Lugd. *palatinis.* l) Ita 4, edd. Annus deest ap. Go. — Ri*. Err. ap. Be. additur 372. Go. vult *III.*, recte; nam praeterquam quod hac cj. restituitur ordo legum, vulgata scriptura inversus ac turbatus, Chilo videtur iam exeunte anno 373 Proconsul Africae fuisse. Cf. Valesius ad Ammian. Marcell. XXVIII, 1. m) Til. *suscepit filium suum, curiae.* n) Go. cj. *promptae*, i. e. latae et Be. *promtae*, recte. o) Haec lex sec. Go. periit. p) Go. ann.: „*Aut*, vel etiam.“ q) 4 *patribus*, a libr. corr. *fratribus.* r) Go. Be. rep. volunt *diviso — patrimonio*, recte, etsi satis est emendare *divisi.* s) 4 *qui.* Retinui *quis* propter similem locum §phi 2. t) Fol. 239[a] cod. 4. u) Summ. C. Th.: „*eximatur haec gleba de senatorio albo.*“ v) Edd. *quadraginta*; reposui ex codice 4 Latinum numerum, ut error, in quem facile incidere poterat librarius propter similitudinem notarum, pateat; nam Go., quem Be., ut fere ubique, sic hic quoque tacite repetens sequitur, reponendum esse demonstrat *XI* pro XL. x) Go. ann.: „*A Consulatu.*“ y) Annus 360. Hanc legis partem a Theodosio M. indigitari et memorari recte dicit Go. in c. 90 h. t. z) Go. ann.: „*Ea.*“ *) Go. in not.: „*certis.*“ a) Fol. 239[b] cod. 4. *) Cf. c. 49, not. *e*. b) Cui. 1 — Cui. 2* *consecuti his.* c) Edd. *senatum.* Reposui *senatus*, quod Go. et Be. prop.; nam codex 4 habet *senatū.* Coniecit etiam Go. *senatorum.* *) Melius *veteri.* d)

nobis annuentibus constiterit populo praefuisse. §. 4. Inanes vero umbras et cassas imagines dignitatum codicillis honorariis sectantes nihil adiuvari praecipimus; exceptis eminentium elatis titulis dignitatum, si et honorario nomine a summo gradu, usque ad consularitatem, haud exiguis profecto meritis, amplissima sibi honestamenta pepererunt: ceteris inferioribus duntaxat honorariis dignitatibus ad ea officia, quae[dd] reliquerant, deducendis. §. 5. Haec super obnoxiis curiali origine. Ceterum suae[e] potestatis, et[f] nullis per provincias functionibus obligatis[g], vel longae militiae labore vel proximis erga nos iuvantibus[h] codicillos senatorios reportaverint, nisi vitiis aut actae vitae opprobriis amplissimo ordine deprehendantur[i] indigni, indepti semel clarissimatus dignitatem perpetuo manebunt[k] in ordine senatorum. *Dat. Kal. Mart. Constantinopoli, Gratiano A. II. et Probo Coss.* (371.)

75. *Iidem AAA.*[l] *ad Viventium Pf. P.* Qui ad sacerdotium provinciae et principalis honorem gradatim et per ordinem, muneribus expeditis, non gratia emendicatisque suffragiis, et *) labore pervenerint, probatis actibus, si consona est civium fama, et publice ab universo ordine comprobantur, habeantur immunes, otio fruituri, quod continui laboris testimonio promerentur, liberumque sit corpus eorum ab his iniuriis, quas honoratos non decet sustinere. Honorem etiam eis ex-comitibus[m] addi censemus, quem hi consequi solent, qui fidem diligentiamque suam in administrandis rebus publicis approbarint. *Dat. IV. Kal. Iul. Treviris, Gratiano A. II. et Probo Coss.* (371.)

76. *Iidem AAA.*[n] *ad Modestum Pf. P.* Ex omnibus domibus producti, qui origine sunt curiali[o], ad subeundam publicorum munerum functionem protrahantur; quippe cum[p] occultatoribus talium praeter iacturam existimationis etiam rerum discrimen incumbat, si, ulterius progressi, utilitatem publicam privatis studiis[q] et patrociniis postponant. *Dat. III. Id. Iul. Ancyrae, Gratiano A. II. et Probo Coss.* (371.)

77. *Iidem AAA.* *) *ad Probum Vicarium urbis.*[r] Nemo originis suae oblitus et patriae, cui domicilii iure devinctus est, ad gubernacula provinciae nitatur adscendere prius, quam decursis gradatim curiae muneribus subvehatur. Nec vero a duumviratu[s] vel a sacerdotio incipiat, sed servato ordine omnium officiorum sollicitudinem[t] sustineat, quod nec his deferri per gratiam aut connivente[u] iudice patimur, qui advocationis praerogativa nituntur; nec vero principalium vel sacerdotalium, cum nullam[uu] curialium officiorum agnoverint functionem, in honores primos irrepant[v]. Post munera vero et magistratus gradatim patriae persolutos aditus singulis ad administrationes publicas, nobis quoque assistentibus, recludatur etc. *Dat. VII. Kal. Mart. Treviris,* [x] *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

78. *Iidem AAA. ad Probum Pf. P.* Ad illustres comites et magistros equitum ac peditum scripta porreximus, ut scirent, ab omnibus his veteranorum filiis, qui vel curiae addicti sunt, vel civilibus muneribus aliisque necessitatibus obsecundant, penitus abstinendum vel, si qui forte retracti essent, eos ita protinus officiis anterioribus redderent, nec pro his vicarios expeterent iuniores. *Dat.*[y] *XVII.*[z] *Kal. Iun. Patavione, Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

79. *Iidem*[a] *AAA. Modesto Pf. P.* Quicunque per

— c. 75. Baron. ad ann. 371, n. 131. Bou. l. c. p. 755. Eodem die data est c. 5 C. Th. de Murilegulis (X, 20). Summ. C. Th.: „*II et XX* (l. XXI) *similis.*“ — c. 76. Cod. Iust. X, 31, 31. — c. 77. Summ. C. Th.: „*Similis III et LXX.*“ Cf. c. 116, not. sup. — c. 78 coniungenda est cum c. 12 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4). Vid. infra not. *z.* — c. 79. Cod. Iust. XII, 58, 5. Indigitatur in c. 105 h. t. Vid. c. 105, not. sup.

Go. om. *nominis*, err. dd) 4 *que reliquerant.* e) Go. vult *Coeterum qui suae* aut *coeterum si suae* (ita recte edit. Ri.; ap. Go. err. fuerat *se sua*). Illud prob. Be. Vid. not. *g.* f) Vocem *et* Go. accipit pro *id est.* g) Go. Be. cj. *obligati.* Vid. not. *e.* Oratio procedit, si legitur *obligati, sive longae* etc. h) Go. ann.: „*Iuvaminibus.*“ i) Fol. 240ª cod. 4. k) Ri*. *maneant.* Infra Go. *A. A. II.* et Aur. Lugd. *Cons.* l) 4, edd. ante Be. *AA.* Recte Be. iussu Go. ex c. antec. rep. *AAA.* Bou. *Iidem Impp.* *) Go. in not.: „*sed labore.*“ m) 4, Til. — Cui. 2* *excomitibus.* Go. — Ri*. *ex Comitibus.* Mox 4, edd. ante Be. *hii* et Aur. Lugd. *Cons.* n) Ita 4 et Be. auctore Go. hic et in sq. c.; utroque loco Til. — Ri*. *AA.* Vid. not. *l* anteced. In Cod. Iust. imperatorum nomina ponuntur. o) Cod. Iust. *curiales.* p) Fol. 240ᵇ cod. 4. q) Cod. Iust. *custodiis* pro *studiis*, recte improb. Go. *) Vid. not. *n* anteced. r) Go. ann.: „Error in hac Inscriptione admissus: vel enim reponendum *ad Probum V. C. PP.* id est *virum clarissimum PP.* iam enim diu Probus, PP. erat, et quidem hoc ipso Anno, ut docet inter alias, *lex prox.* 78. *inf.* et *lex* 8. *sup. de fil. mil. app.* (VII, 22) vel rescribendum, ad *Maximinum Vic. urbis:* de quo Ammianus multa *lib.* 28. (c. 1) vel ad *Aginatium Vic. urbis*: de quo idem Ammianus. Verum in priore sententia haereo.“ Be. ann.: „Fort. hoc ipso tempore simul et Pf. P. et vicar. urb. fuit. cf. Corsini Ser. Pf. U. ad ann. 372.“ Corsinius ex Ausonii epist. XVI, v. 15 sqq. et h. c. colligit, Probum Pf. P. simul et vicar. urb. fuisse, reprobata Go. cj. propter nimiam, quae sit, scripturae diversitatem. s) 4 *adduumviratus*, rubro col. em. *a duumviratu.* t) Til. *ordine*, *omnium officiorum*, *sollicitudinem.* Cui. 1 — Ri*. *ordine*, *omn. off. soll.* Go. *onmnium.* u) 4, Til. — Ri*. *conhibente.* Vid. c. 71 h. t., not. *a.* uu) Ri*. err. *nulla.* v) 4 *inreparant*, rubro col. delentur literae *ar.* x) Fol. 241ª cod. 4. y) Go. *Dat.* pro *Accepta* sive *Reddita* habet. Annotat autem in Chron. p. XCII.: „Nisi enim *Patauionem* istam in Gallia fuisse putemus et forte in *Batauia* eam ponamus, ubi tum Valentinianus *erat*, *Patauio* (Ri. *Batauio*) haec fuerit Norici urbs, teste Am. Marcell. *lib.* 14. Pannoniae antea Ptolomaeo. *Patauione* autem hic editum ut Ptolomaeo πατάνιον et in nonnullis Antonini Itiner. Alii ferme *Puetaiuone*, vel *Petauione*, hodie *Pettare*; verum prius illud magis placet.“ In ann. h. c. alios *Poëtauione* scribere dicit. z) Scrib. *XVI.* Vid. c. 12 de Cohort. cit., not. *d.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* a) Quia Valentinianus iam deces-

Osroënam[b] primipilarium[c] maiore laetatur numero filiorum, unum loco suo, veluti hereditario iure, substituat, alterum, pro amore patriae, Aedesenae[d] curiae tradat obsequiis, ceteris quam voluerit militiam[e] provisurus. Sin autem duos tantum procreaverit, cohorti satisfacere cogatur et curiae. Quod si unum procreaverit, eundem ordini patriae restituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. Damus sane licentiam tam patribus eorum quam ipsis, qui huius legis[f] auctoritate civitatum obsequio aggregantur, ut, si quos curiales patrocinio principalium invenerint excusari, in medium proferant, ut et ipsi, similibus officiis deputati, pareant impetratis[g]. *Dat. III. Non. Dec. Antiochiae, post cons. Gratiani A. III. et Equitii*[h] *V. C.* (375.)

80. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Iuliano Praefecto Aegypti.* Omnis ordo curialis a tormentis his, quae reis debita*) sunt, et ab ictibus plumbatarum habeantur immunes[i]; scituro iudice, quod si vel ipse vel eius officium contra vetitum legis aliquid usurpare tentaverit, gravissimo se supplicio esse subdendum. Gravitas igitur tua, sanctionis maiestate perspecta, non solum a corporalibus curialium iniuriis temperabit, verum etiam tota[ii] observatione providebit, ut, si aliquid temerarium ab officio aliquo fuerit perpetratum, severioris poenae discrimine vindicetur. *Dat. XVI. Kal. April.* *) *Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

81. *Iidem AAA. ad Neoterium*[k] *Pf. P.* Fabricenses*) ordinibus restituantur, qui originem curialem et propriae[l] munera declinaverint civitatis: reliqui ne levi quidem inquietudine pulsentur. *Dat. XVI. Kal. April. Thessalonicae*[m], *Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

82. *Iidem AAA. Neoterio**) *Pf. P.* Omnes ad curiam **) praecipimus revocari, qui, ad munera subeunda originalibus vinculis occupati, officia conantur exhibere maiora, sive se splendidissimo senatui tradiderunt, sive per officia militantes obsequia patriae denegarunt, si tamen allegationum meritis deseruntur. *Dat. XVI. Kal. April. Thessalonicae*[n], *Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

83. *Iidem AAA.......*[o] Si qui[p] militaris prosapiae se officio cohortis aggregarit, et si[q] infractis viribus grandaevam praeferat senectutem, aut debilitatis obtentu bellico inconveniens operi iudicetur, de ignaviae latebris vel sera indagatione retractus curiarum functionibus mancipetur. *Scripta Petro Consulari Phoenices*[r] *Damasco*[s] *prid. Id. Maii Constantinopoli*[t], *Gratiano*[u] *et Theodosio I. AA. Coss.*[v] (380.)

84. [x] *Iidem AAA. ad Camenium*[y] *Vicarium Africae.* In nominationibus a singulis quibus[z] ordinibus celebrandis dudum expressae[a] quantitatis modum eatenus volumus custodiri, ut eorum in[b] duabus, quae concilio adesse debent, partibus numerus derogetur, quos aut obtentus[c] debilitatis alienat, aut senectus pigra remoratur, aut clericatus obsequia vindicarunt, aut crimen

---

— c. 80 coniungenda est cum c. 20 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Eodem die datae sunt c. 81 et 82 h. t. Summ. C. Th.: „*VIIII et XXX similis.*" Vid. c. 85, not. sup. Sec. Go. respicit h. c. Libanius in Orat. περὶ ἀγγαρειῶν n. 7 (Opp. min. Go. ed. Trotz. p. 386), in Orat. adv. Icarium (ed. Morell. p. 464) et in Orat. ad Theodosium inedita. Vid. Go. comment. et Ri. T. II. Praefat. pag. VI. — c. 81 et 82 inter se coniungendae sunt. Cod. Iust. X, 31, 32. Summ. C. Th. ad c. 81: „*VII et XXX similis.*" Vid. supr. X, 22, 6, not. sup. et c. 80 h. t., not. sup. — c. 82. Vid. c. 81 h. t., not. sup. Vid. c. 100, 134, 168, not. sup. — c. 83 (err. Ri*. *LXXXII.*) transscripta est pariter atque c. 9 C. Th. de Filiis milit. appar. (VII, 22), quacum coniungenda est, ex c. 7 de Filiis mil. app. (VII, 22). Vid. c. 84 h. t., not. sup. — c. 84 concordat sec. Go. c. 142 h. t. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*"

---

serat, Go. Be. rep. volunt *Imppp. Valens Gratianus et Valentinianus AAA.* Cod. Iust. *Iidem AAA.*, h. e. *Imppp. Valent. Valens et Grat. AAA.* b) Cod. Iust. *Osroenam.* 4 et edd. *Osdroenam* s. *Osdroënam.* c) Cod. Iust. *primipilarius*, sed Cui. ut C. Th. d) Ita 4, Til. — Cui. 2* et Cod. Iust.; Go. — Be. *Aedesiae.* Go. ex c. 105 h. t. et ex Cod. Iust. *Aedesenae*, Be. aut *Aedesae* aut *Aedesenae* reponi iubet. Consultius erat antiquiores C. Th. editiones inspicere quam coniicere. e) Cod. Iust. *qua v. militia.* f) Fol. 241[b] cod. 4. g) Go. em. aut *pareant imperatis* aut *careant impetratis*, et *careant* quidem apud Spangenbergium habet cod. G. Nihil muto cum Cuiacio in Comm. l. c. p. 512. *Impetratis*, scil. a curia officiis. h) 4, Til. — Lugd. *Equiti.* Cui. 2 — Ri*. *EquitI.* *) Ri*. *Iulianu — debira.* i) Be.: „mel. *habeatur immunis.*" ii) i. e. *omni.* Cf. c. 33 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) *tota maturitate.* *) c. 20 cit. add. *Thessal.* Infra Aur. Lugd. *V. Theod.*, om. *et.* k) In Cod. Iust. ponuntur nomina imperatorum. 4, edd. ante Be. et Cod. Iust. *Neotherium.* Proxima h. t. c. *AAA. Neoterio* (4 et edd. ante Be. *Neotherio*). *) Fol. 242[a] cod. 4. l) Cod. Iust. *propria*, sed libri mss. et Cui. *propriae.* m) 4, Til. *Thessall.* *) Vid. not. *k* anteced. **) Mendose Ri*. *Curam.* n) 4 *Thessallonicae.* o) Nomen magistratus nullo lacunae signo deest in cod. 4 et in edd. Til. — Cui. 2*. Be., ut deerat in c. 9 cit. Go. — Ri*. septem puncta ponunt. Vid. not. *t* sq. p) 4 *Siqui*; edd. *Si quis*, ut c. 7 cit. Rectius *Si qui.* q) Go. om. *si*, err. typ. r) 4, Til. — Ri*. *Foenicis.* Be. *Phoenicis.* s) 4, Til. — Ri*. *Damasco.* Be. *Damasci.* t) Go. em. *Thessalonicae*, in qua urbe integrum fere annum commoratus est Theodosius. Cum desit *Constantinop.* in c. 9 cit., nomenque urbis suspectum sit, id delendum esse puto et utriusque legis, huius et c. 9 cit. inscriptiones et subscriptiones ita restituendas: *Iidem AAA. Petro Consulari Phoenices. Si qui — mancipetur. Scripta Damasco prid. Id. Maii, Gratiano* etc. u) Recte Go. Be. ex antec. c. 80 — 82 addi volunt *V.* Eundem numerum habet c. 9 cit. v) Aur. Lugd. *Cons.* x) Fol. 242[b] cod. 4. In ima pag. parte adscriptus est numerus quaternionis *AB.* y) Go. ann.: „Forte *Carterium*, cuius mentio apud Symmachum, *lib.* 5. *ep.* 43. et ad quem Symmachus scribit *lib.* 8. *ep.* 18. (Ri. 16.) et *lib.* 9. *ep.* 6. *et* 28. Sane aperte his duabus postremis indicat Carterium Iudicem fuisse, sed nil temere adstruo." z) 4, Til. — Lugd. *quibus.* In Cui. 2 — Be. rest. est *quibusque*, de Cui. cj. a) Go.: „Ubi haec lex?" Videtur periisse. b) Go. vult *e.* Neque tamen falsum est *in.* c) Edd. *obiectus*, sed 4 *obtentus*, et corr.

desertionis absentat, ut ex reliquo numero duobus[d] tertiis supputandis. *PP. Karthagine XV. Kal. Mart., Syagrio et Eucherio Coss.* (381.)

85. *Iidem AAA. Eutropio Pf. P.* Omnes iudices provinciarumque rectores a consuetudine temerariae usurpationis abstineant, sciantque, neminem omnino principalium ac[e] decurionum, sub qualibet culpae[f] aut erroris offensa, plumbatarum[g] cruciatibus esse subdendum. Quod si quis forte iudicum in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit, quod[h] audeat principalem ac decurionem et suae, si sic dici oportet, curiae[i] senatorem plumbatarum ictibus subdere[k], viginti librarum auri illatione mulctatus et perpetua infamia[l] inustus[m] ne speciali quidem rescripto notam eluere[n] mereatur[nn]; et officium quinquaginta librarum auri mulctam fisco nostro cogetur inferre, quoniam, ut pertinaciae iudicis[o] resistat, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem. *Dat. XII. Kal. Aug. Heracleae, Eucherio et Syagrio Coss.*[oo] (381.)

86. *Iidem AAA. Eutropio Pf. P.* Qui laborem[p] curialis officii declinantes per illicitae ambitionis compendia[pp] provecti non merito probantur esse, sed pretio, nulla debent ratione defendi, sed functionibus debitis redhiberi. Super eorum autem filiis revocandis nullius dubietatis exstet ambiguum. *Dat. XII. Kal. Aug. Heracleae, Eucherio et Syagrio Coss.* (381.)

87. *Iidem AAA. ad Florum Pf. P.* Universos, qui se tam caussarum actionibus quam etiam sacramentis militaribus cessantes ac stipendiis manciparunt, ad obsequium sublimitas tua iubeat redire curiale. Eos vero, quos emptae defensionem praeferre compererit dignitatis, cunctas, quas crediderant subtrahendas, [q] complere praecipiat functiones. *Dat. III. Kal. Aug. Heracleae, Eucherio et Syagrio Coss.* (381.)

88. *Iidem AAA. ad Syagrium Pf. P. Post alia:* Curiales nisi per quinquennium armata militia vel per triginta annos dignitas palatina defendat, certum est, origini esse reddendos; ita ut, servata quinquennii de praeterito conditione, et in posterum istius modi personis a consortio militiae celsioris exclusis, omnes, qui intra praescriptum[r] tempus inter palatinos habentur seu inter protectores aut domesticos, restituantur suae fortunae. *PP. V. Id. April. Karthagine, post cons. Syagrii et Eucherii*[s] *VV. CC.* (382.)

89. *Iidem AAA. ad Syagrium Pf. P.* Omnes omnino, quos paterna obsequia municipes fecerunt, resultandi curiae nexibus, quaelibet avorum atque maiorum stemmata referant[t], licentiam penitus amittant; non minore rectoribus, si hoc concesserint, periculi denuntiatione constrictis[u]. §. 1. Veteranorum quoque filios armis impares seque[v] otio vel debilitate membrorum vel mentis[x] torpore donantes vindicet curiarum necessitas. *Dat.*[y] *III. Non. Iul. Viminacio*[z], *post cons. Syagrii et Eucherii*[a] *VV. CC.* (382.)

90. *Iidem AAA. Proculo*[aa] *Comiti Orientis.* Universos, qui[b] ex consulatu divi pii Constantii[bb] X. et

— c. 85 coniungenda est cum c. 86 h. t. H. c. Go. indicari putat in Libanii Or. περὶ ἀγγαρειῶν (p. 386 l. c. ed. Trotz.), adv. Icarium (p. 464 edit. Morell.). Vid. c. 80 h. t., not. sup. Eodem die Palladio Com. S. L. data est c. 2 de His, qui cum dispens. contr. (X, 24). Vid. c. 2 cit., not. *f*. Cod. Iust. X, 31, 33. Cf. c. 110 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Similis duabus VIIII et XXX et I et LXXX* (l. *LXXX*).“ — c. 86. Vid. c. 85 h. t., not. sup., infra c. 123, not. sup. H. et sq. c. Go. indicari putat in c. 123 h. t. et una cum c. 90, 91, 93, 94 in c. 98 h. t. Vid. c. 90, 91, 93, 94, not. sup. et c. 98, not. *g*. Summar. Cod. Theod.: „*Similis secundae et septuagesimae* (l. *LXXI*).“ — c. 87. Vid. infra c. 94, 98, not. sup. Eodem die datae sunt c. 6 C. Th. de Sepulcr. viol. (IX, 17) et c. 3 C. Th. de Fide cathol. (XVI, 1). Vid. c. 86 antec., not. sup. Summar. Cod. Th.: „*Superioribus similis, item II et LXX* (l. *LXXI aut LXXIII*).“ — c. 88. Vid. infr. c. 95, 134, 154, 168, not. sup. et c. 100, not. *u*. Summ. C. Th.: „*Contraria superiori, id est LXII* (leg. *LVI*).“ — c. 89. Vid. c. 1, not. sup. — c. 90 et 91 Go. propter argumenti similitudinem inter se coniungendas esse putat, licet et aetate differant et nominibus magistratuum, quibus inscriptae sunt (vid. not. *h*), intelligi autem a Theodosio in c. 98 h. t. Vid. c. 86, 87, 93, 94, h. t., not. sup. et c. 98, not. *g*. Ordo c. 88 — 90 turbatus est et c. 90 ponenda ante c. 88.

rubro col. *obiectus*. c. 83 h. t. *debilitatis obtentu*; quare rep. *obtentus*. Vid. etiam c. 98 h. t. *advocationis obtentu*. d) Go. Be. in not. rep. *et - duabus*, recte; etsi concinnius est omittere v. *ut*. e) 4 *ad*, rubro col. em. *ac*. Cod. Iust. *aut*. Crederem in v. *ad* latere *aut*, nisi paullo infra scriptum esset *principalem ac dec.* f) 4 *cupae*; a rec. man. corr. *culpae*. g) Cod. Iust. om. *plumbatarum*. Aur. Lugd. *cruciatitibus*. h) Go. ann. *Ut*. i) Cod. Iust. *pr. aut dec., et suae curiae, si sic dici oportet, senatorem*. Test. Dirksen. l. c. p. 505 codd. Reg. 1, 2 eundem ordinem verborum habent atque C. Th. k) Cod. Iust. *senatorem, tormentis subdere*. l) Fol. 243[a] cod. 4. m) Recte Be., Cod. Iust. secutus, delet *ut*, quod in 4 et edd. h. l. additur et ex antec. syllaba *tus* originem trahere videtur. Ceterum Cod. Iust. *ne*. 4, edd. *nec*. Recepi *ne*. n) 4 *natam uel uere*, ab ant. man. corr. *notam*. Til. — Ri*. *notam vel eruere*. Rein. pro *eruere* em. *luere*. Habent etiam nonn. Cod. Iust. libri mss., veluti ap. Spangenb. cod. G. et Cui. edit. *eruere*. Be., auct. Go., ex vulg. Cod. Iust. edd. rest. *notam eluere*, quae scriptura non multum discrepat ab illa cod. 4. nn) Go. *meretur*. o) Cod. Iust. *nostro cogatur — iudicis sui resistat*. oo) Aur. Lugd. *Cons.* p) 4 *labore*, rubro col. add. *m*. pp) 4 *copendia*, antiq. man. em. *conpendia*. q) Fol. 243[b] cod. 4. r) 4 *de preterito — prescribtum*. s) 4, Til. Cui. 1 *Syagri et Eucheri*. Aur. Lugd. *Syag. et Euch.* Cui. 2 — Ri*. *SyagrI et EucherI*. t) Go. prop. *praeferant*; neque vero *referant* falsum est. u) Go. *constricti*, mendose. v) Fol. 244[a] cod. 4. x) 4, Til. *meritis*. y) Go. *Dat.* pro *Redd.* sive *Acc.* habet. z) Be. *Viminacii*. a) 4, Til. — Lugd. *Syagri et Eucheri*. Cui. 2 — Ri*. *SyagrI et EucherI*. aa) Mendose Go. *Preculo*. b) Emend. *quos* aut infra *constiterint*. Vid. c. 16 h. t. *requirantur et, si — latere patuerint*. Praefero *quos*. bb) 4, Til. — Lugd.

Iuliani III.[c], hoc enim tempus est, *quod*[d] divorum parentum[e] nostrorum Valentiniani et Valentis decreta[f] signarunt, ex genere curiali ad senatoriam dignitatem adspirasse constiterit, vel restituendis omnibus functionibus, quas debebunt, curabis addicere vel, si cunctis functionibus obsecuti sunt, in substituendis quam maxime idoneis obnoxios facere non desistas. *Dat. VIII. Id. Mart.* *) *Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

91. *Iidem AAA. Dario Consulari*[g]. Si qui curiales curia derelicta neque debitas patriae reddiderint functiones, nec, cum ipsi discederent, idoneos surrogarunt, ita eos constringi oportet, ut et agenda persolvant, et in locum suum idoneos pro publica utilitate constituant. *Dat. VIII. Id. Aug.*[h] *Constantinopoli, Antonio et Syagrio*[i] *Coss.* (382.)

92. *Iidem AAA. Floro Pf. P.* Si quis procurationem facultatum suarum curiali crediderit esse mandandam, totius dignitatis exceptione depulsa, patrimonium eius, quod crediderat curiali, proscriptio fiscalis invadat. Ille[k] vero, qui immemor libertatis et generis, infamissimam suscipiens vilitatem[l], existimationem suam servili obsecundatione damnaverit, deportationis incommodo subiugetur[m]. *Dat. X. Kal. Nov. Constantinopoli*[mm], *Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

93. *Iidem AAA. Clearcho Pf. P.*[n] Cuncti, qui ex decurionibus senatorum se splendori et collegio miscuerunt, eorumque omnis soboles[o], vel quae prius edita est, vel quae postmodum docetur esse suscepta, remittatur ad curiam. *Dat. VII. Kal. Dec. Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

94. *Iidem AAA.*[p] *Constantiano*[q] *Vicario dioeceseos Ponticae.* Universos, quos[r] furtivam militiam et fraudes varias dignitatum obsequia civitatum gravitas tua compererit refugisse, ac per ambitum honoris indebiti necessarium patriae ministerium[s] denegasse, ad collegium ordinum et consortium functionum amota revocare dilatione contendat, neque eos sub excusatione alicuius officii vel honoris permittat evagari. Qui tunc demum libero poterunt honore gaudere, si, universis muneribus nominationibusque completis, absolutam possidere coeperint dignitatem. *Dat. prid. Kal. Febr. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

95. *Iidem AAA.* *) *ad Eusignium Proconsulem Africae.* Viri[t] ordinibus nati ad militiae non debent sacramenta confugere. Post quindecim vero[u] stipendia vinculo prioris ordinis liberetur, qui se tribus lustris assidue militasse, et neque bellicis necessitatibus neque muneribus militaribus ostenderit defuisse. *Dat. IV. Kal. Mart. Mediolano, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

96. *Iidem AAA.*[v] *Floro Pf. P.* Concessum[x] curialibus provinciae Mysiae, ut, si[y] quos e plebe idoneos habent, ad decurionatus munia devocent, ne[yy] personae famulantium facultate locupletes onera, pro quibus patrimonia requiruntur, obscuritate nominis vilioris[z] evadant. §. 1. In quorum desiderio etiam istud adiectum est, ut originales[a], qui ad diversa provinciarum officia confugerunt ex divi Iuliani tempore[b], ad curiales functiones sublata omni ambiguitate retrahantur. *Dat. III. Non. Mart. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

— c. 92. Cod. Iust. X, 31, 34 mut. Memorat eam Theodosius et ampliat in Nov. VIII. Theodos. Ne curialis praedium (ed. Berol. p. 1234). — c. 93 Go. indicari putat in c. 98 h. t. Vid. c. 86, 87, 90, 91, 94 h. t., not. sup. et c. 98 h. t., not. *g*. Summ. C. Th.: „*V et LXX* (l. *LXXIV*) *contraria.*" — c. 94 Go. indigitari putat in c. 98 h. t. Vid. c. 86, 87, 90, 91, 93 h. t., not. sup. et c. 98, not. *g*. Summ. C. Th.: „*Similis VII et LXXX.*" Cf. cum hac et sq. c. Theodosii epp. relatas in Libanii Or. de Curiis (Ri*. T. VI. Part. I, p. 322). — c. 95. Summ. C. Th.: „*Contraria haec duabus, VII et LXXX et II et L* (l. *LVI*). *In quinquagesima secunda* (l. *q. sexta*) *praeceperat intra decennium curiae revocari, in VIII et LXX* (l. *LXXXVIII*) *intra quintum annum, in hac intra XV. annum.*" — c. 96 coniungendam esse Go. putat cum c. 12 C. Th. de Privilegiis eorum (VI, 35) quamquam alii magistratui inscripta. Vid. c. 133 h. t., not. sup.

Constanti. Cui. 2 — Ri*. *ConstantI.* c) Annus 360. Reposui ex cod. 4 numeros Romanos; edd. *decimi et Iul. tertii.* Go. in not. *Decimum — Tertium.* d) 4 om. *quod.* Aut om. *est* aut add. cum Til. et rell. edd. *quod.* e) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *parentium.* f) Intellig. c. 74 h. t. Vid. ibi not. sup. et not. *y*. *) Vid. not. sup. g) Go. pro *Consulari* rep. vult *Com. S. L.* Vid. supr. IV, 20, 1, not. *e*. h) Go. in not. ex c. 90 revocare videtur *Mart.*, ut c. 90 et 91 inter se coniungantur, quod ut fiat, non concedo. i) Fol. 244[b] cod. 4. Aur. Lugd. *Cons.* k) Cod. Iust. *depulsa, gravissima poena plectetur: ille.* Mox Aur. Lugd. *crediderat, curiali, proscribt.* l) Nonn. Cod. Iust. edd. (ut Cui.) *utilitatem*, impr. Go. Vid. Dirksen. l. c. p. 505. m) Cod. Iust. *damnaverit, tradatur exilio.* 4 *subiungetur.* mm) Cui. 2, 2* om. *Constantinop.* n) Go. Be. corr. *Pf. U.* ex c. 3 C. Th. de Aquaeductu (XV, 2), c. 1 C. Th. Ut dignit. ordo (VI, 5), Socratis Hist. eccl. IV, 8. Cf. supra IV, 17, 2, not. *v*. o) 4 *omnes suboles vel que.* Til. — Lugd. *omnes suboles, vel quae.* Cui. 2 — Ri*. *suboles.* p) Be. in hac et in sqq. novem constitutionibus addi vult *et Arcad. A.*; sed praeterquam quod raro in C. Th. quattuor imperatores in inscriptionibus legum nominantur, consentit Cod. Iust. in c. 98, 99, 101, 102 h. t. et C. Th. VI, 35, 12, IX, 42, 10, VII, 2, 1 cum c. 96, 98, 102 h. t. q) Aur. Lugd. *Constantio.* Go. vult *Constantiniano.* Vid. supr. VII, 18, 7, not. *u*. 4 *diocc.* r) Go. Rein. Be. recte in not. suppl. *per.* Infra *per ambitum honoris.* s) Fol. 245[a] cod. 4. *) Vid. c. 94 h. t., not. *p*. t) 4 *Uri* (non explico *universi*) et paullo infra Til. *sacramanta*, mendose. u) Go. ann.: „*Tamen.*" v) Vid. c. 94 h. t., not. *p*. x) Go. mancum et ex proliziore lege desumptum h. c. initium esse putans, suppl.: „*Noverit sublimitas Tua a Nobis concessum* etc.; vel simile quid." Be. ex c. sq. h. t. suppl. *scias.* Puto siglum ∴ (*est*) excidisse, quod facile evenire poterat, si quidem antiqui, quo usus est codicis 4 librarius, exempli scriptura haec fuit: *Concessū cur.* y) Apud Go. deest *si.* yy) Go. ann.: „Vel, *nec.*" z) Fol. 245[b] cod. 4. a) 4 *originalis*, rubro col. corr. *originales.* b) H. e. inde ab anno 361. Litera *a*, quae hic

97. *Iidem AAA.*[c] *Cynegio Comiti S. L.* Scias, excepta dioecesi Aegyptiaca ubique servandum esse[d], ne usquam penitus in susceptionem vel minimi vectigalis decurio conductor accedat. Sed eorum professionibus[e] et personis omnis haec diversarum locationum summa credatur, qui ad exhibendam publicis rationibus fidem periculo et fortunae coguntur et vitae. *Dat. VIII. Id. Mart. Constantinopoli, Merobaude* *) *II. et Saturnino Coss.* (383.)

98. *Iidem AAA.*[f] *Postumiano Pf. P.* In muneribus peragendis, si qua soluta ante non fuerant, vel in substituendis idoneis, ne quid patriae perisse videatur, vel in filiis retinendis priorum praeceptorum[g] *decreta*[h] sublimitas tua custodiat. Eos quoque, qui advocationis obtentu curialia onera[i] declinant, onera[k] universa compellat, quae, etsi necessitas non exigit, tamen patria non remittit[l]. Ipsos quin etiam filios magistrorum, qui ex curiali[m] stirpe descendunt, simili modo obnoxios esse decernat. *Dat. VIII. Id. April. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

99. *Iidem AAA.* *) *ad Hypatium* **) *Pf. P. Post alia:* Iussio[n], qua sibi Iudaeae[o] legis homines blandiuntur, per quam eis curialium munerum datur[p] immunitas, rescindatur[q], cum ne clericis quidem liberum sit prius se divinis ministeriis mancipare, quam patriae debita universa persolvant. Quisquis igitur vere Deo dicatus est, alium instructus[r] facultatibus suis ad munera pro se complenda constituat. *Dat. XIV.*[s] *Kal. Maii Mediolano* *), *Merobaude II. et Saturnino Coss.*[t] (383.)

100. *Iidem AAA.* *) *ad Hypatium Pf. P.* Omnes, qui ex origine curialium se diversis gradibus inseruere militiae, reddi propriis ordinibus oportebit; exceptis his, quibus legis vetustae[u], quae certum numerum stipendiorum vel palatinae[v] militiae viris statuit, opitulatur auctoritas. *Dat. XIII.* *) *Kal. Maii Mediolano, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

101. *Iidem AAA.* **) *ad Basilium Comitem S. L.*[x] Exemplo senatorii ordinis, patris originem municeps[y] unusquisque sequatur. Nec valeant specialiter delata rescripta, si quis se matris[z] origine defendens[a] a maiore curia ad minorem transferri fortasse promeruerit; neque ulla pro more provinciae referri[b] sinatur exceptio. *Dat. XVI. Kal. Iul. Rom.*[c], *Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

102. *Iidem AAA.*[d] *Postumiano II. Pf. P.* Quo-

— c. 98 coniungenda est cum c. 10 C. Th. de Bonis proscr. (IX, 42). Cod. Iust. X, 31, 35 om. pr. Summ. C. Th.: „*VIII et LXXX* (l. *LXXXVII*) *similis et V et XL similis.*“ Vid. c. 111, 116 h. t., not. sup. et infr. not. *g.* — c. 99 Go. recte coniungendam esse putat cum c. 100 h. t. Vid. infr. not. *s.* Summ. C. Th.: „*Haec lex superiori contraria.*“ Vid. Go. in comment. h. c. Vid. c. 158 h. t., not. sup. Cod. Iust. I, 9, 5 princ. rec. Coll. eccles. const. I, 9, 5 (in Voelli et Iustelli Biblioth. iur. can. T. II, p. 1294). Ap. Go. mendose signatur num. *LCIX.* — c. 100. Vid. c. 99 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*III et LXXX* (l. *LXXXII*) *iusserat ex curia fieri non debere — modo vero absolute locutus est.*“ — c. 101. Cod. Iust. X, 31, 36. — c. 102 coniungenda est cum c. 1 C. Th. Quid probare (VII, 2). Vid. c. 147, not. sup. Cod. Iust. X, 31, 37.

in cod. 4 add. est, inducta est rubro col. c) Vid. c. 94 h. t., not. *p.* Cui. 2, 2* *AA.* d) 4 *est.* e) Recte Go. eos vituperat, qui reponunt *possessionibus.* Neque vero qui illi sint, scio. *) Go. Ri. Ri*. *Merobod.* f) Vid. c. 94 h. t., not. *p.* Aur. Lugd. *Posthumiano.* g) Sec. Go. c. 86, 87, 90, 91, 93, 94, ubi vid. not. sup. h) V. *decreta*, quod deest in cod. 4, restit. Til. ex Cod. Iust. i) Fol. 246ª cod. 4. k) Non quadrat v. *onera.* Go. suppl. *ad.* Be. ex Cod. Iust. quin recte emendet *agere*, non dubito. Repetiit librarius memoriae errore v. *onera* (quod proxime antecedit) pro *agere.* In Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *In filiis decurionum retinendis — custodiat: eosque — declinant, agere universa* etc. l) Edd. ante Go. *remittit ipsos. Quinetiam*, impr. Go., qui recte primum ed. *remittit. Ipsos q.*, motus auctoritate Cod. Iust., ubi Hal. et Cui. *remittit. Quin ipsos etiam.* m) 4 *culi*, ant. man. supr. add. *ria* (curiali). *) Cod. Iust. *Grat. Val. et Theod. AAA.* Vid. c. 94, not. *p.* **) Cod. Iust. *Hypatio Pf. P.* et om. *Post alia.* n) Go. ann.: „An Vetus, Severi et Antonini *l.* 3. §. *ult. D. de Decurion.* An Iuliani?“ In comment. autem multa de h. l. disputans significari putat c. 2 et 3 (add. 4) C. Th. de Iudaeis (XVI, 8), quibus patriarchae, presbyteri, hierei, archisynagogi, patres synagogarum et ceteri, qui in eodem loco deserviunt aut synagogis Iudaeorum se dederunt, a curiae functionibus et curialibus muneribus excipiuntur. Go. opinionem commendat comparatio Iudaeorum, quae hic fit, cum clericis. Illius igitur legis indultum rescinditur. o) Cod. Iust. *Iudaicae.* 4 *Iudeae.* p) Cod. Iust. *dabatur.* q) Sequentia recisa sunt a Cod. Iust r) Ita 4, edd., sed Til. — Cui. 2* *est, alium, instructus f. suis, ad.* Go. Be. recte em. *instructum*; nam c. 115 h. t., quae eiusdem argumenti atque haec clausula est, haec habet: *Clerici ad curiam pertinentes sciant, ex patrimonio suo, si ipsi immunes cupiunt permanere, alios idoneos esse faciendos.* s) Aut hic scrib. *XIII.* aut in c. sq. *XIV.*, ut utraque c. inter se coniungatur. Cod. Iust. *XVIII.* Go. *IX.* *) Cod. Iust. *Mediolani.* t) Go. mendose 373. *) Vid. c. 94, not. *p.* u) Incerta lex. Vid. supr. VIII, 2, 1, VIII, 7, 5 et c. 31, 38, 88 h. t. v) Fol. 246ᵇ cod. 4. Rein. ante v. *vel palatinae* ann.: „*vel armatae, e l.* 154.“ Mox 4 *statut*, rubro col. supr. add. *i* (statuit). *) Vid. supra not. *s.* Infra Aur. Lugd. *Cons.* **) Vid. c. 94, not. *p.* x) Be. ann.: „non videtur haec lex ad com. s. l. proprie pertinere, unde, nisi falsa inscriptio, certe ad plures magistratus datam legem suspicor, quorum nomina et dignitates exciderunt.“ Sed vid. c. 91, not. *g.* Consentit etiam Cod. Iust. et c. 40 C. Th. de Appellat. (XI, 30). Ex c. 97 h. t., quamquam titulo de Decurionibus inserta est, argumentum pro nobis duci non potest. y) Cod. Iust. om. *municeps.* z) 4 *quisemagistris*, rubro col. ex Cod. Iust. em. in marg. *quis se, matris*, quod transiit in edd. a) Go. mendose *defendet.* Cod. Iust. *defensa*, impr. Go. b) In cod. 4 excid. versus cum vv. *fortasse — referri;* restituit ea in marg. rec. manus, sine dubio ex Cod. Iust. c) Id est *Romae*, ut Cod. Iust. Recte Go. em. *Veron.*; nam Valentinianum iun. hoc tempore Veronae fuisse, demonstrat c. un. C. Th. de Mandatis pr. (I, 3) *XV. Kal. Iul.* data; haec autem c. data est *XVI. Kal. Iul.* Cum ne Cod. Iust. quidem discrepet a cod. 4, error insitus esse videtur in Codice Th. d) Vid. c. 94, not. *p.* Mox

tiescunque se ex rescriptis nostris aliquid impetrasse contendent [e] hi, quos obnoxios curiae vel origo fecerit, vel latum inter partes [f] iudicium designarit, nullam prorsus spem curias [g] declinandi ex colore sacrae iussionis accipiant. *Dat. XIV.* [h] *Kal. Aug. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

103. *Iidem AAA.* [i] *ad Proculum Comitem Orientis.* Voluntate propria unusquisque syriarchiae munus suscipere debet, non necessitate imposita. *Dat.* [k] *VI. Kal. Aug. Salamariae* [l], *Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

104. *Iidem* [m] *AAA. Postumiano Pf. P.* Curiales, qui [n] ecclesiis malunt servire quam curiis, si volunt esse, quod simulant, contemnant illa, quae subtrahunt. Nec enim eos aliter, nisi contemptis patrimoniis liberamus. Quippe animos divina observatione devinctos non decet patrimoniorum desideriis occupari. *Dat. VII. Id. Nov. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

105. *Iidem AAA.* [o] *Cynegio Pf. P.* Ob penuriam Aedesenorum municipum divi parentes nostri statuerunt [p], ut officii praesidis [q] Osroënae provinciae principum [r] liberi, si singuli essent, memoratae civitatis curialibus iungerentur, sin vero bini, divisa foecunditate singuli militiae, singuli vero curiae necterentur. Quod cum ita sit, iubemus et praesenti lege et superiore *) servata, ut omnes omnino, qui ordine militiae ad principatum venturi **) sunt vel venisse monstrantur [s], etiamsi aliqua calliditatis arte [t] se a principatus munere putaverint subtrahendos, memoratae curiae suos liberos tradant, dividantque cum Aedesena civitate sobolem rei publicae profuturam. Hi quoque, [u] qui iam contra legem ante principatum patrum quibuslibet sacramentis innexi sunt, retracti memoratae curiae congregentur. *Dat. prid. Non. Maii Constantinopoli, Richomere* [v] *et Clearcho Coss.* (384.)

106. *Iidem AAA.* [x] *Cynegio Pf. P.* Curiales quicunque [y] perfuncti provincialibus dignitatibus fuerint, ad persolvenda ea, quae [z] debent patriae, detinentur [a]. *Dat. VIII. Id. Iul. Heracleae, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

107. *Iidem AAA.* [b] *Cynegio Pf. P.* Quicunque heres curiali vel legitimus vel electus testamento graduve successerit, quique fideicommissarius [c] aut legatarius eiusdem arbitrio morientis exstiterit, vel si quem liberalitas locupletaverit forte viventis, quos [cc] a curiae nexu conditio solet dirimere, sciant, pecuniariis descriptionibus pro ea tantum parte patrimonii, in quam *) quisque successit, ad denarismum sive uncias **) sese auctoris sui nomine retinendum [d]. *Dat. prid. Kal. Sept. Veronae* [e], *Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

— c. 103 Go. concordare cum c. 109 h. t. et memorari putat a Libanio in Orat. περὶ τῶν ἀγγαρειῶν (p. 386 Opp. minor. Go. ed. Trotz.) et in Orat. in Tisamenem (p. 447 edit. Morell.). — c. 104. Vid. c. 123, not. sup. — c. 105. Summ. C. Th.: „*Similis LXXX* (l. *LXXIX*)." — c. 107. Vid. c. 123 h. t., not. sup. et infra XII, 4, 1, not. sup. — c. 108. Cod. Iust. X, 31, 38.

4, Til. — Lugd. Cod. Iust. *II.*; Cui. 2 — Ri. Be. *iter.* et mendose Ri*. *inter* pro *II.* e) Cod. Iust. *contendunt.* 4, Til. — Ri*. *hii.* f) Go. em. *patres*, i. e. curiales. Neque vero Cod. Iust. differt a C. Th. Insolita est vox *patres* pro curialibus, inprimis in imperatoris lege, neque huc quadrat locus ex Apuleii libro X. a Go. productus: „*Placuit salubre consilium, et illico iussus praeco pronuntiat, patres in curiam convenirent.*" Is enim referendus est ad senatum urbis Romae. *Inter partes*, id est inter eos, qui inter se de immunitate a curiae functionibus contenderant. g) Cod. Iust. *designaverit — curiam.* h) Go. *IX. Kal.* et infra Aur. Lugd. *Cons.* i) Vid. c. 94 h. t., not. *p.* Go. *ac* pro *ad.* k) Sec. Go. pro *Reddita.* Go. in Chron. *X. Kal.* l) Ri. — Be. *Salmariae.* Nonnullos *Samariae* reponere Go. in comm. h. c. affirmat, ubi multis vv. de h. l. disputat: „Reponat quis *Solaramiae*, inquit, quae in Syria Apamaena vel Palmyrena erat, haud longe Emesa et Laudicia scabiosa, et Palmyra et Damasco: cuius mentio quoque fit in *Itinerario Antonini p.* 127 (Ri. *pag.* 197. *Edit. Wesseling.*) — Et forte *Solaramiae* vox conflata a tribus, *sol*, *Ar*, *Ramia.* Ἄρης et Ραμίσθης (Ri. Ράμεστης) vel Ραμίστης (Ri. Ραμέσσης) Reges — Quid si *Salamaram* hic intelligamus quae in Pamphylia, cuius meminit Hierocles in vetustissima provinciarum *Notitia.* Verum huic renititur *huius l.* Inscriptio quae data est ad Com. Orientis in qua dioecesi non fuit Pamphylia." m) Cum Gratianus tempore, quo data est h. lex, iam supremum diem obierit, Go. h. et seqq. c. usque ad c. 125, Be. h. et seqq. undecim legibus (h. e. usque ad c. 115, quod etiam Go. puto voluisse scribere. Vid. c. 116, not. *n*) inscrib. esse dicunt *Imppp. Valent. Theod. et Arcad.* Verum dicunt, si quidem chronologiam spectamus; neque vero quicquam muto, cum et Cod. Iust. in c. 108 et c. 114 consentiat, neque differat C. Th. VI, 26, 4, VIII, 8, 4 (vid. c. 111 et 114 h. t., not. sup.). n) Fol. 247 [a] cod. 4. o) Vid. c. 104 h. t., not. *m.* p) Vid. c. 79 h. t. q) 4, Til. — Ri*. *praesides.* Rein. em. *ut per off. praesides.* Be. iubente Go. ed. *praesidis.* Rectius hoc. 4, edd. *Osdroenae* s. *Osdroënae.* r) Rein. em. *primipilariū.* Idem videtur voluisse Go., qui ann.: „Primipilarium, *d. l.* 79." Infra in h. c. *principatus.* *) Est igitur c. 79 h. t. **) Cui. 1 *veturi.* s) 4 *monstantur.* t) 4 *ate*, a librario supr. add. *r* (arte). Go. *callditatis.* u) Fol. 247 [b] cod. 4. Ceterum 4, Til. — Ri*. *Hii.* v) 4 *Richomerae.* x) Vid. c. 104 h. t., not. *m.* y) Go. prop. *quantuncunque*, quo non opus est. z) 4 *persolvendae aquae*, err. Go. *ea que.* a) Go. Be. em. *detineantur.* Neque hoc opus est. b) Vid. c. 104, not. *m.* c) 4 *quisque fideiconmissarius.* cc) Go. „Nulla, inquit, hic numeri mutatio est, sed Syllepsis quam Synthesin nominant, de qua monent Grammatici: monet et Gronovius *de Pecunia veter. lib. 2. c. 4. pag. 76. edit. Lugd.*" *Quicunque heres — successerit — exstiterit — si quem — quos — sciant — quisque successit — sese — retinendum.* Vid. etiam not. *d* et c. 49 h. t., not. *e.* *) Aur. Lugd. *in qua.* **) 4 *unicias.* d) Be. ann.: „mel. *retinendos.*" Vid. not. *cc.* e) Go. in Chron. p. CXVIII.: „γϱ. VEROEAE, id est, *Beroeae.*" Eundem locum inter Heracleam et Hadrianopolim Thraciae situm reponendum esse dicit in ann. h. c., quia Theodosius inde a mense Iunio huius anni Heracleae fuerit (vid. C. Th. VI, 30, 7, X, 20, 11, XII, 1, 106, XV, 9, 1), Septembri mense Constantinopoli, proficiscentem

108. *Iidem AAA.*[f] *ad Cynegium Pf. P.* Ne quis officialium[g] curiae poenae specie atque aestimatione dedatur[h], nisi si quis forte curiam diffugiens[hh] ob hoc coeperit militare, ne ingenitis fungatur officiis. Omnes itaque omnino iudices tuae censurae subditos admonebis, ne quis aestimet[i] curiae loco supplicii quemquam deputandum, cum utique unumquemque criminosum non dignitas debeat, sed poena comitari. *Dat. VIII. Id.*[k] *Nov. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

109. *Iidem AAA.*[l] *Cynegio Pf. P.* Nec cogi ad agonothesiam[m] volumus invitos, et ad eum statum cuncta referenda sunt, in quo inveniuntur. Atque ideo curiales, qui universa persolverint, nihilque iam vel ex honoribus reliquum habeant, quod debere videantur (duntaxat huius ac similium, pro qualitate generis, functionum), postquam patriae cuncta reddiderint, quae publica poscit utilitas, etsi praesentare[n] forsitan nolunt, tamen propter personarum conditionem praestare[nn] cogendi sunt; et[o] concessa sibi generaliter atque in perpetuum ex-comitibus[p] dignitate laetentur. [q] Osculum quoque his in provincia iudicantum et consessus indultus sit. *Dat. VI. Kal. Maii Arcadio A. I. et Bautone Coss.* *) (385.)

110. *Iidem AAA.*[r] *ad Neoterium Pf. P.* Universos municipes sibimet debitos ordo apud proprium repetat cognitorem, si quidem nullum magis uniuscuiusque forum competens poterit appellari quam patriae. Si quis tamen provinciam rexerit curialis, aditum sibi interclusum senatoriae dignitatis intelligat, nisi patriae, quicquid debet, ante dissolverit. Et ne colludio *) forte municipum, quae sunt iussa, frustrentur[s], sciant singularum ordines civitatum, triginta libras[t] auri se esse multandos, nisi ad reposcendos proprios sedulis institerint querelis. *Dat. V. Kal. Iun. Mediolano, Arcadio A. I. et Bautone Coss.* (385.)

111. *Iidem AAA.*[u] *Cynegio Pf. P.* Nemo prorsus curialium, substituto filio vel quolibet alio, deserendorum munerum patriae habeat facultatem; sed unusquisque, qui relicto in aliqua civitate vel filio vel vicario ordini se implicat senatorio, tam suis quam surrogati muneribus obligatos[v] sub specie munerum publicorum enormia utrubique cogatur patrimonii subire dispendia. *Dat. prid. Kal. Maii Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio Coss.* (386.)

112. *Iidem AAA.*[x] *Florentio Praefecto Augustali.* In consequenda archierosyne[y] ille sit potior, qui patriae plura praestiterit, nec tamen a templorum cultu observatione Christianitatis abscesserit. Quippe indecorum est, imo ut verius dicamus, illicitum, ad eorum curam templa et templorum solennia pertinere, quorum conscientiam verae ratio[z] divinae religionis imbuerit, et quos ipsos decebat tale munus, etiamsi non prohiberentur *), effugere. *Emissa XVI. Kal. Iul. Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio* **) *Coss.* (386.)

113. *Iidem AAA.*[a] *universis Comitibus et Magistris equitum et peditum.* Admonitis VV. CC. ducibus, tribunis, praepositis cunctos transfugas statuat illustris magnificentia vestra ad originem pristinam revocari, seu qui diversis officiis dedicati, seu qui sacramentis militaribus mancipati sunt; nemo se annositate tueatur, nemo, si[b] tamen eius pater aut avus decuriones fuerunt, factum suum incongrua usurpatione defendat. Ordine[c] quoque meminerint, se condemnationi obnoxios et periculo, [d] quibuscunque in locis repertos non, etiam renitentes ac repugnantes[e], huius statuti auctoritate reddi-

— c. 109. Vid. c. 103, not. sup. — c. 110. Summ. C. Th.: „*In fine similis V et LXXX.*" — c. 111 coniungenda est sec. Go. cum c. 4 C. Th. de Proximis (VI, 26), ubi vid. not. γ et not. sup. Indigitatur et confirmatur a Theodosio c. 118 h. t. Summ. C. Th.: „*Haec contraria est.*" Cf. c. 90, 91, 98 h. t. — c. 113. Vid. supr. VIII, 5, 49, not. sup. et XI, 1, 22, not. sup.

igitur Heraclea Constantinopolim necesse sit Beroeae constitisse. Ri*. ed. *Beroeae.* f) Vid. c. 104, not. *m.* g) Cum literis *alium* incip. fol. 248 a cod. 4. Ri*. *Officiorum.* Cod. Iust. *Ne quis o. p. s. atque aest. curiae ded.* h) Be. auctore Go. ex Cod. Iust. ed. *dedatur.* 4, Til. — Ri*. *edatur.* Rein. em. *addatur* vel *concedatur* ex c. 123 h. t. Assentior Go. et Be.; Summ. C. Th.: „*Officialem curiae non debere nec poenae specie vel aestimationis subdi.*" hh) Cod. Iust. *defugiens.* i) Cod. Iust. *ne quis eorum existimet*, sed Cui. *aestimet.* k) Falso Be. *Kal.*; nam 4, edd. ante Be. Cod. Iust. habent *Id.* Mox Cod. Iust. *Ricomere.* l) Vid. c. 104 h. t., not. *m.* m) Go. *agonotesiam* et paullo infra Cui. 1 *dmtaxat.* n) Go. cj. *praesentari* vel *se praesentare* (oculis publicis exhiberi cum ea dignitate), praefert tamen *praesentare*, scil. agonothesiam. Vid. comm. nn) Go.: „Sive *praesentari?* Imo, *praestare*, id est exhibere." In comment. explicat *eminere.* Summaria autem *implere* habent. o) Go. cj. *ut*, sine necessitate. p) 4, Til. — Cui. 2* *excomitibus.* Go. — Ri*. *ex-Comitibus.* q) Fol. 248 b cod. 4. *) Aur. Lugd. *Cons.* r) Vid. c. 104 h. t., not. *m.* 4, Til. — Ri*. *Neotherium.* *) Aur. Lugd. *concludio.* s) 4 *frustentur*, rubro col. supr. add. *r* (frustrentur). t) Rest. *libras*, quod 4 habet. Edd. *libris* de corr. codicis rubro colore facta. Vid. supra VII, 1, 15, 17, VII, 17, 1, not. *t.* Iam mihi constans scriptura videtur fuisse *libras* et in omnibus locis ad c. 1 prolatis reponendum esse *libras*; neque dubito, quin in bonis Cod. Iust. codicibus saepe sit *libras*, editores autem correxerint *libris.* Infra 4 *quaerellis.* u) Vid. supr. c. 104, not. *m.* v) Go. Be. recte em. *obligatus*, et ita videtur in cod. 4 a rec. manu correctum esse. Cum literis *tos* incipit fol. 249 a cod. 4. Mox 4 *speciae*, sed rubro col. deletur *a.* x) Vid. c. 104 h. t., not. *m.* y) 4 *archierosynae.* Edd. *archierosyna.* z) Ita 4, edd.; Go. scrib. vult *vera ratio* s. *veneratio.* Be. cj. *vere.* Si quid corrigendum est, scribendum esse puto *veneratio.* *) Go. in comm. *prohiberetur.* **) 4 *ñ p̄ et euuodio.* a) Vid. c. 104 h. t., not. *m.* Mox 4 *comb̄* pro *Comitibus.* b) Fol. 249 b cod. 4. c) Ita 4, edd.; recte Go. Be. *ordines* propon. d) In cod. 4 et in edd. Til. — Lugd. Go. — Ri*. deest v. *qui*, quod h. l. in Cui. 2, 2* (ubi scriptum *periculo quiquibuscunque*) add. est de cj. Cui. et a Be. receptum. Delevi *qui*, quo v. non opus est. e) 4, Til. — Cui. 2* *reppertos* (Aur.

derint. *Dat. III. Non. Sept. Valentiae*[f], *Honorio NB. P. et Evodio Coss.* (386.)

114. *Iidem AAA.* *) *ad Eusignium Pf. P.* Curiales, qui sese privilegio domus nostrae defendi posse crediderint, ad curiam retrahantur, et ut[g] propriis functionibus mancipentur, et publica damna sarciant[gg]. Tamen si quis ex his domui divinae detectus fuerit quippiam debere, exsolvat. *Dat. VIII. Kal. Ian.* *) *Honorio NB. P. et Evodio Coss.*[h] (386.)

115. *Iidem AAA.*[i] *Cynegio Pf. P.* Clerici ad curiam pertinentes[k] sciant, ex patrimonio suo, si ipsi immunes cupiunt permanere, alios[kk] idoneos esse faciendos, qui recedentum praesentiam personamque restituant in publicis muneribus subeundis. *Dat. prid. Kal. Ian. Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio*[l] *Coss.* (386.)

116. [m] *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.*[n] *Cynegio Pf. P.* Omnes, qui ex origine decurionum ad perorandas caussas laudum atque industriae amore ducuntur, reddant patriae, cui nati sunt, debitas functiones, nec sese[o] superflui nominis praerogativa defendant; quando quidem facilius parere muniis[p] possint, si necessitatem publicam eo tempore, quo[q] student caussis, industriae favore toleraverint. *Dat. VI. Kal. April. Constantinopoli, Valentiniano A. III. et Eutropio Coss.* (387.)

117. *Iidem AAA.*[r] *Cynegio Pf. P.* Quilibet principalium vel decurionum[rr] vel[s] decoctor pecuniae publicae vel fraudulentus in adscriptionibus illicitis vel immoderatus in exactione fuerit inventus, iuxta pristinam consuetudinem non solum a vobis, quibus propter loci dignitatem rerum summa commissa est, verum et[t] a iudicibus ordinariis plumbatarum ictibus subiiciatur. *Dat. die*[u] *Kal. April. Constantinopoli, Valentiniano A. III. et Eutropio*[v] *Coss.* (387.)

118. *Iidem AAA.*[x] *Cynegio Pf. P.* Decurio fortunam[y], quam nascendo meruit, suffragiis atque[z] ambitione non mutet; et si vacare per senectutem potuerit, propter ordinationem, quae per plurimos cito definiri solet, curiam non relinquat[a]. §. 1. Illud vero iterata lege[b] praecipimus, ne in locum proprium homo curialis filium suum substituat, et ipse otiosus defendatur senatorii nominis dignitate. Si quis vero ad indebitum honorem posthac adspirare ausus fuerit, auctoritate ordinarii[c] iudicis remotus, patriae reddatur et civibus. *Dat. prid. Non. Iul. Constantinopoli, Valentiniano A. III. et Eutropio Coss.* (387.)

119. *Iidem AAA.*[d] *Tatiano Pf. P.* Claudiopolis*), Prusiadis ac Tottai[e] et Doridis[f] oppidorum sive mansionum per Bithyniam[g] curiales publicis illudere functionibus per suam fugam cognovimus, iubemusque, ut edictis primitus evocati utilitatibus se patriae et ei, cui nati sunt, restituant civitati. Quod si etiam post publicam admonitionem fugae[h] et indevotionis vita praefertur, tunc ex idoneis quibusque corporibus ac potissimum ex his, qui in sublimitatis tuae officio probatam militiam peregerunt, in locum fugacium[i] surrogentur, ita ut, quorum subeunt necessitates, [k] et patrimonia consequantur; illis, qui sponte patriam reliquerunt, id necessitatis habituris[l], ut perpetuo careant[m], cui nihil com-

— c. 114. Cf. c. 4 C. Th. de Exsecut. (VIII, 8), not. sup. Vituperat Ritterus Go., quod h. c. coniungendam esse putat cum c. 4 Cod. Iust. de Metallariis (XI, 6), quae agat de provinciis Orientalis Illyrici ad Theodosium, non ad Valentinianum pertinentis. Cod. Iust. X, 31, 39 om. fin. — c. 116 Go. coniungendam esse putat cum c. 117 h. t. Vid. not. *u*. Summ. C. Th.: „*Similis VIIII et XC* (l. *XCVIII*) *et VIII et LXX* (l. *LXXVII*)." — c. 117. Vid. c. 116 h. t. Cod. Iust. X, 31, 40. Cui. Comm. ad c. 40 cit. l. c. p. 281. Vid. c. 118 et 126, not. sup. — c. 118. Cod. Iust. X, 31, 41 mult. om. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Vid. c. 167, not. sup. — c. 119 in Ri*. falso signatur *XCVI*.

Lugd. *repertos*), *non etiam renitentes, ac repugnantes.* Go. — Ri*. *reppertos, non etiam renitentes ac repugnantes.* Go. ann.: „Ita locus hic interpungendus: non vero ita refingendus, *etiam non renitentes.*" V. *non* pertinet ad *reddiderint.* Veram igitur interpunctionem posuit Be. f) Go. vult *Melantiae.* Vid. supra VIII, 5, 49, not. *d* et XI, 1, 22, not. *s*. Mox 4 *NP et Euuodio* et hic et in sqq. c. 114, 115. *) Vid. c. 104 h. t., not. *m*. g) Go. ann.: „Abest haec vox, *Vt*, a Cod. Iust. et vero abesse debet: nisi inverso more legamus, *ut et.*" Hoc vult Be., recte. gg) Seqq. desunt in Cod. Iust. *) Go. in not. add. *Mediolani* ex c. 4 de Exsec. cit. h) Vid. not. *f* antec. Aur. Lugd. *Cons.* i) Vid. c. 104 h. t., not. *m*. k) Go. transpositis vv. *Ad Curiam Clerici pertinentes*, err. kk) Vid. c. 99 h. t. l) Vid. not. *f* antec. m) Fol. 250[a] cod. 4. n) Go. „Non huic, inquit, primum legi hi Imperatores inscribendi fuerunt: verum inde a *l.* 104. *supr.*" Vid. c. 104 h. t., not. *m*. o) 4, Til. — Lugd. *esse*; a rec. man. corr. in cod. *sese*, et hoc habent Cui. 2 — Be. p) Ri*. err. *munis.* q) 4 *quod.* r) Vid. c. 104 h. t., not. *m*. Cod. Iust. nomina imperatorum habet. rr) Cui. 1 — Lugd. *ducurionum.* Infra 4 *pecāe*, i. e. *pecuniae* s) Cod. Iust. *si vel*, superflue sec. Go. t) Be. ex Cod. Iust. add. *et*, quae copula deest in cod. 4, ap. Til. — Ri*. et deesse potest. u) Rep. *VI.* pro *die*, ut coniungatur h. c. cum c. 116 h. t. v) Cui. 2, 2* *Entropio.* x) Vid. c. 104 h. t., not. *m*. y) 4 *furtunam*, rubro col. em. *fortunam.* z) Fol. 250[b] cod. 4. In ima paginae parte est signum quaternionis *ΛΓ*. a) Cod. Iust. *derelinquat*, et des. seqq. b) Vid. c. 111 h. t. c) 4 *ordinari*, rubro col. supra add. *i*. d) Vid. c. 104 h. t., not. *m*. *) Go. in comm. *Claudianopolis.* e) Ri. — Be. *Totai.* Go. em. *TottaI*, non *Tottaji*, ut Be. annotat. f) Ita 4. *Voridis* Til. — Be., quod v. inde natum est, quia superior pars literae *D* in codice fere evanuit. Est igitur renuntiandum coniect. Go., qui in comm. h. c. sic: „*Voridos* mentionem nullibi reperio: nisi ea sit *Βόρυζα, πόλις ποντικὴ*, unde *τὸ ἐθνικὸν Βοριζαῖος*, referente *Stephano* (Ri. add. *Voc. βόρυζα*)." g) 4, Go. *Bythyniam.* h) Be. em. *fuga*, sine necessitate. Iuret. in Symmach. X, 57 cj. *fugae et ind. nota* provocans ad c. 10 C. Th. de Re milit. (VII, 1) *absque devotionis nota.* Aur. Lugd. *et in devotionis.* i) Go. ann.: „*Fugaces.*" k) Fol. 251[a] cod. 4. l) Go. ann.: „*Subituris.*" Ea em. non opus est. m) Go. ann.: „*Ea* (patria scil.) *careant.*" Neque haec em. necessaria est. Male Aur. Lugd.

modi contulerunt. *Dat. XI. Kal. Iul. Scupis*[n], *Theodosio A. II. et Cynegio Coss.* (388.)

120. *Iidem AAA.*[o] *Tatiano Pf. P.* Universos, qui ad indebitam militiam similiter adspirarunt[p], datis literis ad illustrem virum magistrum officiorum, comitem sacrarum ac privatarum, solutos militia ordinibus propriis atque officiis iussimus surrogari. *Dat. XVI. Kal. Ian. Mediolano, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

121. *Iidem AAA.* *) *Tatiano Pf. P.* Qui ante secundum consulatum mansuetudinis meae[q] ex ordine curialis[r] vel presbyteri fastigium vel ministerium diaconi vel[s] exorcistae suscepit officium, omne eius patrimonium immune a curialibus nexibus habeatur ac liberum. Is vero, qui se ad religiosa divini cultus obsequia, quocunque sub nomine, post memorati consulatus tempora praescripta contulerit, omni sciat cedendum[ss] esse patrimonio. *Dat. XV. Kal. Iul. Mediolano, Valentiniano A. IV. et Neoterio*[t] *Coss.* (390.)

122. *Idem AAA.*[tt] *Tatiano Pf. P.* Hi, quibus detulimus[u] splendidos magistratus[v], quosque[x] etiam ornavimus insignibus dignitatum, si non habent curiam, cui aut necessitudinis foedere aut nexu sanguinis teneantur, in splendidissimum[y] ordinem senatorium et illam nobilissimam curiam cooptentur. His vero*) ratio diversa sit, qui statim ut nati sunt, curiales esse coeperint. Hi namque praerogativa quidem concessae[z] dignitatis utantur, atque eos praestiti honoris splendor exornet, sed maneant in sinu patriae et, veluti dicati infulis[a], mysterium perenne[b] custodiant; sit illis piaculum, inde discedere[c]. De filiis vero eorum, ut in avitis[d] curiis debeant permanere, affatim cautum est, cum adempta sit patribus licentia discedendi. *Dat. IV. Non. Sept.*[e] *Veronae, Valentiniano A. IV. et Neoterio*[f] *Coss.* (390.)

123. *Iidem AAA.*[g] *ad Tatianum Pf. P.* Dudum super his, qui relicta curia vel senatoriam dignitatem adepti sunt, vel Christianitatis obtentu curialium se consortio separarunt, evidens sanctionum nostrarum processit auctoritas[h], ut, si eorum[i] personas vel honor vel religio defenderet, quod ex curiali substantia vel ipsi retinerent, vel in alios transtulissent[k], obnoxium publicis descriptionibus haberetur. §. 1. Evidens etiam praecepto nostro[l] tempus expressum est, ex quo consulatu, si qui de curialibus ad ecclesiam confugissent, omni scirent patrimonio curiae esse cedendum*). §. 2. Quicquid[m] ex substantia curialium ad unumquemque diversa largiendi occasione pervenerit, denarismo vel unciis habeatur obnoxium in ea parte, in qua auctoris sui nomine fuerat retentatum. §. 3. Eos vero, qui honores aliquos consecuti naturale nomen dignitate mutarunt, hos etiam post honorem muneribus obligamus, quibus debitores[mm] patriae monstrabuntur. §. 4. Super filiis autem eorum evidens sanctionis definitum est[n], quae, cum patres patria non concedat excedere, non potest filios curiae muneribus liberare. §. 5. Si qui autem divino cultu[o] occupati et sacrosanctis mysteriis servientes legitima filiorum successione nituntur, si nullum filii eorum adhuc[p] in ecclesia locum tenentes[q], vel his, quae per leges comprehensa sunt*), non defendantur officiis, hos cum[r] patrum facultatibus curiae inservire decernimus. §. 6. Vacuas vero et inanes sine naturali successione fortunas, ut evidenter expressimus, sibi curia vindicabit, habitura

— c. 121 confirmatur a Theodosio c. 123 h. t., indicatur et abrogatur anno 398 ab Arcadio in c. 3 C. Th. de His, qui ad eccl. confug. (IX, 45), reducitur denique anno 399 in c. 163 h. t. Vid. Wenckii Opp. p. 211. Praeterea Go. h. c. coniungendam esse putat cum c. 27 C. Th. de Episcopis (XVI, 2), neque vero id temere asserit, recte; nam c. 27 est *Dat. XI. Kal. Iul.* Summ. C. Th.: „*VIIII et XL similis.*“ Vid. c. 172 h. t., not. sup. — c. 122 Go. coniungi vult cum c. 1 C. Th. de Monachis (XVI, 3), in Chron. etiam cum c. 28 C. Th. de Episcopis (XVI, 2) et c. 19 C. Th. de Naviculariis (XIII, 5). Vid. infr. not. *e*. Indigitatur in c. 123 h. t. — c. 123 indigitatur in c. 3 C. Th. de His, qui ad eccl. confug. (IX, 45). Cf. infra XII, 4, 1, not. sup. Summ. C. Th.: „*Similis V et C* (l. *CIV*), *similis LXXX et VII* (l. *LXXXVI*) *et C et VIII* (l. *CVII*) *et L.*

qui. n) Supra VI, 30, 2 *Scopis*, ubi vero Go. reponi vult *Stopis*. Err. typ. ap. Go. excid. *Iul.* o) Vid. c. 104 h. t., not. *m*. p) Go. ann.: „Vox haec videri possit relativa ad integram constitutionem, unde haec desumpta est. Sed et hac voce forte indicatur, aequo iure omnes Magisterianos, et Palatinos hac parte habendos.“ Be. cj. *adspirarunt*, *similiter*. Adhaereo priori Go. sententiae. *) Vid. c. 104 h. t., not. *m*. q) Ann. 388. r) Go., quamquam non condemnat v. *curialis*, tamen mavult *curiali*, recte et prob. Be. s) 4 *el*, supra add. a libr. *u* (uel). ss) Ita etiam c. 123 h. t. t) 4, Til. — Ri*. *Neotherio*. Supra Go. om. *Iul.* tt) Vid. c. 104, not. *m*. u) Fol. 251[b] cod. 4. Ceterum 4, Til. — Ri*. et hic et infra *Hii*. v) 4 *magistatus*; a librar. supra add. *r* (magistratus). x) 4 *quoque*, rubro col. corr. *quosque*. y) 4 *splendidissimus*; rubro col. em. *splendidissimum*. Go. *splendissimum*, err. *) Go. se ipse revocat; coniecerat enim *In his vero*. z) 4 *concesse*; rubro col. em. *concessae*. a) 4 *infulsis*; a libr. corr. *infulis*. b) 4 *peree*, sed corr. a libr. *perenne*. c) 4 *discere*; a libr. corr. *discedere*. d) 4 *uti nauitis*, i. e. *ut in avitis*. Til. et sqq. edd. *uti nativis*. Go. Rein. Be. em. *ut in nativis*. Reposui *ut in avitis curiis*, i. e. curiis, quibus quis obnoxius est origine. e) c. 19 de Navicularriis cit. *Dat. VI. Id. Sept.*; c. 28 de Episc. cit. *Dat. X. Kal. Sept.*; c. 1 de Monachis cit. *Dat. III. Non. Sept.*, sed cod. 11 *Dat. IIII. Non. Sept.*; eodem igitur data est c. 1 die, quo c. 122 h. t., quare hanc cum c. 1 Go. coniungendam esse recte dicit. Reliquas quo minus coniungendas esse putem, me impedit diei diversitas; ea est enim, quae cum h. c. subscriptione conciliari nequeat. f) 4, Til. — Ri*. *Neotherio*. g) Vid. c. 104, not. *m*. h) Hanc legem iam non haberi, Go. in comm. h. c. demonstrat. i) Fol. 252[a] cod. 4. k) 4 *transtulisset*, rubro col. supr. add. *n*. l) Vid. c. 121 h. t. ibique not. *q*. 4 *precepto*. *) Ita etiam c. 121 h. t. m) Vid. c. 107 h. t. mm) 4 *debetores*, rubro col. em *debitores*. n) Sec. Go. c. 86 vel potius 122 h. t. 4 *definitu*. o) 4 *cult*, a libr. supra add. *u* (cultu). p) Fol. 252[b] cod. 4. q) Go. em. *tenent*, recte, quamquam sequitur coniunctivus. *) Ap. Go. excidit *sunt*. r)

solatium facultatum, cui desit[s] in functionibus numerus[t] personarum. *Dat. V.*) Kal. Aug. Constantinopoli, Tatiano et Symmacho Coss.* (391.)

124. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius*[u] *AAA. Philoxeno*[v] *Vicario Thraciarum*[x]. Si quis filiam decurionis vel principalis suo iunctam[y] consortio nullis exstantibus liberis fatali[z] sorte perdiderit, atque eius ultimo hereditatem fuerit[a] adeptus arbitrio, si ab omnibus alienus officiis est et nullis, quibus merito excusari possit[b], privilegiis adiuvatur[c], eius mox civitatis[d] curiae mancipetur[e], in qua antea, uxore vivente, sine rerum dominio[f] et proprietate, liber, curiae obnoxias facultates heres coeperit[g] uxoris possidere. *Dat. III.*[h] *Non. April.*[i] *Constantinopoli, Arcadio A. II.*[k] *et*[l] *Rufino Coss.* (392.)

Interpretatio. [m] *Si quis filiam curialis acceperit*[n] *uxorem, et haec ipsa in coniugio eius mortua fuerit, et omnia ad maritum, quaecunque*[nn] *supra dicta videbatur possidere, testamenti voluntate pervenerint, omnibus curiae necessitatibus maritus ille, qui heres est, teneatur obnoxius.*

125. [o] *Iidem AAA.*[p] *Victorio Proconsuli Asiae.* Summoto privilegio militari, quo sibi actuarii[q] blandiuntur, eum, qui evidenter ostenditur curiali patre genitus, mox necessariis atque origini suae debitis functionibus mancipari praecipimus. *Dat. VIII. Kal. Maii *) Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

126. *Iidem AAA.*[r] *ad Potamium Praefectum Augustalem.* Principales devoti et nihil debentes habeant privilegium, ut nihil corporalium molestiarum patiantur; scitura experientia tua, nisi praeceptionis nostrae forma servetur, et officium et ipsam sedis tuae iudiciariam potestatem propositae mulctae[rr] esse subdendam. *Dat. X. Kal. Iul. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

127. *Iidem AAA.*[s] *Tatiano Pf. P.* Quicunque decursis perfunctis[t] officiis primum obtinuerit in sua curia, sequentibus ceteris, locum, comitivae tertii ordinis habeat dignitatem[u], ut ab omnibus eum iniuriis dignitas concessa defendat; ita tamen, ut hoc honore donatus a nexu propriae originis non recedat. *Dat. prid.*[v] *Kal. Iul. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

128. *Idem AAA.*[x] *Abundantio Comiti et Magistro utriusque militiae.* Militaribus viris nihil sit commune cum curiis; nihil sibi licitum sciant[y], quod suae non subiectum est potestati; nullum iniuria, nullum verbere[z], nullum gravi pulsatione tribunus, dux ille an comes sit[a],

— c. 124. Codex 4 sec. ord. legum *c.* 125. Vid. c. 54 h. t., not. sup. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 124. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 7, sed cod. 38 *c.* 6. Vid. c. 20 h. t., not. sup. et de codd. 8, 13 c. 12 h. t., not. sup. Lex Burgorum c. XLIV (cf. Kritische Zeitschr. f. Rechtswissensch. u. Gesetzgeb. d. Auslandes T. III, p. 146). Integra cum interpr. est in codd. 6, 7, 9 — 12, 14 — 18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46; inscr. et textus des. in codd. 24, 30 — 32, 35, 39; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 33, 34, 36, 38, 40, 42 — 44. — c. 125 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Repar. app. (XI, 31). — c. 126. Summ. C. Th.: „*Similis CXVII.*" — c. 128. Cod. Iust. X, 31, 42.

Til. — Cui. 2* *defendantur, officiis hos, cum.* s) Go. ann.: „Vel *Defit* (Ri. ed. *Deficit*)." t) 4 *numeros*, a rec. man. corr. *numerus.* *) Go. in Chron. *XV. Kal.* u) Be. repon. vult *Iidem AAA.* h. et sq. l. Vid. c. 104 h. t., not. *m* et supra XI, 31, 8, not. *l.* 11 *Imp̄. teod̄ et honorius āuā*, om. *Arcad.* 15 om. *et.* 20 *Archad. Theod. et Honor.* Nonn. codd. *Theud.* v) Edidi *Philoxeno*; nam *Phil.* est in nonn. codd., veluti 10, 18, 27 et Sich., etsi 10, 18 *Philoxino* et Sich. *Philoximo.* 4, Til. — Be. *Filoxeno.* Scribitur praeterea hoc nomen in codd. *Filoxino* (ita plerique codd., etiam 6, 7, 11, 20, 21), *Filoximo, Filoxio, Filexino, Filixino.* 27 *Phil. III. Vic.* 29 *Filoxio aug. Tr.* 38 om. *Phil. Vic. Thr.* 10, 18 *Phil. vico claro.* x) Multi codd. Br. Al. *Trachiarum*; alii *Traciarum, Tracianū, Tracinū.* y) 18 *victam.* 25 *filia iuncta.* z) 11 *fatalis.* a) 11 *ultimū* et 15 *fuerit hered.* — *omnibus est alienus officiis.* b) 15 *possit excusari.* Aur. Lugd. *excussari.* c) 9 *priv. adprobatur.* 11 *adiuvetur.* d) 4, Til. Cui. 1 *citatis*, male. e) 12 *mancipatur.* 17 *curia emancipetur.* f) 6, 7, 16 *in qua ante — domino.* 20 *exproprietate* et mox *obnoxius.* Aur. Lugd. *rern̄* pro *rerum* et infra *facultatas*, mendose. g) 4 et Til. *coeperis.* 15 *haeres cur. obn. ux. fac. poss. coep.* h) 10, 11, 16, 18, 20, 27, 29, 38, 42 *IIII.* 28, 36, 40 om. *III.* i) In 10, 18 deest *Apr.* et in 28, 36, 40 *Constant.*, pro quo in 20 *Imp̄.* k) In multis codd. om. aut *A.* aut *II.* aut *A. II.* 32, 43 *III et.* Denique fere omnes codd. *Archadio.* l) 9, 38, 42 *et Bautone.* 28, 36, 42, Sich. in m. *Honorio.* 20 *profino.* m) 11 *Lex ista hoc dicit. si.* n) Ita permulti et optimi codd., veluti 6, 7, 9 — 11, 20, 21, 43; edd. *accipiat.* 9 — 11, 20, 21, 42, 44 om. *uxorem*, sed in cod. 11 vv. *et haec* bis scripta sunt. nn) 20 *maritum et quaec.* Postea 11 *videatur* et 6 *tenetur.* o) Fol. 253[a] cod. 4. p) Vid. not. *u* antec. et c. 8 de Repar. app. cit., not. *l.* q) 4, Til. Cui. 1 *auctuarii*, evanuit autem in cod. 4 litera *u* ante *a*; quod utrum radendo an casu factum sit, ignoro. *) Go. bis habet v. *Maii.* r) Go. et Be. h. et sqq. tribus legibus inscrib. volunt *Impp. Theodosius et Arcadius AA.* In c. 128 consentit Cod. Iust. cum scriptura C. Th., quare, quamquam Valentinianus hoc tempore iam laqueo in Gallia perierat, nihil muto, praesertim cum et antec. et seqq. constitutionum inscriptiones maximam partem mendis quidem laborent, neque vero apte emendari possint. Cf. c. 104 h. t., not. *m.* rr) Vid. c. 85 h. t. s) Sec. Go. et Be. rep. *Iidem AA.* Vid. not. *r* antec. t) Go. Be. em. *perfunctus*; sed ferri posse etiam *perfunctis* Go. confitetur. Aut scribendum *perfunctus* aut *decurionis* pro *decursis* aut denique *decurio*, quod praefero. u) 4 *dignitatum*, rubro col. ponitur *e* supr. *u.* v) Fol. 253[b] cod. 4. x) Cod. Iust. *Imppp. Theod. Arcad. et Honor. AAA.*, improb. Go. Vid. not. *r* et *s* antec. y) 4, Til. — Lugd. *sciat.* Cod. Iust. *nihilque s. l. sciant.* z) 4, Til. — Ri*. *verbera.* Be. auct. Go. ex Cod. Iust. ed. *verbere.* Cf. Dirksen. l. c. p. 505. a) Cod. Iust. *duxve ille aut comes sit*; sed iam Cui. et Go. veteres esse referunt codices, qui cum C. Th. consentiant, et recte praeferunt

curialem, principalem [b] contingat. Si quis posthac temerario et inconsiderato ausu ullum ex principalibus viris usurpata attrectaverit iniuria, sciat, se decem auri libris [bb] esse mulctandum. *Dat. prid. Kal. Aug. Constantinopoli, Arcadio A. I.* [c] *et Rufino* [d] *Coss.* (392.)

129. *Iidem AAA.* [e] *Rufino Pf. P. Post alia:* Quicunque est e curia senator effectus, quicunque militiam, cum esset curialis, aggressus est, restituatur obstringendus ei, quam declinaverat, functioni. Quin etiam iubemus, eos ad munera relicta et ad cognoscenda constringi, quos administrationum honor diversa suffragiorum ambitione provexit, ut eo quidem, quem adepti sunt, honore non careant, sed ab ea, quam reliquerant, [f] functione non absint; providendo, ne quispiam curiae natus ad consortium senatoriae dignitatis adspiret, cum ita sibi videat et praeterita et praesenti iussione praescriptum, ut ei vel affectata vel emendicata huius ordinis gratia prodesse non possit. *Dat. X. Kal. Dec. Constantinopoli, Arcadio* *) *A. II. et Rufino Coss.* (392.)

130. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius* [g] *AAA. Aureliano Pf. U.* [h] Si quis municipum ad senatorium transire ordinem omnibus muniis perfunctus optaverit, bona sua, quibus substitui idoneus possit, sciet curiae semper esse obnoxia. *Dat. III. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* [i] (393.)

131. *Iidem AAA. Aureliano Pf. P.* [k] In calefaciendis apud Antiochiam thermis [l] veterem praestationis consuetudinem servari placet. Constat enim, merito summovendum, quicquid a Tatiano probatur adiectum. *Dat. III. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio* *) *Coss.* (393.)

132. *Iidem AAA. Aureliano Pf. P.* [m] Si quis curialis tres mares filios [n] susceperit, unum dare senatui non vetetur. *Dat. VI.* [o] *Id. Mart.* [p] *Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

133. *Iidem AAA. Silvano Duci et Correctori* [pp] *limitis Tripolitani.* Quicunque ex numero plebeiorum praesentibus singularum [q] ordinibus civitatum agro vel pecunia idonei comprobantur, muniis curialibus aggregentur. Qui vero nullam rei familiaris substantiam habent, militare in apparitorum numero *) non vetentur. *Dat. VI. Kal. April. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

134. *Iidem AAA. Rufino Pf. P.* **) Omnes, qui curiali obstricti sanguine diversis se officiorum privilegiis et actuum praeiudiciis aggregarunt, reddendos muniis esse, non ambigas [r]. Eos etiam, qui adepti hono-

— c. 129. Summ. C. Th.: „*Superioribus par, X et VIIIXL.*“ — c. 130 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Constit. princ. (I, 1), c. 1 C. Th. de Praediis senat. (VI, 3), c. 26 C. Th. de Praetor. (VI, 4), c. 131 h. t., c. 29 et 30 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1) et opin. Go. fortasse cum c. 132 h. t. (vid. infra not. *o*) et c. 11 C. Th. de Annonis civicis (XIV, 17). Summ. C. Th.: „*Similis VIII et L.*“ — c. 131. Vid. c. 130, not. sup. — c. 132 sec. Go. abrogatur c. ult. Cod. Iust. de Decurion. (X, 31). Vid. c. 130, not. sup. — c. 133. Summ. C. Th.: „*Similis VII et XC* (l. *XCVI*).“ — c. 134 coniungenda est cum c. 14 C. Th. de Exaction. (XI, 7). Cod. Iust. X, 31, 43 mut. Summ. C. Th.: „*Haec VI et L et IX et LXXX* (l. *LXXXVIII*) *similis; una iubet intra lustrum, altera intra decennium; hic vero absolute locutus est, ut LXXXIII* (l. *LXXXII*) *similis.*“

an. Cf. Cuiac. Comment. c. 42 cit. pag. 282 et Dirksen. l. c. b) Cod. Iust. *principalemve* et hoc vult Rein. Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *pulsatione tribunus, dux ille, an comes sit, curialem principalem.* Aur. Lugd. *pulsatione tribunus dux, ille an Comes sit, curialem principalem.* Go. — Ri*. *pulsatione, Tribunus, Dux ille, an Comes sit, Curialem Principalem.* Be. *pulsatione (tribunus, dux ille, an comes sit) curialem, principalem.* bb) Cod. Iust. *libris auri.* c) Recte rep. volunt Go. et Be. *II.* Mirum autem est, etiam in Cod. Iust. falsum numerum haberi. Videtur igitur error in ipso C. Th. insedisse. d) Go. — Ri*. *Ruffino*, mendose. e) Vid. not. *r* et *s* antec. Aur. Lugd. *Idem AA.* f) Fol. 254ᵃ cod. 4. *) Ri*. om. *Arcadio.* g) 4 *Id. ааа.* Til. — Ri*. *Idem AAA.* Recte Be. iubente Go. ex c. 124 h. t. huc transtulit *Imppp. Theod. Arcad. et Honor. AAA.* Consentit enim non solum Cod. Iust. (cf. X, 44, 1 et c. 135 h. t., not. *v*), sed etiam leges cum h. c. coniungendae et quae cum c. 134, 137, 139 h. t. cohaerent. Sola c. 3 cit. habet *Iidem AAA.*, i. e. *Valentinianus, Theodosius et Arcadius*, manifesto errore. h) Cui. 2, 2* *Pf. P.*, err. et recte impr. Go.; nam 4 habet *pū.* Similiter reliquae edd.; praeterea siglum praefecti urbis prae se ferunt omnes fere leges cum hac c. coniungendae. i) Aur. Lugd. *possit, A. III.* | *sciet curiae semper esse obnoxia. Dat. III. Kal. Mart. Cōstantinop. Theod.* | *et Abundantio Conss.*, mendose transpositis vv. Go. *Abunadntio* et Ri*. om. *A.*, err. k) Reponendum *Pf. U.* et hic et in c. 132, 138 h. t. Vid. not. *h* antec. Haec est etiam sententia Go. et Be.; sed cum legis argumentum non pertineat ad officium praefecti urbis, constitutionem, cuius haec pars est, integram datam illi quidem putant *ad Aurelianum Pf. U.* et *ad Rufinum Pf. P. Or.*, postea vero a C. Th. conditoribus, cum secernerent singula legis capita, in eo erratum esse, ut capiti legis, ex quo haec c. facta est, et cui Rufinum Pf. P. inscribere deberent, Aureliani Pf. U. nomen imponerent. Nimis artificiosa est haec cj., quamquam argumentum legis concedo non congruere cum officio praefecti urbis. Obstant leges cum c. 130 coniungendae, in quibus ne ullum quidem est vestigium inscriptionis, qualem Go. et Be. fuisse fingunt, nec rara sunt exempla legum, quarum argumentum non omnino convenit cum magistratuum in inscriptione nominatorum officio. l) 4 *thrermis*, a libr. corr. *thermis.* *) Til. *Abundatio.* Aur. Lugd. *Cons.* m) Go. scrib. vult *P. V.* vel *Rufino PP.* Vid. not. *k* et *h* antec. n) 4 *filius*, rubr. col. corr. *filios.* o) 4 *VI*; edd. *III.* Iam retracto, quod in c. 3, 1 et 26 citt. dictum est, hanc legem cum ipsis illis coniungendam esse. Dupliciter enim corrigere opus esset, *III.* pro *VI.* et *Kal.* pro *Id.*; eo autem audaciae procedere nolo. p) Fol. 254ᵇ cod. 4. pp) Go. ann.: „Sive *Comes*, ut Nestorius Comes et Dux (Limitis Tripolitani) pariter dicitur *l. ult. sup. Quorum appell.* (XI, 36).“ Ri*. *Tripulitani.* q) 4 *singularum*, ab ant. man. corr. *singulorum.* Hoc transiit in edd. Til. — Ri*. Iam recte Be. iubente Go. restit. *singularum.* Idem placet Rein. *) Mendose Aur. Lugd. *munero.* **) *Orientis*, dicit Go. ad h. et sqq. c. 135—137. Vid. c. 132 h. t., not. *m*. r) Cod. Iust. *ambiges.*

res esse dicuntur, debitis statuas functionibus surrogandos, manente privilegio dignitatis. Ac ne ab his sententia promenda se temperet, quos praesidalis officii defendit obscuritas, quosve nullum munus allegat[s] naviculariae functionis, usque eo super hac re iudicantis est sententia porrigenda, ut, quoniam curialium fundos diversis[t] titulis huiusce modi[tt] homines tenere coeperunt, intelligant sese, quos[u] nulla militiae privilegia, nulla honorum suffragia, non aetatis defensabit infirmitas, in eorum locum suscipiendis functionibus surrogandos, quorum vel habendo vel habitando sibi patrimonia[uu] praesumpserunt. *Dat. prid. Id. April. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

135. *Iidem AAA.*[v] *Rufino Pf. P.* Nullus vacationem temporariam[x] curialis accipiat, nisi id forte veris ac probatis caussis annotatio nostra concesserit. *Dat. prid. Non. Iun. Constantinopoli, Theodosio A. III.**) *et Abundantio Coss.* (393.)

136. *Iidem AAA. Rufino Pf. P.* Nec debitis curiae licitum potest esse negare aut vitare, quod declinare non possunt, nec curiis esse liberum debet, eos expetere, quos iustis assertos privilegiis non poterunt obtinere. *Dat. IX. Kal. Iul. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

137. *Iidem AAA. Rufino Pf. P.* Omnes, qui municipibus genere aut actu tenentur obnoxii, [y] a militia vel a quibuslibet retrahi mandamus officiis, nec rescripta aut annotationes ad munerum fugam prodesse permittimus[z]. Incolas etiam et vacantes[a], qui tamen idonei sunt, iubemus adstringi. §. 1. Nullus sane solis[aa] materni sanguinis[b] vinculis illigetur, quia mulierum[bb] infirmitas nunquam huius modi functionibus reddit obnoxios, a quibus ipsa habeatur[c] immunis. *Dat. V. Id. Aug. Constantinopoli, Theodosio A. III.**) *et Abundantio Coss.* (393.)

138. *Iidem AAA. Aureliano Pf. P.*[d] Curiales, qui gradu meritorum usque ad honorariam *) pervenerint dignitatem, nulla equorum praestatio maneat; ne[e] gleba senatoria ab his poscatur, quos non ita[f] fecit obligatos. *Dat. VI. Id. Dec. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

139. *Iidem AAA. Rufino Pf. P.* Omnes illico, qui curiis debiti militarint, patriis *) muneribus restitui oportet. In qua re sublimis auctoritas tua providebit, ut de singulorum nominibus ad sedem vestram singulae quaeque **) referant civitates, ne quis dissimulatione suggerentium[g] delitescat, ut cuncti, sine frustratione aliqua restituti, curiarum munus[h] cum omni posteritate deserviant. Quod ita fixum volumus intemeratumque servari, ut adversum hoc potestas[i], nulla denique annotatio audiatur. Quod si quis ex illis in officia externa transierit, omnis eius substantia iure[ii] curiae et possessione teneatur. *Dat. III. Kal. Iun.*[k] *Constantinopoli*[l], *Arcadio III. et Honorio II. AA. Coss.*[m] (394.)

140. *Impp. Arcadius et Honorius*[n] *AA. Theodoro Pf. P.* Ad subeunda patriae munera dignissimi et me-

— c. 135. Cod. Iust. X, 44, 1. Vid. c. 1 et 137 h. t., not. sup. — c. 137 coniungenda est cum c. un. C. Th. Si quis imperat. (IX, 4). Cod. Iust. X, 31, 43, 44. Nam in Cod. Iust. distributa est in duas constt. Vid. infra not. *z* et *aa*. Summ. C. Th.: „*Similis CXXXV.*" Vid. c. 141 et 179 h. t., not. sup. — c. 139 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Offic. com. Or. (I, 13), c. 18 C. Th. de Cohort. (VIII, 4), c. 12 C. Th. de Scenicis (XV, 7). Vid. infra not. *k*, *l*. Vid. c. 170, not. sup. — c. 140 iisdem fere vv. repetita est in c. 148 h. t. eidem Theodoro inscripta. Cod. Iust. X, 31, 45. Bou. l. c. p. 762. Summ. C. Th.: „*VII et LX* (l. *LXVI*) *similis.*"

Sed nec rescripta, aut adnotationes ad munerum fugam prodesse permittimus ex c. 137 h. t., et seq. subscr. h. c. s) Go. Be. em. *alligat.* Annotat enim Go.: „*Alligat.* Quanquam istud tueretur quis arg. *l.* 82. *sup.*" Mihi probatur *alligat.* Go. — Be. *functionis. Usque.* t) Fol. 255[a] cod. 4. tt) Mendose Til. Cui. 1 *huiscemodi.* Go. vult *cuiuscemodi.* u) Go. *quos nulla honorum suffragia, nulla honorum suffragia, non* etc., mendose. uu) Err. Go. *patrimonio.* v) Cod. Iust. imperatorum nomina habet (Theod. Arcad. et Honor.). x) Cod. Iust. *temporalem*, sed Cui. *temporariam.* *) Cod. Iust. om. *A. III.* y) Fol. 255[b] cod. 4. z) Vv. *nec — permittimus* transposita sunt in c. 43 Cod. Iust. cit. Vid. not. *r* antec. a) Go.: „Non est mutanda haec vox, in *vagantes.*" aa) Cum vv. *Nullus solius* incipit c. 44 Cod. Iust. cit. b) Til. Cui. 1 *sanguini*, male. Err. om. apud Go. *sanguinis.* bb) Nonn. libri mss. et editi Cod. Iust. *mulieris.* c) Cod. Iust. *habetur.* *) Mendose Ri*. *Theod. M. III.* d) Rep. *Pf. U.*, ut Go. Be. volunt. Vid. not. *h* et *k* antec. *) Mendose Go. *Honoriam.* e) Go., prob. Be. recte em. *nec.* Vid. not. *f* sq. f) Iuretus in Symmachum IV, 62 cj. *novitas.* Go. in comm. utrumque retineri posse arbitratur: *quos novitas non fita ecit obligatos.* „*Novitas*, inquit, id est, nova allectio, quomodo et novitas dicitur *l.* 54. *supr. hoc tit.* Alioquin eodem semper sensu omissa voce *novitas* — verba illa, *non ita fecit*, relata ad superiora, *honorariam dignitatem*, hunc sensum habeant, Honorariam seu Senatoriam dignitatem, quod caetera quidem, honores inquam, et προνόμια, Curialibus pro merito promotis prodesse: quoad onera vero non obligare: *Non ita fecisse obligatos. NON ITA*, id est, non sic ut onera Honorariae seu Senatoriae dignitatis agnoscerent. Ergo in praesenti casu *novus* hic Honoratus et Senator ex Curiali factus, neque ut Senator Senatoriam glebam agnoscere debet, neque ut Honoratus, extraordinariam collationem: Si modo hic pro *ne*, *nec*, reponamus. Et tamen putet quis contra hic legendum, pro *ne*, *sed*, vel *nae*, vel tale quid: et pro *NON ITA*, *novitas*: ut id velit Imperator etsi hic de quo *h. leg.* agitur ad extraordinariam collationem adigi non possit, attamen ad Senatoriam glebam obligatum esse." Equidem praeter v. *ne* nihil mutandum esse puto. *Quos non ita fecit* (scil. *honoraria dignitas*) *obligatos*, id est ut gleba senatoria ab his posci possit; nisi quis vv. *quos non ita fecit obligatos* velit referre ad glebam senatoriam. *) Go. in not. *paternis.* Recte se habet *patriis.* **) Err. Ri*. *quoque.* g) Fol. 256[a] cod. 4 inc. cum literis *rentium.* h) Go. em. *muniis*, verisimiliter. Vid. XIII, 5, 4 (*oneri deservire*) et XVI, 2, 26 (*obsequiis deservire*). i) Go. addi vult *nulla.* ii) 4 *iurae*, rubro col. em. *iure.* k) Vid. c. 1 cit., not. * et c. 18 cit., not. *l.* l) Rep. *Heracleae* ex reliquis cum h. c. coniungendis legibus. Vid. c. 18 cit., not. *m.* m) Aur. Lugd. *Cons.* n) 4 *Impp. Arcad et Honor a* (sine virgula) *Theodoro ppo.* Rein. rep. vult *Theod. Arc. et-Hon.*, nulla idonea caussa

ritis et facultatibus eligantur [o], ne tales forte nominentur *), qui functiones publicas [p] implere non possint. *Dat. XIII.* [q] *Kal. Febr. Olybrio et Probino Coss.* (395.)

141. *Iidem AA.* [r] *Ennoio* [s] *Proconsuli Africae.* Inconcussa volumus permanere, quae de incolatus iure antiquitus sunt constituta. *Dat. XVII. Kal. Iun. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* [ss] (395.)

142. *Iidem AA. Ennoio* [t] *Proconsuli Africae.* Nominationum forma vacillare [u] non debet, [v] si omnes, qui albo curiae continentur [x], adesse non possunt, ne paucorum absentia, sive necessaria sive fortuita, debilitet, quod a maiore parte ordinis salubriter fuerit constitutum, cum duae partes ordinis in urbe positae totius curiae instar exhibeant etc. [y] *Dat. XVII.* [z] *Kal. Iun. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

143. *Iidem AA. Ennoio* [a] *Proconsuli Africae.* Fraudem [b] civium non ferendam in dispendium ire civitatum animadvertimus, cum municipes [c] aut peregrinando munera civitatum aut militiae ambitione declinant. Intra quinquennium igitur nisi ad curiam reverterint, facultates eorum pro muneribus et oneribus curiae addici [d] decernimus. *Dat. XVII. Kal. Iun. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* [e] (395.)

144. *Iidem AA. Ennoio* [f] *Proconsuli Africae.* Ne diu in fraudem *) civitatum municipes evagentur, vel ad militiam socientur, nisi intra quinquennium ad civitates proprias revertantur, facultates eorum pro muneribus et oneribus curiae addicantur. [g] *Dat. XVII. Kal. Iun.* [h] *Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

145. *Iidem AA. Ennoio* [i] *Proconsuli Africae.* Africani [k] sacerdotales Karthagini restitui, ibique arbitratu suo agere cum favorabili editione placuit. Quod facientes, divi patris nostri [l] beneficium renovamus. *Dat. XVII. Kal. Iun. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* [m] (395.)

146. *Iidem AA. Dextro Pf. P.* Multos animadvertimus, ut debita praestatione patriam defraudarent, sub umbra potentium latitare. Oportet igitur, statui mulctam, ut, quisquis in praescripti iuris formam inciderit, pro curiali quinque auri libras [n] fisco nostro cogatur inferre, pro collegiato *) unam. Omnes igitur, quos tegunt, expellant, ne clementia nostra ob contumaciam dissimulantium in maiorem indignationem exsurgant [o]. *Dat. XVII. Kal. Iul. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* [p] (395.)

147. *Iidem AA.* [q] *Palladio Pf. P.* Quicunque decuriones patre atque maioribus approbantur, et armatam quamcumque [r] occasione adepti docentur esse militiam, absoluti [s] sacramento militari, ut constitutum est, ad munia civilia revocantur [t]. §. 1. Si quos etiam huius modi homines [u] palatinorum officiorum consortia retinent, exempti matriculis ad propriam urbem sub prosecutione dirigantur. §. 2. Ac si in apparitione praetoriana aliquis inventus fuerit decurio immorari, pari [v] conditione ad civitatem originariam dirigatur. §. 3. Reliqua quoque ministeria atque officia palatina pari forma legis adstringimus, ut quisquis municeps deprehensus fuerit [x], absolutus militari cingulo reddatur muneribus civitatis

---

— c. 141 coniungenda est cum c. 53 C. Th. de Appell. (XI, 30) et cum c. 142—145 h. t. Vid. c. 24 C. Th. de Annon. (XI, 1), not. *c.* Summ. C. Th.: „*Similis CXXXVIII* (l. *CXXXVII*).“ — c. 142. Vid. c. 141 h. t., not. sup. Cod. Iust. X, 31, 46. — c. 143. Vid. c. 141, 144, 161 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Similis VIII et L.*“ — c. 144. Vid. c. 141 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*“ Simillima est h. c. antecedenti c., „ut mirum videatur, inquit Go., Codicis huius Conditores eandem sententiam ex eadem constitutione consequenter bis posuisse.“ Ri*. err. habet num. *CXLVI.* — c. 145. Vid. c. 141 h. t., not. sup. — c. 147 coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Relation. (XI, 29). Ap. Ri*. mendose signatur num. *CXXX.* Iniusto loco haec c. posita et transferenda post c. 182 h. t. Buchholtz ad Vat. fr. p. 201. Summ. C. Th.: „*Similis CII.*“

---

et adversante Cod. Iust. o) Cod. Iust. *dignissimi meritis et fac. curiales elig.* *) c. 148 h. t. *nec huius modi nom.* p) c. 148 h. t. *debitas.* q) Go. in Chron. *XII.* Aur. Lugd. *Cons.* r) Rein. rep. *Arcad. et Honor.* propter coniecturam, qua sibi emendare visus erat inscr. c. 140 h. t. Vid. not. *n* antec. s) Go. et Be. in hac et in sqq. leg. emend. *Ennodio.* Rein. in Chron. const. Cui. 2 ubique vult *Evodio.* Vid. supra XI, 30, 53, not. *b.* ss) Aur. Lugd. *Cons.* Go. om. v. *et* post *Olybrio.* t) Vid. supra XI, 30, 53, not. *b.* u) 4 *vaecillare*, a libr. corr. *vaccillare.* v) Fol. 256 [b] cod. 4. x) Cui. 1 *coninentur*, err. Cod. Iust. *detinentur.* y) In Cod. Iust. deest *etc.* z) Aur. Lugd. *XVIII.* et mox *Cons.* a) Vid. supra XI, 30, 53, not. *b.* b) 4 *Faudem*, a librario corr. *Fraudem.* c) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Go. *municeps.* Ri. Ri*. Be. iubente Go. recte edid. *municipes.* Erat autem iam in Aur. Lugd. editum *municipes.* d) 4 *addidici.* e) Aur. Lugd. *Cons.* f) Vid. supra XI, 30, 53, not. *b.* *) Mendose Be. *faudem.* g) Fol. 257 [a] cod. 4. h) Err. Cui. 2, 2* *Kal. Ian.* Infra Aur. Lugd. *Cons.* i) Vid. supra XI, 30, 53, not. *b.* k) Ita cod. 4 et edd.; Go. ann.: „γρ. *AfricanoSacerdotales*, id est Africanos Sacerdotales,“ recte prob. Be. l) Theodosii M. Lex ipsa iam non habetur. m) Aur. Lugd. *Cons.* n) 4 *libris*, a rec. man. corr. *libras.* *) Err. Ri*. *Collegio.* o) 4 *exurgūt.* Til. — Ri*. *exurgant.* Be. *exsurgant.* Recte Go. Rein. Be. em. *exurgat.* p) Aur. Lugd. *Cons.* q) Ita 4, Til. — Cui. 2* et Ri*.; Go. Ri. Be. *AAA.* Recte Be. in notis rep. *Impp. Honor. et Theod. AA.* Vid. c. 6 cit. et c. 11 C. Th. de Indulg. debit. (XI, 28), quae quamquam alii magistratui inscripta et alio loco data est, tamen in subscriptione eundem diem habet. r) 4 *quamcumque*, rubro col. corr. *quacumque.* Edd. *quacunque*, quod non falsum est. s) Fol. 257 [b] cod. 4. t) Go. Be. em. *revocentur* non opus est, licet infra sequatur *dirigantur* — *dirigatur.* u) 4 *hemines*, a libr. del. *h* et ponitur *n* supr. *es*, corrigitur igitur *eminens*; rubro col. in m. codicis adscriptum est v. *homines*, quod transiit in edd. v) Til. — Cui. 2* male *decurio*, *inmorari pari conditione.* Iam Rein. Go. veram restituerunt interpunctionem. x) In cod. 4 evanuit

etc. *Dat. V. Id. Sept. Ravenna, D. N. Theodosio A. VII. et Palladio Coss.*[y] (416.)

148. *Iidem*[z] *AA. Theodoro Pf. P.* Cum super ordinando sacerdote[a] provinciae publicus esset ex more tractatus, idem[b] nostra auctoritate decretum est[c], ut ad[d] subeunda patriae munera dignissimi et meritis et facultatibus eligantur, nec huius modi nominentur[e], qui functiones debitas*) implere non possint. *Dat. IV. Kal. Oct. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

149. [f]*Iidem AA. Ennoio*[g] *suo salutem.* Curiales in exitium curiarum se conantur exuere quacunque occasione patrimonii qualitercunque quaesiti, naviculariorum[h] onere[i] volentes suam originem commutare. Qua in re, quia[k] totum inhibere non possumus, ratione dividimus. Civitas ergo, quem genuit, non amittat: patrimonium, quod ex ordine naviculariorum advenerit, prodat[l] pro moderatione, quem ditat[m], quia nec[n] emere, nec donatum assequi, nec damnosam quisque[o] hereditatem adire compellitur, cum et in deliberationibus coniunctionum[p] futurarum commodis prospiciatur heredum. Neminem igitur sublimitas tua ad expediendas publicas necessitates parenti curiae se permittat auferre, detque*) operam, ut et ordines curiarum nostrarum reddantur indemnes, et patrimonia naviculariorum non pereant, sed functionis uterque[q] status habeatur incolumis. *Dat. VII.*[qq] *Kal. Ian.* *) *Olybrio et Probino Coss.* (395.)

150. *Iidem AA. Caesario Pf. P.* Curiales, qui honorariam adepti sunt comitivam[r], formidare[s] debent eos, quorum sunt moderationi commissi[t], nec se existimare ideo meruisse dignitatem, ut iudicum praecepta despiciant. Quod si in eadem culpa perseverent, quinque librarum auri mulctae obnoxius subiugetur, honore quoque, quem prodit, spoliandus[u]. *Dat. IV. Kal. Ian. Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

151. *Iidem AA.*[v] *Petronio*[x] *Vicario Hispaniarum.* Municipalia gesta non aliter fieri volumus quam trium curialium[y] praesentia, excepto[z] magistratu et[a] exceptore publico[b], semperque hic numerus in eadem[c] actorum[d] testificatione[e] servetur. Sic[f] enim et fraudi non pate-

---

— c. 148. Vid. c. 140 h. t., not. sup. et infra not. *d* —*. Bou. l. c. p. 762. In Cui. 2, 2* appon. h. c. numerus *CXLVIIII.* — c. 149 coniungenda est cum c. 24 C. Th. de Annon. (XI, 1) et c. 25 C. Th. de Navicul. (XIII, 5). Vid. infra not. *qq* et c. 141, not. sup. Cod. Iust. VI, 30, 16 multis om. — c. 150. Cod. Iust. X, 31, 47. — c. 151. C. Th., Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 151. Codex 4 *c.* 152. Vid. supr. c. 54, not. sup. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 8, sed in cod. 38 *c.* 7. Vid. c. 20 h. t., not. sup. Integra cum interpretis vv. est in codd. 6, 7, 9—12, 14—18, 20, 21, 27, 29, 30, 33, 34, 38, 42, 44; omnia des. in cod. 31; inscr. et textus in codd. 35, 39, 43; inscr. et subscr. in cod. 26; subscr. et interpr. vv. in cod. 25; textus et subscriptio in codd. 28, 36, 40, et trahitur inscr. in codd. 36, 40 ad c. 170 h. t. (s. proximam Br. Al. legem); sola inscr. deest in codd. 24, 32; sola subscr. in cod. 37, ubi textus pro interpr. habetur. De codd. 8, 13 vid. supra c. 12 h. t., not. sup. et de Cui. 1 — Lugd. infra not. *m.*

---

litera *t* v. *fuerit.* y) Aur. Lugd. *Cons.* z) Recte se haberet inscriptio, nisi esset interiecta c. 147 h. t. hanc inter et c. 146. Vid. c. 147, not. sup. et leges cum c. 149 coniungendas. Quare assentior Be. restituenti in not. *Impp. Arcadius et Honorius AA.* Bou. *Iidem Impp.* Go. *Idem AAA.* a) 4 *sacerdotae*, rubro col. deletur *a* ante *e.* b) Go. ann.: „Forsitan haec vox sustineri possit ceu relativa ad anterius caput aliquod integrae constitutionis Honorianae, unde haec desumpta est: sin hoc non placet, hic reponendum fuerit, *id demum*, vel, *id dudum.*" Be. cj. *id iam.* Sustineri potest *idem.* c) Go. respici putat c. 140 h. t. Cui. 1 — Lugd. Go. — Ri*. *authoritate.* d) Hinc desumptam esse putat Go. c. 46 (potius 45) Cod. Iust. h. t. Sed ex subscr. apparet, c. 45 desumptam esse ex c. 140 h. t. transscripta in seqq. h. c. verbis. e) c. 140 *ne tales forte nom.* *) c. 140 *publicas.* f) Fol. 258[a] cod. 4. Cod. Iust. *Impp. Arcad. et Honor.* Go. *Idem AAA.* g) Be. vult *Ennodio.* Cod. Iust. *Annodio* et om. *suo sal.* Vid. supr. XI, 30, 53, not. *b.* h) Ita 4, *quaesitinaviculariorum*; inter *ti* et *nav.* rubro colore interiecta est litera *n*, unde editum est vulgo *quae sit in naviculariorum onere.* Iam Go. recte cj. *quaesiti.* Ceterum in cod. 4 rubro col. deleta est litera *a* v. *quae.* Cui. 2 *naviculariotum.* i) Go. cj. *munere* pro *onere.* k) Go. — Ri*. mendose *qui.* l) Go. ann.: „An *prodat* civitas scil. id est, An vero reponendum *proficiat*, vel *prosit* ad naviculariam videl. functionem sustinendam: non pereat, ut infra? Neutrum: Recte *prodat.* Curialis scil." Verum vidit Go. m) Go. ann.: „Sive *pro moderatione* (id est, modo et ratione) *quae eum ditat.*" n) Hinc incip. c. 16 Cod. Iust. cit., quae procedit usque ad v. *compellitur*, sequentibus recisis. o) Sec. Go. pro *quisquam*, ut habetur in Cod. Iust. p) Go. in comm. cj. *conventionum*, ut *conventiones futurae* sint onera, quae heredes subituri sint. Neque tamen temere se h. l. mutare dicit. *) Ri*. *det operam.* q) Go. ann.: *utriusque.* qq) Vid. c. 24 de Annon. cit., not. *c.* *) Add. *Mediol.* ex legibus cum h. c. cohaerentibus. r) In Cod. Iust. add. *dignitatem.* s) Fol. 258[b] cod. 4, in cuius ima parte est signum quatern. *ΛΔ.* t) Cod. Iust. *quorum moderationi sunt commissi.* u) Cod. Iust. *obnoxii subiugentur, honore quoque, quem prodiderint, spoliandi*, prob. Be. Assentior Go., qui numeri mutationem non insolitam esse dicit. Vid. supra c. 49 et 107 h. t. v) Br. Al. codd. Sich. imperatorum nomina ferunt, sed 9, 21, 38 inverso ord. *Hon. et Arc.* et 6 *Honor et Theud aã.* Plerique codd. *Archadius.* x) 11 *patrimonio vicār Spañ.* 15 *Petr. trium curialium praesidem.* Mox nonn. codd. *viro claro* pro *Vic.* y) Omnes codd. praeter 11 *curialium* et sic Sich. — Lugd. Solus codex 11, Cui. 2 — Be. *principalium.* Reposui *curialium* propter consensum codicum. Cf. etiam Nov. Valent. XIX. de Tribut. fiscal. (ed. Berol. p. 1315 sqq.) §. 10: *in municipalium confectione gestorum sit firmitas, si apud tres c u r i a l e s publico fuerint exceptore perscripta.* Neque vero *principalium* falsum est. Nonn. codd. *praesentiam.* z) 11 *excepit.* a) 6, 7, 14, 17, 26, 34 om. *et* et 38 *mag. et.* Nonn. codd. *magistratū.* b) 21 *excepta repub.* Aur. Lugd. *exceptare publica.* 42 *publica.* 20 *mag. rei publicae semperque.* Nonn. codd. om. *que* post *semper.* c) 11 *eorum*; alii codd. *eandem.* 38 *huic numeros.* 42 *huic num.* d) Multi codd., inter eos 6, 7, 20 *auctorum.* 21 *autorem.* Sich. *autoritate.* e) 6, 7, 21 *testificationes.* 24 *testificationum.* 30 *testificationem*; alii codd. *testi-*

bit occasio, et veritati maior crescit[g] auctoritas. *Dat. Non. Maii*[h] *Mediolano*[i], *Arcadio IV.*[k] *et Honorio III.*[l] *AA. Coss.* (396.)

INTERPRETATIONE[m] *non indiget.*

152. *Iidem AA. Africano*[n] *Pf. U.* Ne quis ex corpore togatorum[o] provinciales suscipiat functiones; scilicet[p] ut et ambientibus claudatur ingressus, et invitis necessitas auferatur. *PP.*[q] *Constantinopoli III. Non. Aug., Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

153. *Iidem AA. Florentino Pf. U.* Nonnulli decurionum honorarias ex-protectoribus vel domesticis[r] vel quaslibet alias obtinent missiones. Unde, licet superiore praecepto[s] consultum sit, ut sic penes eosdem emendicata dignitas permaneret, nec[t] quicquam ob hoc patriae negaretur, nunc, altius intuentes, honoris eius ab his penitus amovemus umbracula, ita ut, si quis id meruit, ac si nihil impetraverit, habeatur, neque ob hoc[u] sordido quolibet minimove tueatur, vel a verberibus, si id modo personae eius qualitas patitur, iudiciariae emendationis excusetur. *Dat. XII.*[v] *Kal. Ian. Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

154. *Iidem AA. Florentino Pf. U. Post alia:* Si qui[vv] municipum vel palatinam vel armatam aliquando militiam debitis praetulerit functionibus, nullis privilegiis, nullis postremo temporibus exuatur, nec ei annorum spatia stipendiorumque merita supputentur, sed teneat suum curia, et perpetua sibi obnoxium vindicatione defendat etc. *Dat. XII. Kal. Ian. Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

155. *Iidem AA. Florentino Pf. U. Post alia:* Quia ex[x] splendidissimum ordinem summoveri[y] dignitatibus non oportet, quisquis honorum[z] emensus curialia onera vel honestis[a] vel administrationis vel quarumcunque aliarum dignitatum infulas[b] impetraverit, ipse quidem decoretur insignibus, sed liberi[c] omnisque successio[d], paternae dignitatis obiectu[e], curialia vincula non exuant[f], nisi forte quis iam senatore[ff] susceptus consortio curiae nobilioris annectitur. Illustrium quoque virorum liberos, si non otio et torpore degeneri paternam exuere virtutem, fas erit excusari. In his tamen, qui ante expletas curialium munerum functiones meruerint dignitates, speciali humanitate tribuimus, ut, quae illis imponentur

— c. 152. Cod. Iust. II, 7, 3. Summ. C. Th.: „*Contraria est superioribus III et LXX* (num *XLVI*?).“ H. c. opin. Go. fortasse coniungenda est cum c. 13 C. Th. de Annon. civic. (XIV, 17). — c. 153 coniungenda est cum c. 15 C. Th. de Senator. (VI, 2), c. 2 C. Th. de Comit. rei mil. (VI, 14), c. 19 C. Th. de Diversis officiis (VIII, 7), c. 154—156 h. t. et sec. Go. cum c. 1 Cod. Iust. Ubi quis de curiali (III, 23). Vid. infra not. *v*. Summ. C. Th.: „*VII et XXX* (l. *XXXVI*) *contraria est.*“ — c. 154. Vid. c. 153 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Similis... et LXXXVIIII* (l. *LXXXVIII*) *et VII et L* (l. *LVI*).“ — c. 155. Vid. c. 153 h. t., not. sup. et de Cod. Iust. infr. not. *d*. Summ. C. Th.: „*Similis IIII et X.*“

ficationē. Sich. *testificationis.* f) 16, 25, 26 *Si.* Mox nonn. codd. *occasione* et *veritate*, sed 20 *veritatis.* g) 4, Til. *maiore scit* (sed Til. asteriscum posuit post v. *scit*), ex quo Go. cj. *maiorescit*, barbare. 9 *mater crescit.* 21 *maiore.* 16, 20, 24 *crescet*, sed in 20 supr. lin. pon. *cessit.* Sich. *accrescet.* h) 20 *Mar̄.* 39 *Mart.* i) Sich. *Mediolani.* Nobiscum consentiunt multi Br. Al. codices. k) Nonn. codd. *III*, alii om. numerum. 11 *arch. ā III.* 34 *arch. IIII ā.* l) 11 *II* (ut 20) *āā.* 34 *IIII ā.* 24 *IIII.* In multis codd. om. numerus. m) Ita permulti codices. Alii, inter quos 11 est, *Haec lex* (20 *Ista lex*) *int.*, ut Cui. 2 — Ri*. 11 *non aegit.* 21, Sich. *Ista int.* In Cui. 1 — Lugd. des. interpretis vv. n) Cod. Iust. nomina imperatorum habet. Idem *ad Africanum P. U.* in ed. Herrmanni. o) Cod. Iust. plenius *togatorum*, *minime curialibus nexibus illigatus*, *provinciales.* p) Go. ann.: „*Ita quidem ut.*“ In Cod. Iust. om. *et*, sed cod. Bg. ut C. Th. Non opus est emend. q) Cod. Iust. *Dat. III. Non. Aug. Constantinop.* Cui. 2, 2* *Constācinop.* r) Cum literis *ticis* incip. fol. 259[a] cod. 4. Ceterum Til. — Cui. 2* *ex protectoribus.* Go. — Ri*. *ex Protectoribus.* s) 4 *praecepito* (sed del. *i* a libr.) et mox *paenes.* Vid. supra VII, 21, 3. t) Be. repon. esse videtur *ne*, sine caussa. Vid. c. 3 cit.: *sub hac norma penes eos dignitas maneat, ut neque municipes curiam, neque collegiatus obsequium propriae urbis effugiant.* Turbat Be. v. *sic*, quod accipit pro *hac conditione.* Sed v. *sic* ad anteced. referendum est (id est, si quis honorarias missiones obtinuit), neque vero ad sequentia. u) Be. cj. *n. hoc ab.* Nodus est in v. *tueatur.* Go. ann.: „Forte passivo significatu, pro *defendatur, excusetur* (ut mox *fine leg.*), nisi malimus hic scribere *minimove Exuatur:* ut *l. prox. nullis postremo temporibus exuatur:* et *l.* 155. *curialia vincula non exuant.*“ Optime quadrat in h. l. v. *exuatur*, etsi *tueatur* passiva significatione accipi potest. Be. cj. constructionem vv. impedit. v) Vid. c. 15 cit., not. *k*. Go. in comm. c. 153—156, ut c. 1 Cod. Iust. cit. cum his c. coniungat, in inscr. c. 1 loco *Flori P. P.* rep. vult *Florentini Pf. U.* nomen (id Herrm. ed. de Go. cj.) et in subscr. pro *XII. Kal. Aug.* rescr. *XII. Kal. Ian.*, solius argumenti similitudine nisus. Fateor magnum Go. ingenio suo nimis indulsisse. vv) Ri*. *Si quis.* x) Ita Be. et 4. Til. — Lugd. Go. — Ri*. ediderunt *Quia *ex* sp.*, asteriscis illis lacunam hic esse significantes. Go. tentat *et*, probabiliter. Antecessit enim pars maioris legis; continuationem orationis indicat v. *et*, quod ut nunc se habet c., C. Th. conditores debebant, sed omittebant delere. Denique librarii errore, cui ansam dedit proximum v. *splendidissimum*, mutata est particula *et* in *ex*. Nihil igitur deesse puto. Cui. 2, 2* omissis asteriscis sic: *Quia ex sp. — opor* | *tet*, et ponitur asteriscus in m. ad latus syllabae *tet.* Mira consonantia Cui. 1 — Cui. 2* *spendidissimum.* Be. *splendissimum.* y) Fol. 259[b] cod. 4. z) Go.: „*Sive horum*, Curialium: Neque tamen illud muto. Forte *Senatorum.*“ An *honoratorum?* a) Til. — Lugd. *vel * honestis * vel*, quasi quid desit. Voluit nescio quis apud Go. *potestatis.* Go. em. *honestas*, i. e. honorarias. Hoc satis est sanando loco. b) 4 *infulans*, rubro col. del. *n.* c) Hoc loco Go. indicari putat c. 69 h. t. d) Hinc interpolata esse videtur Go. c. 48 Cod. Iust. h. t.: „*In successione curialium decernimus, ut etiam si patres decesserint, teneatur agnatio.*“ Verum illa c. recepta est ex c. 19 C. Th. de Divers. offic. (VIII, 7) cum h. c. coniungenda. e) 4 *obiecto*, rubro col. corr. *obiectu.* f) 4 *nexuant*; corr. a librario, qui supr. *ne* add. *on.* ff) 4

a patria, per substitutos praebere simulaverint[g], non vetentur, nec agentis persona quaeratur, dummodo debiti enim[h] negetur officii etc. *Dat. XII. Kal. Ian. Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

156. *Iidem AA. Florentino Pf. U. Post alia:* Omnes ordines, collegia, centuriones, ac si qui cuiusque[i] muneribus vel officiis ubicunque[k] sunt corporati, ita generaliter illigentur, ut testimoniales[l] impetratas sciant sibi nihil honoris, privilegii excusationisve conferre etc. *Dat. XII. Kal. Ian. Mediolano, Caesario[m] et Attico Coss.* (397.)

157. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.* Omnes, qui quolibet curiae[n] iure debentur, cuiuscunque superstitionis sint, ad implenda[o] munia teneantur. *Dat. Id. Febr.[p] Mediolano[q], Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

158. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.* Vacillare per Apuliam[r] Calabriamque plurimos[s] ordines civitatum comperimus, quia Iudaicae superstitionis sunt, et quadam se lege[t], quae in Orientis partibus lata est, necessitate subeundorum munerum aestimant defendendos. Itaque hac auctoritate decernimus, ut eadem, si qua est, lege cessante, quam constat meis partibus esse damnosam[u], omnes, qui quolibet modo[v] curiae iure debentur, cuiuscunque superstitionis sint, ad complenda[x] suarum civitatum munia teneantur. *Dat. Id. Sept.[y] Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.[z]* (398.)

159. [a] *Iidem AA. Eutychiano Pf. P.* Omnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuo curiis perseverent, et qui ex his ad provinciarum regimen atque administrationem[b] qualibet fraude atque ambitione pervenerint, sciant, se eo, quem meruerant, honore privandos, et non solum ad curiam, velut manu mox iniecta, revocandos, et cunctis rursus ab exordio muneribus servituros, verum etiam media patrimonii parte mulctandos[c]. *Dat. VIII. Kal. Nov. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.[d]* (398.)

160. *Iidem AA. Optatio[e] Pf. U. Post alia:* Si quis ex curia usque ad diem Iduum Novembrium[f] consulatus[g] D. N. Honorii Augusti fratris[g] aeternitatis meae quarti et Eutychiani V. C. administratione donatus senatorio est ordini mancipatus, senator quidem esse non desinat, neque ad novellae legis[h] vincula pertineat, sed de substituto et rebus, ut antea caveramus[i], omnia incunctanter, quae sunt iussa, custodiant[k]. *Dat. VIII. Kal. Dec. Constantinopoli, Honorio A. IV. et *) Eutychiano Coss.* (398.)

161. [l] *Iidem AA. Messalae Pf. P. Post alia:* Plectibili severitate eorum fraudibus obviandum est, qui, genitalem curiam deserentes, ad indebita officia fraude callidae[m] molitionis irrepunt. Et quamvis[n] provisum[o] fuerat congruae emendationis occursu, quemadmodum isti, militiae[p] nomine et honore suspenso, officiis redderentur, tamen, quia hoc callido consilio repererunt, ut, evitatis provinciae suae finibus, tanquam his eorum[q] tantum interdictus fuisset accessus, peregrinos expeterent

— c. 156. Vid. c. 153 h. t., not. sup. — c. 157. Cod. Iust. X, 31, 49. Balsamo Paratitl. I, 5 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1291). Go. h. c. coniungendam esse putat cum c. 158 h. t. Vid. infr. not. *p*. Certe c. 157 iisdem fere verbis repetitur in c. 158. Vid. infra not. *n*, *o*, *u*, *v*, *x*. — c. 158. Vid. c. 157 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Centesimae (XCIX) similis est.*" — c. 159. Cod. Iust. X, 31, 50 mut. Memoratur et partim abrogatur c. 160 h. t. — c. 161 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Contrah. empt. (III, 1) et cum c. 6 C. Th. de Quaestionibus (IX, 35) et sec. Go. cum c. ult. Cod. Iust. de Modo mulct. (I, 54). Vid. infra not. *c*. Cod. Iust. X, 31, 51 nonn. om. Summ. C. Th.: „*Haec contraria est CXLIIII* (l. *CXLIII*)."

senatore, rubro col. repon. *senator.* g) Locus impeditus. Til. — Cui. 2* *simulaverint: non.* Go. Rein. Be. em. *si maluerint*, recte. h) Locus mendosus. In cod. 4 a rec. man. supr. v. *enim* add. *non*, et ita est in Cui. 2, 2*, qua usus Rein. scribi vult *debitū*, commoda sententia. Til. — Lugd. Go. — Ri*. *debiti * enim * negetur officii.* Lacunam hic esse non puto. Go. Be. pro *enim* em. *nihil.* Recte. Ortum est mendum ex siglo, quod cum librarius non intellexerit, solvit in v. *enim.* i) Go. mavult *quibusque*, i. e. *quibuscunque*, prob. Be., aut *cuiuscunque muneris vel officii.* Neutra Go. cj. placet. Suppl. *ordinis* s. simile v. k) Cum literis *cumque* incipit fol. 260[a] cod. 4. l) 4 *testimonialis*, rubro col. corr. *testimoniales.* m) Aur. Lugd. Go. mendose. *Caesareo* et infra Aur. Lugd. *Cons.* n) 4 *iurae*, rubro col. corr. *iure.* c. 158 h. t. et Cod. Iust. (except. Cuiac.) *quolibet modo curiae iure.* o) c. 158 h. t. *ad complenda suarum civitatum munia teneantur.* Cod. Iust. *implenda munera.* p) c. 158 h. t. Cod. Iust. (except. Cuiac.) *Sept.* Videtur igitur c. 158 potius repetitio h. c. esse, quam utriusque legis coniunctio admittenda. q) Cod. Iust. *Mediolani.* r) Go. *Apuleiam*, mendose. s) 4 *Vaccillare — plurima*; ab antiqua man. corr. *plurimos.* t) Intelligi putat Go. c. 13 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8). u) Seqq. habentur, paucis mutatis in c. 157 h. t. v) *modo* om. in c. 157 h. t. x) c. 157 *ad implenda* et om. *suarum civitatum.* y) Vid. supra not. *p.* z) Aur. Lugd. *Cons.* a) Fol. 260[b] cod. 4. b) Ita Be. ex Cod. Iust., aptius quam *administrationum*, quod in 4, Til. — Ri*. habetur, neque vero sententia destituitur. c) Cod. Iust. *sciant se* (om. *eo – et*) *non solum in sua curia remansuros, sed et cunctis rursus ab exordio muneribus servituros.* d) Til. Cui. 1 *Eutychiniano*, err. et Aur. Lugd. *Cons.* e) Recte Go. et Be. em. *Optato.* f) Go. repon. vult *VIII. Kal. Nov.*, quo die data est c. 159 h. t., quam hac lege significari putat. Vid. not. *h* sq. g) Til. *fractis*, mendose. h) Sec. Go. c. 159 h. t. i) Negat intelligi Go. c. 155 h. t., sed anteriorem aliquam Arcadii legem. k) Go. Be. em. *custodiantur*, nisi et hic, inquit Go., numeri enallagen putemus. Rectius illud; excidit virgula supra lit. *t* (*t̄*). *) Err. ap. Ri*. excidit *et.* l) Fol. 261[a] cod. 4. Cod. Iust. *AA. et Theod. A.*, male. m) 4 *callide*, rubro col. em. *callidae.* Go. *fraudi*, mendose. n) Cum v. *Quamvis* inc. c. 51 Cod. Iust. cit. o) Go. interrogat, qua lege factum sit. Non unam, sed omnino leges significari puto anteriores, quibus fraudi curialium occursum est. Vid. c. 24, 42, 44, 76, 82, 87, 88, 94, 96, 113, 123, 129, 134, 137, 139, 147, 153 h. t. p) Cod. Iust. *quemadmodum curiales militiae.* q) 4 *parum*, recens man. ex Cod. Iust. corr. *eorum*, et ita est in edd.

commeatus[r], ne diutius in perniciem curiarum latitandi spes et solatium eos impunitatis exacuat, horum[s] cupiditatibus obviamus, ut ex eorum bonis, qui se vel prosecutioni[t] vel muniis civitatum interdictae dudum ambitione militiae vel qualibet fraude subtraxerint, curiis[u], quas deseruerant, consulatur. Itaque si vocati edictis intra anni metas, hi tamen, qui manifestis curiae nexibus illigantur, latere potius quam redire maluerint, nec suffecerint[v], qui ad vicem eorum munera patriae post emensum annum, [x]ut ordinis ratio postularit, exsolvant, sciant, interpellatis[y] provinciarum moderatoribus, ex facultatibus suis suis[z] curiis, quas destituerunt[zz], consulendum. Neque enim de immaturo praeiudicio temporis possunt brevitatem[a] caussari etc. *Dat. XVII.*[b] *Kal. Sept. Theodoro*[c] *V. C. Cos.* (399.)

162. *Iidem AA. Benigno Vicario urbis Romae.* Ne relictis urbibus plures sese ad corpus centenariorum[d] transferant, spectabilitas tua, quoscunque et ubicunque latentes curiis atque collegiis debitis[e] approbarit, matura exsecutione restituat. Si quidem tot exsistentibus legibus[f], quae occultatores certa feriri poena voluerunt[g], exsecutiones praestare iudices conveniat, non referre. *Dat. Kal. Dec. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.*[h] (399.)

163. *Iidem AA. Eutychiano Pf. P.* Si qui ex secundo divi patris nostri consulatu[i] curiam relinquentes clericorum se consortio manciparunt, si iam episcopi vel presbyteri, diacones[k] esse meruerunt, in sacris quidem et secretioribus Dei[l] mysteriis perseverent, sed aut substitutos pro se curiae offerre cogantur, aut, iuxta legem dudum latam[m], tradant curiae facultates. Residui omnes, lectores, subdiaconi vel hi clerici, quibus clericorum privilegia non debentur, debitis mox patriae muneribus praesententur. *Dat. III. Id. Dec. Theodoro V. C. Cos.*[n] (399.)

164. *Iidem AA. Eutychiano Pf. P.* Si quis unquam natus patre curiali vel initis muneribus curiae affectata militia a suis consortibus in iudicio rectoris provinciae lite pulsabitur, nullo fori praescriptionis obice, quae[o] quidem habeat locum, *uti*[p] licebit. In aliis actionibus apud eundem provinciae moderatorem suis allegationibus utatur. *Dat. V. Kal. Ian. Theodoro V. C. Cos.*[q] (399.)

165. *Iidem AA. Eutychiano Pf. P.* Quicunque ex Iudaeis obnoxii curiae[r] comprobantur, curiae mancipentur. *Dat. III.* *) *Kal. Ian. Theodoro V. C. Cos.*[s] (399.)

166. *Iidem AA. Pompeiano Proconsuli Africae.* Iuxta veterem[t] morem Mecilianus legatus adstruxit, ut sacerdotum *) filii inviti ad sacerdotium non cogantur. Antiquam[u] igitur consuetudinem laudabilitas tua praecipiat custodiri, ita ut neque ullus indebite teneatur, et tam[v] idonei sacerdotes deesse non possint. *Dat. prid. Kal. Iul.*[x] *Mediolano, Stilicone*[y] *et Aureliano Coss.*[z] (400.)

167. *Iidem AA. et Theodosius A. Anthemio Pf. P.* Ne quis curialium per substitutionem *) muneribus se patriae, quibus natus est, abstrahat, intercludi[a] curialibus iussimus licentiam supplicandi. *Dat. III. Non. Oct. Constantinopoli, Arcadio A. VI. et Probo Coss.* (406.)

— c. 162 coniungenda est cum c. ult. C. Th. Quibus equorum usus (IX, 30). — c. 163. Summ. C. Th.: „*Haec VIIII et XL similis est.*" Videtur h. c. confirmari c. 172 h. t. — c. 164 et 165 fortasse cohaerent. Vid. not. *. — c. 165 falso in Ri*. signatur *LCXV.* Cod. Iust. I, 9, 10. — c. 166. De legg. cum h. c. sec. Go. coniungendis vid. supra VIII, 10, 3, not. sup. et not. *r*. Certe coniungenda est cum c. 18 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1). — c. 167. Summ. C. Th.: „*CXVIII similis est.*"

Til. — Be. r) 4 *commeatos*, rubr. col. em. *commeatus.* s) Cod. Iust. *spes perseveret, et solatia eos impunitatis sequantur, horum.* t) Cod. Iust. *persecutioni*, sed Cui. ut C. Th. u) Cod. Iust. *subtrahere conati fuerint, curiis.* v) 4 *suffecerit*, rubr. col. add. *n* supr. *rit.* Mendose Ri*. *infigantur — suffecerit.* x) Fol. 261[b] cod. 4. y) Cod. Iust. *maluerint: sciant post emensum annum interpellatis*, et des. intermedia vv. praeter *post emensum annum.* z) Ita 4, Til. Be.; rell. et Cod. Iust. om. alterum *suis*. Sane mihi etiam suspectum est et errore librarii repetitum videtur. Vid. supra *ex eorum bonis — curiis, quas deseruerant, consulatur.* Censeo igitur delendum esse alterutrum v. *suis.* zz) Cod. Iust. add. *esse.* a) 4, Til. — Ri*. *brevitate.* Be., suadente Go. ex Cod. Iust. edidit *brevitatem*, recte. Cod. Iust. om. *etc.* b) Ita 4, edd. et Cod. Iust.; reponendum, ut Go. iubet, *XII.* ex legibus cum h. c. coniungendis. Go. in Chronol. *XVI.* c) Go. ann.: „Hinc emendanda subscriptio *l. ult. C. Iust. de modo multarum: Theodosio II. et Cynegio* pessime: orto errore ex *Theodori nomine.*" Cf. Herrm. ad c. ult. cit., not. 30. Mox 4, Ri*. *Coss.* et Aur. Lugd. *Conss.* d) Go. em. *centonariorum*, recte. Vid. infra XIV, 8. e) Go. em. *debitos*, recte. Vid. c. 136, 139 h. t. f) Veluti c. 76, 146 h. t. g) Locus in cod. 4 et in edd. Til. — Lugd. corruptus. 4 *que occultatores certa ferri poenam luerunt* et appictus est alter atramento asteriscus supr. v. *poenam*, alter in m. rubro col. Rubro etiam col. corr. *quae.* Til. — Lugd. *ferri poenam* luerunt.* Postea Cui. in Cui. 2* tacite edidit *feriri poena voluerunt*, quod recep. Go. — Be. Eo quid melius restituatur, non invenio, et locum non tam mancum esse puto in cod. 4 quam mendosum. h) Vid. supra I, 5, 12, not. *. 4 *Theodoro ōss.* et om. *V. C.*, ut in Til. — Lugd. Ri*. *Coss.* i) Id est ann. 388. k) Edidi ex cod. 4 et iubente Go., cui assentitur Be., *diacones* pro *diaconos*, quod Til. — Be. habent. Vid. Go. ad c. 49 h. t., not. *e*. Iuretus in lib. II. Ambros. adv. Symm. cj. *vel Diaconi*, improb. Go. l) Fol. 262[a] cod. 4. m) Vid. c. 121 h. t., quae confirmatur c. 123 h. t. n) 4, Cui. 2 — Ri*. *Coss.* Vid. not. *h* antec. In cod. 4, Til. — Lugd. om. *V. C.* o) 4 *que*, rubro col. em. *quae.* p) *uti* deest in cod. 4, sed add. rubro col. uncis circumiectis, recte et prob. Go. Etiam receptum est in ed. Summ. C. Th.: *fori praescriptione eum uti non posse.* Edd. (*uti*). q) 4 *Coss.* Aur. Lugd. *Conss.* Vid. supra I, 5, 12, not. *. r) 4 *Iudeis — curia*, rubro col. supr. corr. *curiae.* *) Aut hic scrib. *V.* aut in c. 164 *III.* s) 4, Ri. *Coss.* Vid. supra I, 5, 12, not. *. t) Go. — Ri*. *veterum*, mendose. *) Aur. Lugd. *sacerdotem.* u) Fol. 262[b] cod. 4. v) Ita 4, edd.; Go. Rein. Vales. in m. em. *tamen*, recte prob. Be. x) Vid. c. 3 cit., not. *r*. y) 4, Til. — Lugd. *Stilichone.* z) Aur. Lugd. *Cons.* *) Go. *substitututionem*, mendose. a)

168. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* Universarum civitatum ordinibus consulentes, retro principum statuta firmamus, ut nemo nexui curiae mancipatus ad cuiuslibet militiae sacramentum audeat adspirare vel, hoc admisso, mox abstractus militia obsequiis oppidaneis mancipetur. *Dat. XV.*[b] *Kal. Iun. Constantinopoli, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*[c] (409.)

169. *Iidem AA. Anthemio Pf. P.* Sexcentorum solidorum praebitionem, qua magistratuum census Antiochenae[d] per Syriam civitatis, cum frequenter nutaret, erectus est, grataneter admisimus. Fruatur itaque[e] decora civitas tuae provisionis iugiter incrementis, et largitione nostrae clementiae, ut sub hac oblectatione populus*) sua tristitia[f] consoletur. *Dat. V. Kal. Oct. Constantinopoli, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

170. *Iidem AA.*[g] *Liberio Pf. P.*[h] *Post alia:* Eos curiales, qui non expletis[i] muneribus declinarunt[k] esse, quod nati sunt, reddi[l] urbibus debita[m] censura praecipimus[n] etc. *Dat. VI. Kal. Dec.*[o] *Ravenna*[p], *Honorio VIII.*[q] *et Theodosio III.*[r] *AA.*[s] *Coss.* (409.)

Interpretatio. [t]*Quicunque curialis, non actis servitiis, quae debebat, a debito officio declinavit, ad civitatis, unde discessit, servitia revocetur*[u].

171. *Iidem AA.*[uu] *Dardano Pf. P. Galliarum.* Placuit, principales viros e curia in Galliis[v] non ante discedere, quam quindecennium[x] in ordinis sui administratione compleverint, per quae annorum moderata curricula impleant patriae gratiam. Et quamvis cunctos deceat revocari, qui brevi tempore videntur elapsi, sectandam tamen moderationem esse censuimus, ut eos tantum[y] ad declinatas necessitates nunc redire iuberemus, qui ante hoc recessisse sexennium[z] deteguntur. Nec quemquam convenit constituta salubriter annorum spatia recusare, quando expletis omnibus splendoris et honoris ornamenta succedunt. §. 1.[a] Sane quoniam principalem locum et gubernacula urbium probatos administrare, ipsa magnitudo deposcit, sine ordinis praeiudicio, consensu curiae eligendos esse censemus, qui contemplatione actuum omnium possint[b] respondere iudicio. §. 2. Cum[c] vero, qui usque ad secundum evectus locum administrationem aut aetate implere[d] aut debilitate nequiverit, suffragium meritorum[e] et transactae testimonium vitae, tanquam primus constituto tempore curiam rexerit, obtinere conveniet. *Dat. VII. Id. Dec. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*[f] (409.)

172. *Iidem AA. Herculio Pf. P.**) *Illyrici.* Sententiae conquiescant, quae, in praeiudicium curiarum

— c. 168 coniungenda est cum c. 4 C. Th. Ne collationis translatio (XI, 22). Vid. infra not. *b*. Summ. C. Th.: „*III et LXXX* (l. *LXXXII*) *similis*; *contrariae LVII* (l. *LVI*), *LXXXVIII et LXXV* (l. *LXXIV*).“ — c. 169 coniungenda est cum c. 18 C. Th. de Exaction. (XI, 7) et fortasse cum c. 2 C. Th. Quis in gradu (VII, 3) et cum c. un. C. Th. de Nili aggeribus (IX, 32). Vid. c. un. cit., not. *m*. — c. 170. C. Th., Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c*. 170. Codex 4 *c*. 171. Vid. supra c. 54 h. t. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c*. 9, sed codd. 28, 32, 36, 38, 40 *c*. 8. Vid. c. 20 et 151 h. t., not. sup. Coniungenda est opin. Go. cum c. 25 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4) et c. 2 C. Th. de Collegiatis (XIV, 7), sed vid. infra not. *s*. Integra cum interpr. est in codd. 6, 7, 9—12, 14—18, 20, 21, 32, 39, 43, 44, sed in 32, 39 textus habetur pro interpr.; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46; inscr. et textus in codd. 24, 28, 30, 31, 35; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus in codd. 27, 29, 33, 34, 36, 38, 40, 42. De codd. 8 et 13 vid. c. 12 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*CXL* (l. *CXXXIX*) *similis*.“ — c. 171. Bou. l. c. p. 765. — c. 172 coniungenda est cum c. 5 C. Th. Ne collat. transl. (XI, 22). Vid. c. 5 cit., not. *a*. Summ. C. Th.: „*In capite VIIII et LX* (l. *LXVIII*) *similis*; *in fine aequa est IIII et XL* (l. *XLVIIII*) *et CXXII* (l. *CXXI*).“

Go. in not.: „*Et super eo intercludi,*“ quo non opus est; optime enim procedit oratio. b) Vid. c. 4 cit., not. *s*. c) Aur. Lugd. *Cons.* d) Go. *Antiochenorum*, errore. e) Fol. 263[a] cod. 4. *) Ri*. *populos*, mendose. f) Go. provocans ad c. 2 C. Th. de Maiuma (XV, 6) ann.: „γϱ. Vel *sua tristitia*: vel *suam tristitiam*.“ Illa scriptura habetur in edd. et in cod. 4; hanc igitur recipiendam esse duco. g) Codd. Br. Al. *Impp. Honorius et Theodosius*, sed 36, 40 *Imp̄. Arcad̄. hon̄. āā. petronio vic̄. spaniarū.* Vid. c. 151 h. t., not. sup. h) Nonn. codd. *praeposito*. 20 *pfū*. 4 et rell. codd. *p̄p̄o*. Til. — Lugd. *P. P.* Sich. Cui. 2 — Go. *Pf. P.* Ri. Ri*. *PF.* mendose, et inanis est Be. ann.: „ex MSS. (scil. *Pf. P.*) et edd. vulg. *Pf.* tantum habet. Fort. PPf. sive Vicar. fuit.“ Ri*. *Liberi.* 38 *Liberio ā Cons.* In multis codd. Br. Al. om. *Post alia.* i) 14 *Eos qui cur. non expl.* Nonn. codd. *curialis*, ut 11. k) 12 *declinarent.* l) 44 *et reddi.* m) 6, 7, 10, 14, 16, 18, 32, 39, 43 *addebita*. 8, 20 supr. lin. *adhibita*. 11 *adebita*. 21 *aut debita*. Sich. *aut debitae censurae*. 16 *censurà*, i. e. *censuram*. n) 21, 32, 43 *praecepimus*. Nonn. codd. om. *etc.* o) 10, 18 *Dat. VIIII Mai.* 24 *Dat. prid. Id. Ags̄.* 20, 28, 33, 36, 38, 40 om. *VI.* 16 *iun.* pro *Dec.* p) 10, 18 *mediolanis.* 12, 20, 24, 36, 40 om. *Rav.* 14 *brā ū.* q) 10, 18 *archadio IV et Honorio VIIII* (18 *VIII*). 20 *Lampadio et Honorio IIII et.* 14 *IIII.* Epit. Mon. *II.* 28, 36, 38, 40 *VII.* 34 *Hon. nbo.* 24, 33 om. *VIII.* r) 38 om. *et — Coss.* Nonn. codd. *teod.* s. *thed.* 15 *II.* 24, 33, 34 om. *III.* Cui. 2, 2* *VIII.*, err. s) 10, 18 *āuā.* Multi codd. om. *AA.*, alii *Coss.* Go. reponi vult consules anni 412 (*Hon. IX. et Th. V.*), ut h. c. coniungatur cum c. 2 et 25 citt.; sed tunc inverso ordine ponenda est h. c. post c. 175 h. t., qui locus nimis remotus est. Obstant etiam codices, quorum nullus tuetur Go. cj. t) 11 add. *Lex ista hoc dicit.* u) 20 supr. lin. *revertatur.* In antecc. nonnulli codd. *debebat adhibito off. d. ad civitates — servitio.* uu) Bou. *Impp. Honor. et Theod.* Vid. supra not. *g*. v) 4 *Gallis*, rec. man. corr. *Galliis*. Summ. C. Th. *Gallia*. Ante Ri*. *a curia*. x) Go. *quindennium*, mendose. y) 4 *tanti*, rubr. col. corr. *tantum*. z) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *sexsennium*. Aur. Lugd. Go. Bou. *sexcennium*. a) Fol. 263[b] cod. 4. Go. in not. *succedant*. b) 4 *possit*, rubro col. corr. *possint*. c) Ita 4, edd.; Go. vult *Eum*, recte. d) 4 *etate mplere*; libr. em. *implere*. e) Cui. 2, 2* *meritorium*, male. f) Aur. Lugd. *Cons.* Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 78, n. 26 leg. vult aut *Honorio VIIII. et Theodosio V. Coss.* (412.) aut *P. C. Honorii VIIII. et Theodosii V.* (413.) Vid. not.

transactis temporibus sub examine magnificae[g] sedis tuae contra rationem veritatis prolatae, curiae debitos per gratiam absolverunt, universique, quos sors nascendi municipalibus muneribus*) obligavit, fortunam propriam subire cogantur. §. 1. Eos autem, qui sub patrocinio clericatus muneribus debitis patriam fraudaverunt, reddi sub ea conditione praecipimus, [h]ut pro temporis consideratione et gradu, quem in ecclesiis[i] obtinent, vel ipsi ad statum pristinum redeant, et functionibus municipalibus obsecundent, vel eorum patrimonia curiis consignentur. §. 2. His etiam, qui ultro se curiarum coetibus inseruerunt, in ea, quam elegerunt, fortunam a[k] residentibus; circa eorum filios legum auctoritate[l] servata. *Dat. IX. Kal. Iun. Constantinopoli, Varane*[m] *V. C. Cos.*[n] (410.)

173. *Iidem AA. Anthemio**) *Pf. P.* Ad inferiorum curialium relevandas fortunas et impressionem potentium cohibendam placuit, ut ab instanti octava indictione descriptiones, quae per singulos ordines agitantur cogentibus diversis negotiis, non sumant ante principium, quam apud acta provinciarum rectoribus intimentur, et ex eorum fuerint auctoritate firmatae[o]. §. 1. Sed et aurum, quod ex huius modi contributione redigitur, ita debet susceptori aurario consignari, ut securitatibus nomen inferentis, dies, consul, mensis, caussa et summa comprehendatur[p], quo[q] et descriptionis aequitas[r] illustretur, et descriptus[s] documentis evidentibus fulciatur. §. 2. Hoc etiam observando, ut quadrimenstruis quoque brevibus, qui ab excellentiae tuae officio[t] solenniter diriguntur, celebratae descriptionis[u] dispunctio societur, ut, vestrae[v] potestatis scientiam formidantes, nihil ad relevationem locupletum atque inopum perniciem audeant pertentare. §. 3. Quod et circa hos optimum est custodiri*), quibus lucrativae facultates ex bonis curialium obvenerunt, ut[x] et ipsi fructu provisionis simillimae potiantur. §. 4. Quam dispositionem si quis iudicum, numerariorum vel curialium mutilandam[y] crediderit, interminationi, quam vestra sedes[z] statuerit, subiacebit. *Dat. VII. Kal. Sept. Constantinopoli, Varane*[a] *V. C. Cos.*[b] (410.)

174. *Iidem AA. Euchario Proconsuli Africae.* Duumvirum impune non liceat extollere potestatem fascium extra metas propriae civitatis[c]. Curiales etiam sacerdotio provinciae, sed*) et filios reddi praecipimus propriae civitati. *Dat. VI. Id. Mart. Ravenna*[d], *Honorio IX. et Theodosio*[e] *V. AA. Coss.*[f] (412.)

175. [g]*Iidem AA. Lupiano*[gg] *Comiti et Magistro militum per Orientem.* Hi, quos moderatores provinciarum maximique[h] Phoenices, ordinibus civitatum prosequentibus docti, ex[i] consortio curiali ad officium culminis tui demigrasse suggesserint, mox sub fida prosecutione ad eiusdem iudicis transmittantur examen, qui super eorum nominibus retulerint[k], vel sponte civilia munera subituri vel, si litigandum putaverint, post sententiam cognitoris, si id ea suggesserit, ordini mancipandi. *Dat. XV. Kal. Iun. Constantinopoli, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

176. *Iidem AA. Iuliano II. Proconsuli Africae.* Exceptis his, qui Karthaginiensi[l] curiae munus sacerdotii transegerunt, omnes, quicunque ex aliis provinciis atque civitatibus hoc honore decorantur, ad proprias urbes redire praecipimus. Quicquid sane provinciarum nomine agi sacerdotalium[m] superflua turba consuevit, id ab eo, qui sacerdotium reddet, suo tempore iubemus

---

— c. 173. Vid. supr. XI, 1, 15, not. sup. et XI, 25, not. sup. Cod. Iust. X, 22, 1. — c. 174. Cod. Iust. X, 31, 53 om. fin. — c. 175. Vid. supr. X, 22, 6, not. sup. — c. 176 Go. in commentario cum c. 20 C. Th. de Paganis concordare dicit (XVI, 10).

---

s antecedentem. *) 4 *P̄F̄.* Til. — Lugd. *PF.* g) 4 *magnifice*, rubro col. em. *magnificae.* *) Go. om. *muneribus.* h) Fol. 264[a] cod. 4. i) A libr. cod. 4 pro *ecclesiis* repon. *aeclesiis.* k) Go. cj. *in ea, quam elegerunt fortunam amare residentibus* aut *fortuna residentibus.* Hoc ipse Go. mavult, probat etiam Be., ego vero consentio. Rein. delet *a.* l) Vid. c. 163 h. t., not. sup. m) Til. — Lugd. *Varana.* Vid. VI, 26, 15, not. *k.* n) 4 *Coss̄.* Aur. Lugd. *Conss.* Vid. c. 5 cit., not. *a.* *) Aur. Lugd. *Antemio.* Cod. Iust. *Impp. Honor. et Theod. AA. Anth.* o) Cod. Iust. *Ad — potentium, et itidem curialium cohibendam, placuit, ut* (om. *ab instanti octava indictione*) *descriptiones si quae per singulos ordines cogentibus diversis negotiis agitentur, non — et ex eorum fuerint receptae sententiis.* Mox Go. om. *et* post *Sed.* p) Cod. Iust. *comprehendantur.* q) 4 *quodam.* Syllabam *dam* rec. manus uncis inclusit; eadem punctum sive *i* posuit supra lit. *o.* Praeterea rubro col. addita sunt puncta infra hanc syll. *dam.* r) Fol. 264[b] cod. 4. Go. ann.: „Aequitas et aequalitas.“ s) Cod. Iust. *descriptio*, improb. Cuiac. l. c. pag. 259 („legendum, inquit, *et descriptus*, id est decurio qui aurum intulit“) et Go. t) Cod. Iust. *ut in quadrimestribus q. br., qui ad exc. t. officium*, improb. Go. u) 4 *discriptiones*, rubro col. em. *discriptionis.* v) Cod. Iust. *ut omnes vestrae.* *) Aur. Lugd. *custoditi.* x) Om. *ut* 4, Til. — Ri*.; Be. monitus a Go. ex Cod. Iust. add. *ut.* In Cod. Iust. vv. huius sententiae ita mutata sunt: *Quod et tunc optimum est custodiri, cum lucrativae — curialium curiae* (improb. Cuiac. l. c.) *obvenerint, ut et inopes et locupletes fructu provisionis simili potiantur.* y) 4 *mutilamdam*, rubro col. corr. *mutilandam.* Cod. Iust. *mutilandam esse crediderit.* Cui. 2, 2* *curalium mut.* z) 4 *sedis*, rubro col. em. *sedes.* Cod. Iust. *nostra sedes.* a) Til. — Lugd. Cod. Iust. *Varana.* Vid. supra VI, 26, 15, not. *k.* Cod. Iust. om. *V. C.* b) 4, Aur. Lugd. *Conss.* Ri*. *Coss.* c) Cod. Iust. *metas territorii propriae civitatis*, impr. Go. Seqq. in Cod. Iust. desunt. *) Go. om. *sed.* d) Cod. Iust. *Ravennae.* e) Go. *Tèeod.*, mendose. f) Aur. Lugd. *Cons.* g) Fol. 265[a] cod. 4. gg) Go. cj. *Lupiciano* et Rein. in Chron. constitutionum Cui. 2 *Luperciano.* h) Go. Be. em. *maximeque*, recte. 4, Til. — Ri*. *Hii — Foenices.* i) Til. — Cui. 2* *prosequentibus, docti ex.* Iam Rein. veram interpunctionem rest. k) Recte Go. Be. em. *retulerit.* l) Aur. Lugd. *Ecceptis*, mendose. Go. *Karthaginensi*, et vult aut *in Karthaginensi Curia* aut *Karthaginensis Curiae.* m) Rein. em. *agi a sacerdotalium*, non recte.

impleri. Ac ne quid festis ac legitimis diebus subtraxisse videamur, etiam illud definiendum esse censemus, ut, quicunque propter[n] pompam illius diei Karthaginem forte convenerit, intra quinque dies, ad propria redituros, ex eadem urbe discedat. Ne autem certa statuta impune ullus audeat violare, triginta librarum auri mulcta[o] statim a proconsulari officio exigi se cognoscat, qui in Karthaginiensi urbe, excepto ipsius decuriae[p] viro, habitandi gratia voluerit residere: cum dierum[q] numerum, qui est statutus, excesserit, ipsius quoque dignitatis privilegio spoliandum esse[qq] non dubitet. Inhiberi autem etiam illas occasiones praesenti auctoritate censemus, ne comparatis sacerdotalibus aliquis[r] subito aedibus domicilium se habere confingat, cum specialiter statuisse videamur[s], ut quisque illo redeat, unde eum ducere originem constat. *Dat. VI. Kal. Febr. Ravenna, post cons. Honorii IX. et Theodosii V. AA.*[t] (413.)

177. *Iidem AA. Leontio Pf. P. Illyrici.* Etsi veterum principum sanctiones eos, qui, nullis curiae nexibus obligati, soli genitalis amore vel*) liberalitatis cupiditate suadente munus curiale subierint, [u]obligari necessitatibus curiarum praecipiunt, tamen vastato Illyrico consulentes, apud omnes duntaxat Illyrici civitates praecipimus observari, ut, quisquis posthac integrae[v] opinionis, a consortio curiae penitus alienus ultro munus curiale putaverit subeundum, vel oblata duntaxat pecunia, per quam id ex integro poterit experiri[x], vel actu muneris[y] ipsius vel insignibus subeundis, id est sive cum populi[z] plausu, sive etiam verecundae et tacitae conscientiae remuneratione contentus, a debito[a] ordine vel maiore eius parte, illius videlicet civitatis, in qua munus spontaneum crediderit explicandum, in iudicio rectoris provinciae, vel absente eo apud duumviros sive defensorem eiusdem civitatis primo, se curiae non teneri, incorrupta ordinis adstipulatione perdoceat. Dein, si certum munus se explicaturum promiserit, curialium praesentium responsione munitus*), quod nec ipse, nec facultates eius aut successores, utpote curialis, inquietudine[b] sustinebunt, liber et[c] ab omni securus molestia curiali promissum munus adsolvat[d] (nec enim, quod[e] coeperit, semiplenum deserere[f] permittatur); ita ut pro hac liberalitate, peracto munere, quod sponte promisit, eum honorem in ea civitate habeat, quem curialis habet eodem munere suscepto pariter et impleto. §. 1. Sed si quis ex curiali prosapia vel gratia vel angustiis ordinis abusus, praetextu[g] legis per munus aliquod se putaverit curia liberandum, post expletum munus et gratiosam vel necessitate expressam professionem ordinis nihilo minus pulsetur a curia utpote curialis. Quam legem, ex quo lata est, videlicet valituram, per omnem[h] duntaxat Illyricum praecipimus observari. *Dat. XVI. Kal. Maii Constantinopoli, Lucio V. C. Cos.*[i] (413.)

178. *Iidem AA. Seleuco*[k] *Pf. P.* Omnes, qui curiali genere, origine vel stirpe gignuntur[kk], curiarum nexibus obligentur. Aequum est enim, ut, ingenua matre nascentes, et quorum natales origo demonstrat, ex matre ingenua nati, maiorum suorum[l] dignitatibus socientur. Nec quisquam privatorum suorum[m] iuri lege nostra putet aliquid derogatum, qua, eorum morem secuti, rei publicae nostrae ex feminis cupimus esse consultum etc. *Dat. XII.**) *Kal. Febr. Ravenna, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.*[n] (415.)

179. *Iidem AA. Seleuco**) *Pf. P. Post alia*: Senatusconsulti Claudiani auctoritatem firmantes, ingenua stirpe creatos, quorum maiores curiae servierunt, civitatibus iussimus redhiberi. Quod non solum de futuris, sed etiam de praeteritis observandum esse censemus. §. 1. Vacantes[o] quoque et nulla veterum dispositione ullius corporis societate coniunctos curiae atque collegiis singularum[p] urbium volumus subiugari. §. 2. Eos etiam, qui ad militiae cuiuslibet sacramenta venerunt, conventos propriis volumus inservire muneribus. §. 3. Ita ut, si quis de reddendis ac iungendis eligendisve curialibus vocem reluctationis obiecerit, quinque librarum auri mulcta protinus feriatur, fisci nostri compendiis profutura. §. 4. Servus vero[pp], actor sive procurator

— c. 178 coniungenda est cum c. 179 h. t. — c. 179. Aur. Lugd. *c.* 180, err. Vid. c. 178 h. t., not. sup. Partim concordat cum c. 137 h. t. Vid. not. *o.*

n) Fol. 265[b] cod. 4. o) Go. et Cramer in Opp. p. 85, not. 2 em. *multam*, recte. Vid. supra X, 20, 2, not. *aa.* Mox Go. *Karthaginensi urbe.* p) Go. *curiae* vult, sed Rein. *vico* pro *viro.* Vv. *excepto — viro* iam in cod. 4 uncis vallata sunt, ibi vero rubro col. q) Go. ann.: „Quinque." qq) Go. Be. em. *sese*; sed iam supra aderat *se.* r) 4 *aliqui*, rubro col. corr. *aliquis.* Go. vult *sacerdotalium aliquis*; recte. Quadrat etiam *sacerdotalis.* s) Sec. Go. pro *statuerimus.* t) Cui. 2 — Be. add. *Coss.* *) Go. om. *vel*, err. u) Fol. 266[a] cod. 4. v) 4 *integre*, rubro col. em. *integrae.* x) Go. *expediri* vult, i. e. impleri; non male. y) Go. *mneris*, mendose. Mox Go.: „*Vel* pro, *seu.*" z) Go. om. *populi*, mendose. Infra habet *sive sive etiam.* a) Recte Go. Be. em. *adhibito.* Sequitur infra *curialium praesentium responsione.* *) Err. Ri*. *munitur.* b) Fol. 266[b] cod. 4. In ima pag. est signum quatern. *AE.* Go. Be. emend. *curiales inquietudinem.* Scrib. est *inquietudinem.* c) Ita 4 et Be. iubente Go.; rell. *liberet.* d) Go. ann.: „γρ. *Absolvat*: nisi *adsolvat*, pro simplici *solvat*; sed proculdubio *absolvat* reponendum, quod sequentia mox ibi, *nec enim* docent; item illa mox *peracto munere*: et post, *eodem munere suscepto pariter et impleto.*" Aptissimum est *absolvat.* e) 4 *quo*, rubro col. corr. *quod.* f) 4 *desere*, rubro col. em. *deserere.* g) 4 *praetexto.* h) Go. ann.: „*Omne.*" Ita vero repon. est. Vid. XI, 13, 1. i) 4 *Coss.* Aur. Lugd. *Conss.* k) 4 et edd. *Seleucho* hic et in seq. c. kk) Go. *giguntur*, mendose. l) Fol. 267[a] cod. 4. m) Go. ann.: „Forte, *suo.*" Recte se habet *suorum.* *) Go. *XIII.*, mendose. n) Tillem. l. c. Tom. V, Notes, p. 81, n. XXXIV. h. et sq. c. tribuit anno 412. Essent igitur ponendae ante c. 174 h. t. *) Vid. c. anteced., not. *k.* o) Vid. c. 137 h. t., quacum hic locus partim concordat. p) 4 *singulorum*, rubro col. supr. *o* add. *a.* Mox Go. *niservire* et Ri*. *volemus inservire*, errore. pp) Til. — Cui. 2* *Servus vero actor, sive.*

flammis detur ultricibus, obnoxiis curialibus nihilo minus [q] restitutis. *Dat. XII.* *) *Kal. Febr. Ravenna, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.* [r] (415.)

180. *Iidem AA. Urso Pf. U.* Licet augeri coetum amplissimum *) cupiamus, cuius consortio gratulamur, tamen, si quis functionibus involutus et nexibus municipalis ordinis innodatus codicillos clarissimatus **) potuerit impetrare, nec suscipiendos eos tua sublimitas, nec penitus allegandos esse cognoscat. Nec enim credimus, utrumque per unum, prout convenit, posse compleri. *Dat. XIV. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* [s] (416.)

181. *Iidem AA.* *) *Palladio Pf. P.* Salvis his, quae [t] iam dudum tam a nobis quam a retro principibus, parentibus nostris, super curialibus statuta noscuntur, hac etiam [u] generali lege sancimus, ut, si quis suum decurionem vindicare voluerit, si iudicis desit copia, in eundem manus iniectione [v] concessa, sciat [vv] ad examen cognitoris resultantem esse deducendum, ita ut moderator provinciae, si quaestio fortasse fiducia defensionis ulla generatur, nisi intra tres menses caussam originis competenti [x] disceptatione cognoverit, atque convictum cum poena restituerit debitis muneribus, vel liberum ab inquietudine vindicaverit [y], decem librarum auri mulctam cogatur exsolvere, eius etiam officium pari damni irrogatione teneatur [z]. §. 1. Si quos sane curiae obnoxios in diversis officiis atque militia, subterfugientes decurionatum, ante esse claruerit, si per suffectam personam et periculo suo idoneam originis nexum procurare noluerint, exutos sacramento militiae ad civitates proprias dirigi convenit sub prosecutione idonea *); ita ut de eorum nominibus, qui armatum appetierit [a] sacramentum, ad viros illustres magistros militum scripta mittantur, ut eorum auctoritate, soluto [aa] cingulo militari, reddantur muniis civitatum. *Dat. V. Non. Maii Ravenna* [b], *D. N. Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

182. *Iidem AA. Monaxio Pf. P.* Nemo posthac munerum ordine transcurso ad altioris [c] curiae honores [d] audeat pervenire; sed prius universis functionibus per ordinem propriae civitatis expletis, tum demum [e] ad competentem honorem singuli venire deproperent. *Dat. VII.* [f] *Kal. Sept. Eudoxiopoli, Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* [g] (416.)

183. *Iidem AA. Monaxio Pf. P.* Neminem obnoxium curiae et publicis functionibus involutum ad incongruam sibi fortunam deinceps adspirare elicitis codicillis clarissimatus magnitudo tua [h] permittat, ut singulae civitates retineant obnoxios suis muneribus. Super hoc enim etiam et [i] illustris praefectura urbana nostra est commonita sanctione. *Dat. XV. Kal. Maii Constantinopoli, Honorio XII. et Theodosio VIII. AA. Coss.* [k] (418.)

184. *Iidem AA. Asclepiodoto Pf. P.* Liberos [l] curialium vel cohortalinorum [m] quandoque [mm] susceptos, sive ante praerogativam et tempora expressa praesumptae militiae, sive post decursa stipendia, originalem sequi conditionem oportet, quoniam satis est, parentibus eorum vacationem a nostra clementia pro remuneratione fuisse concessam. *Dat. XVII. Kal. Maii* [n] *Constantinopoli, Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

185. [o] *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Celeri* [p] *Proconsuli Africae.* Semel securitatem de refusione munerum emissam ab alio proconsule [q] non liceat refricari. Et ideo spectabilitas tua, saluberrimae ac iustissimae praeceptionis formam secuta, prohibebit in posterum, eos ad discussionem transacti muneris constringi, quos claruit acceptae [r] securitatis prosperitate

— c. 181. Cod. Iust. X, 31, 54 om. pr. et fin. — c. 182. Cui. 1 c. 172, err. Fortasse coniungenda est cum c. 23 C. Th. de Poenis (IX, 40), ubi vid. not. *n.* Summ. C. Th.: „*Similis quadragesimae primae.*“ Vid. c. sq. h. t., not. sup. — c. 183. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*“ — c. 184 totidem vv. aderat supra VI, 35, 14, §. 2. Neque vero haec c. coniungi potest cum c. 14 cit. aut cum c. 28 C. Th. de Cohort. (VIII, 4), ut Go. vult. Vid. infr. not. *n.* — c. 185 coniungenda est cum c. 186 h. t. et sec. Go. cum c. 34 C. Th. de Annon. et trib. (XI, 1), c. ult. C. Th. de Appellat. (XI, 30). Vid. c. 34 cit., not. *p.* Cod. Iust. X, 22, 2.

Go. — Ri*. *Servus vero, actor, sive.* Be. *Servus vero actor sive.* q) Fol. 267 [b] cod. 4. *) Go. *XIII.*, mendose. r) Cui. 2 — Ri. *Cons.*, err. Vid. c. 178, not. *n.* *) 4 *anplissimum.* **) Zirardin. l. c. p. 121. s) Cui. 2 — Ri. *Cons.* *) Cui. 2, 2* *Idem A.* t) 4 *que*, rubro col. em. *quae.* u) Hinc inc. c. 54 Cod. Iust. cit., ubi sic: *Generali l. s., ut si q. s. decurionem curiae vindicare maluerit: si praesidis desit — sciat* etc. v) Cf. Heffter, Obs. ad Gaii comm. IV, p. 17. Berol. 1827. 4. et Zimmern, Histor. iur. T. III, p. 123, not. 7. vv) Ita Cod. Iust. Vid. not. *u.* 4 et edd. *sciet.* x) Fol. 268 [a] cod. 4. y) Cod. Iust. *inquiet. pronuntiaverit.* z) Seqq. des. in Cod. Iust. *) Summ. C. Th.: „*et ut apparitorem iudex profugum persequatur.*“ a) Recte Go. Be. em. *appetierint.* aa) Go. mavult *soluti.* Vid. supra VIII, 4, 16, not. *b.* b) Cod. Iust. *Ravennae.* c) Go. ann.: „An *altiores*, an *altioris Curiae*; id est, Senatus? Istud puto,“ i. e. *altioris*, vid. comm. Scrib. *altiores.* d) 4 *honoris*, rubro col. em. *honores.* e) Fol. 268 [b] cod. 4. f) c. 23 cit. *III.* Vid. not. sup. h. c. g) Aur. Lugd. *Sepremb.* Ri. *Cons.* h) 4 *a*, ab ant. man. corr. *tua.* i) Be. del. vult *et.* Non des. exempla apud scriptores veteres, ubi coniunguntur *etiam et* s. *et etiam*, *nec non etiam.* Vid. infra XII, 6, 2, not. *t*; supra XI, 36, 18, not. *. k) Aur. Lugd. *Cons.* l) c. 14, §. 2 cit. add. *autem.* m) c. 14, §. 2 cit. *cohortalium.* mm) Go. Val. volunt *quandocunque*; sed c. 14, §. 2 cit. habet *quandoque.* n) c. 14 et 28 citt. *Dat. XV. Kal. Iun.*, qua diversitate temporis clarum est, h. c. cum legibus illis coniungi non posse. Go. quidem h. l. reponi vult *Dat. XV. Kal. Iun.*, sed in ea re nimis audacter videtur egisse. o) Cum c. 184 desinit fol. 268 [b]; c. 185—187 insunt in fol. 272 codicis, quod a bibliopega transpositum est, cum suo ordine subsequi deberet folium 268 [b]. Is, qui numeravit folia, non animadvertit errorem. Fol. igitur 272 suo ordine est 269; fol. 269 signandum est 270; fol. 270 autem 271; fol. 271 denique 272. p) 4 *Celere*, rubro col. em. *Celeri.* q) Cod. Iust. *iudice.* r) Cod.

laetari. *Dat. V. Kal. Maii*) Ravenna, post cons. Felicis et Tauri VV. CC.* (429.)

186. *Iidem AA.*[s] *Celeri Proconsuli Africae.* Legatio proconsularis provinciae per Bubulcum*), spectabilem virum comitem, curiales pro aliis, qui[t] in eodem territorio possident, deflevit adstringi, quod[u] ab obnoxiis saepe debetur, devotissimi quique cogantur exsolvere. Quae res pro arbitrio*) compulsorum vel opinatorum sive iudicum in eam famam mali iugitate pervenit, ut nullus paene curialis idoneus in ordine cuiusquam urbis valeat inveniri. Cuius praesumptionis abolita consuetudine[v] iubemus, neminem curialem pro alieni territorii debitis attineri[x], sed tantum municipem[y] pro gleba propria conveniri[z]. Spectabilitas tua, salubrem sanctionem secuta, unumquemque debitorem suo deinceps nomine faciet attineri. *Dat. V. Kal. Maii Ravenna, post cons. Felicis et Tauri VV. CC.* (429.)

187. *Iidem AA. Isidoro Pf. P.* Qui ante hanc legem spectabilium vel illustrium quocunque modo sortiti sunt dignitatem, parto semel honore et privilegiis perfruantur. Si qui vero postea ex decurionibus vel subiectis curiae ad spectabilium gradum processerint, per se tam curialia quam senatoria subeant munera, eorumque liberi post senatoriam suscepti dignitatem patrum obstringantur exemplo. Quod si qui inter illustres etiam viros locum occupaverint non laborioso administrationis actu, sed[a] honorario titulo dignitatis, senatui quidem per se respondeant, curiae vero per substitutos suarum periculo facultatum statim faciant[b]; quorum liberos, et post eorum illustrem dignitatem progenitos, non solum senatorum, sed etiam decurionum munia per se, non per surrogatos, subire conveniet etc.[c] *Dat. III. Non. April. Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.* (436.) [d] *Eodem exemplo Eubulo Pf. P. Illyrici.*

188. *Iidem AA.*) Isidoro Pf. P. Post alia:* Si qui[e] decurio aut subiectus curiae ullam ante hanc legem gessit militiam, aut coeptam dudum etiam nunc gerit, aut causidicinam[f] in foro amplissimae[g] praefecturae Orientis atque Illyrici vel urbano profitetur iudicio, in eodem latarum pridem constitutionum sanctio observetur. Post hanc vero legem si quis ex his ausus fuerit[h] ullam affectare militiam, nulla praescriptione temporis[i] muniatur, sed ad conditionem propriam retrahatur, ne[k] ipse vel eius liberi post talem ipsius statum procreati, quod patriae debetur[l], valeant declinare etc.*) *Dat. III. Non. April. Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.*[m] (436.)

189. *Iidem AA. Isidoro Pf. P.* Alexandrinis principalibus, etsi advocatione fungantur, nihilo minus[n] pere-

— c. 186. Vid. c. 185 h. t., not. sup. Cod. Iust. XI, 58, 17 plur. om. Vid. supra XI, 7, 2. — c. 187 coniungenda est cum c. 188 h. t. et cum c. ult. s. 30 C. Th. de Cohort. (VIII, 4). Go. hinc interpolatas esse putat c. 21 Cod. Iust. de Episcop. (I, 3) et c. 60 Cod. Iust. h. t. (X, 31), de quibus legibus conf. Wenck, Opp. p. 213. Aliter sentit Herrm. in not. ad c. 21: „*geminata*, inquit, *in l.* 60. *C. de decurion.* (*X*, 32.); *similis argumenti est l.* 187. *Th. C. eod.*, *ex qua vero nostra lex hausta esse vix dici potest.*" Verum est, similitudinem quandam esse illas inter leges et hanc c. (vid. infr. not. *a*, *b*), subscriptionem etiam c. 21 cit. (in c. 60 deest subscriptio) cum huius c. subscriptione concinere; neque vero eae hac sola de caussa ex h. c. interpolatae esse recte dicuntur. — c. 188. Vid. c. 187 h. t., not. sup. Paucis vv. mutt. (vid. infr. not. *e*, *l*) congruit cum §. 1 et 2 c. ult. C. Th. cit.; mutata enim sunt nonnulla propter argumentum tituli, cui c. ult. adscripta est. Cod. Iust. X, 31, 55 mut. — c. 189 coniungenda est cum c. 190 et 191 h. t., c. 3 C. Th. de Indict. (XI, 5), c. 2 C. Th. de Frumento Alexandr. (XIV, 26), c. 2 C. Th. de Alexandr. pl. prim. (XIV, 27) et sec. Go. cum c. 192 h. t. et c. 17 C. Th. de Indulg. deb. (XI, 28). Vid. c. 192 cit., not. *i* et c. 17 cit., not. sup. et *ff.* Cod. Iust. X, 31, 56 mut.

Iust. *accepta.* *) c. 34 et ult. citt. *Mart.* Vid. c. 34, not. *p.* Cod. Iust. *Ravennae.* s) Cod. Iust. *Imp. Theod. A.* et om. *Cel. Pr. Afr.* *) Rein. in m. cj. *Eubulum.* Cf. Ritteri praef. T. IV. ed. C. Th. p. 2[a] et c. 34 de Annon. cit. t) 4 *qu*, rubro col. add. *i.* Infra Ri*. err. *possiderent.* u) Go. em. *et quod*, Be. *ut*, *quod.* Aliquid deest. Aptius suppletur *quo* quam *ut* s. *et.* *) Mendose Go. — Ri*. *arbitio.* v) Hinc inc. c. 17 Cod. Iust. cit. x) Cod. Iust. *detineri.* y) Cum literis *cipem* incip. fol. 272[b] cod. 4. z) Hic desinit c. 17 Cod. Iust. cit. Til. — Cui. 2* *conveniri spectabilitas.* Go. — Ri*. *conveniri, Spectabilitas.* a) c. 21 Cod. Iust. cit.: ...... *ii*, *qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt*, *per substitutos periculo suarum facultatum curiae muneribus satisfacere non vetentur.* c. 60 cit.: *Nullus*, *qui nexu generis curiae tenetur obnoxius*, *per substitutam quamcunque personam curiales impleat functiones*: *sed ipse per se debitum patriae munus exsolvat*, *etsi spectabili dignitate decoratus sit*: *nisi hoc ei speciali beneficio sit concessum. Hi vero*, *qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt*, *per substitutos periculo suarum facultatum curiae muneribus satisfacere non vetentur.* b) Ita 4, edd.; in m. Cui. 1 — Cui. 2* *satis* emend. pro *statim*, convenienter cum Go. et Be. coni., qui rep. volunt *satisfaciant.* Recte. Similiter c. 21 et c. 60 cit. *satisfacere non vetentur.* Vid. not. *a.* c) Fol. 269[a] cod. 4. Vid. c. 185 h. t., not. *o.* d) Seqq. coniuncta sunt cum inscr. c. ult. C. Th. de Cohort. cit., des. autem in c. sq. Vid. c. ult. cit., not. *v.* Aur. Lugd. *Cons.* *) Cod. Iust. ipsa imperatorum nomina habet. e) Ita 4 et c. 30 cit. Rubro col. in cod. 4 corr. *quis*, et sic edd. una cum Cod. Iust.; c. 30 cit. *Si qui vero cohortalis vel subiectus cohorti ullam.* f) Male Til. *causidici* (*nam* — *iudicio*,) *in eodem.* Mend. Go. *adhuc Causidicinam.* g) 4 *amplissime*, rubro col. em. *amplissimae.* Male Ri*. *perfecturae.* h) Cod. Iust. inc. l. c. *Si quis decurio*, *aut subiectus curiae ausus fuerit.* i) Cod. Iust. *temporis praescr.* k) Ita 4, Til. — Ri*. et c. 30 cit.; Be. ex Cod. Iust. edid. *nec.* Sed vid. c. 30 cit., not. *b* et Go., qui sic: „Non minus bene, *nec ipse*: Quanquam illud etiam habet *d. lex ult.*" l) c. 30 cit. *quod cohorti debetur.* *) c. 30 cit. et Cod. Iust. om. *etc.* m) Vid. not. *d* antec. n) Edd. *nihilominus onus peregrinationis.* Go. in comm., provocans ad Cui. ad l. 7, §. 2 D. Pro emptore (XLI, 4), l. 13, §. ult. C. de Iudiciis (III, 1) et ad Priscianum lib. XVIII, pag. 1196 inter Putschii Grammat. *nihilominus* interpretatur *nihilo magis*, *minime*, *non.* Etiam Cuiac. in Comment. ad c. 56 Cod. Iust. l. c. pag. 285 *nihilo-*

grinationis incumbat, nec cura[o] publica, nisi in sua tantum civitate, committatur. Et primus curiae, qui in[p] muneribus universis expletis ad summum pervenerit gradum, comitivae primi ordinis frui per[q] quinquennium[qq] dignitate praestita; nec[r] senatoriis minime functionibus obstringatur, in curia[s] tamen permaneat. *Dat. prid. Non. Iun. Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.* (436.)

190. *Iidem AA. Isidoro*[t] *Pf. P.* Quinque primates[u] ordinis Alexandrini a corporalibus iniuriis immunes esse censemus, ut voce libera commoditates patriae defendant, cum possint, si[v] quid egerint criminose, pecuniariis coerceri dispendiis. Aestimabuntur autem praesente curia viri[x] spectabilis augustalis iudicio. *Dat. prid. Non. Iun. Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.* (436.)

191. *Iidem AA. Isidoro Pf. P.* Eum, qui triginta*) annos in Alexandrina civitate civilibus inhaeserit[y] muneribus, corporalibus muniis[z], non pecuniariis excusari conveniet[a]; habita consideratione videlicet meritorum, ut hoc bene cogniti[b] privilegium consequantur, nec eo passim fruantur indigni. *Dat. prid. Non. Iun. Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.*[c] (436.)

192. [d] *Iidem AA. Isidoro Pf. P.* Si quos spontaneos hypomnematographi[dd] munificos suis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, augustalis iubemus*) non exspectandum esse consensum, qui fit[e] plerumque venalis, sed utriusque partis[f] sufficere voluntatem, ut incipiat functio, quam nullus incusat; tum ad memoratum iudicem tam nominati quam etiam creatores[g] consona relatione currente[h]: quam si suscipere vel confirmare distulerit, sciat, se viginti quinque auri librarum[hh] condemnatione plectendum. *Dat. prid. Non. Aug.*[i] *Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.*[k] (436.)

TIT. II. DE PRAEBENDO SALARIO.

1. *Imp. Constantinus A.*[l] *ad Marcellinum Comitem Orientis*[m]. *Post alia:* Nulli salarium tribuatur*) ex viribus[n] rei publicae, nisi ei, qui iubentibus nobis spe-

— c. 190. Vid. c. 189 h. t., not. sup. Cod. Iust. X, 31, 57. — c. 191. Vid. c. 189 h. t., not. sup. Cod. Iust. X, 31, 58. — c. 192. Vid. c. 189 h. t., not. sup. Cod. Iust. X, 31, 59.

Tit. II. Cod. Iust. X, 36. — c. 1 coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Cod. Iust. X, 36, 1 om. fin. Legitur etiam h. c. una cum c. 1 C. Th. de Medicis et profess. (XIII, 3), c. 1 C. Th. de Excusat. artif. (XIII, 4), quae hanc antecedunt, et c. 11 C. Th. de Medicis (XIII, 3), quae sequitur, in Glossario codicis Montispes. H. 306 fol. 133[b] ad v. *Salarium.* Vid. quae ex schedis meis dicta sunt in praefat. Hauboldi Opp. T. II, p. XC. Vv. cod. Montispes. haec sunt: *Salarium est debitae mercedis stipendium, quod ex regali munificentia accipiunt, qui diversae professionis aut artis studiis mancipantur. Dictum autem salarium eo, quod sicuti sal totius cibi condimentum, ita sit totius necessitatis et id supplementum. Hinc in iure Romano scriptum est Imperator Constantinus* etc. et sequitur c. 1 de Medicis cit.

minus accipit esse pro *minime.* V. *onus* om. in cod. 4 et rest. a rec. demum manu, sine dubio ex Cod. Iust. Verum libri mss. discrepant ap. Spangenb., quorum unus, G., congruit cum cod. 4, nisi quod habet *peregrinationi.* Delevi v. *onus*, ut suspectum. Puto in C. Th. scriptum fuisse *nihil oneris peregrinationis incumbat* etc. o) Aur. Lugd. om. *cura.* Cod. Iust. *nec publica cura.* p) Legitur *qui in* in cod. 4, Til. — Ri*.; ed. Be. ex Cod. Iust. *cum*; neque vero dubito, quin ferri possit *qui in*, quod interpretor *qui per* s. *post munera expleta*, etsi fortasse err. in cod. 4 scriptum est *quiin* pro *quum.* Go. ann.: „παρέλκον: *cum*, C. Iust. loco, *qui in.*" De divid. vv. vid. supra XI, 1, 27, not. *m*; infra XIII, 10, 5, not. *i*, XIII, 11, 4, not. *y*. Fol. 269[b] incip. cum v. *muneribus.* q) Locum opinatur Go. vitiosum et cf. iubet c. 127 h. t., ubi non comitiva nisi tertii ordinis primus curiae donatur. Videtur etiam velle *fruatur* ex Cod. Iust. rest., quare Be. cj. *comitiva — fruatur post.* Vid. not. sq. Recte *comitivae*, sc. dignitate et scrib. *fruatur* et paullo infra *post* pro *per.* Quod primi ordinis comitivam attinet, Theodosius favit Alexandrinae curiae. qq) Cod. Iust. *comittatur: et — gradum. Comitivae — fruatur post biennium.* r) Cod. Iust. om. *nec — obstringatur.* Vid. supra VII, 8, 10, not. *o.* s) Cod. Iust. *in curialibus.* Go. om. *in.* t) 4 *Isido*, rubro col. em. *Isidoro.* u) Cod. Iust. *Summates.* v) Til. — Lugd. *defendant, cum possint: si.* Cui. 2 — Ri*. *defendant: cum possint, si.* x) 4 *viris*, rubro col. em. *viri.* Infra Aur. Lugd. *Cons.* *) Err. Ri. *triginia.* y) 4 *inhaeserint*, rubro col. em. *inhaeserit.* z) Cod. Iust. *iniuriis*, impr. Dirksen. l. c. p. 506, sed Cui. *muniis.* a) Cod. Iust. *convenit.* 4 *abita*, rubro col. add. *h.* b) 4 *cogni*, ab ant. man. corr. *cognitum.* Hoc transiit inedd. Recte Be., auct. Go., ex Cod. Iust. edid. *cogniti*, id est sec. Go. *bene meriti*, quibus opponuntur indigni. c) Aur. Lugd. *Cons.* d) Fol. 270 codicis 4. Vid. c. 185 h. t., not. *o.* dd) 4 *ypomnematografi.* Til. — Ri*. *hypomnematografi.* Vid. Go. in comm. h. c. *) 4 *exortationibus.* Aur. Lugd. *functiones Augustalis, iubemus.* e) Cod. Iust. *iubemus non exspectandum esse consensum pro tempore viri spectabilis Augustalis, qui fit.* Be. dicit Cod. Iust. habere *sit.* 4 *fir*, rubro col. corr. *fit.* f) Be. *patris*, err. typ. g) Cod. Iust. *creatoris*, recte prob. Rein. Cf. Cui. l. c. p. 285 et Dirksen l. c. p. 507. h) Imperfecta sec. Go. sententia, qui, prob. Be., em. *current.* Vid. not. antec. hh) Cod. Iust. *librarum auri.* i) Go. rep. vult *Iun.*, ut haec c. coniungatur cum c. 189 — 191 et rell. legg. in not. sup. c. 189 nominatis. Sed etiam Cod. Iust. (except. Cui., qui *Iun.*) habet *Aug.*, quare nihil muto. k) Aur. Lugd. *Cons.*

l) Ita etiam in Cod. Iust. vulgo editum est. Recte Go. et Be. ex c. 6 cit. em. *Impp. Constantius et Constans AA.*, ut Cui. in Cod. Iust. Vid. ad c. 5 de Opp. publ. (XV, 1), supr. XII, 1, 23, not. *p.* Rein. em. *Constantius*, quod ferri quidem potest, postquam multas leges soli *Constantio* tribui vidimus, neque vero hic accipiendum est propter c. 6 cit. Cod. Montispes. cit. *Idem ad.* m) Edd. et Cod. Iust. praeter Cui. *Corr.* (Const. Chron. Cui. 2 *Correctorem*), recte impr. Go. Rein. Be., qui ex c. 6 rest. *Com. Or.*, et ita habet non solum cod. 4, ubi scriptum est *c̄ or*, verum etiam cod. Montispes. cit., qui similiter *c̄ or̄.* *) Cod. Montispes. *pbeat.* Ibid. om. *Post alia.* n) Male

cialiter fuerit consecutus[o]. Gravitas igitur tua placitis obsequatur[oo] etc. *Dat. V. Non. Oct. Constantinopoli, Limenio et Catulino*[p] *Coss.* (349.)

TIT. III. [q] DE PRAEDIIS ET MANCIPIIS CURIALIUM SINE DECRETO NON ALIENANDIS.

1. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio Pf. P.* Si quis decurionum vel rustica praedia vel urbana vel quaelibet mancipia [r] venditor necessitate coactus addicit, interpellet iudicem competentem, omnesque caussas singillatim *), quibus strangulatur[s], exponat, ut mereatur valituram in perpetuum comparatori, probata *) assertione, sententiam. Ita enim[t] fiet, ut nec immoderatus venditor, nec emptor[u] inveniatur iniustus. Denique nihil erit postmodum, quo venditor vel circumventum se insidiis vel oppressum potentia comparatoris queri[v] debeat, quando quidem sub fide actorum et de necessitate[x] distrahentis et de voluntate patuerit comparantis. Quod si quis contra vetitum occultis molitionibus per suppositas[y] fraude personas cuiuslibet loci, quem tamen[z] decurio distrahat[a], comparator exstiterit, sciat, se pretio, quod dederit[b], et loco, quem comparaverit, esse privandum[c]. *Dat. VIII.*[d] *Kal. Dec. Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio Coss.* (386.)

2. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Asclepiodoto Pf. P.* Quoniam de constitutione[e] inclytae recordationis avi nostri[f] de alienandis praediis curialium promulgata dubitatum est, utrum soli principales sine decreti interpositione collegarum possessiones emere vetentur, an omnibus comparandorum huiusce[g] fundorum copia sine praedicta observatione uegata sit, generali sanctione decernimus[h], ut, si curialis praedium urbanum aut rusticum vendat cuiuscunque conditionis[i] emptori, apud rectorem provinciae idoneas caussas alienationis alleget[k], non perfunctorie[l] a iudice, sed verissime requirendas, ut ita[m] demum distrahendae possessionis facultatem accipiat, si alienationis[n] necessitatem probaverit. Infirma enim erit venditio, si haec fuerit forma neglecta *), ita ut et[o] pretium emptor amittat, et venditori[p] cum fructibus illaesam possessionem restituat *). Quae quidem de futuris contractibus observanda sunt. §. 1. Praeteritas vero emptiones, in Osroëna **) specialiter provincia confectas, licet ex tempore legis sub divo avo nostro promulgatae sine gestorum testificatione a qualibet persona celebratas infirmari oporteat[q], tamen ex prima transacta nuper indictione[r] ita volumus infirmari, ut alterius fortunae vel honoris homines, qui sine decreto praedia curialium in memorata provincia compararunt, receptis pretiis possessiones, quas emerant, dominis restituant; ita ut, si usuras vel sumptus rei melioratae poposcerint, a venditore percipiant, [s] fructus invicem reddituri. *Dat. V.*[t] *Id. Aug. Eudoxiopoli, Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

Tit. III. Cod. Iust. X, 33. — c. 1 sec. Go. coniungenda est cum c. 21 C. Th. de Suscept. (XII, 6), recte. Vid. infr. not. *d.* Cod. Iust. X, 33, 1 add. nonn. ex c. sq. h. t. Vid. infra not. *t, u, c.* Cassiodor. IX. Var. 2 (Ri. ed. C. Th. praef. T. II, p. VI.). Leg. Burgor. Angl. c. CXV (cf. Kritische Zeitschr. f. Rechtswissensch. u. Gesetzgeb. des Auslandes T. III, p. 146). Indigitari et explicari putat Go. h. c. in c. 2 h. t. — c. 2. Vid. c. 1 h. t., not. sup. H. c. Go. coniungendam esse cum c. 61 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) putat, recte (vid. infr. not. *t*); indigitari autem et explicari a Zenone in c. 3 Cod. Iust. h. t.

Cod. Iust. *iuribus*, impr. Go., sed Cui. *viribus.* o) Seqq. des. in Cod. Iust. et in cod. Montispes. oo) Aur. Lugd. err. *observatur.* p) 4, edd. et Cod. Iust. *Catullino.* Vid. supr. II, 1, 1, not. *o.* Tota subscr. deest in cod. Montispes.

q) Fol. 270[b] cod. 4. Cod. Iust. *De praediis decurionum* (Cui. *curialium*) *s. d. n. a.*, et om. *et mancipiis.* r) Cod. Iust. om. *vel q. mancipia.* 4 *quelibet.* *) Be. et Cod. Iust. *sigillatim.* s) 4, Til. — Cui. 2* *stranguilatur.* *) Til. Cui. 1, 2, 2[v] *perpetuum, comparatori probata.* Aur. Lugd. nihil interpunctionis habent. t) Cod. Iust. *exponat: et ita demum distrahendae possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probaverit. Infirma enim venditio erit, si haec fuerit forma neglecta* (ex c. 2 h. t.)*: ita enim* etc. u) Cod. Iust. add. *cuiuscunque sit conditionis*, i. e. (interprete Cuiac. l. c. pag. 291) sive collega sive non. Vid. etiam c. 2 h. t. *vendat cuiuscunque conditionis emptori.* v) 4 *quaesi*, rubr. col. corr. *quaeri.* x) 4 *necessitati*, rubr. col. em. *necessitate.* y) Fol. 271[a] cod. 4. Vid. c. 185 de Decur. (XII, 1), not. *o.* z) Cod. Iust. add. *ei.* a) Cod. Iust. *distrahebat*, sed Cui. ut C. Th. b) Cod. Iust. *dedit.* Aur. Lugd. om. *et.* c) Cod. Iust. *dedit, esse privandum: et locum quem comparavit, cum fructibus esse restituendum*, quae ex c. 2 h. t. huc relata esse videntur. d) c. 21 cit. *IV.* Quamquam Cod. Iust. et hic et in c. 21 concordat cum C. Th., tamen utroque loco leg. aut *VIII.* aut *IV.*, ut h. c. et c. 21 inter se coniungantur. Ceterum c. 21 *Evodio V. C. Coss.* e) Vid. c. 1 h. t. f) Theodosii M. g) Go.: „Pro *huiusmodi.*" Recte. h) 4 *cernimus*, rubro col. add. *de* (decernimus). i) 4 *condicion*, a libr. corr. *condicionis.* Vid. c. 1 h. tit., not. *u.* k) 4 *alliget*, rubr. col. em. *alleget.* Vv. *alliget — alienationis* bis scripta sunt in cod. 4, sed secundo loco deleta rubro col. l) 4 *perfunctoriae*, rubro col. del. *a*; secundo loco scriptum est *perfunctione.* m) Vid. c. 1 h. t., not. *t.* n) Fol. 271[b] cod. 4. *) 4 *neclecta*, rubro col. emend. *neglecta.* o) Cui. 2 — Go. om. *et.* Vid. c. 1 h. t., not. *c.* p) 4 *amittatur venditori.* Paullo infra Til. — Cui. 2* *sunt, praeteritas* et Go. *sunt, § Praeteritas.* *) Vid. c. 1 h. t., not. *c.* **) 4 *Osdroena*; edd. *Osdroena* s. *Osdroëna.* q) Go. cj. *oporteret*, sine necessitate. r) Id est sec. Go. A. D. 418. s) Fol. 273[a] cod. 4. Vid. supr. XII, 1, 185, not. *o.* t) c. 61 cit. *VI.* Utroque loco scrib. aut *V.* aut *VI.*, ut c. 61 cum hac c. coniungatur.

TIT. IV. DE IMPONENDA LUCRATIVIS[u] DESCRIPTIONE.

1. *Impp.* *) *Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P.* Hi, qui ex lucrativa caussa possessiones detinent, quae aliquando curialium fuerint, pro singulis earum iugis et capitibus quaternas siliquas annuas[v] ordinibus nomine descriptionis exsolvant: ita ut praebitionis istius forma non praeiudicet illis civitatibus, in quibus consuetudo praecedens vel pacta quaedam vel alia necessitas ampliorem summam[x] exigi persuadet etc. *Dat. V. Id. Iun. Constantinopoli, Felice et Tauro Coss.*[y] (428.)

TIT. V. QUEMADMODUM MUNERA CIVILIA INDICANTUR[z].

1. *Imp. Constantinus A. Tiberiano Comiti per Africam.* Hi magistratus, qui sufficiendis duumviris in futurum anni officium nominationes impertiunt, periculi sui contemplatione provideant, ut, quamvis populi quoque suffragiis nominatio in Africa ex consuetudine celebretur, tamen ipsi nitantur pariter ac laborent, quemadmodum possint hi, qui nominati fuerint, idonei reperiri. Nam[a] aequitatis ratio persuadet, nisi idonei fuerint nominati, ipsos, quorum est periculum, attineri. *Dat. Nicomediae III. Kal. Aug., Constantino A. VII. et Constante C. Coss.*[b] (326.)

2. *Idem A. ad Concilium provinciae Africae* *). Sacerdotales et flamines[c] perpetuos atque etiam duumvirales ab annonarum praeposituris inferioribusque muneribus immunes[d] esse praecipimus. Quod ut perpetua observatione firmetur, legem hanc *) incisam aeneis tabulis iussimus publicari. *PP. XII. Kal. Iun. Karthagini*[e], *Feliciano et Titiano*[f] *Coss.* (337.)

3. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Probino Proconsuli Africae.* [g] Quis tam inveniri iniquus arbiter rerum potest[gg], qui in urbibus magnifico statu praeditis ac votiva[h] curialium numerositate locupletibus ad iterationem quempiam transacti oneris impellat[i], ut, cum alii necdum paene initiati curiae sacris fuerint, alios[k] continuatio et repetitae saepe functiones afficiant? *Dat. XVI. Kal. April. Mediolano, Caesario et Attico Coss.*[l] (397.)

TIT. VI. DE SUSCEPTORIBUS, PRAEPOSITIS ET ARCARIIS[m].

1. *Imp. Constantinus A. ad Edictum*[n]. Si quem susceptorem evertisse constiterit rationem, et ad solvendum non esse idoneum, creator eius hac[o] necessitate teneatur, ut, quicquid ille dilapidavit, ipse de propriis

---

Tit. IV. Cod. Iust. X, 35. — c. 1 sec. Go. coniungenda est cum c. 2 Cod. Iust. de Praed. decur. s. decr. non alien. (X, 33), c. 1 Cod. Iust. Quando et quibus quarta pars (X, 34). Memoratur a Theodosio Iun. in Nov. II. de His, qui sponte (ed. Berol. p. 1266).

Tit. V. Cod. Iust. X, 42. — c. 1. Eodem die, sed Aquileia et ad Severum data est c. 2 C. Th. de Filiis mil. appar. (VII, 22). Vid. c. 2 cit., not. *p* et supra IX, 8, 1, not. *n.* — c. 2. Similis est c. 21 C. Th. de Decurion. (XII, 1). — c. 3. Cod. Iust. X, 31, 52.

Tit. VI. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. VI.* Br. Al. eiusque codd. 5—7, 9—12, 14—18, 20, 21, 24—30, 32—40, 42—44, 46, 47, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. II.* De codd. 8, 13 vid. c. 12 C. Th. de Decur. (XII, 1), not. sup. In cod. 31 deest hic tit. Cod. Iust. X, 70.

---

u) Cod. Iust. *lucrativa*, sed Cui. *lucrativis.* *) Til. *Imppp.* Initio legis 4, Til. — Ri*. *Hii.* v) Fere evanuit hoc v. in cod. 4. Clar. Heysius eruit *annuis*; ego mihi videor legisse *annuas*; mecum consentiunt Summaria C. Th.: *quattuor siliquas annuas.* Til. — Lugd. *annue* * *ord.* Cui. 2 — Be. *annuae ord.*, sed Go.: „σύγχησις, inquit, constituendus ita locus hic, *annuae descriptionis nomine Ordinibus exsolvant*: vel reponendum, *annuas.*“ Restit. *annuas.* Til. — Ri*. *silliquas.* x) Cui. 1 *summa in*, mendose. y) Aur. Lugd. *Cons.* Et cum inscript. et cum subscript. h. c. congruunt c. 2 et 1 Cod. Iust. citt.

z) Cod. Iust. *Q. civilia munera indicuntur.* Aur. Lugd. in ind. tit. *iudicantur.* Cum inscript. c. 1 incipit fol. 273 [b] cod. 4. a) Edd. *Iam.* Verum Go. cj. *Nam*, recte et consentiente cod. 4, in quo litera *N* pallet quidem, sed perspicue scripta est, a recenti etiam manu rubro col. supra repetitur. b) Desiderari aliquid in hac subscriptione Go. putat, neque ego dubito, ea quin mutila sit; prius enim fit urbis mentio, quam diei et mensis. Accedit, quod Constantinus hoc anno non fuit Nicomediae. Go. igitur in Chron. pag. XXV. et XXVII. assignat h. c. anno 325 (*Dat. — Nicomediae, Paullino et Iuliano VV. CC. Coss. PP. III. Kal. Aug.* etc.), in notis autem h. c. anno 325 aut 329. Puto illud verum esse. Vid. c. 4 C. Th. de Accusat. (IX, 1). — Alterutra cj. recepta scrib. *Constantino.* Aur. Lugd. *Cons.* *) Go. in Chron. *ad concilium provinciarum Africae.* c) 4, Cui. 1 *flammines.* Til. *flāmines.* Ri*. *Sacerdotes.* d) 4 *immuni esse precipimus*; rubro col. em. *immunes.* *) A Ri*. abest *hanc.* e) Ita 4, Til. — Cui. 2*. Ri. Ri*.; Be. *Karthagine.* Go. *Kartagini.* Ri*. *PP. XIII.* f) 4, edd. ante Be. *Tatiano.* g) Fol. 274 [a] cod. 4. Go.: „Σύγχησις in hac sententia: pro *Quis tam iniquus rerum arbiter inveniri potest.*“ gg) Err. Til. *post.* h) Rein. cj. *ortiva;* sed vid. supr. II, 8, 1. i) Cod. Iust. *compellat.* k) Cod. Iust. *et continuatio*, impr. Go. l) Aur. Lugd. *Cons.* Go. — Ri*. 497, mendose.

m) 4 *prepositis.* Nonn. codd. *Propositis*, alii *Archariis.* Cui. 2, 2* in ind. tit. *arcaris.* 34 om. *Praep. et Arc.* Sich. in m. indicis titt. huic libro praefixi et in m. rubricae huius tituli ad v. *Praepositis*: „*et Exactoribus et Arcariis reip.*“ In cod. 43 ex Explan. add.: *hoc ē exactorum publicae citra conscientiam iudicis fieri non debere.* n) Rein. ann.: „*l. ad Ecdicium: vel Ecdicū: V. ad l.* 2. (l. 3.) *de extraord. et sord. muner.*“ Vid. c. 3 de Extraord. s. sord. muner. (XI, 16) et supra V, 14, 1, not. *b.* o) 4 *ac*, rubro col. add. *h*

rebus instauret, compellaturque damnum omne sarcire, quod[p] esset illatum, si in idoneis nominandis competens adhibitum esset[q] examen. *Dat. VII. Id. April. Crispo II. et Constantino II. AA.*[r] *Coss.* (321.)

2. *Idem A. ad Eufrasium Rationalem trium*[s] *provinciarum. Post alia:* Pro multis, etiam et in diversis locis[t] constitutis liceat simul *) auri pondus inferre[u], ita ut pro omnibus fundis securitas emissis cautionibus detur *), ne, separatim ab unoquoque[v] auro exacto, multis et assiduis incrementis[vv] provincialium utilitas fatigetur. §. 1. Hoc quoque addimus, ut unusquisque, quod debet, intra anni metas, quo tempore voluerit, inferat, et per tabularium apparitorem illatio[x] cognoscatur; absque omni mora auro suscipiendo *), ne quis in aliena civitate sumptus faciat, vel, quod est gravius**), legem commissi frustratus incurrat[y]. Nam si solvere volens a suscipiente fuerit contemptus, testibus adhibitis contestationem debebit proponere, ut, hoc probato, et ipse securitatem debitam, commissi nexu liberatus[z], cum emolumentis accipiat et, qui suscipere neglexerit, eius ponderis, quod debebatur, duplum fisci rationibus per vigorem officii tui inferre cogatur[a]. *Dat.*[b] *XIV. Kal. Aug. Paullino*[c] *et Iuliano Coss.* (325.)

3. *Impp. Constantius et Constans AA. Claudio*[d] *Pf. annonae Alexandriae.* Susceptores centesimae dimidium, annotatores vero ceterorumque officiorum diversos homines, quos rationibus constat obnoxios esse, alterum dimidium habere censuimus. Et nihil impetratoribus beneficii per rescriptum adversus ordinem constitutionis[e] possint prodesse commenta. *Dat. Kal. Aug. Limenio et Catulino*[f] *Coss.* (349.)

4. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum Pf. P.* Ad virum clarissimum proconsulem Africae dari literas iubemus, ut, sive ex principalium sive ex honoratorum numero, pro merito fidei suae industriaeque *) susceptor vestium electus fuerit, huius modi necessitatis sarcinam uno duntaxat anno sustinere praecipiatur. Exceptis tamen his, qui palatinae militiae privilegiis muniuntur, vel qui officiis ac ministeriis functi merito stipendiorum, merito dignitatis ornatum se approbant consecutos. Ita tamen, ut creationis periculum a proconsulari officio non recedat. *Dat. XIV. Kal. Iul.*[g] *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

5. *Iidem AA. ad Secundum Pf. P.* Perpenso prospeximus[h] studio, ut susceptores et praepositi horreorum ex praesidali officio, qui per diversa officia militiae sacramenta gestarunt, congrua ratione crearentur. Sed quoniam praeses Ciliciae asseruit, deesse ex his corporibus, quibus possit haec sollicitudo committi, ne in praesens tempus fisci nostri seu publica emolumenta vacillent[i], excellentia tua, ubi eos deesse perviderit, quos susceptores ac praepositos creari scitis prioribus iusseramus, vetustum morem[k] consuetudinemque sectabitur, scilicet ut ex eo ordine constituantur, ex quo ante consueverant *) ordinari; modo ut ipse Ciliciae praeses et ceteri magnitudinis[l] tuae literis urgeantur, ut idoneos[m] ex diversis officiis tota sagacitate vestigent, eosque gerere praestitutam scitis nostrae mansuetudinis sollicitudinem faciant. Nam si qui per gratiam fuerint praetermissi, necesse habet exigere publica commoditas ultionem. Nec enim dubium est, eos officiales, qui nunc diversis officiis obsecundant, plurimos praetermittere[n]; quorum si qui in huius modi fuerint[o] arte deprehensi, dabunt poenas, facultatibus traditis curiis, etiam capitis ac salutis. *Dat. IV. Non. Iul. Caesarea*[p], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

— c. 2 fortasse coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Ponderatoribus (XII, 7). Cod. Iust. X, 70, 1 mut. Vid. infra not. *y*, *a*, *b*. — c. 4. Vid. c. 1 C. Th. de Milit. veste (VII, 6) et infra c. 6 h. t., not. *r*.

---

supr. *a*. p) Go. addi vult aut *non* aut rescr. *dilatum*. Illud Go. praefert, probat Be. et ego. q) Sec. Go. pro *fuisset*. r) Til. — Lugd. *A.* Recte Be. pro *AA.* rep. in not. *CC.* Cui. 2 — Ri. *Cons.* et Ri*. 421. s) Fol. 274[b] cod. 4, in cuius ima parte est signum quaternionis *Λς*. 4 et edd. *Eufraxium*. Cod. Iust. *Imp. Constantin. A. ad Eufraxium* (Cui. *Eufras.*). t) Til. — Lugd. Go. — Ri*. *Pro multis etiam, et in diversis locis.* In Cui. 2, 2* omnis interpunctio deest. Vid. supra XI, 36, 18, not. * et XII, 1, 183, not. *i*. *) Go. om. *simul*. u) Aur. Lugd. *iuferre*, mendose. *) Clar. Heysius dubitat, an in cod. 4 scriptum sit *detur*. v) Cui. 1 *ac unoquoque*, err. typ. vv) Vetat Go., ne em. *intrimentis* aut *intertrimentis*, incrementa interpretatus epimetra. Recte. Vid. infr. XII, 13, 4 et Go. in comm. h. c. x) Cui. 1 *apparitorem in ratio*, err. typ. Go. non solum em. verum etiam ed. *tabularium apparitorem*. Quid quod Til. habet *tabularium*. Recte. Vid. c. 27, 30 h. t. Reposui igitur *tabularium*. Rell. *tabellarium*, ut cod. 4. *) Go. mendose *suspiciendo*. **) Vv. *quod est gravius* rec. man. in cod. 4 et edd. uncinis circumdant. y) Cod. Iust. l. c. incip. cum vv. *Susceptores publicos absque omni mora aurum censemus suscipere: ne quis per hanc occasionem sumptus facere compellatur*. z) 4 *liberatis*, rubro col. em. *liberatus*. a) Cod. Iust. *officii Praesidis inferre cogatur. Quod autem susceptores, iudice, cuius interest, negligente violaverint, ex ipsius iudicis facultatibus sarcietur*, impr. Go. b) c. 1 C. Th. de Ponderatoribus (XII, 7) *PP.* Leg. utroque loco aut *Dat.* aut *PP.*, ut h. c. et c. 1 inter se coniungantur. Go. has c. aut *Niceae* aut *Nicomediae* datas esse putat. c) 4, Til. Aur. — Be. Cod. Iust. *Paulino*. Cui. 1 *Pulino*, mendose. Ri*. adscr. 425. d) Fol. 275[a] cod. 4. e) Go.: „Huius scil.“ f) 4, edd. *Catullino*. Vid. supr. II, 1, 1, not. *o*. Aur. Lugd. *Cons.* *) 4 *industrieque*. g) c. 1 cit. *Maii Mediolano*. Cui. 2, 2*. Go. *Cons.* h) Pro *Prospexeramus*, inquit Go., ut infr. *iusseramus*. Cum literis *ximus* incip. fol. 275[b] cod. 4. i) 4 *public emolumenta vaccillent*, rubro col. add. *a* supr. *public* (publica). k) 4 *more*, rubro col. add. *m*. *) Aur. Lugd. *consuerant*. l) 4 *magnitudine*, rubro col. corr. *magnitudinis*. m) In cod. 4 add. *ut*, quod, cum errore a librario repetitum sit, Tilius recte om. n) 4 *praemittere*, recte rubro col. em. *praetermittere*. Paullo supra: *Nam si qui per gratiam fuerint praetermissi.* Summ. C. Th. *Sic tamen, ut nullus substantiosior per gratiam excusetur.* Quod commemoratur *substantiosior*, non est in C. Th. o) Fol. 276[a] cod. 4. p) Be. *Caesareae*. Mox Aur. Lugd. *Cons.* q) Cod. Iust.

6. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.*[q] Tametsi iam lege[r] apertissime cautum sit, de officiis diversis, quae extra palatium sunt, susceptores debuisse constitui, tamen et hac iussione similiter designamus, ab his, qui[s] in officio magistrorum equitum et peditum militarunt, si quidem[t] ordinis sint militaris, inquietudinem summovendam, eligendos autem susceptores e diversis officiis, scilicet quae[tt] extra palatium deputantur, additis etiam largitionalibus[u] civitatum; quos post militiam volumus inter cetera corpora susceptionis munus agnoscere. *Dat. XV. Kal. Aug. Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

7. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Ad susceptionem specierum veniant, qui ante omnia sciant, se decuriones non esse. Ex corpore igitur diversorum officiorum quisquis idoneus reperitur tam moribus[v] quam facultatibus, veluti matriculae per singulas provincias nomen suum adscribat, ut hac ordinatione dispositi annuas susceptiones peragant ita, ut nihil praeterea muneris pertimescant, atque expleta susceptione erogationibusque perfectis, transacto illo officio, cum apud iudicem fidele obsequium comprobarint, iudicii nostri digna praemia consequantur. Adiungi autem ad hoc corpus debent etiam illi, qui ex officiis singulis sint, hoc est ex tabulariis et numerariis similibusve officiis eorum officiorum, de quorum ordine hoc corpus constitui volumus. Quicunque vero ex his ad honores potiores per suffragium pervenerint, susceptionis munus[x] perfungantur, ita ut salva sit dignitas, quam habent, nec ex hac ordinatione curiale consortium pertimescant. *Dat. prid. Non. Aug. Sirmio*[y], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

8. *Iidem AA.* *) *ad Secundum Pf. P.* Iuxta inveteratas[z] leges nominatores susceptorum et eorum, qui ad praeposituram horreorum et pagorum creantur, teneantur obnoxii, si[a] minus idonei sint, qui ab iisdem[b] fuerint nominati, nec quicquam ex eorum substantia, celebrata per interpositam personam emptione, mercentur. *Dat.*[c] *III. Kal. Aug. Constantinopoli, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

9. *Iidem AA. ad Dracontium Vicarium Africae.* Susceptores specierum idcirco per Illyrici provincias ex officialium corpore creari praecipimus[d], quod cognitum est, illos et re et fide idoneos haberi *), quam eos, qui in curia **) suscipere consueverint. Verum in provinciis Africae tua sinceritas hoc ab his officium iubeat amoveri, atque eos susceptores specierum annonariarum manere, quos[e] ad hanc necessitatem vetus consuetudo constringit, maxime cum, si susceptores de curia dati aliquid vel negligentia vel fraude decoxerint, ad redintegrationem specierum, sicuti moris est, ordo, qui creaverit, possit arctari. *Acc. prid. Kal. Sept. Constantinae, Valentiniano et Valente AA. Coss.*[f] (365.)

10. *Iidem AA.*[ff] *ad Mamertinum Pf. P.* Susceptores novi non modo praesentis anni debita, verum etiam species, quae ex reliquis inferuntur, quia novae sunt ac recentes[g], suscipiant. [h] *Dat. prid. Kal. Nov. Rom.*[i], *Valentiniano et Valente AA. Coss.*[k] (365.)

11. *Iidem AA. ad Florentium Comitem*[l] *S. L.* Neminem biennio iugi allegationis[m] officiis inservire permittat[n], neminem ab huius modi munere ad idem[o] munus

— c. 6. Hinc desumptam esse Go. putat c. 2 Cod. Iust. de Appar. magistr. milit. (XII, 55). Bas. LVI, 17, 2. Intelligitur sec. Go. in c. 9 h. t. Vid. c. 7 et 11 h. t., not. sup. et c. 9 h. t., not. *d.* — c. 7. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Vid. c. 24 h. t. et XII, 1, 70, not. sup. Si recte se habet subscr., h. c. post c. 8 h. t. ponenda est. Vid. infr. not. *y, c.* Indigitatur sec. Go. in c. 9 h. t., ubi vid. not. *d.* — c. 8. Vid. c. 7 h. t., not. sup. Cod. Iust. X, 70, 2. — c. 10 fortasse coniungenda est supra V, 15, 9. Cod. Iust. X, 70, 3. — c. 11 concordat c. 22 h. t. Cod. Iust. X, 70, 4 mut. et conflata ex h. c. et ex c. 22 h. t. Vid. infr. not. *s.* Summ. C. Th.: „*Sextae similis.*"

q) *Iidem AA. Mamertino P. P.* r) Vid. c. 4 h. t. et supra VII, 6, 1. Go. etiam c. 1 C. Th. de Privil. app. (VIII, 3) intelligi putat. s) Hinc inc. c. 2 Cod. Iust. cit.: *Qui — equitum ac peditum militiam sortiti sunt, ordinis sint militaris*, et des. rell., simul et subscr. t) Go. ann.: „Non dubitative, verum pro *quia sunt etc.*" tt) 4 *que*, rubro col. corr. *quae.* u) Err. Go. *Largitionibus.* v) Fol. 276[b] cod. 4. x) Go. Be. prop. *munere.* Ego vero retineo *munus.* y) Be. *Sirmii.* Go. in Chron. pag. LXXIV. ann.: „pro *reddita.* An vero Sirmium hic peninsula, quae in Benaco lacu ad Veronam, de qua Catullus Veronensis ipse *Carm.* 32." Verum est, Valentinianum extremo demum anno Italiam dereliquisse et in Galliam se contulisse. *) Cod. Iust. ipsos imperatores nominat. z) Vid. c. 1 h. t. a) 4 *si* | Fol. 277[a] | *si minus*, err. Cod. Iust. *obn. ten.* b) Cod. Iust. *eisdem.* 4, Til. — Ri*. *hisdem.* c) Eandem subscr. habet Cod. Iust.; nihilo secius Go. in Chron. p. LXXIV.: „f. pro *reddita*, nisi mensis alius substituendus." Haec enim c. antiquior est c. antecedenti. d) Go. vult *praecepimus.* Putat enim indigitari c. 6 et 7 h. t. *) Go. excidisse suspicatur *magis.* Intell. *magis.* Vid. VII, 4, 29, XVI, 10, 8 et Go. in Gloss. Nom. v. *Magis.* **) Go. in ann.: „Seu *ex Curia.*" e) Be. mendose *quod.* Paullo infra Aur. Lugd. *sicut.* f) Go. err. 364. ff) In Cod. Iust. repetuntur nomina imperatorum, etsi iam aderant in antec. c. Vid. c. 8 h. t., not. *. g) Cod. Iust. *quas ex reliquis inferunt*, et pro *ac recentes* habent nonn. edd. Cod. Iust. *adcrescentes*, impr. Cui. et Go. h) Fol. 277[b] cod. 4 incipit cum subscript. h. c. i) Ita etiam Cod. Iust., sed Go. errorem residere dicit in hac subscriptione. Ri. em. *Remis.* „Coniecturam, inquit, videtur firmare Ammianus *lib.* 26. *cap.* 5. scribens: *prope Kal. Novembris venturo Valentiniano Parisios.*" In Chron. p. LXXV. Go. ad v. *Dat.*: „pro reddita vel proposita" et ad *Nov.* mensem: „alius et citerior mensis hic substituendus." k) Ri*. om. *Nov.* Cui. 2 — Ri*. *Cons.* l) *Com.* om. in Cui. 2, 2* et ap. Go., sed rep. in Corr. Cui. 2, 2* *Com.* m) Go. in comm. c. 13 recte em. *allectionis*, i. e. susceptionis tributorum fiscalium. n) Go. suppl. *Excellentia Tua.* Be. aut suppl. esse verbum putat aut rep. *permittas.* Spectato sermonis habitu mihi probabile est, in ipsa lege, h. c. fonte, haud pauca antecessisse, inter quae erat, quo referretur v. *permittat.* Vide, quomodo h. c. in Cod. Iust. scripta sit, infr. not. *p.* o) 4, Til. — Ri*. *id.* Iussu Go. Be. ex Cod. Iust. recte

adstringi, nisi prius se vinculo sollicitudinis superioris absolverit[p]. Nam neque eos[q], qui placuerint, gravare iusti est, neque illos, qui displicuerint, tenere prudentis[qq]. Integro igitur singuli anniversario anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis suscepta disperserint, ut facilius, si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat[r] redintegrare iacturam[s]. *Dat. XV.**) *Kal. Oct. Mantebri***), *Gratiano NB. P. et Dagalaipho*[t] *Coss.* (366.)

12. *Iidem AA. ad Rufinum Pf. P.* Nulla debet esse caussatio, quin solidi, ex quocunque titulo congregati, sicut iam pridem praecepimus[u], in massam obryzae soliditatemque redintegrentur[v]. Et ita fiat omnis illatio, ut largitionum[x] et prosecutorum allectorumque fraudibus aditus obstruatur. Facile etenim eos provinciae rector a dispendio vindicabit, qui binis solidis seu ternis necessitatem[y] solutionis implebunt, si, postquam viritim nominatimque susceperint*) solidos plurimorum, ea, quam[z] superius memoravimus, qualitate poscenda, omnium debitum completur[a] in massam. Sane si idem suscipientium deprehenditur, quod fuerat ante, fastidium, cum obryzae materies afferatur[b], quae non potest displicere, sed[c] congrua animadversione plectendus[d] est, qui id calumniatur et reprobat, quod ad compendium simplicis satisfactionis inventum est. Prius tamen ad comitatum mansuetudinis nostrae massa obryzae, quae fuerit repudiata, mittatur, ut, qua sit mente reiecta, videamus. *Dat. IV. Id. Nov. Gratiano NB. P. et Dagalaipho*[e] *Coss.* (366.)

13. *Iidem AA. ad Germanianum Comitem S. L.* Quotiescunque solidi ad largitionum subsidia perferendi sunt, non solidi, pro quibus adulterini*) saepe subduntur, sed aut iidem[f] in massam redacti, si aliunde, qui solvi, potest habere materiam, auri obryza dirigatur, pro ea scilicet parte, quam unusquisque defendit[g], ne diutius vel[h] allecti vel prosecutores vel largitionales adulterinos[i] solidos surrogando in compendium suum fiscalia emolumenta convertant. §. 1. Illud etiam cautionis adiicimus[k], ut, quotiescunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, et[kk] auri massa transmittitur, in septuaginta duos solidos libra feratur accepto*) etc. *Dat. VI. Id. Ian. Rom.*[l], *Lupicino et Iovino Coss.* (367.)

14. *Iidem AA.*[m] *Alexandriano*[n] *Comiti R. P.* Singulas tantum dependant centesimas, qui reditus domui nostrae debitos arcariis quotannis iuxta consuetudinem tradunt[nn]; ita tamen, ut earum quoque singularum*) centesimarum ratio semper evidens scientiae tuae digesta referatur**), ut, erogationibus cunctis aperta instructione patefactis, reliquorum ratio ex eadem centesima possit agnosci. *Dat. VII. Kal. Oct. Dorostoli*[o], *Lupicino et Iovino Coss.*[p] (367.)

15. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.*[q] *Probo Pf. P.* A possessoribus per tres vices petatur annona. In epimetris autem eam consuetudinem sinceritas tua faciat observari, ut in aridis quidem fructibus centesimam levandi dispendii caussa a possessore[r]

— c. 12. Vid. c. 13 h. t., not. sup. — c. 13 coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Metallis (X, 19) et sec. Go. cum c. 1 Cod. Iust. de Vet. num. pot. (XI, 10). Cod. Iust. X, 70, 5 om. pr. Bas. LVI, 5, 1(?). Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" — c. 14. Iisdem fere verbis scripta erat supra X, 1, 11, paucis vv. additis. — c. 15 concordat cum c. 15, 16 C. Th. de Annona (XI, 1) et c. 11 C. Th. de Exact. (XI, 7).

rep. *idem.* Summ. C. Th. *permanere in eodem actu.* p) Cod. Iust. his vv. incip. *Neminem susceptionis munere functum ad idem munus adstringi, nisi se prius vinculo solicitudinis s. abs.* q) Aur. Lugd. *Nāque eos,* err. typ. qq) Cod. Iust. *neque eos, qui d., t. prudentis est.* Ri*. *placuerit — Integri,* mendose. r) 4 *quaeat,* rubro col. corr. *queat.* s) In Cod. Iust. ex c. 22 h. t. haec add.: *non perpetui autem exactores teneantur in continuata vex. pr. pot., velut concussionum dominatione: sed — aut auctoritas ord. — compellat,* et sequitur subscr. c. 22 cit. (om. lit. *V. C.*), improb. Cui. l. c. pag. 329 et Go. Ipse Cui. habet subscriptionem c. 11 h. t. *) Cui. 2, 2* *Dat. XI.* et Go. *Dat. X.* **) Cf. Bon. l. c. pag. 749, not. *f* et Go. ad h. c., not. *k.* t) 4, Til. — Ri*. *Dagalaifo.* Cui. 2 — Ri*. *Cons.* u) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *praecipimus.* Be., auct. Go., qui anteriorem legem intelligi existimat, edid. *praecepimus,* ut ante Be. editum erat in Aur. Lugd. v) 4 *redintegrantur,* rubro col. corr. *redintegrentur.* x) Go. Rein. Be. recte em. *largitionalium.* Vid. c. sq. h. t. et supr. VI, 35, 3. Idem error infra in c. 30 h. t., not. *b.* Paullo infra Cui. 2, 2* *allectorumqut,* mendose. y) Cum literis *sitatem* inc. fol. 278[a] cod. 4. *) Ri*. *susceperit.* z) 4 *quae,* rubro col. em. *quam.* a) Sec. Go. pro *compleatur.* b) 4 *adfueratur.* c) Go. Be. em. *sub,* recte. d) Solae Cui. 1 — Cui. 2* (non omnes libri impressi, ut Ri. dicit) *plectens.* Iam Rein. in Cui. 2 corr. *plectendus.* e) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Dagalaifo.* Aur. Lugd. *Dogalaifo.* Go. *Degalaifo.* Aur. Lugd. *Cons.* *) Go. *adulteri.* f) 4, Til. — Ri*. *idem.* Go. iubet reponi *iisdem in massam redactis* (quod non probo), *aut si aliunde, qui solvit.* Etiam Be. vult *aut si aliunde, qui solvit.* Rein. em. *solvit.* Placet Be. em., nisi fortasse praestat scribere *redacti, ni aliunde — materiam aut auri.* g) Go. vult *dependit,* recte. Vid. c. sq. h) Cui. 2, 2* *ut* pro *vel.* Rein. rep. *vel.* Mox Go. *prosecutotes.* i) Fol. 278[b] cod. 4. Summ. C. Th. *quia solebant mutare solidos et pro aureis aeneos miscere.* Infra Cui. 2, 2* *emulumenta.* k) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *adicimus.* Go. in not. *AdIcimus,* id est adiicimus. Aur. Lugd. Be. *adiicimus.* Cum v. *Quotiescunque* inc. c. 5 Cod. Iust. cit. kk) Cod. Iust. *aut.* *) Cod. Iust. *accepta* et om. *etc.* Cave ne rescribas *accepta.* Vid. c. 26 h. t. et c. 6, 27, 28 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). l) Petit. Go. Rein. em. *Remis.* Etiam Cod. Iust. habet *Romae.* Be. *Dat.* pro *Acc.* habet. Vid. supra X, 19, 4, not. *p.* m) Recte Go. Be. ex c. 11 cit. addi volunt *et Grat. A.* n) Go. et Ri*. *Alexandrino.* Vid. supra XI, 17, 1, not. *l.* nn) c. 11 cit. *d. q. i. c. a. tr.* *) c. 11 cit. *ut singularum quoque.* **) c. 11 cit. add. *videlicet,* infra autem om. *eadem.* o) Go. em. *Dorostori.* Vid. supra X, 1, 11, not. *cc.* Böcking. ad Not. Or. p. 465, n. 31 impr. Go. cj. Apud Ri*. deest *Oct.* p) Aur. Lugd. *Cons.* q) Propter emendatam inscriptionem c. 14 h. t. Go. rep. vult *Iidem AAA.* Vid. not. *m.* r) Cum literis *sessore* incipit

susceptor accipiat, laridi vero et vini vicesimam consequatur. *PP. VII. Id. Ian. Sabariae, Valentiniano NB. P.*[rr] *et Victore Coss.* (369.)

16. *Iidem AAA. ad Chilonem.* ....[s] Frumenta, quae horreis inferuntur, pro illationis modo illico apocharum cautionibus annotentur. Non autem oportet in horreis fiscalibus nisi fiscalia frumenta constitui. *Dat. V. Id. April. Treviris, post cons.*[t] *Gratiani A. III. et Equitii*[u] *V. C.* (375.)

17. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.*[v] *Have*[x] *Hypati*[y] *karissime nobis.* Unus posthac in una dioecesi auri vel argenti susceptor ne sit; nec diu penes[z] ipsos susceptores maneat facta collatio, sed statim, quodcunque a provincialibus fuerit exsolutum, sacris thesauris inferatur. *Dat. III. Kal.*) Maii Constantinopoli, post cons. Antonii et Syagrii*[a]. (383.)

18. *Iidem AAA.*[aa] *Flaviano Proconsuli Asiae*[b]. Quisquis posthac, quem exactionis vel susceptionis provincia manet, non specialiter et quid, et in qua specie, et ex quibus titulis, et pro qua indictione videatur accepisse rescripserit, quadrupli eius rei, quam debitor dedisse se dicit, illatione mulctetur. [c] Officium quoque, nisi ad fraudes, si forte deinceps iteratae fuerint, detegendas tale commissum et inquisitione subiaceat[d]. *Dat. VI. Id. Maii Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.*[e] (383.)

19. *Iidem*[f] *AAA.*[g] *Postumiano Pf. P.* In singulis stationibus et mensurae et pondera publice collocentur, ut fraudare cupientibus fraudandi[h] adimant potestatem. *Dat. V. Non. Oct. Merobaude II. et Saturnino Coss.*[i] (383.)

20. *Iidem AAA.*[k] *Cynegio Pf. P.* Exactores vel susceptores[l] in celeberrimo coetu curiae, consensu[m] et iudicio[n] omnium, sub actorum[o] testificatione firmentur, provinciarumque[p] rectoribus[q] eorum nomina, qui[r] ad publici munus officii editi[s] atque obligati[t] fuerint, innotescant. Et animadvertant[u], quicunque nominaverint[v], ad discrimen suum universa, quae illi[x] gesserint, redundare. *Dat. VI.*[y] *Kal. Nov. Constantinopoli, Honorio NB. P.*[z] *et Evodio*[a] *Coss.* (386.)

— c. 16. Cod. Iust. X, 70, 6. — c. 17. Cod. Iust. X, 70, 7 om. pr. Bas. LVI, 5, 1(?). — c. 18 indigitatur supr. XI, 1, 19, ubi cf. not. *f.* Ed. Th. cap. CXLIV. — c. 19 sec. Go. concordat c. 21 h. t. Cf. Ed. Th. cap. CXLIX. — c. 20. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. c. 20. Br. Al. eiusque codd. Sich. c. 1. Cod. Iust. X, 70, 8. Integra cum interpr. est in codd. 6, 7, 9—12, 14—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47; inscr. et textus in codd. 24, 30, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44. De codd. 8, 13 vid. supr. XII, 1, 12, not. sup. et de cod. 31 huius tit. not. sup. Cf. Ed. Th. cap. CXLIX.

fol. 279[a] cod. 4. Aur. Lugd. *recipiat.* Mox 4, Til. — Ri*. *vicensimam.* rr) Go. om. *NB. P.* Ri*. *Sabaria.* s) Dignitas deest in cod. 4 et in edd. Sec. Go. et Be. Chilo erat Proconsul Africae. Vid. infr. XIII, 6, 7. Cod. Iust. *Imppp. Valent. Valens et Grat. AAA. Probo P. P.* Alium igitur magistratum habet Cod. Iust. atque C. Th. t) Go. *post consilium*, mendose et impr. Rel. 1. c. p. 450. Cod. Iust. *Treveris.* u) 4, Til. — Ri*. *Equiti.* v) Be., quia Arcadius iam XVI. Kal. Febr. his coss. Augustus creatus est, h. et sq. c. addi vult *et Arcad. A.*, sed Cod. Iust. consentit cum C. Th. x) Cui. 1 *Hane.* 4, Cui. 2 — Ri*. *Habe.* y) Aur. Lugd. *Hipati.* Cui. 2, 2*. Go. *HypatI.* Go. Hypatium praefectum augustalem fuisse putat, Rein. praefectum praetorio. z) Cum vv. *Diu minime penes* incip. c. 7 Cod. Iust. cit. Aur. Lugd. *suceptores.* *) Mendose Cui. 2, 2* *III. Id. Kal.* a) 4, Til. Cui. 1 *Antoni et Syagri.* Aur. Lugd. *Antonij et Syagri.* Cui. 2—Ri*. *AntonI et SyagrI.* Cod. Iust. *Antonini.* aa) Vid. not. *v* antec. Til. *AA.* b) Vales. vult *Africae.* c) Fol. 279[b] cod. 4. d) Ita 4, edd. Locum corruptum Go. ita restituit: „*Et Officium quoque, si ad fraudes, si forte deinceps iteratae fuerint, detegendas ob tale commissum et* (id est, etiam) *inquisitioni subiaceat.*" Ad haec Ri.: „Certe, inquit, hic Maruillius incuriosius inspexit Schedas Nostri, ridicula enim haec est restitutio. Quid verba velint, facile quis assequi potest, sed a Quaestore in ipsa Constitutione quo scripta sint ordine, diuinare hic difficile. Forte legendum, *officium quoque, segne ad fraudes* (*si forte deinceps iteratae fuerint,*) *detegendas, ob tale commissum inquisitioni subiaceat.*" Be. rep. *deteg. fecerit, ob tale c. et inquisitioni.* Displicet mihi apud Ri. v. *segne* et ap. Be. v. *fecerit.* Sine dubio librarius cod. 4 post *detegendas* omisit versum, quem sic restituo: *diligentiā debitā adhibuerit, poene* (s. *multe*) *ob.* Conveniunt haec cum numero literarum, ex quibus in cod. 4 singuli versus constant (*Officium quoque, nisi ad fraudes, si forte deinceps iteratae fuerint, detegendas diligentiam debitam adhibuerit, poenae* (s. *mulctae*) *ob tale commissum et inquisitioni subiaceat*). e) Aur. Lugd. *Cons.* f) Be. et h. et sq. c. inscribi vult *Imppp. Valent. Theod. et Arcad.* Etenim Gratianus occisus est his coss. VIII. Kal. Sept. Be. cj. adversantur Br. Al. codd. et Sich., qui in sq. c. habent *Imppp. Gratianus Valentinianus* (s. *Valens*) *et Theodosius AAA.* g) 4 add. *ad.* Idem paullo infr. *publicae*, sed corr. *publice.* h) Mendose Cui. 2, 2*. Go. *fraudendi.* i) Cui. 2 — Ri*. *Cons.* k) Vid. c. 19 h. t., not. *f.* Br. Al. codd. et Sich. nomina imperatorum habent, sed 20 *Valens* pro *Valentin.*, et pro *Theod.* Sich. in m. *Valens.* Nonn. codd. *Valentinus* aut *Theud.* 16 om. *Grat.* et 21 *Cynegio Pf. P.* Pro *Cynegio* nonn. codd. habent *Cinegio* s. *Cinigio* et *Pfū* s. *PU* pro *Pf. P.* 39 *Chinidio.* l) Sich. *Susceptores et Arcarii.* 21 om. *E. v. susc.* m) 21 *et consensu.* Sich. *et consessu.* 9 *consensum.* n) 9 *iudicium.* 12 om. *et iudicio.* 20 *iudicum.* o) 10, 18 *sub auctorum.* p) 20 *provinciarumquoque.* q) 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. (except. Cui.) *rectores.* 6, 7, 14, 16, 17 *rectorum omnia qui.* Rell. codd. Sich. Be. *rectoribus eorum nomina*, quam scripturam Go. hortante Be. recte rep. ex cod. 20 et ex Sich. Interpr. *iudicibus innotescant.* r) 9, 10, 18 *quia publ.* Cod. Iust. *publicum.* s) Cui. 2 — Ri. et Be. *dediti*; sed omnes codd. Sich. — Lugd. Cod. Iust. *editi* (6, 7, 14 *aediti*), impr. quidem Go., sed tamen apta sententia. Ri*. *debiti.* t) 11 *at qđ obl.* 20 supr. lin. *atque oblati.* u) 14 *advertant.* 11 om. *et animadvertant.* v) 6, 7, 10, 12, 16—18 *noverint.* x) Nonn. codd. *universaq*;. 16 *illis.* Go. *redundare* explicat *redundatura.* y) 33, 34 *III.* L. R. U. *Sept.* pro *Nov.* et Go. *Constantino* pro *Constantinop.* z) 4 *n̄p.* 11 *VIIII.* 20 *nup̄.* et super lin. *nono p̄fecto.* Nonn. codd. *nob.* 40 *nebī.* 33, 34 om. *Hon.*, 28, 36, 40 *Hon. NB. P.* et 15 *NB. P.* a)

Interpretatio. [b] *Exactores et susceptores* [c] *publicae functionis non secretim, sed publice praesentibus aliis curialibus vel populo* [d] *necessitates agendas expediendasque suscipiant: et qui nominati vel electi fuerint, iudicibus innotescant: scituris his* [e], *qui de electione* [f] *talium fuerint* [g] *apud acta professi, quod, si quid* [h] *everterint, ad eorum, a* [i] *quibus electi sunt, dispendium pertinebit.*

21. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio Pf. P.* Modios aeneos seu [k] lapideos cum sextariis atque ponderibus per mansiones singulasque [l] civitates iussimus*) collocari, ut unusquisque tributarius [m], sub oculis constitutis rerum omnium modis [n], sciat, quid debeat susceptoribus dare; ita ut, si quis susceptorum conditorum modiorum sextariorumque vel ponderum normam putaverit excedendam, poenam se sciat competentem esse subiturum. §. 1. Et summotis, quae contra utilitatem populorum omnium hactenus gesta sunt, frumenti quinquagesimas, hordei quadragesimas, vini et laridi vicesimas susceptoribus dari praecipimus. Humanitatis autem necessitate commoniti, susceptoribus in Armeniae susceptionibus, longinquitatis caussa [o], frumenti et hordei quadragesimas, vini et laridi quintas decimas dari praecipimus. *Dat. IV.* [p] *Kal. Dec. Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio* [q] *V. C. Coss.* (386.)

22. *Iidem AAA.* [r] *ad Paullinum* [s] *Praefectum augustalem.* Non perpetui exactores in continuata vexandorum provincialium potestate [t], veluti concussionum [u] dominatione [v], teneantur, sed per annos singulos iudiciaria sedulitate mutentur [x], nisi aut consuetudo [y] civitatis aut raritas [z] ordinis eos per biennium esse compellat. [a] Quod nisi factum*) fuerit, scias, te et officium tuum non minus mulcta quam gravi poena [b] esse plectendum [c]. *Dat. prid.* [d] *Kal. Dec. Constantinopoli, Honorio NB. P.* [e] *et Evodio* [f] *V. C.* [g] *Coss.* (386.)

Interpretatio. *Lex ista hoc iubet* [h], *non debere exactores, qui uno anno exegerint* [i], *secundi anni exactionem suscipere, et possessores superflua* [k] *exactione**) *vexare* [l]. *Sed hoc observari debere, ut annis singulis iudiciaria electione mutentur, nisi forte aut consuetudo civitatis aut raritas* [m] *curialium per biennium eos exactores esse compellat. Aliter enim si factum fuerit, et iudicem et officium suum mulcta pariter et gravis poena* [n] *constringat.*

— c. 21. Cod. Iust. X, 70, 9. Bas. LVI, 11, 9. Vid. supr. XII, 3, 1, not. sup., not. *d* et c. 19 h. t., not. sup. — c. 22. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 22. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 2. Cod. Iust. X, 70, 4 mut. Vid. c. 11 h. t., not. sup. et not. *s.* Integra cum interpr. est in codd. 6, 7, 9—12, 14—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 46, 48 (in cod. 48 interpr. integra post XII, 1, 12 et sola particula post Paullum V, 6, 10); inscr. et textus in codd. 24, 30, 35, 39, 43; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38, 40, 42, 44. De codd. 8, 13 vid. supr. XII, 1, 12, not. sup. et infra not. *a*; de cod. 31 h. tit. not. sup.

4 *Euuodio.* 6, 7, 10, 11, 16, 18, 28, 36, 40, Sich. in m. *Theodosio s. Theudosio s. Teodosio* pro *Evodio.* In c. sq. add. *V. C.* Nonn. codd. om. *Coss.* Aur. Lugd. *Cons.* b) 11 add. *Lex ista hoc dicit.* c) 43 *susceptoribus.* 20 *E. et s. qui publicas functiones non secrete.* 10, 18, 43, alii *secretae.* 44 *secreta.* d) 7, 10, 18 *perpetuo*; a rec. man. in cod. 7 rep. *populo.* 43 *necessitatis a. excipiendasq.* 11 *expediandasque.* 20 supra lin. add. *suscipiant si.* e) 6, 7 *scitoris his.* 43 *et sc. his.* 20 *et soturis*, sed supra lin. *scituris.* f) 9 *qui declinatione.* g) 11 *fuerit.* h) 11 *si quis.* 21 *si qui deverterint.* i) 6, 7 om. *a.* Mox literae *tinebit* vocis *pertinebit* erasae sunt in cod. 11. k) Cod. Iust. *vel.* l) Ita Be. ex Cod. Iust. 4 *singulasquasque*, sed Til.—Ri*. *singulas, quasque.* Go. Be. cj. *et singulas quasque.* *) Fol. 280 [a] cod. 4. m) In cod. 4 propter malam membranae conditionem ulitmae h. v literae legi nequeunt. Til.—Ri*. *tributariis.* Rein. Go. ex Cod. Iust. rep. volunt *tributarius*, quod Be. rec., recte. Si in cod. 4 scriptum erat *tributariis*, fortasse leg. *unusquisque e tributariis.* n) 4, Til. — Ri*. *modi.* Rein. Go. ex Cod. Iust. rep. iubent *modis.* Be., Go. secutus, edid. *modis*, recte. Cui. in Cod. Iust. *modiis.* o) Cod. Iust. *commoti, in Armeniae partibus susceptoribus long.* Ceterum 4, Til. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *quinquagensimas* et *quadragensimas.* 4, Til. — Ri*. *vicensimas* et 4 *actenus — precipimus — ordei quadragensimas.* p) Aur. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *III.*, err. Vid. supra XII, 3, 1, not. *d.* q) 4 $\overline{np}$ *et Euuodio.* Aur. Lugd. *Cons.* r) Br. Al. codd. et Sich. *Imppp. Valentinianus Theodosius et Arcadius*, sed nonn. codd. *Theud.*, alii *Archadius.* 16 *Valentinus* et 20 *Valens.* s) 15 *AAA. Paulino.* 25 *ad populum* $\overline{p}$*fl.* 4, 6, 7 et multi alii Br. Al. codd. edd. *Paulinum.* 20 *Paulinum Philippum augustalem.* 28, 34, 36, 40, 42 om. *aug.* t) 4 *potestatem*, rubro col. em. *potestate.* 25 *potestatem velut.* u) 9, 20, 25 *concessionum.* 11 *concussorum concessionum.* v) 6, 7, 10, 16—18, 20, 21, Sich. *nominatione.* 15 *d̄natione.* 9 *teneatur.* x) 11 *sed utilitatem utentur.* 14 *sedulitatem utentur.* 20 *sedutilitate multentur*, sed supr. lin. *sedulitate mutentur.* 21 *utentur.* y) Fol. 280 [b] cod. 4. 12 *nisi hoc c.* z) Cod. Iust. *auctoritas.* Cui. in Comm. l. c. p. 329 emend. *raritas.* Graeci τὸ σπάνιον. Etiam 20 *auctoritas*, supr. lin. *aut raritas.* a) Hinc iterum incipit cod. 13 fol. 74. Seqq. des. in Cod. Iust. Vid. c. 11 h. t., not. *s.* *) Aur. Lugd. *factam.* b) 6 *multa quam nobis vi poenae.* 10, 18 *multa quam nobis vi poena.* 16 *multa quam nobis sub poena.* 11 *multā.* Cave ne *multa*, ut scribunt edd., hic accipias pro *magna*, quod video viro docto cuidam placuisse. c) Ita 4, 9, 12, 13, 15, 25, Til. — Lugd. 20 *esse poena plectendam*, supr. lin. *plectendum.* 6, 7, 10, 14, 16—18, 21, Sich. Ri*. *plectendos.* 11, Cui. 2, 2*. Go. Ri. et Be. *compellendum.* d) 15, 32 *II.* 13 *III.* 20 om. *prid.* e) 4 $\overline{np}$. 11 *Hon. VIIII.* 43 *nob* pro *NB. P.* 15 *Hon. aug. et.* 14, 20, 34 om. *NB. P.* et 28, 36, 40 *Hon. NB. P. et.* f) 4, 42 *Euuodio.* 11 *Theod.* 14 *Theodos.* g) 11 $\overline{vicr}$. 33 $\overline{vic}$. 4, 6, 7, 9, 10, 13—15, 18, 20, 21, 24, 32, 38—40, Sich. — Lugd. Cod. Iust. (vid. c. 11 h. t., not. *s*) om. *V. C.* Aur. Lugd. *Cons.* In nonn. codd. deest *Coss.* h) 11 *dicit.* i) Nonn. codd. *exigerit.* 20 *exigerint.* k) 21 om. *exactionem — superflua.* *) 11 *exactione — exactionem.* l) 43 *versari.* Mox 11, 20, 43 *observare.* m) 20 ut supra not. *z.* n) Vv. *mulcta p. et gr. p.* abrasa sunt

23. *Iidem AAA.*[o] *Cynegio Pf. P.* Susceptores praesentibus defensoribus et modum iugationis possessorum et species singulas vel[p] earum[pp] numerum quantitatemque perscribant[q]. *Dat. IV. Kal. Dec. Constantinopoli, Timasio et Promoto Coss.*[r] (389.)

24. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Senatum et Populum. Post alia:* Susceptores[s] canonis horreorumque praepositi singulis annis, audiente viro spectabili vicario et praefecto annonae, expensionem susceptarum specierum probare cogantur; ita ut, si qui eorum idonei probabuntur, quinquennio in huius officii statione permaneant, et electi deinceps de curiis memorato muneri surrogentur etc. *Dat. XII.*[t] *Kal. Maii Mediolano, Caesario et Attico Coss.*[u] (397.)

25. *Iidem AA. Firmino Comiti R. P.* Palatinum iubemus procurare officium, ut nullus praepositurae[v] vel cuiuscunque susceptionis subeat munus ante, quam iuxta legem[x] divae memoriae Gratiani et susceptorum substantiae et fideiussorum facultates, diligenti descriptione collectae, ad eiusdem officii[y] notitiam perferantur: cessante responso, quod per surreptionem in aerarii nostri dispendium elicitum est. *Dat. XV. Kal. April. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.*[z] (399.)

26. *Iidem AA.*[a] *Benigno Vicario urbis Romae.* Securitates semel publicatas et gestis lectas vini[b] susceptoribus imputari, et coeptam arcae discussionem[c] volumus in apertum quaesita ratione deduci, et omnes publicas securitates, quae gestis*) tenentur, a susceptoribus ferri accepto[d]. *Dat. VI. Id. Iun. Mediolano, Stilicone*[e] *et Aureliano Coss.* (400.)

27. *Iidem AA. Pompeiano*[f] *suo salutem.* Ne fraude susceptorum, dum subducunt eos, qui apochas scripserunt, denuo soluta poscantur, manifeste sancimus, ut periculo totius corporis intra ipsam indictionem mutare eos non liceat, a quibus emissae sunt securitates, nisi falsitatis arguantur, et plurima[g] improbare non audeant. §. 1. Item tabularios quadrimenstruos breves*) publicari iubemus, ut, si iisdem[h] relatae securitates fideliter continent debitum, duplex[i] non teneat exactio. §. 2. Si autem aliquid a susceptore vel tabulario fraudis[k] admissum, et[l] possessor deprehendat, nemo eorum semel in interversione[m] convictus id rursus officium gerat, in quo ante decoxit, etsi rescriptum nostrum elicitum clandestina supplicatione detulerit[n]. *Dat. prid. Kal. Ian.*[o] *Mediolano, Stilicone*[p] *et Aureliano Coss.*[q] (400.)

28. *Iidem AA. Pompeiano Proconsuli Africae.* Si apochae ad susceptores nomine militum deferantur, nihil ex ea pecunia intra provinciam tibi creditam prorogetur; quam sub testificatione gestorum ad instructionem provinciae Numidiae vel Mauritaniae[r] oportet integram pervenire, ut illic devotissimus miles emolumenta sibi debita ex integro consequatur. Si quis autem post interdictum mansuetudinis nostrae apochas putaverit esse deferendas,

— c. 23. Cod. Iust. X, 70, 10. — c. 24 coniungenda est cum c. 12, 13 C. Th. de Senat. (VI, 2), c. 31 C. Th. de Praetoribus (VI, 4), c. 27 C. Th. de Navicularíis (XIII, 5), c. 5 C. Th. de Naufragiis (XIII, 9), c. 3 C. Th. de Can. frum. urb. Rom. (XIV, 15), c. 3 Cod. Iust. Quae res venire n. p. (IV, 40). Summ. C. Th.: „*Sextae* (l. *Septimae*) *similis.*“ — c. 26. Cf. supra XI, 26, 2. Cod. Iust. X, 70, 11. — c. 27 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Off. procons. (I, 12), c. 3 C. Th. de Concuss. advoc. (VIII, 10), c. 2 C. Th. ad L. Iuliam de ambitu (IX, 26), c. 28 C. Th. de Annona et trib. (XI, 1) et sec. Go. cum c. 60 C. Th. de Appell. (XI, 30), c. 166 C. Th. de Decur. (XII, 1), c. 18 C. Th. de Lustrali coll. (XIII, 1). Cod. Iust. X, 70, 12 prior. part. om. Bas. LVI, 11, 12. Vid. supr. XI, 1, 15, not. sup. — c. 28 Go. fugitivam esse putat et ponendam in tit. de Erogat. milit. ann. (VII, 4). Vid. supr. VIII, 5, 63, not. sup.

in cod. 11. o) Vid. supra VIII, 4, 17, not. *e*. p) Go.: „*Vel*, pro: *et*: vel γρ. *ut et.*“ pp) Cod. Iust. *eorum.* q) Cod. Iust. *describant* vel *praescribant*, ut Cui. Summ. C. Th. *praescribere.* r) Aur. Lugd. *Cons.* s) 4 *Susceptoris*, rubro col. em. *Susceptores.* t) Recte Go. ex legibus cum h. c. coniungendis em. *XVII.* u) Aur. Lugd. *Cons.* v) Cum literis *positurae* incipit fol. 281[a] cod. 4. x) Hanc legem Go. dicit ad nos non pervenisse. y) 4 *collecte* — *offici*, rubro col. em. *officii.* z) 4 *Coss.* a) Cod. Iust. imperatorum nomina ponit. b) 4 *uini*; a sec. manu corr. *binis.* Til. — Ri*. Summ. C. Th. *binis.* Be., auct. Go., ex Cod. Iust. edid. *vini*, recte. Vid. infra XIV, 4, 4, XIV, 6, 3 et ibi Go. comm., Symmachi Epist. VII, 95, IX, 121, X, 42 et 47, Ed. Apronianum (ap. Spangenberg. Monument. Legal. p. 293). Commemoratur praeterea in Notitia imp. occid. Rationalis vinorum sub dispositione viri ill. Praefecti urbis Romae. Be. dicit: „Sed et hoc (*binis*) fort. defendi ex illis legg. possit, quae plures in singulis provinciis esse susceptores iubent.“ Intelligit Be. c. 17 h. t.; nam c. 30 h. t. post h. c. data est. Eandem legem videtur is, qui in cod. 4 corr. *binis*, in mente habuisse. Verum enim vero c. 17 loquitur de susceptoribus auri et argenti, quorum hic non fit mentio, et Orientem spectat, non Romam. Habet etiam cod. 4 *uini* convenienter cum Cod. Iust., et quamquam a posteriore manu corr. est *binis*, tamen propter codicum consonantiam et propter rell. locos de suscipiendo vino prolatos, persistendum esse iudico in scriptura *vini*. Neque *binis susceptoribus* videtur aptam sententiam habere. Cur tandem binis susceptoribus securitates imputare? Suntne singulae apochae una utrique susceptori scribendae? Non sunt. Singuli singulas emiserunt apochas. Duo autem voluit imperator in una dioecesi esse susceptores, quia unus solus propter ambitum dioeceseos gravissimo muneri, quae erat susceptio auri et argenti, administrando par non erat. c) Cod. Iust. *mercedis discussionem.* *) Go. *quà gestis.* d) Cod. Iust. *accepto ferri.* e) 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. *Stilichone* et hic et in c. sq. Cod. Iust. *Mediolani.* f) Go. Be. *Proconsuli Africae* ex Cod. Iust., ubi om. *suo salutem*, rep. volunt; recte. Vid. leges cum h. c. coniungendas et c. sq. h. t. g) Cum literis *rima* inc. fol. 281[b] cod. 4. *) Cf. lib. XI. tit. XXV. h) 4, Til. — Ri*. *hisdem* et 4 *relate.* i) Til. Cui. 1 *debitum duplex non.* Cui. 2, 2* *debitum duplex, non.* Go. *debitum, duplex, non.* k) Cum vv. *Si aliquid a s. vel a tabulario fraudis* inc. c. 12 Cod. Iust. 4 *faudis.* l) Cod. Iust. *adm. esse*, bene. m) Cod. Iust. *de interversione.* n) Cod. Iust. *intulerit.* o) Vid. supr. VIII, 10, 3, not. *r*. Cod. Iust. *Mediolani.* p) Vid. not. *e* antec. q) Aur. Lugd. *Cons.* r) 4

inaniter eas sciat esse delatas, nec[s] in acceptum ei, qui susceperit, referendum. *Dat. IV. Kal. Mart. Mediolano, post cons.*[t] *Stiliconis*[u] *et Aureliani VV. CC.* (401.)

29. *Iidem AA. et Theodosius A. Septimino Proconsuli Africae.* Dudum praecepimus[v], ut ex corpore negotiatorum ad suscipiendam tuendamque aurariae*) nostrae rationem apponeretur idoneus, qui tamen fide omnium et periculo fuisset**) electus. Et nunc, eadem renovantes[x], ex negotiatorum sive quolibet alio corpore ad suscipiendam arcae rationem idoneum apponi praecipimus, ea duntaxat conditione servata, ut tam de suis quam officii sui facultatibus iudices noverint eruendum, si quid ille ex commissa sibi ratione crediderit usurpandum. *Dat. X. Kal. Mart. Ravenna, Theodosio A. I. et Rumorido Coss.*[y] (403.)

30. *Iidem AAA.**) *Lucio Comiti S. L.* Duos tabularios[z] et susceptores totidem per universas provincias oportere constitui, clementia nostra praecepit. Super hoc autem admonuimus et praetorianam amplissimam praefecturam, quo sciret, eos, qui[a] aurum largitionale[b] susceperunt, nihil cum arcae ratiociniis[c] habere commune, iudices autem provinciarum quinque libris auri mulctandos et primates officiorum capitali poena plectendos, si hoc vel in praesenti non fuerit custoditum vel postea commutatum[d]. *Dat. VI. Kal. Febr. Basso et Philippo Coss.* (408.)

31. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Euchario suo salutem*[e]. Humilibus[f] officiis aut extraordinariis oneribus occupari curiales non patimur, ne publica vacillet utilitas. Susceptionem[ff] itaque vestium[g] aequius est ab officio proconsulari vel ab his, qui in eodem meruerunt, solenniter procurari. Horum namque interest huius modi explorare rationem et quaerere qualitatem eorum[h], quorum ad contuendum[i] cura commodior est. Neque enim aequum est, ut ad officium lucella[ii], ad curialem susceptionis tantum damna pertineant. Hanc igitur ab ordinibus iniuriam summovemus, exceptis his, si qui curialium officio memorato aut militasse aut militare fuerit deprehensus[k]. *Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.*[l] (412.)

32. *Impp. Theodosius et Valentinianus**) *AA. Volusiano Pf. P. Post alia:* Aurum sive argentum quodcunque[m] a possessore[n] confertur, arcarius vel susceptor accipiat, ita ut provinciae moderator eiusque officium ad crimen[o] suum noverit pertinere, si possessoribus ullum fuerit ex aliqua ponderum iniquitate illatum dispendium. §. 1. Possessori sane securitatem sub designatione titulorum arcarius vel susceptor emittat[p]; et quicquid ex provinciis ad nostrum dirigetur[q] aerarium, id non solum ad illustres viros aerarii nostri comites, sed etiam ad eminentiam tuam pari relatione deferatur[r]. §. 2. Contra haec nostra si quisquam[s] vetito ausu palatinus audebit, licebit provinciae moderatori, eundem correptum ad sublimitatis tuae iudicium sub prosecutione dirigere, licebit provinciali, etsi probatur obnoxius, palatini, contra vetitum exactionem sibi vindicantis, temeritatem legitime repellere. Quam si provincialis pulsare nequiverit, et delata ad illustres viros aerarii comites querimonia, impediente palatino officio, non meruerit ul-

---

— c. 30. Cod. Iust. X, 70, 13. — c. 31 coniungenda est cum c. 9 C. Th. de Curiosis (VI, 29), c. 23 C. Th. de Cohortal. (VIII, 4), c. 32 C. Th. de Annon. et trib. (XI, 1), c. 19—21 C. Th. de Exaction. (XI, 7). Cod. Iust. X, 70, 14. Cf. Cui. Observ. II, 8. — c. 32 coniungenda est cum c. 35 C. Th. de Annon. et trib. (XI, 1), ubi vid. not. *s*. Cod. Iust. X, 70, 15 multis om. et XII, 61, 5 mut.

Mauretaniae. Go. *vel* pro *et* accipit. s) Fol. 282[a] cod. 4. t) 4 *cons̄.* Til. *cōs.* Cui. 1 — Cui. 2* *cons.* s. *Cons.* Go. — Be. *Consul.* s. *consul.* u) 4, Til. — Ri*. *Stilichonis.* v) 4, Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. Ri*. *praecipimus.* Rubro col. in cod. 4 corr. *praecepimus*, et ita habent Til. Go. Be., recte. Vide c. 17 C. Th. de Lustrali coll. (XIII, 1). *) i. e. aurariae pensionis, functionis, lustralis collationis. **) Err. Ri*. *fuisse.* x) Go. impr. eos, qui rep. *revocantes.* y) Go. in Chronol. *Dat. XV.* Aur. Lugd. *Cons.* *) Cod. Iust. *Iidem AA.*, i. e. Arcad. et Honor., sed Cui. add. *et Theodos. A.* z) In Cod. Iust. add. *seu numerarios.* Cf. Cui. l. c. pag. 331 et Go. in comment. h. c. a) Cui. 2, 2* *praecipit.* Cod. Iust. *praecepit* (des. intermedia verba). *Scire autem volumus, Praetorianam amplissimam Praefecturam, eos, qui.* b) 4, Til. — Ri*. *largitione.* Be. iubente Go. edid. ex Cod. Iust. *largitionale*, et hoc iam voluit Rein. Vid. c. 12 h. t., not. *x.* c) Cum literis *niis* incipit fol. 282[b] cod. 4, in cuius ima parte est signum quatern. *AZ.* d) Contractius Cod. Iust. *plectendos, si hoc non fuerit custoditum.* Infra Aur. Lugd. *Cons.* e) Cod. Iust. om. *suo salutem.* Add. ex c. cum hac c. coniungendis *Proconsuli Africae.* f) Cod. Iust. *Humilioribus*; mox 4 *vaccillet.* ff) Cod. Iust. *Susceptorem.* g) Go.: „*Militarium.*“ h) Ita etiam Cod. Iust.; Go. vult *earum*, vestium scil., recte. Videtur igitur error iam in C. Th. fuisse. i) Cod. Iust. *quorum ad constituendum commodior cura est*, impr. Cui. et Go. Cui. in Obs. II, 8 cj. *consuendum* (explorare rationem vestium, et quaerere qualitatem eorum, qui consuendis vestibus operam commodius daturi sunt), improb. Go., qui *contueri* explicat inspicere, explorare. Mox 4 *equum.* ii) Cod. Iust. *lucra.* Go. om. *ad* ante v. *Curialem.* k) Cod. Iust. *exceptis his, qui curialium in officio memorato — fuerint deprehensi.* l) Aur. Lugd. *Cons.* 4 *Theodosius*, rubro col. em. *Theodosio.* *) c. 5 Cod. Iust. cit. *Impp. Honor. et Theodos.*, recte impr. Go. et Spang. Eadem om. *Post alia.* m) Ita Be. auct. Go. ex Cod. Iust.; 4, Til.—Ri*. *cumque.* Quod praeterea Go. cj. *quandocunque*, arg. c. 2 h. t., c. 35 cit. et c. 3 C. Th. de Collatione fundor. (XI, 19), id mihi videtur minus aptum esse. n) Cum literis *sessore* inc. fol. 283[a] cod. 4. o) Go. in ann.: „Et discrimen.“ p) In Cod. Iust. c. 15 om. *Possessori — emittat.* q) Cod. Iust. c. 15 *dirigitur.* r) Cod. Iust. c. 15 desin. cum vv. *id ad illustres viros aerarii nostri Comites relatione deferatur.* Cui. in Comm. l. c. pag. 332: „Probo, inquit, quod adiicitur in codice Theodosii, *Et ad eminentiam tuam*, id est, ad praef. praetorio, propter ante habitam de arcariis mentionem.“ s) Ita etiam Cod. Iust.; sed Cui. in Cod. Iust. edid. et Go. cj. *quicquam*, sine necess. Cf. XI, 16, 20 *Quisquis igitur iudicum*

tionem, tunc demum licebit magnificentiae tuae, possessorum querelas et probata apud se dispendia vindicare[t]. *Dat. III.*[u] *Kal. Mart. Ravenna, post cons. Felicis et Tauri VV. CC.* (429.)

33. *Iidem AA. Theodosio Pf. P.* A Byzacena[v] provincia dudum impetratum fuisse comperimus, ut urbium suariorum[x] curiales horreorum custodiam curamque susciperent; ideoque sancimus, proconsularis provinciae horreis non praefici principalem. *Dat. XV. Kal. Mart. Ravenna, Theodosio*[y] *XIII. et Valentiniano V.*[z] *AA. Coss.* (430.)

TIT. VII. DE PONDERATORIBUS ET AURI ILLATIONE.

1. *Imp. Constantinus A. ad Eufrasium**) *Rationalem trium provinciarum.* Si quis[a] solidos appendere voluerit auri[b] cocti, septem[c] solidos quaternorum scripulorum nostris vultibus figuratos appendat pro singulis unciis, quatuordecim vero pro duabus, iuxta hanc formam omnem summam debiti[d] illaturus. Eadem ratione servanda, et si[e] materiam quis inferat, ut solidos dedisse videatur. Aurum vero, quod infertur, aequa lance et libramentis paribus suscipiatur[f], scilicet ut duobus digitis summitas[g] lini retineatur, tres reliqui liberi ad susceptorem emineant, nec pondera deprimant[h], nullo examinis libramento servato, nec[hh] aequis[i] ac paribus suspenso statere momentis etc. *PP.*[k] *XIV. Kal. Aug. Paullino*[l] *et Iuliano Coss.*[m] (325.)

2. *Imp.**) *Iulianus A. ad Mamertinum Pf. P.* Emptio venditioque solidorum, quos excidunt, aut deminuunt, aut, ut proprio verbo utar cupiditatis, arrodunt[n], tanquam leves eos vel debiles nonnullis repudiantibus impeditur. Ideoque placet, quem sermo Graecus appellat, per singulas civitates constitui zygostaten[o], qui pro sua fide atque industria neque fallat, neque fallatur, ut ad eius arbitrium atque ad eius fidem, si qua inter vendentem emptoremque in solidis exorta fuerit contentio, dirimatur[p]. *Dat. IX. Kal. Maii Salonae*[q], *Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* (363.)

3. *Impp.**) *Valentinianus et Valens AA. ad Dracontium....*[r] Si quid ex proscriptionibus*) vel condemnationibus deposcitur, si quid ex ceteris titulis, qui annui atque solennes sunt, vel veteres vel recentes, aut[s] peculiaris in singulis, aut certa per paucos, aut uniformis in cunctos cogit indictio, non in materia[ss] conferatur; sed sub conditionalium oculis ac periculis diu multumque flammae edacis examine[t] in ea obryza detinetur[u], quemadmodum pura videatur. *Dat. prid.*[v] *Non. Aug. Nemasia*[x], *post cons.*[y] *Gratiani NB. P. et Dagalaiphi*[z]. (367.)

Tit. VII. Cod. Iust. X, 71. — c. 1 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Suscept. (XII, 6), ubi vid. not. *b.* Cod. Iust. X, 71, 1 mut. Bas. LVI, 5, 1. — c. 2. Cod. Iust. X, 71, 2 mut.

---

contra fecerit. t) c. 5 Cod. Iust. cit. ita scripta est: *Contra nostra praecepta si quisquam vetito ac temerario ausu exactionem audebit, licebit provinciae moderatori eundem — dirigere, et licebit provinciali, si probetur obnoxius executor contra vetitum exactionem sibi vindicans, temeritatem legitime repellere*, et deest subscriptio. u) Vid. c. 35 cit., not. *s.* Cum v. *Mart.* incipit fol. 283[b] cod. 4. Cod. Iust. *Ravennae.* 4 *conss.* v) Ita 4; a librario supr. lin. add. *h* (Byzachena). Til. — Ri*. *Byzachena.* x) Ita 4, edd. In m. Cui. 1 — Cui. 2* ann.: „forte, *ne urbium suarum*,“ impr. Go. in comm. h. c., nisi putemus loco *proconsularis provinciae* legendum esse *consularis provinciae.* Go. Be. em. *suarum*, recte. y) 4 *Theodosius*, rubro col. em. *Theodosio.* z) Recte Go. Be. rep. volunt *III.* Aur. Lugd. *Cons.*

*) 4, edd. *Eufraxium.* a) Edd. *Si quis.* 4 *Si qui*, rubro col. em. *Si quis.* b) 4 *coeti*, rubro col. em. *cocti.* In editionibus ante Be. h. l. ponitur asteriscus (*auri * cocti*), quem Go. del. vult et delet Rein., recte. c) 4 *semptem*, rubro col. em. *septem.* Pancirolus, Variar. I, 66 (p. 127 edit. Lugd. 1617.), quem sequitur Savotus Part. III, c. 17 em. *VI solidos — unciis, XII vero* etc., impr. Go., sed prob. Rein. Hic etiam mutata interpunctione legit: *Si q. s. a. voluerit, auri cocti septem solidos* etc. d) Cui. 2, 2* *dediti*, err., qui in Corr. em. e) Aur. Lugd. *etsi.* f) c. 1 Cod. Iust. ita scripta est: *Aurum, quod infertur a collatoribus, si quis vel solidos voluerit, vel materiam appendere, aeque lance et libramentis paribus suscipiatur.* g) 4 *summittas.* h) Fol. 284[a] cod. 4. Go. in not.: „*deprimat*, Susceptor scil.“ hh) Cironius, Observ. iur. Can. IV, 5 cj. *sed*, recte improb. Go. Refertur enim *nec* ad antecedd. *nec* et *nullo.* i) 4 *equis*, rubro col. em. *aequis.* k) Vid. c. 2 C. Th. cit., not. *b.* Go. eos vituperat, qui h. c. *Antiochiae* datam esse coniiciunt. Constantinum enim hoc tempore in Bithynia fuisse vel *Niceae* vel *Nicomediae.* l) 4, edd. Cod. Iust. *Paulino.* m) Aur. Lugd. *Cons.* *) Ri*. om. *Imp.* n) Go. *abrodunt*, mendose. Vid. supra IX, 22, 1, not. *g.* o) 4 *cygostaten*; pro *c* ponitur *z* a librario. Ri*. et Cod. Iust. *Zygostatem.* p) In Cod. Iust. h. c. in hanc formam mutata est: *Quotiens de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio, placet, quem sermo Graecus Zygostatem appellat, per singulas civitates constitutum, qui pro sua fide, atque industria, neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere.* q) Salonam Dalmatiae urbem habet etiam Cod. Iust. Cum autem Iulianus hoc tempore iam fuerit expeditione occupatus Persica, Go. in Chron. p. LXVI. *Dat.* pro *Reddita* accipit, aut *Sacronae* in Assyria rep. esse putat. Rein. eadem de caussa cj. *Chalanae*, quem locum in Babyloniae partibus quaerit. Winer, Biblisches Realwörterbuch. Leipzig 1833. 8. I, 262. Verior est prior Go. sententia. *) Go. *Imp.* r) Dignitas om. in cod. 4 et in edd. Add. *Vicar. Africae* ex XIII, 6, 4. Obstare videtur c. 16 C. Th. de Annon. (XI, 1) ad eundem Dracontium Nicomediae iisdem coss. data, sed vid. c. 16 cit., not. *h.* *) Go. *prosecutionibus.* s) Go. ann.: „*Aut si quid*,“ quo non opus est. ss) „Non purgata, inquit Go. Nisi malimus hic ita reponere, *hoc in materia.*“ Neque vero muto h. l. t) Fol. 284[b] cod. 4. u) Recte Go. Be. em. *detineatur.* v) *prid.* bis est in cod. 4, sed del. secundo loco rubro col. x) Be. *Nemasiae.* Vid. c. 16 cit., not. *h.* y) 4 *pon conss*, rubro col. em. *post.* Til. — Ri*. *conss.* z) 4 *Dagalaifi oss.* Til. Cui. 1 *Dagalaifi Conss.* Aur. Lugd. *Dagalaifi Cons.* Cui. 2 — Ri*. *Dagalaifi Coss.*

TIT. VIII. DE AURI PUBLICI PROSECUTORIBUS[a].

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* Auri prosecutores[b] partim nulla praemissa, ut assolet, prosecutoria[c] aurum praesumunt[d], partim diutius retentant, quod statim fuerat assignandum. Ideoque censemus, ne quis absque praecepto viri illustris comitis sacrarum largitionum vel coquendum[e] aurum sumat, vel capiat[f] deinceps retinendum. *Dat. XIII.*[g] *Kal. Aug.*[h] *Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*[i] (409.)

TIT. IX. DE HIS, QUAE[k] EX PUBLICA COLLATIONE ILLATA SUNT, NON USURPANDIS.

1. *Imp. Constantinus A.....*[l] Nullus iudicum id*), quod a re publica ex collatione susceperit, mutui interventione opposita vel invadat, vel conetur invadere. *Dat. prid. Non. Mart. Treviris*[m], *Paullino*[n] *et Iuliano Coss.* (325.)

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Have Lampadi*[o] *karissime nobis.* Nullus penitus ex eo, quod refertur in conditis[p], vel in arca continetur, ad[q] quemlibet titulum usurpet, nisi forte praesumendi facultatem sublimium potestatum*) iussione perceperit[r]. *Dat. III. Id. April. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

3. *Impp. Arcadius et Honorius AA.**) *Messalae Pf. P. Post alia:* Sciant iudices, nihil sibi ex privatae rei canone vel eo[s], quod ex iisdem[t] titulis exegerint, ad necessitates alias transferre licere, nisi malint[u], gravissima severitate suam licentiam[v] coerceri. *Dat. XVI.*[x] *Kal. Iun. Mediolano, Theodoro V. C.*[y] *Cos.* (399.)

TIT. X. NE PRAEFECTIANUS EXACTORIS VEL CURIOSI VEL[z] HORREORUM CUSTODIS FUNGATUR[a] OFFICIO.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[b] *ad Zosimum Praesidem Epiri*[c] *novae.* Comperimus[d], imperatoriae iussionis[e] auctoritate neglecta, praefectianos ad perniciem provincialium[f] exitiumque remeasse, et exactionibus in provincia meritis tuis[g] credita vel potius lucris et quaestibus suis contra vetitum laborare, praeterea vel horreorum gerere custodiam, vel curarum ius atque arbitrium sibi praesumere. Horum si quis exsistat, volumus huius auctoritate praecepti in futurum susceptorum officiis eum deputari, deque eius nomine universa clementiae nostrae auribus intimari[h]. *Dat.*

Tit. VIII. Cod. Iust. X, 72. — c. 1 coniungenda est cum c. 33 C. Th. de Navicul. (XIII, 5) et c. 2 Cod. Iust. de Off. civ. iudic. (I, 45). Cod. Iust. X, 72, 1.

Tit. IX. Cod. Iust. X, 73. Vid. supr. X, 24. — c. 1. Cod. Iust. X, 73, 1. — c. 2. Cod. Iust. X, 73, 2. Cf. supra XI, 14, 3. — c. 3. Cod. Iust. X, 73, 3 et XI, 64, 5. Eodem die data est ad Dominatorem Vicar. Afric. c. 35 C. Th. de Haeret. (XVI, 5).

Tit. X. — c. 1. Cod. Iust. XII, 53, 2 mut. In mente habet h. c. Maiorianus in Novell. de Indulgent. reliq. (ed. Berol. p. 1370 sqq.).

---

a) Cod. Iust. *Persecutoribus*, recte improb. Go.; Cui. autem in Cod. Iust. hic et infra edidit *Prosecut.* b) Cod. Iust. *persecutores.* c) Cod. Iust. *persecutoria.* d) Cod. Iust. *praesumunt persequi: partim.* Infra Go. *lagitionum.* e) Go. em. *cogendum*, vituperans eos, qui *coquendum* interpretantur *decoquendum* (vid. c. 9 et 27 de Suscept. (XII, 6) et Cui. l. c. pag. 332), i. e. consumendum, intervertendum sive *purificandum.* Vid. Go. comm. h. c. f) Go. videtur velle *accipiat.* g) *XIV.* c. 33 cit., sed *XIII.* habet Cod. Iust. utroque loco et in c. 1 et in c. 2 cit.; rep. igitur in c. 33 *XIII.* h) Locus deest etiam in Cod. Iust.; rep. ex c. 33 C. Th. et c. 2 Cod. Iust. citt. *Constantinopoli.* i) Annus deest ap. Go.

k) 4 *qui*, rubro col. em. *quae.* l) Deest etiam in Cod. Iust. is, ad quem h. c. data est. Error igitur videtur ipsi Codici Th. insitus esse. Vid. not. *m.* *) Cod. Iust. om. *id.* m) Cod. Iust. *Treveris.* Treviris non fuit hoc anno Constantinus M., verum in Macedonia et in Bithynia. Go. igitur et Bou. l. c. p. 746 habent *Dat.* pro *Reddita*, scil. Pf. P. Galliarum. n) 4, edd. Cod. Iust. *Paulino.* Fol. 285[a] cod. 4. o) Putabat aliquando Go. reponendum esse *Palladi*, cui inscribitur c. 2 et 3 C. Th. de His, qui cum dispens. (X, 24); hunc Lampadium sane alium esse atque eum, qui in Occidente sub Honorio fuit. Vid. c. 11 Cod. Iust. de Vectigalibus (IV, 61), Zosimum in Gestis ann. 408 et 409 lib. V, 29 i. f., VI, 7, Symmachi Epist. VI, 64, VIII, 62, 65, IX, 34. 4 *Habe*, rubro col. em. *Haue.* p) Go. pro *in condita* haec posita esse dicit. Cui. in Comm. l. c. p. 333 *Conditis*, inquit, i. e. horreis. q) 4 *at*, rubro col. em. *ad.* *) Ri*. *potestatem.* r) Rein. em. *acceperit.* Mox in subscr. Cui. 1 *Antonio et et S.* *) Go. *AAA.* s) Cod. Iust. utroque loco *vel ex eo.* t) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* u) 4, Til. — Ri*. *malunt.* c. 5 Cod. Iust. cit. *maluerint.* Be. ex c. 3 Cod. Iust cit. rep. *malint*, melius quam *malunt.* v) In c. 5 Cod. Iust. cit. h. c. hunc in modum scripta est et aucta: *Per omnes provincias patrimonialium fundorum ab ordinariis iudicibus canon exigatur: et quicquid exactum fuerit, dirigatur. Sciant vero memorati iudices — vel ex eo, quod ex iisdem titulis contigerit* (Cui. in Comm. l. c. pag. 406 em. *exegerint*), *ad n. a. transferendum: nisi maluerint gr. severitate eorum licentiam coerceri.* x) c. 5 Cod. Iust. cit. *VI. Kal. Iul.* y) 4, Til. — Lugd. Cod. Iust. om. *V. C.* Aur. Lugd. *Conss.* Cui. 2 — Ri*. *Coss.* Vid. supra I, 5, 12, not. *.

z) 4, Til. Go. — Ri*. om. *vel*, sed add. Go. in annot. a) 4 *fugatur*, ab ant. man. em. *fungatur.* b) Be. add. vult *et Grat. A.*, sed Cod. Iust., ubi *Iidem AA.* (i. e. *Impp. Valent. et Valens AA.*), consentit cum C. Th. Ceterum Cod. Iust. *Zosimo praesidi.* c) 4, Til. — Ri*. *Epyri.* d) 4 *Comperimos*, rubro col. em. *Comperimus.* Vid. Ammian. Marcell. XXX, 5. e) Hanc legem periisse Go. existimat. f) Fol. 285[b] cod. 4. g) 4 *tui*, err. h) In Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *Praefectianos ad perniciem provincialium exactionibus in provinciis, vel potius lucris, et quaestibus suis sese immiscere vetamus: praeterea — vel curiarum* (Cui. *curarum*) *ius — praesumere his de-*

XIV. Kal. Dec. Mediolano, Valentiniano et Valente IV. AA. Coss. (373.)

TIT. XI. DE CURATORIBUS KALENDARII[i] ET FIDEIUSSORIBUS EORUM.

1. *Imp. Constantinus A. Locrio[k] Verino suo salutem.* Apud eos, quos *) superstites integris facultatibus esse pervideris, vel quorum heredes incolumia retinent[l] patrimonia, sortes Kalendarii[ll] perseverare debebunt, ita tamen, ut annuas usuras suis quibusque temporibus exsolvant, cum simul et rei publicae utile sit, retinere idoneos debitores et ipsis commodum[m], cumulum debiti minime nutriri. §. 1. Et[n] quia nefas est, obnoxiis corporibus alienatis circumscribi civitates, placuit, si qui[o] debitor rei publicae civitatis quidpiam ex eo patrimonio, quod habuit, cum pecuniam rei publicae sumeret, donaverit, vel distraxerit, vel qualibet in alium ratione contulerit, qualitate rei alienatae[p] perspecta, atque omnibus debitoris facultatibus consideratis, quas habuit, cum ei pecunia crederetur[q], pro rata ab eo, qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex sorte[r] atque usuris postulari. Itaque quoties minus idoneum deprehenditur eius patrimonium, cuius nomen Kalendario civitatis alicuius invenitur[s] obnoxium, iudex omni diligentiae sollicitudine[t] debebit inquirere, ad quos ex qualibet conditione transierint debitoris[u] facultates, ut singuli aequa aestimatione habita pro rata rerum, quas possident, conveniantur, personalem[v] actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis solventibus liberatur; ab eo autem, a quo constat fortunarum suarum partem maximam recessisse, etiam reliquam portionem, quae apud eum resederit, transferri ad idoneum oportebit. §. 2. Quod si quispiam[x] debitor rei publicae civitatis fisco nostro locum fecerit, emptores quidem, qui ex fisco nostro[y] comparaverint, manifestum est secundum ius vetus et rescripta divorum[z] constitutionesque nostras nullam debere molestiam sustinere[a], cum huius modi casibus rem publicam placuerit fortuita dispendia sustinere; qui vero aliquid ex eiusdem bonis principali liberalitate fuerint consecuti, iuxta legem latam obnoxii erunt rei publicae, habita solidarum facultatum consideratione, quae fuerant[b] debitoris, cum pecuniam rei publicae[bb] sumeret, ut pro rata corporis, quod ex largitate nostra retinent, competentem sortis atque usurarum partem exigantur. §. 3. Quod si quis debitor *) non comparuerit[c], vel certe ita omnia sua[d] consumpserit, ut nemo aliquam rem ex eius bonis possideat, id quoque[e] debitum convenit ad dispendium rei publicae[f] pertinere. Ideoque periculo curatoris Kalendarii[g] et magistratuum et creatorum apud idoneos[h] vel dominos rusticorum praediorum pecunia collocanda est. *PP. III. Kal. Febr. Volusiano[i] et Anniano Coss.* (314.)

2. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Hellenium[k] Vicarium urbis.* Kalendariorum nomen[l] tam oleariae arcae quam frumentariae non multo ante oratio[m] ad senatum missa nascitur antiquas sane igitur[n] ea, quae aboleri ante censuimus, novis calumniarum facibus inardescant, tua providebit instantia. Nos enim, quo sanctius, quae cauta sunt, observentur, viginti librarum auri mulcta iudicem censuimus esse plectendum, ac primates officii capitali coercendos esse sententia. *Dat. Non. Aug. Honorio NB. P. et Evodio[o] Coss.* (386.)

Tit. XI. Cod. Iust. XI, 32. Vid. not. *i.* — c. 1. Cod. Iust. XI, 32, 2, aliis omm. aliis mutt. Vid. c. 2 h. t., not. sup. — c. 2. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*"

---

negamus. Horum si quis praesentis legis temerator existat, volumus eum competenti motu et indignatione percelli.

i) 4, Til. — Lugd. *Kalendariis.* Cod. Iust. tit. XXXII. cit. inscriptum est: *de Debitoribus civitatum.* Eandem rubricam ponendam fuisse dicit Go. in C. Th. pro ea, quam conditores eius posuerunt. Rein.: „*al. de curatore Reip. et discussore pecuniae publicae.*" Vat. fr. §. 128. k) Supra II, 19, 1; infra XIV, 4, 2 *Lucrius Verinus.* Vid. c. 1 cit., not. *y.* Cod. Iust. om. *Locrio* et *suo.* *) Go. om. *quos.* l) Ita 4, Cod. Iust. Edd. *retinere*, sc. *pervideris.* In cod. 4 v. *retinent* clare discernitur, sed fere evanuit; corrector rubro colore superduxit *retinere*, male. ll) Cod. Iust. *reipublicae.* m) Cod. Iust. *ipsis sit commodum.* Go.: „scilicet *sit*, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ." n) Fol. 286[a] cod. 4. Rubro col. in cod. 4 em. *nec fas.* o) Cod. Iust. *si quis.* Go. — Ri*. *debitor Republicae.* p) 4 *alienate*, a libr. corr. *alienatae.* Cui. 2, 2* *alienare.* q) 4 *credideretur*, rubro col. em. *crederetur.* r) 4 *detinent ex orte*, rubro col. corr. *detinet ex sorte.* s) Cod. Iust. *cuius nomen civitati alicui invenitur obnoxium.* t) Cod. Iust. *iudex omni diligentia et sollicitudine.* Go. Ri. *iniquirere.* u) 4 *transierit debitores*, rubro col. rep. *transierint debitoris.* v) Go. *porsonalem*, mendose. x) Fol. 286[b] cod. 4. y) Cod. Iust. *emptores, qui a fisco nostro.* Etiam Go. *ex* interpretatur esse *a.* z) In Cod. Iust. add. *principum*, sed om. ap. Cui. Raro dicuntur imperatores simpliciter *divi.* a) Cod. Iust. om. sqq. usque ad v. *exigantur.* b) 4, Til. — Ri*. *fuerat*, male. Recte Be. rep. *fuerant.* bb) 4 *publice*, rubro col. em. *publicae.* *) Go. *debitores*, err. c) Ita 4, Til. Be. Cod. Iust., recte. Cui. 1 — Ri*. *conparaverit*, inepte, et Rein. Go. em. *conparuerit.* d) Cod. Iust. *omnia sua ita.* e) Cod. Iust. om. *quoque.* f) 4 *publice.* e) 4 *kalendari*, rubro col. em. *kalendarii.* h) Cod. Iust. mutt. vv. *Ideoque cura patris civitatis apud idoneos.* i) Be. addi vult *II.* Go. — Ri*. *Aniano.* k) Fol. 287[a] cod. 4. Ante Aur. Lugd. *Impp.* l) Non vult Go. *nomen* mutari in *nomina.* m) Iam non habetur illa oratio. n) Ita 4, edd., sed Til. — Lugd. *nascitur* * *antiquas* etc. Locus corruptus. In m. Cui. 1 — 2*: „forte, *noscitur antiquasse . ne igitur.*" Id etiam volunt Go. Be.; sed Go. *antiquasse*: *Ne* et Be. *antiquasse. Ne.* Bene se habet, quod coniiciunt. Mihi tamen videtur aliquid, fortasse totus versus excidisse. Lacunam etiam Til. indicavit asterisco. o) 4 *Euuodio.* Aur. Lugd. *Cons.*

TIT. XII. DE LEGATIS ET DECRETIS LEGATIONUM [p].

1. *Impp. Constantinus et Constans AA.* [q] *ad Taurum Pf. P.* In Africanis provinciis universis consiliis [r] liberam tribuo [s] potestatem, ut congruente arbitrio studii condant cuncta decreta, aut commodum quod credunt, consulant sibi, quod sentiunt, eloquantur decretis conditis missisque legatis. Nullus igitur obsistat coetibus dictator, nemo consiliis obloquatur. *Dat.* [t] *Kal. Aug. Mediolano, Arbetione* [u] *et Lolliano Coss.* (355.)

2. [v] *Iidem AA.* [x] *et Iulianus C. Musoniano Pf. P.* Nullus ad gentem Axumitarum et Homerita [y] ire praeceptus ultra annui temporis spatia debet Alexandriae de cetero demorari [z], nec post annum percipere alimonias annonarias. *Dat. XVIII. Kal. Febr. Mediolano, Indictione XV.* [zz] *Constantio A. VIII. et Iuliano C. Coss.* (356.)

3. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum Pf. P.* Provinciales desideriorum suorum decreta, initio apud acta ordinariorum iudicum prosecuti, ad sedis tuae eminentiam mittant, ut impudentior petitio refutetur, aut iustior petita commoda consequatur. Si qua autem eius modi fuerint, quae magnificentiam tuam probabili cunctatione destringant, super his satis erit consuli scientiam nostram, ita ut cunctas petitiones cum literis tuis legatorum unus advectet. *Dat. III.* [a] *Kal. Iun. Serdicae* [b], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

4. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Iuxta legem divi Constantini [c] nihil post tractatum habitum civitatum [d] voluntate mutetur sive mutiletur, sed integre atque illibate [e] civitatum petitiones ad magnificentissimae sedis tuae notitiam perferantur, ut sit examinis [f] tui, quaenam ex [g] his auxilio tuo implenda protinus, quae clementiae nostrae auribus intimanda videantur. *Dat. VII. Id. Sept. Aquileia, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.) [h]

5. *Iidem AA. Victori Duci Aegypti.* Cum legati gentilium venerint, obsignari eorum tabulas oportet, ut ad mansuetudinem nostram fides eorum [i], quae a regulis profectae fuerint, literarum et numerus perferatur [k], ne, per hanc occasionem, etiam addendi in epistolis possit his facultas aperiri. *Dat. V. Kal. Ian. divo Ioviano et Varroniano* [l] *Coss.* (364.)

6. *Iidem AA. et Gratianus A. ad Claudium Proconsulem Africae.* Legati, qui ad comitatum nostrum non cum necessariis desideriis et probabilibus rebus advenerint, cum iniuria sui ad provinciam animalibus propriis revertentur. *Dat. IV. Non. Febr. Treviris, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* (369.)

7. *Imppp.* *) *Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio Pf. P.* Cum desideria sua singulae [m] civitates cupiunt explicare, non viritim legatos mittant ad nostri numinis comitatum, sed tractatu habitoque conventu tres e provincia, qui petitiones advehant, delegentur [n]; mulctae competentis denuntiatione praestrictis his, [o] qui provincias moderantur. *Dat.* [p] *VI. Kal. Aug. Constantinopoli, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

8. *Iidem AAA. ad Severum Pf. U.* [q] Quaecunque civitas legatos ad sacrarium nostrum voluerit ordinare, libera ei tribuatur facultas; ita tamen, ut a te probata

---

Tit. XII. Cod. Iust. X, 63. — c. 1. Vid. c. 5 C. Th. de Offic. praef. praet. (I, 5), not. sup. — c. 2 sec. Go. fugitiva est. Vid. Go. in comm. h. c. — c. 3 fortasse coniungenda est supra V, 13, 14. Vid. infra not. *a.* — c. 4. Cod. Iust. X, 63, 5 om. pr. Vid. infr. not. *f* et c. 12 h. t., not. *k.*

---

p) Cod. Iust. *De Legationibus.* q) Quia Constantinus manifesto librariorum errore scriptus est, Gallus C. autem, qui Constantis nomini hic subest, iam superiori anno caesus, Ri. et Be., deleto Constantis nomine, corr. *Imp. Constantius A.* Etiam Go. em. *Constantius.* Cf. supra I, 5, 5, not. *h.* r) Mallem *conciliis,* nisi sequeretur *consulant sibi* et *consiliis.* Vid. Go. in comm. h. c. Ecce Cui. 2, 2* *conciliis!* s) 4 *trebuo,* a libr. corr. *tribuo.* t) Sec. Go. in Chron. p. LIV. fortasse pro *Reddita,* sine dubio propter Constantis in inscr. mentionem. De die vid. c. 5 de Off. praef. praet. cit., not. sup. u) 4, Til. — Ri*. *Arbitione.* v) Fol. 287 [b] cod. 4. x) Go. Be. habita temporis ratione recte em. *Idem A.* y) 4, Til. *Eomerita.* Cui. 1 — Lugd. Go. — Be. tacite edid. *Homerita.* Locus in mendo cubat. Go. em. *Homeritas,* Be. *Homeritar.,* h. e. *Homeritarum,* ut in Cui. 2, 2* editum est, utrumque recte. Error natus est occasione sequentis v. *ire.* De Axumitis et Homeritis vid. doctissimi Go. disputationem in comm. h. c. z) 4 *demorare,* rubro col. corr. *demorari.* Go. in comm. h. c. (p. 622 ed. Ri.) em. *Alexandria de cetero emorari,* i. e. abesse, reiecta cj. *verni temporis* pro *annui temporis.* zz) Peyronus in comm. ad c. 7 C. Th. de Offic. praef. praet. (I, 5) em. *XIII.* Go. aut *Constantio IX. et Iuliano Caes. II.* (357.) repon. aut *Indictione XIV.* (356.) Vid. c. 7 cit., not. *x.* a) c. 14 cit. *VII.* Vid. c. 14, not. *s.* b) Locus deest in c. 14 cit. 4 *Serdice.*

c) Hanc Constantini legem Go. deesse dicit, neque intelligendam c. 1 h. t. Fortasse respicitur c. 2 C. Th. de Off. rect. (I, 16). d) Go., posthabita cj. *civilium ptatum* (*potestatum,* id est iudicum ordinariorum), sustineri hanc scripturam posse non negat, modo interpungatur: *nihil post tractatum habitum, civitatum voluntate, mutetur,* et ita habent Ri. Ri*. Ap. Go. comma ponitur post *tractatum* (*tractatum, habitum* etc.). Be. videtur v. *iudicum* aut tale quid excidisse. Summ. C. Th. *unius voluntate.* Non opus est supplemento. e) 4 *inlibatae,* rubro col. em. *inlibate.* f) Fol. 288 [a] cod. 4. Vv. *ut sint examinis tui, quae ex — tuo protinus implenda sint, et quae clementiae* etc. om. h. c. pr. interposita sunt c. 5 Cod. Iust. cit., cuius fons est c. 12 h. t., ubi vid. not. *k.* g) V. *ex* deest in cod. 4, add. a librario. h) Go. — Ri*. 346, mendose. i) Go. Be. em. *earum,* recte. k) Til. — Ri*. *fuerint literarum, et numerus perf.* l) Cui. 2, 2* *Varronio.* Aur. Lugd. *Cons.,* ut in sq. c. Ri*. *) Aur. Lugd. *Impp.* m) 4 *singule,* a libr. corr. *singulae.* n) 4 *delegantur,* rubro col. em. *delegentur.* Ferri potest *deligantur.* Vid. c. 9 h. t. *elegerit.* o) Fol. 288 [b] cod. 4. p) Go. in Chron. p. CVII.: „id est, reddita: vel hic reponendum *Hadrianop.*“ q) Ita 4, edd. Go. propter argumentum legis locumque, quo proposita est, non solum reponendum esse contendit siglum praefecti praet., prob. Glückio l. c. T. XXXI, p. 394, verum etiam Severum praefectum praetorio Africae fuisse

atque elimata ad nos desideria perferantur. *PP. Karthagine VIII. Kal. April., post cons.**) *Syagrii et Eucherii VV. CC.* (382.)

9. *Iidem AAA. ad Provinciales.* Sive integra dioecesis in**) commune consuluerit, sive singulae inter se voluerint[r] provinciae convenire, nullius iudicis potestate tractatus utilitati earum congruus differatur, neque provinciae rector aut praesidens vicariae potestati aut ipsa etiam praefectura decretum aestimet requirendum. §. 2. Illud etiam addimus, ut, si integra dioecesis unum vel duos elegerit, quibus desideria cuncta committat, rhedae cursualis unius iisdem[s] tribuatur evectio; si vero singulae provinciae separatim putaverint dirigendos, singularum angariarum copia praebeatur, dummodo[t], sicut licere volumus oppressis, deflere, quae perferunt. Ita provinciales nostri nec in cassum peregrinationem suscipiendam, [u] eaque ad sacras aures deferenda cognoscant, quae probabiliter principibus asserantur[v], nec superfluis perennitatem nostram existiment actibus occupandam. *Dat. VI. Id. Maii Brixiae, Antonio et Syagrio Coss.*[x] (382.)

10. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Principio Pf. P.* *) Quotiescunque ex diversis provinciis ad sacrum mansuetudinis nostrae comitatum legationes, quas instruxere decreta, necesse erit commeare, in auditorio quidem celsitudinis tuae universa tractentur, sed ita, ut nullum finem capiat ordo gestorum, illibataque rerum decisio singularum nostro auditui sententiaeque servetur: ita ut deinceps excellentia tua, cum in consistorio[y] mansuetudinis nostrae secundum consuetudinem ex decretis petitiones legatorum de nostris scriniis recitantur, motum proprii arbitrii ratione decursa sententiis, quas pandimus, referat. *Dat. Non. Nov. Aquileia, Arcadio**) *A. I. et Bautone Coss.* (385.)

11. *Iidem AAA. ad Eusignium Pf. P.* Si quis vel civitatis vel provinciae vel corporis alicuius ita prosequi desideria voluerit, ut non omnia mandata literarum, decretorum[z] auctoritate[a] demonstret, inauditus ac sine effecto[b] remeare protinus iubeatur. *Dat. XV. Kal. Mart. Ticeni, Honorio NB. P. et Evodio Coss.* (386.)

12. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA.*[c] *Apodemio Pf. P. per Illyricum.* Si quod extraordinarium concilium[d] postulatur, cum vel ad nos est mittenda legatio, vel vestrae sedili[e] aliquid intimandum, id, quod inter omnes communi consilio[f] tractatuque convenerit, minime in examen cognitoris ordinarii perferatur[g]. Provincialium enim desideria, quibus necessaria saepe fortuitis[h] remedia deposcuntur, vobis solis[i] agnoscere atque explorare permittimus[k], nobis probationem ac iudicium reservamus. §. 1. Ad provinciale concilium in una frequentiore*) totius provinciae urbe cunctos volumus convenire, qui primatum honorantur insignibus, exceptis praefectoriis, quos dignitatibus ampliatos indignius[l] a consiliantibus praeteriri, indignius vero ad publicum,*) honoris iniuria, devocari; unde honestum esse censemus, de singulis, quae[m] tractanda erunt, intra domos suas eos consuli. §. 2. Et ne plebi mixta dignitas inclinetur[n], nec eius, cuius praesentiae[o] copia deerit, probatum in re publica consilium negligatur; scilicet ut in loco publico[p] de communi utilitate[pp] sententia proferatur, atque

— c. 12. Cod. Iust. X, 63, 5 nonn. om. Vid. c. 4 h. t., not. *f* et infr. not. *k*.

opinatur. Be. scribit: „Sed fort. utrique simul praefuit dignitati. Huius certe legis argumentum cum officio praef. u. commune nihil habet.“ Verum est, aliquid difficultatis inesse in argumento legis, neque vero puto, praefectum urb. a perquirendis civitatum desideriis, cum ad urbem perferrentur, exclusum fuisse; neque, quominus retineamus siglum praef. urb., impedimento est locus in subscriptione nominatus, cum lex non data sit Karthagine, sed proposita. Vid. supr. VI, 6, 1, not. *a*. *) 4 *conss.* **) Go. om. *in.* r) 4 *voluerin*, rubro col. add. *t.* s) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* t) Locus corruptus. Go. ann.: „Forte *tantummodo*. Mox nova sententia inchoanda *sicut licere* etc.“ Contra Be.: „nec tamen hac emend. rem confectam opinor, et suspicor, aut omissum esse *liceat*, aut repetendum ex sq. *licere*.“ Ne Be. quidem cj. sanatur locus. Mihi videtur integer versus excidisse, quem ita fuisse coniicio: *dummodo cum necessariis desideriis veniant. Nam sicut*, commate post *perferunt* cum Go. interpungens. Cf. c. 6 h. t. u) Fol. 289[a] cod. 4. v) Aur. Lugd. Ri. Ri*. *adferantur*, err. typ. x) Aur. Lugd. *Cons.* et in sq. c. *Impp.* *) Cf. Ammian. Marcell. XXVIII, 6. y) Aur. Lugd. *cosistorio*, mendose. *) Go. *Arcadius.* z) Til. — Ri*. *litterarum decretorum*, et ann. Go.: „ἀσύνδετον, pro, *literarum et decretorum*.“ a) Cum literis *tate* inc. fol. 289[b] cod. 4. b) Go.: „*Effectum*, pro effectus.“ Mox 4 *Euuodio.* c) Go. Be. del. esse censent Honorii nomen, quippe qui sq. anno Augustus creatus sit. Cod. Iust. non differt a C. Th. d) Cod. Iust. *consilium*, impr. Go. e) Ita 4, Til. — Lugd.; Cui. 2 — Be. *vestro sedili.* Cod. Iust. vulgo *nostrae sedi*, sed Cui. *vestrae sedi*, recte; agitur enim de sede praefecti praet., qui in inscriptione nominatur. Go., cui displicet v. *sedili*, cj. *vestrae sedi Illustri* (*vestrae sedi Ill.*), prob. Ri. Spangenb. Sedem praefecti praet. illustrem appellari notum est, nihilo secius scripturis C. Th. et Cod. Iust. inter se comparatis scribendum esse puto *vestrae sedi aliquid*, et vocem *sedili* ortam occasione sequentis v. *aliquid*. f) Til. — Ri*. *concilio.* Recte Be., auct. Go., ex Cod. Iust. rep. *consilio*, et hoc habet cod. 4. Vid. c. 13 h. t. *cum assensu omnium atque consilio.* g) Cod. Iust. *referatur.* Go. scripturam C. Th. praefert. h) In Cod. Iust. add. *casibus.* i) In Cod. Iust. om. *solis.* k) Seqq. usque ad *scilicet ut* des. in Cod. Iust.; eorum loco inculcatur extrema sententia c. 4 h. t. Vid. c. 4 cit., not. *f.* *) c. 13 h. t. *opulentiore.* l) 4 *indignibus*, rubro col. corr. *indignius.* Hoc transiit in editiones. Go. corr. *indignum*, recte. *) Go. in not. *cum honoris iniuria.* m) 4 *qua*, rubro col. em. *quae.* n) Recte sec. Go., neque mutandum in *inquinetur.* Vid. infra XVI, 2, 41: *et miserae humilitatis inclinati despectu iniuriarum non habeant actionem.* o) Cum literis *tiae* inc. fol. 290[a] cod. 4. p) Cod. Iust. *In loco autem publico.* pp) Cod.

id, quod maioris partis probarit[q] assensus, solennis firmet auctoritas. *Dat. V. Kal.**) *Aug. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

13. *Iidem AAA.*[r] *Apodemio Pf. P.*[s] Provinciale concilium quo tempore iniri debeat, cum assensu omnium atque consilio propria auctoritate definiat[t], ita ut ipse conventus in una opulentiore totius provinciae urbe, absque ullius[u] iniuria, celebretur. Inde quod in consilium communia vota deducunt, vel in aede publica[v] vel in aliqua fori parte tractetur, ad quam omnium possit esse concursus[x], ne quid dispositio paucorum tegat, quod in communem utilitatem expetat sollicitudo cunctorum. §. 1. Si quis autem eorum virorum, quos emeritos *) honor a plebe secernit, provincialium extraordinario cupit interesse consilio **), pro suo loco atque ordine, servata reverentia dignitatis, vel ad eum locum, in quo cunctorum desideria possit agnoscere, ire debebit, vel procuratoribus destinatis sententiae[y] suae promere voluntatem; modo ut, quod voluerit paucorum voluntas, publica convocetur[z] auctoritas. *Dat. IV. Id. Sept. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.*[a] (392.)

14. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P. et Patricio.* Omnium legationum provincialium instructiones apud sublimitatem tuam actis legi pensarique[b] praecipimus, ut, quae digna nutu vel indulgentia nostrae clementiae probabuntur, eligere ac referre ad nos sublimitas tua non ambigat. Nam remedia fessis quibusque necessaria nostro arbitrio decernentur. *Dat. XIV. Kal. Oct. Constantinopoli, Basso et Philippo*[c] *Coss.* (408.)

15. *Iidem**) *AA. Monaxio Pf. P.* Quoties[d] legatio destinatur, universos curiales praecipimus, qui intra urbem consistunt, si non aegritudine vel alia inexcusabili[e] necessitate impediuntur, in locum curiae convenire, et decreta sua propria subscriptione firmata viro spectabili praefecto augustali insinuare, ut, eius relatione tuis virtutibus intimata et sub examine tuo perpensa, venire, necne legati*) debeant, ordinetur[f]. Nulli penitus legatione libera committenda; et[g] auro coronario non, sicut nuper factum est, ab his colligendo, qui venditis honoribus, ut ad gradus altiores venirent, contra licitum coemerunt, quos quidem recepta summa, quam dederunt, universa munia patriae[h] implere praecipimus, sed a curia omni praestando[i]; vindicta huius facinoris tuae sublimitati permissa etc. *Dat. III. Non. Oct.*[k] *Constantinopoli, D N. Theodosio A. VII. et Palladio V. C. Coss.* (416.)

16. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio*[l] *Pf. P.* Civitatum postulata, decreta urbium, desideria populorum liquido tua sublimitas recognoscit[m] ad imperialis officium pertinuisse responsi, admissosque sacrariis nostris semper sui imperatoris adspectu decoratos esse legatos; dixisse libere, quae illorum fuerant[n] a communi*) fidei constantiaeque commissa. *Dat. Kal. Iun. Nicomediae*[o], *DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* (426.)

— c. 15 coniungenda est sec. Go. cum c. 42 C. Th. de Episc. (XVI, 2). Vid. infr. not. *k*. Cod. Iust. X, 63, 6 om. fin.

Iust. add. *provincialium*. q) Cod. Iust. *probaverit*. *) Go. om. *Kal.* r) Sec. Go. Be. rep. *Iidem AA.* Vid. not. *c* antec. s) Cui. 2 — Be. ex c. 12 h. t. add. *per Illyricum*, recte quidem, sed contra cod. 4 auctoritatem et Til. — Lugd. t) Go.: „γϱ. *Definias*, vel *definiat*, Sedes tua sc. vel quid simile, quae verba in integra constitutione fuerint.“ Be. vult *definias*. Non opus est mutatione, si facimus non integram esse legem. Sine dubio antecessit formula *sublimitas tua*, *excellentia tua*, *magnitudo tua* vel similis aliqua, qua referendum est v. *definiat*. u) Go.: „An *alterius* urbis?“ In comm. tuetur scripturam *absque ullius*, sc. civitatis iniuria. v) Go. *puclica*, mendose. Cf. Ri. T. IV. praefat. p. II. x) Edd. *conversus*. Cui. 2 in Err. em. *concursus*. Go. legi vult *concursus* vel *conventus*. Cui. cj. confirmatur codice 4, qui clare habet *concursus*. Orta est vulg. scriptura ex err. typ. Tilianae editionis. *) Aur. Lugd. *emeritus*, quod ferri posse dicit Go. **) Go. praeferre videtur *concilio*. y) Fol. 290[b] cod. 4. In ima pagina est signum quatern. *AH.* z) Go. em. *non vocetur*, recte. Vid. c. 12 h. t. i. f. a) Aur. Lugd. *Cons.* et om. *Rufino*. Go. Ri. *Cos.* et deest ap. Go. *et*. b) 4 *pensariquae*, rubro col. em. *pensarique*. c) 4, Til. — Lugd. *Filippo*. Aur. Lugd. *Cons.* *) Cod. Iust. nomina imperatorum habet. d) Cod. Iust. add. *ab Alexandrina civitate*, quo non opus esse Go. dicit propter praefecti Augustalis in h. c. commemorationem. e) Cod. Iust. *excusabili*. *) 4 *necnegleg̃ati*, rubro col. del. *g* post *ne*. f) Cod. Iust. *ut eius relatione comitati, tuis virtutibus suas petitiones intiment: et sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur*, et des. sqq. g) Be. err. *at*. Cum literis *tenda et*, quae, cum evanuissent, a rec. manu rubro colore suprascriptae sunt, inc. fol. 291[a] cod. 4. h) 4 *patriae*, rubro col. scribitur *patrio*. i) 4 *praestando*, sed corr. rubro col. *praestanda*. Go. — Ri*. *praestanda*; *vindicta*, impr. Be., qui *praestanda vindicta*, ut Til. — Cui. 2*. Ceterum Til. — Cui. 2*. Be. *coëmerunt. Quos*. Go. — Ri*. *coëmerunt: Quos*. Reposui *coemerunt*, *quos* — *praestando* (scil. auro coronario); *vindicta*. k) c. 42 cit. *Kal.* Go. igitur et hic et in c. 42 legi vult aut *Kal.* aut *Non.*, ut utraque c. inter se coniungatur. Obstat illi cj. Cod. Iust. l) Aur. Lugd. *Hiero*. Mox 4, Til. Cui. 1, 2, 2* *Civitatium*. m) Go. videtur malle *recognoscat*. n) 4 *decoratos esse legatos dixisse liberequae illorum fuerat a*; rubro col. scrib. *libere que*. Til. *decoratos esse legatos dixisse, libereque illorum fuerat a.* Cui. 1 — Lugd. *decoratos esse legatos dixisse libere quae illorum fuerant a.* Cui. 2, 2* *decoratos esse*, *legatos dixisse libere quae illorum fuerant a.* Go. *decoratos esse legatos*, *dixisse libere quae illorum fuerant*, *a.* Ri. Ri*. *decoratos esse legatos*, *dixisse libere*, *quae illorum fuerant*, *a.* Nos ut Be. Recte Go. interpunxit post *legatos*. Apparet, legem non integram esse. *) i. e. a civitate, provincia. o) 4, Til. — Lugd. *Nichomediae*.

TIT. XIII. DE AURO CORONARIO.

1. *Imp. Iulianus A. ad Sallustium Pf. P.* Aurum coronarium munus est voluntatis, quod[p] non solum senatoribus *), sed ne aliis quidem debet indici, licet quaedam indictionum necessitas postulaverit; sed nostro[q] arbitrio reservari oportebit. *Dat. III. Kal. Maii*[r] *Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

2. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum Pf. P.* Universi, quos senatorii nominis dignitas non tuetur, ad auri coronarii praestationem vocentur, exceptis his, quos lex praeterita[s] ab hac[t] collatione absolvit. Omnes igitur possessores aut inter decuriones coronarium aurum aut inter senatores glebalem praestationem deinceps recognoscant. *Dat. V. Kal. Sept. Emonae, divo Ioviano et Varroniano V. C.*[u] *Coss.*[v] (364.)

3. *Iidem AA. ad Probum Pf. P.* Nullus, exceptis curialibus, quos pro substantia sui[x] aurum coronarium offerre convenit, ad oblationem hanc attineatur[y]. *Dat.*[z] *IX. Kal. Iul. Sabariae, Valentiniano et Valente AA. Coss.*[a] (365.)

4. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pancratio Pf. U.*[b] Quae diversarum ordines curiarum, vel amore proprio, vel indulgentiarum *) laetitia, vel rebus prospere gestis admoniti, in coronis aureis signisque diversis[c] obtulerint, in quacunque fuerint oblata materia, in ea suscipiantur, ne id, quod voluntate offertur, occasione obryzae incrementi[cc] necessitatis iniuria insequatur. *Dat. IV. Id. Aug. Vico Augusti, Ausonio*[d] *et Olybrio Coss.* (379.)

5. *Iidem*[e] *AAA. Cynegio Pf. P.* Ad collationem auri coronarii placuit neminem absque consuetudine esse cogendum. *Dat. XV. Kal. Febr. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

6. *Iidem AAA.*) *Gaddanae Satrapae Sophanenae*[f]. Aurum coronarium his reddi restituique decernimus, quibus illicite videtur ablatum, ut, secundum consuetudinem moris antiqui, omnes satrapae pro devotione, quae[g] Romano debetur imperio, coronam ex propriis facultatibus faciant serenitati nostrae solenniter offerendam. *Dat. XVIII. Kal. Iul. Constantinopoli, Valentiniano A. III. et Eutropio Coss.*[h] (387.)

TIT. XIV. DE IRENARCHIS[i].

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* Irenarcharum vocabula, quae assimulata provincialium tutela quietis ac pacis[k] per singula territoria haud sinunt stare[l] concordiam, radicitus amputanda sunt. Cesset igitur genus perniciosum rei publicae; cesset rescriptorum irenarchas circiter[m] inconvulsa[n] simplicitas, et celsitudinis tuae sedes provinciarum de-

Tit. XIII. Err. Ri*. *Tit. VIII.* Cod. Iust. X, 74. Go.: „Cohaeret, inquit, hic *titulus*, superiori: statque in materia de Decurionibus: quia e Curialibus *Legati* ad Imperatorem mittebantur, qui aurum coronarium deferrent, *l.* 15. *supr. de legatis.*" — c. 1 sec. Go. fortasse coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Locatione fundorum iuris emphyt. (X, 3) et cum c. 2 C. Th. de Immun. concessa (XI, 12). Cf. c. 1 cit., not. sup. et not. *r*, c. 2 cit., not. sup. et not. *i*. Vid. c. 2, 5 h. t., not. sup. Ammian. Marcell. XXV, 4. — c. 2. Summ. C. Th.: „*Haec lex superiori contraria.*" — c. 5 coniungenda est cum c. 23 C. Th. de Operib. publ. (XV, 1). Cod. Iust. X, 74, 1. Cui. Comm. ad c. 1 Cod. Iust. cit. l. c. p. 334. Summ. C. Th.: „*Similis primae.*"
Tit. XIV. Cod. Iust. X, 75. — c. 1. Cod. Iust. X, 75, 1 mut.

p) Fol. 291[b] cod. 4. *) Cf. c. 2 h. t. q) Non vult Go. *nostro* mutari in *nostrorum*. r) An add. *Constantinopoli?* Vid. c. 2 cit., not. *i*. s) Periit haec lex sec. Go. t) 4 *haec*, rubro col. corr. *hac*. u) 4, sed evanidis fere literis *uc*, recte. Itaque Til. — Lugd. *V. C.* Cui. 2 — Be. *VV. CC.*, male. v) Annus deest ap. Go. x) Go. em. *sua*; rectius *sua* quam *sui*. y) Cui. 2, 2* *adtinatur*. z) Go. *Dat.* pro *Acc.* habet. Fuit enim sec. Go. Valentinianus anno 368 in Gallia, neque vero in Pannonia. Vid. not. sq. a) Annus deest ap. Go. — Ri*. Refert enim Go. h. c. ad ann. 368 (*Valentiniano et Valente II. AA. Coss.*) aut ad ann. 370 (*Valentiniano et Valente III. AA. Coss.*), cum Probus anno 365 praef. praet. non fuerit. Ri. etiam, consentiens cum Pagio (Dissert. hypat. Part. II, cap. 4, num. 9), qui h. c. subscriptionem ex Quinquennalibus diiudicandam esse dicit, tribuit eam anno 368, i. e. quinto imperii Valentiniani et Valentis. In Chron. Go. addicta est anno 368. Vid. supra VIII, 4, 9, not. *m*. Videtur recte rep. Go. annum 368, quo Probus praef. praet. Illyrici fuit. Sabariae igitur, qui locus in Pannonia situs erat, hanc legem acceptam sive propositam esse, verisimile est. Anno 365, quo neque Probus praef. pr. Illyrici fuit, neque ibi Valentinianus constitit, ille locus nullo modo cum inscriptione conciliari potest, sive datam Sabariae legem putamus sive acceptam. Obstat autem Go. cj. legis inscriptio, cui, ut recte se habeat, add. est *et Grat. A.* In tanta ambiguitate quid faciendum sit, me ignorare fateor. b) Go. propter c. 12 C. Th. de Iure fisci (X, 1), c. 2 C. Th. de Palatinis (VI, 30) et c. 12, 14 C. Th. de Petition. (X, 10) recte em. *Com. R. P.* Anno demum 381 factus est Pancratius *Pf. U.* *) Ri*. *diversurum — indulgentiaeum*. c) Cum literis *sis* incip. fol. 292[a] cod. 4. cc) Rein. cj. *intertrimenti*. Go. in comm. defendit *incrementi*. Cf. etiam XII, 6, 2. d) 4, Til. — Ri*. *Auxonio*. Aur. Lugd. *Cons.* e) Go. Be. h. et sq. c. inscribi volunt *Imppp. Valent. Theod. et Arcad.*, recte quidem spectata temporis ratione. Nihilo secius abstineo ab emendando hoc loco; video enim et c. 23 C. Th. cit. et Codicem Iust. utroque loco (X, 74, 1, VIII, 12, 7. In c. 1 plene scribitur: *Imppp. Grat. Valent. et Theod.* et in c. 7 ex c. 23 C. Th. cit. desumpta *Id. AAA.*, i. e. Grat. Valent. et Theod., qui in anteced. c. 6 nominantur) cum hac scriptura consentire, ut non dubitem, quin h. c. alio tempore decreta sive scripta, alio data sit. *) Vid. not. *e*. f) 4, Til. — Ri*. *Sofanenae*. Vid. Go. comment. g) 4 *que*, rubro col. em. *quae*. h) Aur. Lugd. *Cons.*

i) 4, Til. — Ri*. *Hirenarchis* et mox *Hirenarcharum*, *Hirenarchas*. Ri. *Imp.* k) Fol. 292[b] cod. 4. l) Til. — Ri*. *stari*. Go. Rein. em. *stare*. Be. ex Cod. Iust. ed. *stare*. Etiam in cod. 4 *stare* legitur. m) Inversa locutio sec. Go. n) Go.: „γρ. *Inconsulta*

fendenda suscipiat, pacis huius modi locupletioribus[o] commissura praesidia[p]. *Dat. VIII. Kal. Ian. Constantinopoli, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

TIT. XV. DE CENTURIONIBUS.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA.*[q] *Vincentio Pf. P.* Hac auctoritate sancimus, ut, quicunque centurionum corpus deseruit, nullis dignitatum privilegiis[qq] excusatus debitum munus subire cogatur. *Dat. Id. Sept.*[r] *Mediolano, Theodoro V.*[s] *C. Cos.*[t] (399.)

TIT. XVI. DE MANCIPIBUS.

1. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Albino Pf. U. Romae.* Quicunque vel rescripti adversus veteres sanctiones surreptiva defensione munitur, vel de minusculis corporibus aut certe otiosis idoneus approbatur, functioni mancipatus est addicendus. [u]*Dat. XVII.* *) *Kal. Sept. Roma, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

TIT. XVII. DE HIS, QUI NUMERO LIBERORUM[v] VEL PAUPERTATE EXCUSATIONEM MERUERINT[x].

1. *Imp. Constantinus A. Dalmatio.* Quoniam cognovimus, nonnullos vacationem a nobis personalium munerum impetrasse, alienos pro suis liberis[y] nostris conspectibus offerentes, iubemus, eos, cum hoc probatum sit[z], indulto beneficio privari, eos autem, qui cuiuscunque sexus liberos quinque habeant[a], impetrata semel vacatione potiri[b], ita ut, si in hoc numero filius legitimae aetatis[bb] inveniatur, obeundis[c] statim pro suo patre muneribus applicetur[cc]; patribus, qui filios vel filias quinque habuerint, promissa legibus *) immunitate servanda. §. 1. Quod si quis propter censum tenuem[d] vacationem meruerit, atque hoc probaverit, beneficio potiatur, si[e] propter rerum angustias ad personalia vocabatur[f] obsequia. *Dat. XIV. Kal. Febr. Sirmio*[g], *Crispo III. et Constantino II.*[h] *Coss.* (324.)

TIT.[i] XVIII. SI CURIALIS RELICTA CIVITATE RUS HABITARE MALUERIT.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Tatianum Praefectum* *) *Aegypti.* Iudiciario omnes vigore constringes, ne vacuatis urbibus ad agros magis, quod frequenti lege prohibetur, larem curiales transferant familiarem. *Dat. VI. Id. Maii Martianopoli, Lupicino et Iovino*[k] *Coss.*[l] (367.)

2. [m]*Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano Pf. P. Post alia:* Curiales omnes iubemus interminatione[n] moneri, ne civitates fugiant aut deserant, rus habitandi caussa; fundum, quem civitati praetulerint, scientes fisco esse sociandum, eoque rure esse[o] cavituros, cuius caussa impios se, vitando patriam, demonstrarint. *Dat. XVIII. Kal. Ian. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

Tit. XV. — c. 1 habetur ap. Bou. l. c. p. 764. Cf. c. 156 C. Th. de Decur. (XII, 1).

Tit. XVI. Vid. infra XIV, 5, not. sup. — c. 1 coniungenda est cum c. 11 C. Th. de Maleficis (IX, 16). Vid. c. 11 cit., not. sup. et c. 49 C. Th. de Appell. (XI, 30), not. sup. In comm. Go. h. c. fugitivam esse putat et trahendam ad tit. C. Th. de Mancip. therm. (XIV, 5), sed ipse se revocat. Symmachus X, 58.

Tit. XVII. Go. h. t. referri vult ad tit. C. Th. de Iure liberorum (VIII, 17). Cod. Iust. X, 51. — c. 1. Cod. Iust. X, 51, 6 om. pr.

Tit. XVIII. Cod. Iust. X, 37. — c. 2. Cod. Iust. X, 37, 1.

Nam quomodo *inconvulsa*, si Irenarchae amputari seu cessare iubentur, et sic convelluntur?" Be. retinenda videtur recepta lectio. o) Go. *huiusmod ilocupletioribus*, mendose. p) In Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *Irenarchae, qui ad provinciarum tutelam, quietis, ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, a decurionibus iudicio Praesidum provinciarum idonei nominentur.*

q) Bou. *Iidem Impp.* qq) Err. Go. *privilegium.* r) Go. in Chronol. cj. *Dec.* Eodem die data est c. 1 C. Th. de Excoct. et transl. ann. (VII, 5). s) 4, Til. — Lugd. om. *V. C.* t) 4 *Coss.* Vid. supra I, 5, 12, not. *.

u) Fol. 293[a] cod. 4 inc. cum subscript. h. c. *) Go. in Chronol. *XVI.*, err.

v) 4 *De his qui numero libero liberorum.* x) Cod. Iust. *meruerunt.* y) Go.: „Sustineri potest: malim tamen, *liberos.*" z) Go.: „Probatum fuerit." a) 4, Til. *habeat.* Cod. Iust. inc.: *Eos, qui c. s. l. q. habent.* b) 4 *potiris*, sed del. *s.* Cod. Iust. *potiri convenit: ita ut.* bb) Cod. Iust. *aetatis legitimae filius.* c) 4 *obeundi*, rubro col. add. *s.* cc) Apud Go. desunt *applicetur — legibus*, err. typ. *) Iulia et Papia. d) Cod. Iust. *tenuiorem.* e) Be. cj. *nec*, ut Hal. Cui. in c. 6 Cod. Iust. cit. f) Go. cj. in not. *vocabitur*, probb. Be. et Spangenb.; Cod. Iust. *vocatur*, Hal. Cui. *vocetur.* Sed faciendum esse duco cum Go., qui in comment. vulgatam scripturam ita interpretatur: „*si propter rerum angustias* et pensandis muneribus patrimonialibus *ad personalia hactenus vocabatur obsequia*, id est personalibus muneribus subiectus fuit, vacatione plenissima et *beneficio deinceps potiatur.*" g) Be. Cod. Iust. *Sirmii.* h) Be. rep. vult *III.* Go. in Chron. h. c. bis profert, ad ann. 321 et 324. Si illud accipitur, numerus *III.* mutandus est in *II.*, neque vero *II.* in *III.* Vid. etiam Reland. l. c. pag. 317. Ri. *Constatino.*

i) Fol. 293[b] cod. 4. *) Go. *Imppp.* — *PP. Aegypt.* k) 4 *Iuvino.* Supra 4, edd. *Marcianop.* l) Go. 467, err. m) Perperam h. c. *Constantino* tribui a Balduino in Constantino M. Lib. II, p. 85 (edit. Halens.), iam Go. monuit. Aur. Lugd. *Eutichiano.* n) Aur. Lugd. *in terminatione.* 4 *oneri*, rec. man. em. *moneri.* o) Go. cj. *sese*, quia in Cod. Iust. est *se.* Mox Cod. Iust. *patriam vitando, demonstraverint.*

TIT. XIX. DE HIS, QUI CONDITIONEM PROPRIAM RELIQUERUNT.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Vincentio Pf. P. Galliarum.* Destitutae ministeriis civitates splendorem[p], quo pridem nituerant, amiserunt, plurimi si quidem collegiati[q] cultum urbium deserentes, agrestem vitam[r] secuti, in secreta sese et devia contulerunt. Sed talia ingenia huius modi auctoritate destruimus, ut, ubicunque terrarum reperti fuerint, ad officia sua sine ullius nisu exceptionis revocentur. De eorum vero filiis, qui tamen intra hos proxime quadraginta annos docebuntur fuisse suscepti, haec forma servabitur, ut inter civitatem et eos, quorum inquilinas vel colonas vel ancillas duxerint, dividantur; ita ut in ulteriorem gradum missa successio nullam calumniam perhorrescat etc. *Dat. III. Kal. Iul. Mediolano, Stilicone*[s] *et Aureliano VV. CC. Coss.*[t] (400.)

2. *Iidem AA.*[u] *Vincentio Pf. P. Galliarum.* Actiones publicas privatasque non eadem ratione concludimus, si quidem statui publico impensius providendum est. Eum igitur, qui curiae vel collegio vel burgis ceterisque corporibus intra eandem provinciam post*) triginta annos, in alia quadraginta sine interpellatione servierit, neque res dominica, neque actio privata continget, si colonatus quis aut inquilinatus quaestionem movere tentaverit[v] etc. *Dat. III. Kal. Iul. Mediolano, Stilicone*[x] *et Aureliano Coss.*[y] (400.)

3. *Iidem AA. Vincentio Pf. P. Galliarum. Post alia:* Manente hoc praecepto mansuetudinis nostrae, ut is, qui triginta annis docebitur functus officiis, neque ulla unquam interpellatione pulsatus, intra eandem duntaxat provinciam nihil calumniae super statu suo a privato neque a rei dominicae actoribus pertimescat: intra definiti temporis metas si quis docebitur fuisse conventus, iure legitimo in ordinaria sede pulsabitur, ut illic de statu eius sententia proferatur. Primates sane ordinum defensoresque civitatum poenae[z] denuntiatione constringimus, ne passim vagari curiae vel collegii defugas in publica damna patiantur. Quod si per gratiam tacuisse detegentur[a], poenam relegationis excipiant. *Dat. III. Kal. Iul. Mediolano, Stilicone*[b] *et Aureliano Coss.*[c] (400.)

Tit. XIX. — c. 1 coniungenda est cum c. 2 et 3 h. t., cum c. un. C. Th. Utrubi (IV, 23) et cum c. 13 Cod. Iust. de Agricolis (XI, 47). Bou. l. c. p. 764. — c. 2. Vid. c. 1 h. t., not. sup. Cod. Iust. XI, 65, 6. Bou. l. c. p. 765. Cf. Ed. Th. c. LXIX. — c. 3. Vid. c. 1 h. t., not. sup. Bou. l. c. p. 765.

---

p) Fol. 294ᵃ cod. 4 incipit cum syll. *dorem* v. *splendorem*. q) Go. — Be. Bou. *collegati*, mendose. r) 4 *vita*, rubro col. em. *vitam*. s) 4, Til. — Cui. 2*. Bou. *Stilichone*. t) Aur. Lugd. *Cons*. u) Bou. et hic et in c. 1 et 3 h. t. *Iidem Impp.* Cod. Iust. *Imp. Arcadius* et om. *et Honorius — Galliarum*. Vid. not. sq. *v*. *) Mendose Aur. Lugd. *postea*. Repon. *per*, ut est in Cod. Iust. Etiam Go. cj. *per*. v) In Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *Imp. Arcadius. Eum, qui collegio, vel curiae, vel burgis, ceterisque corporibus per triginta annos sine interpellatione servierit: res dominica, vel intentio privata non inquietabit, si colonatus, vel inquilinatus quaestionem movere tentaverit: sed in curia, vel in corpore in quo servierit, remaneat.* Cum v. *temptaverit* inc. fol. 294ᵇ cod. 4. x) 4, Til. — Cui. 2*. Bou. Cod. Iust. *Stilichone*. y) Aur. Lugd. *inqulinatus — Cons*. z) 4 *poene*, rubro col. em. *poenae*. a) Bou. *detegerentur*. b) 4, Til. — Ri*. Bou. *Stilichone*. c) Annus om. ap. Go. Fol. 294ᵇ cod. 4 desinit cum vv. *Expl· Theodosiani· XII.*

CODICIS THEODOSIANI

LIBER DECIMUS TERTIUS[a].

TIT. I. DE LUSTRALI COLLATIONE[b].

1. *Imp.* *) *Constantius A. et Iulianus C. ad Taurum Pf. P.* Negotiatores omnes protinus convenit aurum argentumque praebere, clericos excipi[c] tantum, qui copiatae[d] appellantur, nec alium quemquam esse immunem ab huius collationis obsequio. *Dat. IV. Non. Dec.* (356.)[e] *Acc. Romae*[f] *VIII. Id. Febr., Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.)

2. *Idem*[ff] *A. et C. ad Taurum Pf. P.* Praeter[g] eos, quos manifesta probatio demonstrat sub armis militiae sacramenta tolerasse, quosque, cum requiem sortirentur, in pecuniarum[h] certo numero immunitatem claruerit consecutos, universi, qui negotiandi videntur[i] exercere solertiam, ad onus collationis[k] adstringantur. *Acc. VI. Id.*[l] *Iul. Karthagine, Constantio A. X. et Iuliano Caes. III. Coss.* (360.)

3. *Idem A. ad Senatum.* Rusticanos colonosque vestros inter negotiatores describi non oportet, scilicet si nequaquam exercent negotiationis industriam. Si quidem in eo negotiationem et mercimonia non oporteat aestimari, si ea homines vestri ac rusticani etiam in vestris possessionibus commorantes distrahant, quae in his terris, quas incolunt, atque in eodem rure gignuntur. *Dat. V. Non. Maii*[m] *Tauro et Florentio Coss.* (361.)

4. [n] *Imp. Iulianus A. Secundo Pf. P. Post alia:* Decuriones, qui ut Christiani declinant munia, revocentur. §. 1. Et ab auri atque argenti praestatione, quod negotiatoribus indicitur, curiae immunes sint, nisi[o] forte decurionem[p] aliquid mercari constiterit, ita ut ordines civitatum ex huius modi reliquis[pp] sarcinarum, ut iam diximus, amoveantur. *PP. III.*[q] *Id. Mart. Constantinopoli, Mamertino et Nevitta Coss.*[r] (362.)

Tit. I. C. Th., cod. 4, Br. Al. eiusque codd. 5—18, 20, 21, 24—40, 42—44, 46, 47, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. Aeg. L. R. U. *Tit. I.* Supra XI, 12, not. sup. Cod. Iust. XI, 1. — c. 1. Baron. ad ann. 356, n. 127. Vid. c. 2 et 11 h. t., not. sup. — c. 2. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Go. in notis h. c. coniungendam esse opinatur cum c. 15 C. Th. de Episcopis (XVI, 2); rectius in comment. utramque const. solo argumento cohaerere existimat. — c. 3 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Officio praef. urb. (I, 6), c. 12 et 13 C. Th. de Praetoribus (VI, 4), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), c. 7 C. Th. de Annona et trib. (XI, 1), c. 1 C. Th. de Publica compar. (XI, 15), c. 1 C. Th. de Protostasia (XI, 23), c. 48 C. Th. de Decurion. (XII, 1), c. 7 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Vid. c. 10, 12 h. t., not. sup. — c. 4 repetita est, sed multis add., in c. 50 C. Th. de Decurion. (XII, 1). Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Locatione fundorum iuris emphyt. (X, 3) et cum c. 10 C. Th. de Extraord. s. sord. mun. (XI, 16). Vid. c. 1 cit., not. sup. et not. *r.* Principium h. c. fugitivum esse Go. monet. In Ri*. ed. falso dicitur *c. IX.*

---

a) 15 *Lib. XII.* Vid. supra p. 177, not. *r.* Til. *Theodosiani Codicis.* Vid. supra p. 95, not. *e.* b) Cum vv. *De lustrali conlatione* incipit fol. 295[a] cod. 4 et om. *Codicis — Titulus I.* Des. ibi etiam sequentium h. libri titulorum numeri; eos rec. demum manus atramento reposuit. 8 *De l. conlationi.* 28, 36, 40, cod. Par. Suppl. Lat. 215, Brev. Monachi, Sich. in m. *conditione* pro *collatione.* 46 *De adulterali conlatione.* Cod. Iust. *De navicul ariis seu naucleris publicas species transportantibus, et de tollenda lustralis auri collatione.* Cf. Biener, Revis. des Iustin. Codex. Berlin 1833. 8. p. 70 (Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. T. VII, p. 184 sq.). *) Ri*. *Impp.* c) Vv. *Imp.* — *excipi* rubro colore scripta sunt a librario cod. 4. d) Ita 4; rubro col. corr. *copiate.* Go. propter c. 15 C. Th. de Episcopis (XVI, 2) *Clerici vero vel hi, quos copiatas recens usus instituit nuncupari* tentat *clericos excipi tantum, et qui Copiatae appellantur.* Neque vero mutandam esse scripturam in comm. dicit, et recte quidem hoc dicit. e) Annus deest ap. Go. — Be. f) Be. ann.: „unde dat. simul esse videtur lex ad Orfitum, Pf. U." Cur tandem? Praefectura urbana Orfiti non iniicit rationem huic cj. ff) Be. *Iidem A.* In Ri*. desunt *Pf. P.* g) Aur. Lugd. *Paeter*, mendose. h) Rein. cj. *decuriarum.* Sed recte se habet *pecuniarum.* Ita c. 3 C. Th. de Veteranis (VII, 20): „*Qui autem negotii gerendi habuerit voluptatem, huic centum follium summam immunem habere permittimus.*" c. 7 h. t.: „*Si quid autem supra hunc modum in mercimonii commutatione habeant, pro eo, quod amplius potuerit inveniri, ad necessitatem collationis arctentur.*" c. 14 h. t.: „*Eos, quos peractae militiae labor — honore cumulavit — quindecim solidorum in mercimoniis omnibus immunitatem habere iubemus.*" Vid. etiam c. 7, 11 h. t. i) Go. et hic et in c. 5 h. t. ann.: „*Exerceant.*" k) Go. in not. add. *Lustralis.* l) 4 *VII d*, quae scriptura diversa ratione explicari potest; significat enim aut *VII. Id.* aut *VI. Id.* Non magni refert, utro modo legatur. m) Add. *Gyfyrae.* Vid. c. 12 et 13 de Praetor. et c. 1 de Metatis citt. n) Fol. 295[b] cod. 4. o) Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *indicitur curiae, inmunes sint. Nisi.* Aur. Lugd. *indicitur curiae immunes sint. Nisi.* Go. — Ri*. *indicitur, Curiae immunes sint: Nisi.* Secuti sumus Be. p) Go. *forte, Decurionem.* Ri. *forte. Decurionem*, mendose. Supra in c. 50 cit. Be. cj. *decurionum aliquis.* Vid. ibi not. *q.* pp) Err. Aur. Lugd. *reliquiis.* q) Vid. c. 1 cit., not. *r.* r)

5. *Impp. Valentinianus et Valens AA. Secundo Pf. P.**) Negotiatores, si qui ad domum nostram pertinent, si modo mercandi videantur exercere[s] solertiam, et Christianos, quibus si[t] verus est cultus, adiuvare pauperes et positos in necessitatibus volunt, potiorum[u] quoque homines vel potiores, si possi[v] tamen his mercandi[vv] cura est, ad necessitatem pensitationis adhibeas, praesertim cum potiorum quisque aut miscere se[x] negotiationi non debeat, aut pensitationem debeat, quod[xx] honestas[y] postulat, primus[z] agnoscere. *Dat. XV. Kal. Maii Constantinopoli, divo Ioviano et Varroniano*[a] *Coss.* (364.)

6. *Iidem AA. ad Florentium Comitem S. L.* Aurum mercatoribus atque argentum, quo erogatio publica iuvetur[b], indiximus; igitur exceptione immunitatis[c] nullus utetur. Omnium enim regionum huius modi homines omnium dignitatum hanc virilem iuvandae rei publicae partem sine aliqua privilegii venia iussimus sustinere. Exceptio autem eos tantummodo in hac communi fere sorte defendet, qui proprio iure[d] per se aut homines[e] suos, qui evidentissime cognoscuntur negotiantes, non tam mercatorum loco haberi debent quam solertium strenuorumque dominorum. *Dat. VI. Id. Sept. divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

7. *Iidem AA.*[f] *ad Probum Pf. P.* Qui in sudore bellandi stipendiorum *) gradu[g] usque ad protectores meruerunt, unius vaginae[h] pretium, etiamsi aliis mercimoniis studere videantur. Si quid autem supra

— c. 5 sec. Cui. (Comm. ad eundem tit. Cod. Iust. l. c. pag. 334) Rein. Go. mutatis verbis et interpolatis sententiis dissecta est in Cod. Iust. in c. 1 de Episc. aud. (I, 4) et in c. 1 de Commerciis et mercatoribus (IV, 63). Coll. eccles. const. I, 4, 1 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1273). Leunclavius Notat. I, 24 (in Thes. Otton. T. III, p. 1477). Fabrotus Not. ad Coll. eccles. constit. I. (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1266). — c. 6. Vid. c. 10 h. t., not. sup. — c. 7. Eodem die, sed ad alium magistratum Treviris data est c. 11 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16) et ad eundem Probum c. 12 eod. Sec. Go. concordat c. 14 h. t. et supra c. 3 de Testimoniali (VII, 21).

Aur. Lugd. *Cons.* *) Utroque loco Cod. Iust., praeter Be. et Herrm. in c. 1 de Episc. aud., *ad Iulianum Comitem Orientis*, recte impr. Go. Iulianus iam a. 362 decessit. s) Vid. c. 2 h. t., not. *i.* t) Rein. cj. *sc.*, i. e. scilicet, non male. Vid. not. sq. u) Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *volunt potiorum.* Go. — Ri*. *volunt: Potiorum.* Rein. cj. *velut p.*, cui cj. obstat sq. v. *quoque.* Go. cj. *votum* vel *votiVm*, i. e. *votivum*, sc. est. Neque Go. cj. mihi placet; est enim artificiosa et modo scribendi apud veteres usitato contraria. Fortasse legi potest *et Christianos, quibus scilicet verus est cultus, adiuvare pauperes et positos in nec. volunt̄*, i. e. voluntas, quamquam fateor, non omnino cum hac cj. facere c. 1 Cod. Iust. de Episc. aud. cit., quae hoc modo interpolata est: *Negotiatores — pertinent, ne modum mercandi videantur excedere, Christiani, quibus verus cultus est adiuvare pauperes et positos in necessitate, provideant episcopi.* Apte etiam coniicitur *quibus, si verus est cultus, adiuvari — volumus*, aut denique *qui, si v. est c., adiuvare — volunt.* Ceterum Rein. ann.: „Illa verba, *et Christianos q. s. v. e. c. a. p. et p. i. necessitatibus*, omnino intrusa male hic sunt, et ad rem nihil pertinent. Caetera vero *velut potiorum q. h.* etc. optime conveniunt huic loco.“ Excipio v. *velut.* Go. vero: „Mainardi excerpta tentabant, *si possunt volunt:* reductis huc vocibus illis quae mox alieno loco posita illi videbantur, *si possis.*“ Neque hoc concedo. Inutile est enim dubitare de h. l. Oratio recte se habet: *quibus si verus est cultus — volunt*, i. e. *qui, si verus iis est cultus — volunt.* Probo autem Go. opinionem, qui v. *potiorum* mutari vetat in *potentiorum* et *potiores* in *potentiores*, etsi Cod. Iust. *potentiorum* habet. Cf. supra XI, 15, 2 *potiorum tantum, id est possessorum domibus delegatis.* v) Locus mendosus. 4 *si possi*, a rec. man. supra add. *s*, unde Til. et sqq. edd. *possis.* In exemplo Cui. 2, quo Rein. usus est, locus in m. notatur asterisco, is vero deest in meo exemplo. Aur. Lugd. *si possis tamen, his.* Go. in notis cj. *potior* (si potior — cura est), alios dicit coniicere *paucis* (si paucis). Rein. in m. ann.: „an l. potius: vel ipsis.“ Be. vult *passim* aut *pot. ipsos si tamen.* Auxilium frustra petitur a Cod. Iust. Si quid ex hoc v. elici debet, scribo *potiores.* Mihi videtur tamen v. *possi* supervacaneum esse et glossematis speciem prae se ferre. vv) Aur. Lugd. *mercandis.* x) Aur. Lugd. om. *se.* xx) Vv. *quod — postulat* Go. vult ad superiorem revocari sententiam (*cum potiorum — debeat, quod honestas postulat, aut*), animum vero vincit propter c. 1 Cod. Iust. cit., quae non differt et ita se habet: *Negotiatores — pertinent, potentiorum quoque homines necessitatem debitam pensionum, ut honestas postulat, agnoscere moneantur, ut per cunctos, qui emolumenta negotiationibus captant, tolerabiles fiant agnoscendae devotionis effectus.* y) 4 *honostas*, ab ant. man. corr. *honestas.* z) 4 *primus*, ab ant. man. corr. *primos*, male. Rein. em. *protinus.* a) Ri. Ri*. *Varronio*, mendose. c. 1 Cod. Iust. de Episc. aud. add. *AA.*, om. autem supra *divo.* b) 4, Til. — Ri*. *iubetur.* Recte Be. de cj. Go. rest. *iuvetur.* Ita mox *virilem iuvandae rei publicae partem.* c) Fol. 296[a] cod. 4. d) Go. cj. *rure*, non male, pro *agris, possessionibus.* Vid. c. 3, 8, 10 h. t. Neque vero sententia caret *proprio iure*, i. e. qui quamquam negotiantur, tamen suo iure haberi debent pro dominis, non pro negotiatoribus. e) 4 *hominos*, ab ant. manu corr. *homines.* f) Recte Go. Be. addi volunt *et Gratianus A.* *) Ri*. *stipendium.* g) 4 *gradu*, rubro col. add. *s* (gradus). Edd. *gradus*, sed Go. in not.: „forte, *gradu.*“ c. 14 h. t. *decurso stipendiorum ordine.* h) Locus mendosus. 4 *VAGINE*; edd. *vaginae.* Go. em. *Vagenae*, id est, Quinquagenae: vel *Vedenae*, id est, Quinquedenae (Ri. refert *Vndenae*, id est Quindenae). Illud probat. Totum autem locum ita mutat: *Vnius Vagenae expertes sint, etiamsi tales mercimoniis studere videantur*; vel: *unius Vagenae expertium etiam sint: si* etc. et *expertium sint* interpretatur expertium numero. Be. improbatae Go. cj. aliam substituere non audet, plura hic verba deesse opinatus. Et deesse nonnulla verba, manifestum quidem est, Go. tamen primae cj. adhaereo, reliquis neglectis. Sermonem esse de modo, usque ad quem veterani immunes fuerint a lustrali collatione, docent sequentia, docet etiam c. 14 h. t. cum h. c. concordans. Huic accedit, quod non raro librarii, si quis numerus scribendus est, numerum quidem ponunt, sed addunt etiam ultimas totius vocis literas, quae numero exprimitur. Ita in codice 4 scriptum est *XLta* (c. 2 C. Th. de His, qui conditionem propriam XII, 19) et *XXXa* (c. 31 C. Th. Quorum appell. XI, 36; c. 24 C. Th. de Decurionibus XII, 1). De codice Lugdunensi vid. c. 2 C. Th. de Prae-

hunc*) modum in mercimonii commutatione habeant, pro eo, quod amplius potuerit inveniri, ad necessitatem collationis arctentur. Omnes vero omnino, qui alterius nomine dignitatis emeritaeque militiae[i] honore cumulati sunt, etsi per homines suos id exercent, ad oblationis obsequia adstringantur. *PP. Karthagine Kal. April., Valentiniano NB. P. et*[k] *Victore Coss.* (369.)

8. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus* *) *AAA. ad Claudium Proconsulem Africae.* Hi tantum ad auri argentique[l] detineantur oblationem, qui merces emendo atque vendendo commutantes, qui[m] in exercitio tabernarum usuque versantur, non etiam coloni rei nostrae, qui ea distrahunt, quae *) in dominicis possessionibus annus tulerit. *Dat. VI. Kal. Maii Treviris*[n], *Valentiniano et Valente III. AA. Coss.* (370.)

9. *Iidem AAA. ad Leontium Consularem Phoenicis*[o]. Omnes iam nunc studio negotiationis intenti, seu conchylioleguli, seu ex aliquolibet corpore mercatores, ad pensitationem auri, quod negotiatoribus indicitur, compellantur. Beneficium enim quibusdam datum plebis iniuria est. *PP. Beryto*[p] *prid. Kal. Iul., Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

10. *Imppp. Valentinianus, Gratianus et Valens*[q] *AAA. ad Italicum Vicarium Italiae.* Colonos rei privatae vel ceteros rusticanos pro speciebus, quae in eorum agris gigni solent, inquietari non oportet. Eos etiam, qui manu victum rimantur aut tolerant, figulos videlicet aut fabros, alienos esse a praestationis[r] molestia discernimus: ut hi tantum, qui pro mercimonio et substantiae mercede ex rusticana plebe inter negotiatores sunt, sortem negotiationis agnoscant, quos in exercendis agris[s] ingenium[t] iam pridem studium non retinet, sed mercandis distrahendisque rebus institutum vitae et voluntatis implicuit. *Dat. Non. Febr. Mediolano, Gratiano III. et Equitio V. C. Coss.* (374.)

11. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.* *) *ad Hesperium Pf. P.* Etsi omnes mercatores spectat[u] lustralis auri depensio, clerici tamen intra Illyricum et Italiam in denis solidis, intra Gallias in quinis denis solidis immunem usum conversationis exerceant[v]. Quicquid autem supra hunc modum negotiationis versabitur, id oportet ad functionem aurariam devocari. *Dat. III.*[x] *Non. Iul. Aquileiae, Ausonio*[y] *et Olybrio Coss.*[z] (379.)

12. *Iidem*[a] *AAA. ad Atticum Pf. P.* Nemo negotiator muneribus publicis eximatur, exceptis his duntaxat, qui innocenti industria[b] fructus domesticos suis possessionibus innatos simpliciter vendunt. Officiis et exactoribus pro his negotiatoribus attinendis, quos excusatos subtractosve esse constiterit, in duplam quantitatem eius summae, quam illi inferre debuerant. *Dat. III. Id. Mart. Mediolano, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

13. *Iidem AAA.*[c] *Have*[d] *Postumiane karissime nobis*[e]. Singuli quique[f], si per eos vernacula quaeque[g]

— c. 8 concordat cum c. 10 et 13 h. t. In Cui. 1 — Cui. 2* falso dicitur *c. VII.*, in Ri*. *c. XIII.* Sec. Go. in Chron. h. a. in eundem diem incidit c. 5 C. Th. de Tiron. (VII, 13). Vid. c. 5 cit., not. *b.* — c. 10 sec. Go. concordat c. 3, 6, 8, 12, 13 h. t. Vid. Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 12, not. XLV. — c. 11 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Desert. (VII, 18) et exstat ap. Bou. l. c. p. 760, Labat. l. c. p. 259. Summ. C. Th.: „*Primae similis.*" — c. 12. Summ. C. Th.: „*Tertiae similis.*" Vid. c. 10 h. t., not. sup. — c. 13. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 13. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 1, i. e. *un.* h. t., sed cf. de cod. 15 infra c. 1 de Censu (XIII, 10). Vid. c. 8, 10 h. t., not. sup. Integra cum interpretat. est in codd. 6—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44.

toribus (VI, 4), not. *y*, c. 1 C. Th. Ne quis in palatiis (VII, 10), not. *y* etc. Similiter igitur hic scriptum erat *Vagime* (quinquagesimae), quod compendium librarius cod. 4 detorsit in *vaginae.* *) 4 *hun modum*, librarius em. *hunc.* i) 4 *militae*, rubro col. supr. add. *i.* k) 4 *np* et Til. Cui. 1 *Victo. Consss.* *) Vid. not. *f* anteced. l) Fol. 296[b] cod. 4. m) 4 et edd. *qui*, sed Til. — Ri*. *vendendo commutantes, qui*, Be. *vendendo, commutantes qui.* Go. aut tollendam esse putat v. *qui*, aut legendum *commutant et qui.* Illam cj. tuentur Summaria C. Th. Best, Rat. emend. leg. p. 291, reprehensa locutione *commutare emendo atque vendendo*, ut impropria, em. *commutantesque*, prob. Be. Bestii cj. hiulca fit oratio. Del. *qui.* Similiter in c. 13 h. t. *emendi vendendive compendiis ultro citroque quaesitis* et c. 7 h. t. *in mercimonii commutatione habeant.* *) Go. *qui in dominicis.* n) 4, Til. — Ri*. *Triveris.* o) 4, Til. — Ri*. *Foenicis.* p) 4, Til. — Ri*. *Byrito.* Be. *Beryti.* q) Inverso ordine scribendum *Valentinianus, Valens et Gratianus* sive potius spectatis c. 8 et 9 h. t. *Iidem*, quod Be. recte prop. 4 *Valanus AAA.* Til. — Lugd. *Valens * AAA.* Cui. 1 *Impp.* r) 4 *praestationib'* (i. e. *praestationibus*; rubro col. em. *praestationis*) *m. discernimus* (pro quo Go. recte em. *decernimus*), quasi imperatores dicant, se moleste ferre, figulos etc. immunes esse a praestationibus lustralis collationis. Quod cum ineptum sit, recte correctum esse arbitror *praestationis.* s) 4 *exerdis argis*; ant. man. veram rest. scripturam. t) Go. Rein. et Be. em. *ingenitum*, recte. Minus probo alteram cj. Go. *ingenuum*, quam et ipse parvi habet. Cum vv. *iam pridem* incipit fol. 297[a] cod. 4. *) Aur. Lugd. *AA. ad.* Bou. *Iidem Impp. ad eundem Hesperium.* u) 4 *pectat*, rubro col. supra *p* add. *s.* v) Mendose Aur. Lugd. *exercean.* x) *VI.* in c. 2 cit., quae exigua differentia est. y) 4, Til. — Ri*. *Auxonio.* z) 4 *Consss.* a) Cum Gratianus anno superiore VIII. Kal. Sept. Lugduni occisus sit, Go. Be. huic et sq. leg. inscribi volunt *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius*, sed mirationem faciunt Sich. et codices Br. Al., qui in inscr. c. sq. eosdem imperatores c. 11 h. t. proferunt, quamvis manifesto errore. b) 4 *inlustria*, a libr. corr. *industria.* c) Vid. not. *a* antec. 28, 36, 40 *Valent. Valens Teod.* Nonn. codd. *Valentinus* et *Theud.* d) 4, 6, 7, 10, 18, 42—44, Cui. 2, 2*. Go. *Habe*; rubro col. in cod. 4 corr. *haue.* 11 *abe.* 20 *ave* et 15 *Postumo ave Postumo car. nb.* 21, Sich. (om. *Have*) *Posthumiano.* 10, 18 *Postomiane.* 42 *Postumane.* e) 4 *kar nb.* 11 *knp.* Sich. *charissimo nobis.* 28, 36, 37, 40 om. *Have* etc., 21 *kar. nob.* et 42 *kar.* Vid. not. *d.* f) Fol. 297[b] cod. 4. 8 *Singuli queque.* 10, 14, 18 *Singuli quibus.* g) 10

vendantur, functione auraria [h] non teneantur: si vero emendi vendendive[i] compendiis ultro citroque[k] quaesitis[l] familiaris rei amplitudo cumuletur[m], etsi militares[n] sint, memoratae praestationi[o] nectantur[p]. *Dat. VI.*[q] *Id. Nov. Richomere*[r] *et Clearcho Coss.*[s] (384.)

Interpretatio. ***Si quicunque rem, quae ei nata est***[t]***, aut quam non emit, vendat***[u]***, ad solutionem aurariam minime teneatur. Si vero emendi vendendique studio probabitur huc illucque discurrere***[v]***, etiamsi militans est, ad***[x] ***solutionem teneatur***[y] ***aurariam.***

14. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius*[z] *AAA. ad Principium Pf. P.* Eos, quos peractae militiae labor decurso stipendiorum ordine vel protectoris honore cumulavit, vel honestae vel caussariae missionis necessitate donavit, quindecim solidorum in mercimoniis omnibus immunitatem habere iubemus; agnituros publicum munus, si ultra praestitutum legis nostrae modum emendis vendendisque rebus laxiore sumptu operam voluerint commodare. *Dat. prid. Non. Nov. Veronae, Arcadio A. I. et Bautone Coss.* (385.)

15. *Iidem AAA. Cynegio Pf. P.* Si quis potentior negotiatorem quempiam, quo minus aurum debitum inferat, contra fisci[a] nostri commoditates, putaverit defendendum, ipse defensor negotiatoris adscriptam ei, quem defenderit, summam cogatur expendere[b]. *Dat. XVIII. Kal. Maii Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio Coss.*[c] (386.)

16. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Clearcho Pf. U.* Omnes corporatos[d], de quibus orta querimonia est, quam maturissime praecipimus conveniri, ut aut commoda negotiatorum sequentes a clericorum excusatione discedant, aut *) sacratissimo numini servientes versutis quaestibus intuitu tuae sinceritatis abstineant. Distincta enim stipendia sunt religionis et calliditatis. *Dat. VIII. Id. Maii Constantinopoli, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

17. *Iidem AA.*[e] *Ianuarino Consulari Numidiae.* A negotiatoribus aurum lustrale dependi non ignoramus; et, cum ad eos soleat distributionis cura recurrere, quos necessitas collationis adstringit, non convenit, municipes hoc onere[f] subiacere. Sciant igitur de corpore suo, sicut in omnibus fere civitatibus[g], mancipes eligere, absque ulla[gg] aerarii nostri deminutione; a curialibus alienae functionis distributione reiecta. *Dat. prid. Non. Iun. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

18. *Iidem AA. Pompeiano Proconsuli Africae.* Omnes negotiatores lustralem conferre convenit pensionem[h]. Non solum igitur hi, qui[hh] probantur in territoriis sive in civitatibus exercere commercia, succumbant aurariae[i] functioni, verum etiam, qui[k] studentes foenori crescentis in dies singulos pecuniae accessione laetantur. *Dat. prid. Kal. Iul.*[l] *Mediolano, Stilicone et Aureliano Coss.*[m] (400.)

19. *Iidem AAA.*[n] *Septimino*[o] *Proconsuli Africae.* Omnes devotionem aurariae functionis agnoscant, quos diversi mercimonii cura constringit, ita ut[oo], quibus negotiandi sollicitudo est, ad solutionem teneantur. *Dat. VII. Kal. April. Ravenna, D. N.*[p] *Theodosio A. I. et Rumorido Coss.* (403.)

— c. 14. Vid. c. 7 h. t., not. sup. — c. 15. Vid. c. 21 h. t., not. sup. — c. 17 indigitatur supra XII, 6, 29, ubi vid. not. *v.* — c. 18 coniungenda est cum c. 166 C. Th. de Decurion. (XII, 1). De rell. cum h. c. coniungendis legibus vid. c. 3 C. Th. de Concuss. advocat. (VIII, 10), not. sup. et not. *r.* — c. 19 coniungenda est cum c. 64 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5). Summ. C. Th.: „*Omnibus superioribus ista contraria.*"

quae. 18 *que.* Sich. *venduntur*; nonn. codd. *vindantur.* h) 11 *functione agraria auraria.* i) 9 *emendive* et om. *vendendi.* 15 *vendendisque.* 20 *vindendique.* k) 6, 7, 9, 10, 12—14, 17, 18, 21 *utroque* et om. *citro.* Similiter 17, 20, 25 *ultroque*, sed 20 supr. lin. *utraque*; 15 *utrobique.* l) 11 *questus.* 20 supr. lin. *quae sit.* m) Seqq. des. in cod. 9. 6, 7 *cumulentur.* 11 *non cumul.* 17 *cumul. si mil.* 25 *cumul. cum et mil.* n) Vid. c. 2, 7, 14 h. t. o) 11 *nemoratae pr.* 14 *mem. p̄sentationi.* p) Ita 4, 15; 11 *nectantur teneantur.* Rell. Br. Al. codd. Sich. *mittantur*, sed 20 supr. lin. *nectantur.* q) 6—8, 12, 17 *V.* 20, 32, Cui. 2, 2*. Go. in Chron. *VII.* L. R. U. om. *VI.* r) 4 *nichomere*, err. 20 *secumere.* 31 *romere.* 28, 36, 40 *com. et c̄lc̄*; rell. codd. fere omnes, Sich. *Ricomere* et *Clearco*, nonn. *Cliarco*, *Clyarco.* s) Aur. Lugd. *Cons.* Nonn. codd. om. *Coss.* Be. ann.: „duvitat Gfr. in prosopographia de hac subscript., aliosque subnotandos censet coss., modo vere lex ad Postum. eumque Pf. P. Orient. data sit." t) 11 *Si quicūq*; *abiecta est remque ei nata.* 20 *quae aliena est.* 21, 28, 36, 40, Sich. in m. *donata.* Fornerius, Selection. Lib. I, c. 20 (Otton. Thes. Tom. II, p. 31) cj. *domi nata*, quae respondeant v. *vernacula* ipsius legis, impr. Go. In Aur. Lugd. add. *ut proprios fructus, aut pecudes, aut mancipia* ex Epit. Aeg., quae sic: *Nam qui proprios fructus venundat aut rem sibi natam vel mancipium aut pecudem.* u) Aur. Lugd. *vendat, nihil telonei reddere debet fisco* (ex Aeg.). *Si.* 20 *aurariae* et 11, 21 *teneantur.* v) 20 *discurrisse.* x) 6—9, 21 et multi alii codd. *militent ad.* 20 *militantis est.* y) 6—12, 18, 21 et multi alii codd. *teneantur.* 20 *aurariae.* z) 4 *Archad.* Vid. not. *a* anteced. Ri*. *Impp.* a) b *fici*, ant. man. em. *fisci.* b) Cum literis *dere* incip. fol. 298 [a] cod. 4. c) Aur. Lugd. *Cons.* d) Rein. cj. *copiatas*, non male. Putat igitur h. c. derogari c. 1 h. t. Sed vid. Go. in comment. *) Aur. Lugd. *aur.* Infra Go. *Coss.* e) Go. — Ri*. om. *AA.*, mendose. f) Go. ann.: „Pro, *huic oneri.*" Vid. IX, 3, 1, IX, 4, 1, IX, 9, 1, IX, 34, 7. g) Go. h. l. aut corruptum esse putat aut supplendum *fieri solet.* Simile quid intelligendum, veluti *mos est*, *fit* etc. gg) Aur. Lugd. om. *ulla.* h) Cum literis *onem* incip. fol. 298 [b] cod. 4. hh) Ri*. om. *qui.* Idem in inscript. *Ponpeiano.* i) 4 *subcumbant aurarie*, rubro col. em. *aurariae.* k) 4 *quii*, rubro col. em. *qui.* l) Go. in Chron.: „f. *Iun.* vel *Ian.*" Vid. c. 3 cit., not. *r.* m) 4, Til. — Ri*. *Stilichone* et Aur. — Go. *Cons.* n) Ita 4, convenienter cum c. 64 C. Th. cit., quae tres imperatores habet, *Arcad. Honor. et Theod.* Videtur igitur in vero C. Th. lex aliqua, ad quam referendum est hoc siglum, antecessisse, sed periisse. Edd. *AA.*, mendose. Quare Go. et Be. in not. add. *et Theod. A.* o) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Be. *Septimio.* Aur. Lugd. *Septimo.* Reposui ex c. 64 cit. *Septimino*, quod iam Go. et Be. flagitaverunt et Go. habet in Chron. oo) Aur. Lugd. om. *ut.* p) 4 *ān* pro *D. N.* Mox Aur. Lugd. *Cons.*

20. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* Functiones, quas conferentium frequentia extenuata debilitat, ad stabilitatem revocandae sunt, ut, quod simul et sub una conventione petebatur, sub parva ac minima contributione absque consensu [q] conferentium praebeatur. Hoc in lustralis auri collatione in perpetuum decernimus observari, illud videlicet praecaventes, ne quis a nostra clementia vectigal huius modi audeat postulare. *Dat. VIII. Kal. Iul.* [qq] *Varane V. C. Cos.* [r] (410.)

21. *Iidem AA. Monaxio* [s] *Pf. P.* Nemo mercator vel possessor [t] rerum, quae lustralis auri collatione tenentur obnoxiae, patrociniorum fiducia vel nomine cuiuslibet altissimae dignitatis a praedicta se functione aestimet subtrahendum, nec si ad domum dominae [u] ac venerabilis Augustae Pulcheriae germanae nostrae seu nobilissimarum sororum pietatis nostrae pertineat. *Dat. XII. Kal. Sept. Honorio* [v] *XII. et Theodosio VIII. AA. Coss.* (418.)

TIT. II. [x] DE ARGENTI PRETIO, QUOD THESAURIS [y] INFERTUR.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano* [z] *Pf. P.* Iubemus, ut pro argenti summa, quam quis thesauris [a] fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem, ita ut pro singulis libris argenti quinos solidos inferat. *Dat. XI. Kal. Mart. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.* (397.)

TIT. III. [b] DE MEDICIS ET PROFESSORIBUS [c].

1. *Imp. Constantinus A. ad Volusianum...* [d] Medicos, grammaticos et professores alios literarum immunes esse cum rebus, quas in civitatibus suis possident, praecipimus, et honoribus fungi [e]; in ius etiam vocari eos vel pati iniuriam prohibemus, ita ut, si quis eos vexaverit, centum milia nummorum aerario inferat, a magistratibus vel quinquennalibus exactus, [f] ne ipsi hanc poenam sustineant. §. 1. Servus eis si iniuriam fecerit, flagellis debeat a suo domino verberari coram eo, cui fecerit iniuriam, vel si dominus consensit, viginti milia nummorum fisco inferat, servo pro pignore, donec summa haec exsolvitur, retinendo. §. 2. Mercedes etiam eorum et salaria reddi praecipimus. §. 3. Quoniam [g] gravissimis dignitatibus vel parentes vel domini vel tutores esse non debent, fungi eos honoribus volentes

— c. 21. Summ. C. Th.: „*Similis XV.*"

Tit. II. Cod. Iust. X, 76. — c. 1. Cod. Iust. X, 76, 1.

Tit. III. Cod. Iust. X, 52. Sec. Go. respondent h. t. titulus C. Th. de Comitibus et archiatris S. Palatii (VI, 16), titulus C. Th. de Professoribus, qui in urbe Constantinopolitana (VI, 21), titulus C. Th. de Studiis liberalibus (XIV, 9). — c. 1. Cod. Iust. X, 52, 6 mut. et conflata ex h. c. et c. 3 sq. Cui. Comm. c. 6 cit. l. c. pag. 315. Ferd. Kämmerer, Untersuchung der Frage: Ob nach Iustinianeischem Recht Professoren der Iurisprudenz ein Honorar zu fordern berechtigt gewesen. Güstrow 1837. 8. p. 16 sqq. (cf. Kritische Iahrb. f. deutsche Rechtswissensch. Iahrg. 1838. p. 128, 302). Baron. ad ann. 330, n. 25. Inveni h. c., sed multis omm. in codice Montispes. H. 306. Vid. supra XII, 2, 1, not. sup.

q) Go. cj. *concensu*, id est contributione census, neque vero mutat vulg. scripturam. qq) 4, Be. *Iul.* Til. — Ri*. *Iun.*, err., qui nescio unde ap. Be. corr. est. r) Aur. Lugd. *Conss.* Vid. VI, 26, 15, not. *k*. s) 4, Til. — Ri*. *Monachio.* Be. auct. Go. rest. *Monaxio*, recte. Vid. supr. XII, 1, 183; infra XVI, 2, 43. Etiam Vales. *Monaxio.* t) Cum literis *sessor* incipit fol. 299 [a] cod. 4. u) 4 *domine*, rubro col. corr. *dominae.* v) 4 *Nonor* et *Thedosio*, mendose. Aur. Lugd. *Cons.* et Ri*. adscr. ann. 318.

x) Vid. supra XIII, 1, not. *b*. y) 4, Til. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *Thensauris.* Idem paullo infra. z) Aur. Lugd. *Eutichiano.* a) Vid. not. *y*. Rubro col. em. *thesauris* in cod. 4.

b) Vid. supra XIII, 1, not. *b*. c) Cod. Iust. *De Professoribus et Medicis.* d) Dignitas deest et hic et in Cod. Iust. Go. Volusianum hoc anno praefectum praetorio fuisse quidem putat, neque vero ubi fuerit, decernit. Be. fortasse addendum dicit *Pf. P.* Idem antea m. adscripsit Rein. Nihil apparet in 4, Til. — Cui. 2*. Be. Cod. Iust., quo lacuna significetur; ea apud Go. — Ri*. quattuor punctis indicata est. Cod. Montispes. add. *Lib. XIII Leg.* Idem mox *Medicos et grammaticos.* e) Ita etiam cod. Montispes. In cod. 4 antiquitus videtur scriptum fuisse *fulgi*; rec. man. pro *l* posuit *n*. Til. — Lugd. *praecipimus: et honoribus fungi. in ius.* Cui. 2 — Ri*. *praecipimus: et honoribus fungi: in* (Go. *In*) *ius.* Be. *praecipimus; et honoribus fungi, in ius* et ann. Be.: „*et h. f.* coniung. non videntur cum *praecip.*, ad verbum *prohibemus* trahenda, propter ea, quae in fine leg. occurrunt, nisi diverso sensu honorum voc. usurpatum quis malit, vel male interiecta superiora verba a librario sint." Recte; nam honor est magistratus municipalis cum dignitatis gradu, cuius modi est duumviratus, aedilitas, quibus volentes tantum fungi vult legislator medicos etc. Adde haec vv. a seqq. disiungi non posse propter v. *etiam*, quod illico legitur; nisi fortasse in scriptura *fulgi* latet v. *fulgere.* Tunc scrib. est *praecipimus et honoribus* (i. e. dignitate) *fulgere. In ius* etc. In cod. Montisp. haec vv. coniunguntur quidem cum antecedentibus, neque vero quicquam, cum des. seqq. usque ad v. *retinendo*, ex eo duci potest argumenti. f) Fol. 299 [b] cod. 4. Til. *exact'.* Baron. cj. *exactis.* Ceterum Til. — Cui. 2*. Be. *inferat a magistratibus, vel q. e.* Go. — Ri*. *inferat, a Magistratibus, vel Q. e.* g) Locus desperatus. Be. ann.: „*graves* ins. vult Gfr. nescio quo sensu. Equidem ne coniecturis quidem locum esse puto, quippe iusto fundamento plane destitutis. Olim conieceram: *praecip., quo iam graviss. d. ut p. v. domini deesse non debeant. Et ut tut. etc.*" Neutrius cj. sanatur locus, quamquam Go. *Quinetiam, quoniam autem, et quoniam* coniicit. Mihi videtur unus alter versus deesse, nisi haec omnia usque ad v. *debent* pro glossemate habenda sunt, cum neque Cod. Iust. neque cod. Montisp. tale quid in h. c. fuisse indigitent. Dignum est hoc memoratu, etsi in cod. Montisp. multa omissa sunt. In Cod. Iust. h. c. ita mutata est: (ex c. 1 et 2 h. t.) *Medicos et maxime ar-*

permittimus, invitos non cogimus. *PP.*[h] *Kal. Aug. Sirmio*[i], *Crispo et Constantino*[k] *CC. Coss.*[l] (321.)

2. *Idem A. ad Rufinum*[m] *Pf. P.* Archiatri omnes et ex-archiatris[n] ab universis muneribus curialium, senatorum et comitum perfectissimorumque muneribus et obsequiis, quae administratione perfunctis saepe mandantur, a praestationibus quoque publicis liberi immunesque permaneant, nec ad ullam auri et argenti et equorum praestationem vocentur, quae forte praedictis ordinibus aut dignitatibus adscribuntur. Huius autem indulgentiam sanctionis ad filios quoque eorum statuimus pervenire. *Dat. XII. Kal. Iun. Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.* (326.)

3. [o] *Idem A. ad Populum.* Beneficia divorum retro principum confirmantes, medicos et professores literarum, uxores etiam et filios eorum ab omni functione et ab omnibus muneribus publicis vacare praecipimus, nec ad militiam comprehendi, neque hospites recipere, nec ullo fungi munere, quo facilius liberalibus studiis et memoratis artibus multos instituant. *PP. V. Kal. Oct. Constantinopoli, Dalmatio et Zenophilo*[p] *Coss.* (333.)

4. *Imp. Iulianus A. ad Archiatros*[q]. Ratio aequitatis exposcit, ut veterum privilegia principum[qq] circa vos censeamus esse firmanda. Proinde, nostrae mansuetudinis sanctione subnixi, securi a molestiis munerum omnium publicorum[r] reliquum tempus aetatis iugiter agitabitis[s]. *Dat. IV. Id. Maii Constantinopoli, Mamertino et Nevitta Coss.**) (362.)

5. *Idem A............*[t] Magistros studiorum doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde facundia. Sed quia singulis civitatibus adesse ipse non possum, iubeo, quisquis[u] docere vult, non repente, nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus decretum curialium mereatur, optimorum[uu] conspirante consensu[v]. Hoc enim decretum ad me tractandum referetur, ut altiore quodam honore nostro iudicio studiis civitatum accedant[x]. *Dat. XV. Kal. Iul. Acc. IV. Kal. Aug. Spoletio*[y], *Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

6. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Mamertinum Pf. P.* Si qui erudiendis adolescentibus vita pariter et facundia idoneus erit, vel novum instituat auditorium, vel repetat intermissum. *Dat. III. Id. Ian.*[z] *divo Ioviano et Varroniano Coss.*[a] (364.)

— c. 2. Vid. c. 1 h. t., not. *g*. Indigitatur una cum c. 4, 12 h. t. in c. 14, 15 h. t. — c. 3. Vid. c. 1 h. t., not. sup., not. *g* et c. 4, 10 h. t., not. sup. — c. 4. Plenius legitur h. c. in Iuliani imp. Opp. p. 398 (ed. Spanhem.) post ep. XXV. Vid. not. *s*. Summ. C. Th.: „*Firmatio superioris est.*" Vid. c. 2 h. t., not. sup. — c. 5. Cod. Iust. X, 52, 7. Legitur h. c. ap. Baron. in Ann. a. 362, n. 286. Vid. c. 6 h. t., not. sup. et infra not. *v*. — c. 6 legitur ap. Baron. in Ann. a. 364, n. 20. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Sec. Go. Vales. haec c. abrogat c. 5 h. t.

---

chiatros, vel ex archiatris, Grammaticos, et professores alios literarum, et doctores legum (improb. Cui. l. c. pag. 315 et Go.; vid. c. 5 h. t.), *una cum uxoribus et filiis, nec non et rebus — possident*, (ex c. 3 h. t.) *ab omni functione, et ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis immunes esse praecipimus: et neque in provinciis hospites recipere, nec ullo fungi munere*, (ex c. 1 h. t.) *nec ad iudicium deduci nec eximi, vel exhiberi, vel iniuriam pati: ut si quis eos vexaverit, poena arbitrio iudicis plectatur. Mercedes etiam eis, et salaria reddi iubemus*, (ex c. 3 h. t.) *quo facilius liberalibus studiis et memoratis artibus multos instituant.* In cod. Montispes. §. 2 h. c. ita se habet: *Mercedes etiam eorum et salaria reddi praecipimus fungi eos honoribus volentes permittimus invitos non cogimus*, et deest subscr. h) Go. vult *Dat.*, sed etiam Cod. Iust. habet *PP.* i) Be. Cod. Iust. *Sirmii.* k) Ita etiam Cod. Iust.; Ri. em. *Crispo Caes. II. et Constantino Caes. II.* et Be. *Constantino II. Caess. Coss.* l) 4, Til. — Lugd. *C. Coss.* Cui. 2 — Ri*. *Caes. Coss.*, sed Rein. em. *Caesaribus* et add. ann. 322. Be. *Caess. Coss.* Cod. Iust. *CC. Conss.* m) Rufinus h. ann. praefectus praetorio nusquam reperitur, nisi in hac sola lege; qua de caussa videtur Go. in Chron. h. c. ad ann. 354 revocasse. Neque vero eo anno lex aliqua habetur Rufino inscripta. Praeterea Go. cj. repugnat ordini legum. n) Til. — Cui. 2* *exarchiatris.* o) Fol. 300[a] cod. 4. p) 4 *Zenofilio* et Aur. Lugd. *Cons.* q) Iuliani ep. *νόμος περὶ τῶν ἰατρῶν*, Lex de medicis. qq) Ri*. om. *principum.* r) Iuliani ep. *τῶν βουλευτικῶν λειτουργημάτων*, munerum curialium vel senatoriorum. 4 *relicum t. aestatis*, sed em. rubr. col. *reliquum t. aetatis.* s) In Iuliani Operibus haec c. ita edita est: *Ἰουλιανοῦ νόμος περὶ τῶν ἰατρῶν. Τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην σωτηριώδη τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνειν, τὸ ἐναργὲς τῆς χρείας μαρτυρεῖ. διὸ καὶ ταύτην ἐξ οὐρανοῦ πεφοιτηκέναι δικαίως φιλοσόφων παῖδες κηρύττουσι. Τὸ γὰρ ἀσθενὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως, καὶ τὰ τῶν ἐπισυμβαινόντων ἀῤῥωστημάτων ἐπανορθοῦται διὰ ταύτης. καὶ γὰρ κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λογισμόν, συνῳδὰ τοῖς ἄνωθεν βασιλεῦσι θεσπίζοντες, ἡμετέρᾳ φιλανθρωπίᾳ κελεύομεν, τῶν βουλευτικῶν λειτουργημάτων ἀνενοχλήτους ὑμᾶς τοὺς λοιποὺς χρόνους διάγειν. Iuliani lex de medicis. Artem medicam hominibus salutarem esse, usus ipse demonstrat. Quare eam e coelo delapsam non immerito philosophi praedicant. Etenim naturae nostrae infirmitas, et valetudinis offensiones, quae quotidie incidunt, per hanc corriguntur. Quamobrem sicut aequitatis ratio postulat, nos superiorum regum auctoritatem et vocem secuti, pro nostra humanitate iubemus vos senatoriis muneribus liberos in posterum vivere.* *) Aur. Lugd. *Cons.* t) Etiam in Cod. Iust. (*Imp. Iulianus A.*) deest magistratus, quem Go. *Praefectum pr.* aut *Praefectum urb.* aut *Consularem Piceni Suburbicarii*, in quo Spoletium situm est, fuisse opinatur. 4, Til. — Cui. 2*. Be. lacunam non indicant; Go. ponit undecim puncta, Ri. novem, Ri*. septem. u) 4, edd. *quisque.* Edidi ex Cod. Iust. *quisquis.* uu) Fol. 300[b] cod. 4. v) Seqq. des. in Cod. Iust. In Summariis C. Th. huic c. nonnulla interiecta sunt, quae om. in C. Th.: *Doctores quales esse insinuat et non ut statim exeuntes ex auditoriis, nisi Romae a principe probati, per provinciam ab ordine doctissimorum curialium fuerint comprobati* etc. Vid. supra XII, 1, 46; infra XIII, 5, 4. x) Ita 4, Til. — Lugd.; *accedat* Cui. 2 — Be., sc. quisquis docere vult. y) Cod. Iust. Be. *Spoletii.* Ri*. *Nevitia.* z) Recte Rein. Go. Baron. in m. et Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 2, n. VII. Be. corr. *Iun.*; mortuus est Iovianus demum post *III. Id. Iun.*, die *XII. Kal. Mart.* a) Aur. Lugd. *Cons.* et

7. *Iidem AAA.*[b] *ad Probum*[c] *Pf. P.* Reddatur unusquisque patriae suae, qui habitum philosophiae indebite et insolenter usurpare cognoscitur, exceptis his, qui a probatissimis approbati ab hac debent colluvione[d] secerni. Turpe enim est, ut patriae functiones ferre non possit, qui etiam fortunae vim se ferre profitetur. *Dat.*[e] *XIV. Kal. Febr. Sirmio*[f], *Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* (369.)

8. *Iidem AAA.*[g] *ad Praetextatum Pf. U.* Exceptis portus Syxti[h] virginumque Vestalium, quot[hh] regiones urbis sunt, totidem constituantur archiatri. Qui scientes[i], annonaria sibi commoda a populi commodis[k], honeste obsequi*) tenuioribus malint, quam turpiter servire divitibus. §. 1. Quos etiam[l] ea patimur accipere, quae sani offerunt pro obsequiis, non ea, quae periclitantes pro salute promittunt[m]. §. 2. Quod si huic archiatrorum numero aliquem aut[n] conditio fatalis aut aliqua fortuna decerpserit, in eius locum non patrocinio praepotentium, non gratia iudicantis alius surrogetur, sed horum omnium fideli circumspectoque delectu[o], qui et ipsorum consortio et archiatriae ipsius dignitate et nostro iudicio dignus habeatur. De cuius nomine referri ad nos protinus oportebit. *Dat. III. Kal. Febr. Treviris*[p], *Valentiniano et Valente III.*[q]*AA. Coss.* (370[r].)

9. *Iidem AAA.*[s] *ad Olybrium Pf. U.* Si qui in archiatri defuncti est locum[t] promotionis meritis aggregandus, non ante eorum*) particeps fiat, quam primis, qui in ordine reperientur, septem vel eo amplius iudicantibus idoneus approbetur. Ita ut, quicunque fuerit admissus, non ad priorum[u] numerum statim veniat, sed eum ordinem consequatur, qui, ceteris ad priora subvectis, ultimus poterit inveniri. §. 1. [v]Hisque annonarum compendia, quae eorum[x] sunt meritis dignitatique praestanda, tua sinceritas iuxta dispositionem prius habitam faciat ministrari. *Dat. VI.*[y] *Id. Mart.**) *Valentiniano et Valente III. AA. Coss.* (370.)

10. *Iidem AAA.***) *ad Principium Pf. U.*[z] Medicis et magistris urbis Romae sciant omnes immunitatem

---

— c. 7. Cod. Iust. X, 52, 8. — c. 8. Cod. Iust. X, 52, 9 nonn. om. Vid. c. 9 h. t., not. sup. — c. 9 Go. recte coniungendam esse contendit cum c. 1 C. Th. de Studiis liber. urb. Rom. (XIV, 9) et cum c. 7 Cod. Iust. de Postulando (II, 6). Meminit huius c. Symmachus X, 40, eandemque una cum c. 8 h. t. indicat et confirmat c. 13 h. t. Contra hac c. in partem c. 8 h. t. derogari vel saltem eam accuratius revocari dicit Go. in comm. dictae c. 8. Cod. Iust. X, 52, 10 om. fin. — c. 10 similis est c. 3 h. t.

Go. 304. b) Male edd. *AA.* in c. 7—9 h. t., Cod. Iust. in c. 8 cit. (quae respondet h. c.) *Impp. Valent. et Valens AA.* et in c. 9, 10 eod. tit. *AA.* Recte Go. et Be. hic *et Gratianus A.* addi et in sqq. c. *AAA.* legi volunt, ut est in c. 10 h. t. Errorem editionum ex Tiliana ed. natum esse, demonstrat codex 4, qui in inscr. c. 7—10 h. t. clare habet *AAA.* (*Id aaa*), ut aut in c. 7 exciderit *et Gratianus* inter *AA.* et *A.*, aut c. aliquam ante hanc legem excidisse verisimile sit. Vid. supra XIII, 1, 19, not. *n* et infra XIII, 11, 10, not. *l.* c) Cod. Iust. *ad Mamertinum.* Recte Cui. Russ. *ad Probum*, ut C. Th. d) 4, Til. — Lugd. Go. — Ri*. *conlubione.* Cui. 2, 2* *conluBione.* Cod. Iust. *collusione*, impr. Go. Be. de cj. Go. recte rest. *colluvione*, quod iam Cui. proposuerat in Comm. c. 8 Cod. Iust. cit. l. c. pag. 316. Similiter XIII, 1, 6, not. *b.* Supra Aur. Lugd. *pobatissimis* et mox 4 *functionis*, rubro col. em. *functiones.* e) Go. in Chron. *Dat.* habet pro *Reddita.* f) Cod. Iust. Be. *Sirmii*; mox Aur. Lugd. *Cons.* g) Vid. c. 7 h. t., not. *b.* h) Val. em. *Xysti* et Go. *porticus Xysti.* Cramero, Gauppio probatur quidem *Xysti*; sed Cramerus in Excursu IV. ad Gellium p. 36 (Kleine Schriften. Leipzig 1837. 8. p. 111) vocem *porticus*, quae non sit nisi interpretatio vocabuli *Xystus*, extrudendam esse affirmat, ne idem bis dicatur. Nihilo secius probo Go. cj. Coniicit Go. etiam *partus*; sed se ipse refutat. hh) 4, Til. *quod*, mendose. i) Go. cj. *percipientes*, neque vero mutat, recte. Vid. not. *k.* Etiam c. 9 Cod. Iust. cit. agnoscit v. *scientes*, quae sic incipit: *Archiatri scientes annonaria* etc., om. pr. k) Ita 4, Til. — Ri*. Hiare orationem, iam Go. monuit. In Cod. Iust. ex c. 9 h. t. add. *ministrari*, quod Be. rec., sed improbat Cramerus, obscurum esse dicens, quid populi commodis significetur. Go. suppl. *esse*, aut, si quid mutandum est, em. *annotata* pro *annonaria* (i. e. deputata, adscripta) vel *annonaria sibi commoDANda e populi commodis*; Cramerus autem scriptum fuisse putat *scientes annonaria sibi commoda a populo commodari*, non male; verum puto a Be. recte ex Cod. Iust. repositum esse v. *ministrari.* Commoda populi sunt reditus populi, aerarium urbis Romae. *) Fol. 301[a] cod. 4. l) Nonn. Cod. Iust. edd. *tantum*, impr. Go. in comm. m) Seqq. desunt in Cod. Iust. n) 4 *autem*, rubro col. corr. *aut.* o) 4, Til. — Ri*. *dilectu.* Be. auct. Go. rep. *delectu*, recte; nam cod. 4 habet *delectu.* Similiter infra XIII, 5, 13, not. *d.* p) 4, Til. — Ri. *Triu.* Be. *Trev.* Ri*. om. *Febr. Trev.* Cod. Iust. *Treu.* q) Olybrius hoc tempore Pf. U. fuit, non Praetextatus. Quare Go. Be. pro *III.* corr. *II.* (368.), et Go. in Chron. h. c. retrahit ad ann. 368. Ego cum Cod. Iust. consentiat cum C. Th., mutanda sit etiam series legum et revocanda h. c. ante c. 7, non audeo mutare numerum. r) Go. — Ri*. om. annum. Cur omittant, patet ex antec. ann. s) Vid. c. 7 h. t., not. *b.* t) Cod. Iust. *Si quis in a. d. locum est.* *) Go. ann.: „An Archiatrorum? an meritorum?“ Cramerus (Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissensch. Tom. I, p. 292) iure quidem a Go. dubitari, quo referenda sit haec vocula, agnoscit, ad neutrum tamen verbum eam referens, cj. antiquitus scriptum fuisse *hōrum*, i. e. honorum; librarium hoc accepisse pro *horum*, sive non intelligeret compendium sive male assequeretur eum, qui dictaret codicem: pro *horum* autem alium substituisse *eorum.* Refero v. *eorum* ad *promotionis meritis.* Sententia est: Si qui in archiatri defuncti locum promotione aut vi promotionis (*promotionis meritis*) aggregandus est, non ante promotionis particeps fiat, i. e. promoveatur, quam etc. Neque vero nego, v. *eorum* intelligi posse archiatros (*particeps*, i. e. consors *fiat archiatrorum*), quorum fortasse mentio facta erat in antecedenti particula maioris legis hic omiss. Codex Iust. ut C. Th. u) Cod. Iust. *ita tamen, ut q. f. a., non in priorum.* v) Seqq. des. in Cod. Iust. Supra Cui. 2, 2* *poterir.* x) Fol. 301[b] cod. 4. y) c. 1 C. Th. cit. *IV.* c. 7 Cod. Iust. om. numero *Dat. Kal.* Scrib. ubique, ut inter se leges illae coniungantur, aut *VI.* aut *IV. Id.* Illud suadet Cod. Iust., qui hic facit cum C. Th., hoc cod. 3, consentiens in c. 1 cit. cum cod. 4. *) Add. *Treviris* ex c. 1 et 7 citt. Aur. Lugd. Ri*. *Cons.* **) Vid.

esse concessam, ita ut etiam uxores eorum ab omni inquietudine tribuantur[zz] immunes, et a ceteris oneribus[a] publicis vacent, eosdemque ad militiam minime comprehendi placeat, sed nec hospites militares recipiant. *Dat. III. Kal. Maii Valentiniano et Valente III. AA. Coss.*[b] (370.)

11. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA.*) Antonio Pf. P. Galliarum.* Per omnem dioecesim[c] commissam magnificentiae tuae frequentissimis in civitatibus, quae pollent et eminent claritudine, praeceptorum optimi[d] quique erudiendae praesideant iuventuti, rhetores loquimur et grammaticos Atticae Romanaeque doctrinae*). Quorum oratoribus viginti quattuor**) annonarum e fisco emolumenta donentur, grammaticis Latino vel Graeco duodecim[e] annonarum deductior paullo numerus[f] ex more praestetur; ut singulis urbibus, quae metropoles[g] nuncupantur, nobilium professorum electio celebretur, nec vero iudicemus, liberum ut sit cuique[h] civitati, suos doctores et magistros placito sibi iuvare[i] compendio. Trevirorum[k] vel clarissimae[l] civitati uberius aliquid putavimus deferendum, rhetori ut triginta, item viginti grammatico Latino, Graeco[m] etiam, si qui dignus reperiri potuerit, duodecim praebeantur annonae. *Dat. X. Kal. Iun.*[n] *Valente V. et Valentiniano AA. Coss.* (376.)

12. *Iidem*[o] *AAA. Vindiciano.......*[p] Archiatrorum, qui intra penetralia regalis aulae totius vitae probitate floruerunt, nulla dignitate[q] sequatur expensa, neque eorum fatiget heredes. Ab his etiam, qui comitivae honore donati sunt, ut consuetudo poscebat, sordidi muneris interpellatio conquiescat. Nam dilecti a patribus atque suscepti[r] honoris ac muneris incrementa servamus. *Dat. XVIII. Kal. Oct. Treviris*[s], *Ausonio*[t] *et Olybrio Coss.* (379.)

13. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Pinianum*[tt] *Pf. U.* Si quid impetratis surrepticiis in iudicio suo magnificentia tua ita viderit[u] actitatum, ut his legibus, quae ad relationes promulgatae sunt, videatur aliquid imminutum, rescissis omnibus, quae per gratiam gesta videbuntur, eorum tenorem super archiatris ordinandis, quae a divae[v] memoriae patre nostro constituta sunt, a nobis quoque confirmata ex huius auctoritate[x] rescripti faciet omnifariam custodiri. *Dat. XI. Kal. Febr. Mediolano, Valentiniano A. III. et Eutropio Coss.* (387.)

— c. 11. Bou. l. c. p. 757. Legitur etiam in cod. Montispes. H. 306. Vid. supra XII, 2, 1, not. sup. et infr. not. *l.* — c. 12. Vid. c. 13 sq., not. sup. et c. 15 h. tit. — c. 13. Vid. c. 9 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Sine dubio interpres intelligit c. 8 et 9 h. t. Symmachi Epp. X, 40.

c. 7 h. t., not. *b.* z) Una haec C. Th. lex Principio *Pf. U.* inscripta est, quem etiam Ammianus Marcellinus XXVII, 3, XXVIII, 4 tacet, ubi praefectos urb. imperante Valentiniano hoc ordine enumerat: Symmachum, Lampadium, Iuventium, Praetextatum, Olybrium, Ampelium. Be. em. *PPf. U.* Go. in Chron. legem tribuit anno 387, interturbata serie constitutionum h. t. et impr. Corsinio l. c. p. 284, qui Principium ab Ammiano Marcellino omissum esse putat. Praeterea Be. scribit: „Certe non videtur cum Gfr. *Pf. P.* legendum." Falso. Go. non h. l. corr. *Pf. P.*, sed in c. 2 Cod. Iust. de Off. div. iud. (I, 48) ann. 384 data. zz) An *habeantur*? Sed vid. supr. XI, 8, 3, not. *l.* a) 4 mendose *honeribus*; sed eraditur litera *h.* b) Aur. Lugd. *Cons.* *) Cod. Montispes. *ad Antonium.* Scaliger prop. *Ausonio*, improb. Go. Vid. supra IX, 35, 2, not. *q.* c) 4 *diocesi.* Offendit Go. in v. *dioecesim*, cum plures administraverit praefectus pr. Galliarum dioeceses. Reiecta igitur ea cj., qua v. *Galliarum* separatum ab inscriptione coniungi imperavit cum ipsa lege (*Imppp. — Antonio Pf. P. Galliarum per omnem dioecesim*), Hispanias et Britanniam hoc tempore putat ereptas fuisse praefecto praet. Galliarum. At vero imperator de immunitate rhetoribus et grammaticis *solius* Galliae danda loquitur, neque opus erat scribere *Per omnes dioeceses.* d) Cui. 2, 2* *opimi.* Rein. mendum corr. In Cui. 2 — Ri*. male hoc l. ita interpungitur *eminent clar. praeceptorum, optimi.* Til. — Lugd. Be. Go. in not. *eminent, claritudine.* *) Vid. supra XI, 16, 15, not. * et 18, not. *. **) Summ. C. Th. *XXV annonarum.* e) 4 *duodeci.* Go. ann.: „An *duo de viginti*? Nam alioquin duodecim ad viginti quatuor dici non posse videatur *PAVLO* deductior numerus." Recte quidem, sed obstat cod. Montisp., qui consentit cum cod. 4. Vid. not. *l.* Infra in fin. h. c. repetuntur *duodecim annonae.* Summ. C. Th. *per singulas duodenas.* f) Fol. 302[a] cod. 4. g) 4 *metropolis*; rubro col. supr. add. ει. Til. — Ri*. Bou. *metropoleis.* h) 4 *quique*, rubro col. corr. *cuique.* i) 4 *iubare*, rubro col. corr. *iuvare.* Vid. supra c. 7 h. t., not. *d*, XIII, 1, 6, not. *b*, XII, 1, 6, not. *h.* k) 4, edd. ante Be. *Triverorum.* Go. pro *vel* cj. *vero*, neque tamen negat teneri posse *vel.* l) Non mutari vult Go. h. v. in *charissimae*; recte. In cod. Montispes. h. c. inversis vv. ita scripta est: *Quorum oratoribus — praestetur*; *in singulis urbis quae m. appellantur nobilium pr. e. celebretur. Optimi — more praestetur. Trivirorum — annonae*, et deest subscr. m) Go. *Craeco*, mendcse. Til. — Cui. 2* *Graeco* (*etiamsi — potuerit*) *duodecim.* n) Rein. vult *Ian.*, haec dicens: „Nam 15. Cal. Dec. obit Valentinianus pater." Aur. Lugd. *Cons.* o) Go. Rein. Be. inscr. iubent *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius.* Defuncto enim Valente Ausonio et Olybrio coss. XVIII. Kal. Febr. a Gratiano cooptatus est Theodosius. p) Dignitas deest etiam in cod. 4. Go. add. esse putat *Comiti archiatrorum* et ponit undecim puncta, quibus Ri. substituit novem, Ri*. sex. Rell. lacunam signo non distinguunt. q) Go. prob. Be. em. *dignitatem*, recte. Mox Go. *neque.* r) Go. vult *suspecti*, quasi servent imperatores incrementa honoris illius et muneris, quae patres (i. e. anteriores principes) dilexerint et suspexerint. Artificiosa haec est interpretatio. Patres sunt senatores. In c. 15 h. t. archiatri non vocantur ad senatorias descriptiones, supra c. 2 h. t. eximuntur a muneribus senatorum et comitum. Comparantur igitur archiatri cum senatoribus, fruuntur honore neque vero oneribus senatorum. Eum honorem, quem patres sibi conferri laetantur, servant imperatores. Nego etiam, patribus nullo v. apposito significari principes anteriores. s) 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* t) 4, Til. — Cui. 2* *Auxonio.* tt) Go. recte vituperat eos, qui pro *Piniano* rep. volunt *Symmachum.* u) Cum literis *derit* incipit fol. 302[b] cod. 4, in cuius ima pag. est signum quaternionis *M.* v) 4 *dive*, rubro col. corr. *divae.* Significantur c. 8 et 9 h. t. a Valentiniano sen. datae. x) Ri. *auctoritatae.* Infra Aur. Lugd. *Cons.*

14. *Iidem AAA. Cynegio* *) *Pf. P.* Ea, quae principes veteres[y] archiatris sacri palatii, salutaris ac necessariae artis professoribus, sacro et mansuro in aeternum iudicio detulerunt, et antiquorum contemplatione iussorum et laborum praesentium intuitu roborata in perpetuum manere praecipimus, nec ulla cuiuspiam improbitate convelli. *Dat. VI. Id. Mart. Constantinopoli, Valentiniano A. III.* *) *et Eutropio Coss.* (387.)

15. *Iidem*[z] *AAA. Rufino Pf. P. Post alia:*[a] Archiatrorum privilegia, quae his vetustis sanctionibus[b] attributa sunt, illibata[c] volumus permanere ac tenere perpetem firmitatem. Hoc quoque addendum[cc] esse censuimus, [d] ut, qui egerunt administrationes, aut earum honore fungentur, vel dimissi e palatio testimonialium suffragio munientur, ad descriptiones senatorias non vocentur, sed ab omnibus muniis absoluti, liberi atque securi dignitatis praemiis perfruantur. *Dat. VII. Kal. Aug. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.*[dd] (393.)

16. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio*[e] *Pf. P.* Grammaticos, oratores atque philosophiae praeceptores, nec non etiam medicos praeter haec, quae retro latarum[ee] sanctionum auctoritate consecuti sunt, privilegia immunitatesque frui hac[f] praerogativa praecipimus, ut universi, qui in sacro palatio inter archiatros militarunt[ff] cum comitiva[g] primi ordinis vel secundi[h], nulla municipali, nulla curialium collatione, nulla senatoria vel glebali descriptione vexentur[i]; seu indepta[k] administratione, seu accepta testimoniali[l] meruerint missionem, sint ab omni functione omnibusque muneribus publicis immunes, nec eorum domus, ubicunque positae, militem seu iudicem suscipiant[m] hospitandum. Quae omnia filiis[n] etiam eorum et coniugibus illibata praecipimus custodiri, [o] ita ut nec ad militiam liberi memoratorum trahantur inviti. Haec autem et professoribus memoratis eorumque liberis deferenda mandamus. *Dat. prid. Kal. Dec. Constantinopoli, Constantio et Constante Coss.* (414.)

17. *Iidem AA. Helioni*[oo] *Magistro officiorum.* Artium liberalium professoribus ac praecipue medicis, qui cum comitivae primi ordinis ac secundi militant dignitate, privilegia et beneficia a retro principibus praestita, nec non etiam nova ipsis eorumque filiis clementia nostra detulit, ut cohaerens sanctio[p] protestatur, quae tenaciter observari oportet. *Dat. prid. Kal. Dec. Constantinopoli, Constantio et Constante Coss.* (414.)

18. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Helioni*[pp] *Magistro officiorum.* Habente[q] propriam firmitatem secundo[r] nostrae maiestatis oraculo, quod de excusandis sive praebendis[s] his, quae militantibus debentur, hospitiis promulgatum est, illa, quae dudum circa archiatros et magistros sanximus[t] literarum, observentur. Hos enim, pro necessariis artibus[u] et liberalibus disciplinis, hospitali molestia, quoad viverent, liberari praecipimus. Illibata ergo permaneant illa, quae quondam circa archiatros, quos in palatio nostro primi vel secundi ordinis comites militasse constiterit, et circa liberalium literarum magistros videntur a nobis iustissime constituta. *Dat. XIV. Kal. Sept. Hierio et Ardaburio*[v] *Coss.* (427.)

— c. 14. Err. Aur. Lugd. *c. XLIII.* — c. 15. Vid. c. 2 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 52 C. Th. de Cursu publico (VIII, 5), ubi cons. not. *rr.* — c. 16 eodem die data est atque c. 17 h. t., in qua commemoratur. Cod. Iust. X, 52, 11 aliis omm., aliis add. Vid. not. *h.* Indigitatur cum c. 17 in c. 18 h. t. — c. 17. Vid. c. 16 h. t., not. sup. — c. 18. Cod. Iust. XII, 41, 8 nonn. om. Vid. infra XIII, 4, 4, not. *x.* Bas. LVII, 12, 8. Cf. c. 16 h. t., not. sup.

---

et Go. adscr. ann. 380. *) Ri*. *Cynagio.* y) Vid. c. 2, 4, 12, alias c. h. t. *) Ri*. om. *III.* z) Go. Be. in ann. rep. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius.* Vid. c. 52 cit., not. *r.* a) Ex 4, Til.; rell. om. *Post alia.* b) Vid. c. 2, 4, 12 h. t. c) 4 *libata*, ab ant. man. rep. *inlibata.* cc) Quod iam constitutum est c. 2, 12 h. t. d) Fol. 303[a] cod. 4. dd) Aur. Lugd. *Cons.* e) 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. *Monachio.* Be. auct. Go. ex c. 18 C. Th. de Senat. (VI, 2) rep. *Monaxio*, recte. Cf. XIII, 1, 21. ee) Vid. supra X, 10, 3, not. *e.* Til. — Lugd. *retrolatarum.* f) 4 *ac*, rubro col. supra add. *h.* Mox *censemus* pro *praecipimus* Go. in comm. ff) Go. em. *militabunt* ex c. 17 h. t., quae *militant.* Cum C. Th. consentit Cod. Iust. Vid. not. *h.* g) 4 *comitiva*, rubro. col. appon. virgula supra *a.* Vid. not. *h.* Edd. *comitivam.* h) Ita cod. 4, optime et pariter atque c. 17: *qui cum comitivae primi ordinis ac secundi militant dignitate.* Vid. etiam c. 18 sq.: *quos in palatio nostro primi vel secundi ordinis comites militasse constiterit.* Recentior manus codici rubro colore post v. *secundi* haec vv. adscripsit: *adepti fuerint, aut maioris gradum dignitatis ascenderint* et mutavit v. *comitiva* in *comitivam.* Edd. igitur, in quas hoc supplementum transiit, ita habent: *universi, qui in sacro palatio inter archiatros militarunt, cum comitivam primi ordinis vel secundi adepti fuerint, aut maioris gradum dignitatis ascenderint, nulla municipali, nulla curialium conlatione, nulla senatoria vel glebali describtione vexentur.* Usa est illa manus aut Cod. Iust. s. c. 19 h. t., aut utroque fonte. Delevi illa vv., quae huc non pertinerent. i) Cod. Iust. *nulla curialium conventione vexentur* et om. *nulla s. v. gl. descriptione.* Vid. Cui. l. c. pag. 317. k) Cod. Iust. *adempta*, sed Cui. ut C. Th. l) Cod. Iust. *testimonialem*, sed Cui. ut C. Th. m) Fol. 303[b] cod. 4. n) Cod. Iust. *omnia in filiis.* o) Omissa sunt in Cod. Iust. vv. *ita ut — inviti.* oo) Vales. in m.: „Helius magister officiorum dicitur Olympiodoro.“ p) Vid. c. 16 h. t. pp) Vid. not. *oo* anteced. q) 4 *Habentem*, rubro col. del. *m.* r) Sec. Go. indigitatur c. 14 C. Th. de Metatis (VII, 8). Infra Aur. Lugd. *maiectatis.* s) 4 *praeuendis*, rubro col. corr. *praebendis.* t) Vid. c. 16, 17 h. t. u) Fol. 304[a] cod. 4. v) 4, edd. Cod. Iust. *Ardabure.* Vid. supra X, 20, 17, not. *h.* Aur. Lugd. *Cons.* Ceterum in Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *Archiatros nostri palatii, nec non urbis Romae, et magistros literarum, pro necessariis artibus, vel liberalibus disciplinis, nec non*

19. *Iidem AA. Proculo Pf. U.* Archiatrorum sacri palatii obsequia cogitantes id praesenti sanctione decernimus, ut, si qui ex his aut primi ordinis adepti fuerint comitivam, aut maioris gradum dignitatis ascenderint, secundum id, quod eis dudum per sacras constitutiones indultum est, a glebali collatione specialiter immunes sint, non praeiudicante eis novella lege[x], per quam iussimus, exceptis quibusdam dignitatibus, quae illic nominatae sunt, senatoria munera omnes agnoscere. *Dat. III. Id. Iul. Constantinopoli, Felice et Tauro Coss.* (428.)

TIT. IV. *) DE EXCUSATIONIBUS ARTIFICUM.

1. *Imp. Constantinus A. ad Felicem....*[y] Architectis quam plurimis opus est; sed quia non sunt, sublimitas tua in provinciis Africanis ad hoc[z] studium eos impellat, qui ad[zz] annos ferme duodeviginti nati liberales literas degustaverint. Quibus ut hoc gratum sit, tam ipsos quam eorum parentes ab his, quae personis iniungi[a] solent, volumus esse immunes, ipsisque, qui discent[b], salarium competens statui. *PP. VI. Kal.*[c] *Sept. Karthagine, Optato et Paullino Coss.* (334.)

2. *Idem*[d] *A. ad Maximum. ...*[e] Artifices artium brevi subdito comprehensarum, per singulas civitates morantes, ab universis muneribus vacare praecipimus, si quidem ediscendis[f] artibus otium sit accommodandum, quo magis cupiant et ipsi peritiores[g] fieri, et suos filios erudire. *Dat. IV. Non. Aug. Feliciano et Titiano Coss.*[h] (337.)

Architecti, laquearii[i], albarii[ii], tignarii, medici[k], lapidarii, argentarii, structores, mulomedici, quadratarii barbaricarii, scasores[l], pictores, sculptores, diatritarii[m] intestinarii, statuarii, musivarii[n], aerarii, ferrarii, marmorarii, deauratores, fusores, blattiarii[o], tessellarii, aurifices, specularii, carpentarii, aquae libratores, vitriarii, eburarii[oo], fullones, figuli, plumbarii*), pelliones[p].

Tit. IV. Cod. Iust. X, 64. Supra XIII, 1, not. *b.* — c. 1 non multum abest quin Go. coniungendam esse putet cum c. 6 C. Th. de Navicular. (XIII, 5). Vid. infra not. *c.* Est etiam in cod. Montispes. H. 306. Vid. supra XII, 2, 1, not. sup. Baron. Ann. ad a. 324, n. 104. — c. 2. Cod. Iust. X, 64, 1. Cui. in Comm. c. 1 cit. l. c. pag. 324 sq.

---

picturae professores (ex c. 4 sq. tit.), *si modo ingenui sunt, hospitali molestia, quoad vivent, liberari praecipimus. Datum XIV.* etc. x) Sec. Go. c. ult. C. Th. de Senatoribus (VI, 2).

*) Vid. supra XIII, 1, not. *b.* y) Dignitas etiam deest in c. 6 C. Th. de Navicul. cit. et in cod. Montispes., qui *Lib. XIII Leḡ. Idem ad Felicem.* Go. Felicem *sublimitatis tuae* appellatione hic salutatum praefectum praet. et Italiae quidem fuisse putat, qua cj. nisus Be. in not. add. *Pf. P.* Go. — Ri*. ut om. dignitatem indicent, sex puncta ponunt; rell. nihil signi ponunt. z) Fol. 304[b] cod. 4. In cod. Montispes. om. *sublim. t. in pr. Africanis.* zz) Go.: „abundare videtur haec vox." a) 4 *iniugi*, err. b) Go. cj. *docent*, motus v. *salarium*, quod docentibus, non discentibus praebeatur. Sed totius constitutionis, ut in C. Th. servata est, ea mens est, ut praemiis alliciantur et commodis, qui in architecturae studium incumbant. *Discent* habet etiam cod. Montispes. c) c. 6 cit. *PP. VII. Id.*, qua re hanc c. cum c. 6 cit. nego coniungendam esse. Go. in Chron. *VII.*, sed add.: „al. *VI.*" Mox 4 et edd. *Paulino.* In cod. Montispes. deest subscr. d) Cod. Iust. *Imp. Constantinus*, convenit igitur cum C. Th., nec differt in subscr. Cum Constantinus obierit iam XI. Kal. Iun. h. ann., Go. aut inscriptionem mutandam esse putat, aut in subscr. leg. *IV. Non. Apr.* In eandem sententiam loquitur Rel. l. c. p. 340. Be. dicit: „aut subscr. mut. aut inscr. *Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA.* quippe defuncto iam Constantino M. mense Maio." Non dubito, quin lex facta sit vivo Constantino, data defuncto eo, neque agnosco inscriptionem a Be. propositam, quia V. Id. Sept. demum tres illi Constantini filii in locum eius Augusti nuncupati sunt teste Idatio. e) Dignitas deest in cod. 4, in Cod. Iust. et in edd.; Be. auct. Go. in not. add. *Pf. P.* Go. Ri. om. dignitatem indicant sex punctis, Ri*. septem; in rell. nihil indicio est lacunae. f) Cod. Iust. *si quidem in discendis.* Recte Go. praefert scripturam Cod. Th. g) 4 *peritores*; ant. man. add. *i* supr. lit. *o.* h) Cod. Iust. *Conss. Et notitia est ista.* i) 4 *laquaearii.* ii) Cod. Iust. *albini.* k) Ita etiam Cod. Iust. Cui. tuetur h. v., chirurgos esse interpretans. Accursius legit *mulomedici* (quorum in Cod. Iust. non est mentio), non impr. Cui. l. c. pag. 324, qui utrumque v. retinendum censet, *medici, mulomedici.* Nam etiam Bas. *ἰατροί, ἱπποϊατροί.* Go. reiectis his cj. prop. *mediaci*, i. e. artifices, qui circa mediale versantur. Mediale in re lignaria esse intimam arboris partem, intestinis operibus et minutis rebus faciendis aptam, mediacos igitur similes tignariis et intestinariis. Non inveni in fontibus latinitatis v. *mediacus*; nec quicquam muto. Paullo post *mulomedici.* l) *Scasores* non commemorantur in Cod. Iust. Go. cj. *stratores*, qui pavimenta sternunt, aut *scansores*, qui gradus et scalas faciunt, per quas scanditur et ascenditur, prob., nisi me fallit, Schellero v. *Scasor.* Be. cj. *cusores*, quos Cod. Iust. nominat, sed multo post. In inscript. ap. Rein. classis IX, n. 66 et ap. Murat. p. 2046, n. 6, Orell. Inscr. 4277 legitur *scasor* (*M. Ulpius Aug. Lib. Plocamus | Ex domu Aug. Scasor*). Quod artificum genus h. v. significetur, nescio, neque scit Orell., cui displicet Go. cj. *scansor* aeque atque Reinesii em. *stator.* m) Ita 4. Cod. Iust. *diatretarii*, recte. L. 27, §. 29 D. ad L. Aquiliam (IX, 2): *Si calicem diatretum faciendum dedisti*; a Graeco *διάτρητος, διατρέω* (*διατράω*); sunt igitur diatretarii artifices, qui perforant margaritas, gemmas, lapillos. Dirksen in Manual. Latinit. rec. v. *Diatretarii*, sed add.: „al. diabathrarii." Go. cj. *diatrectarii* et impr., si quis legere velit *diatrictarii.* Fateor, mihi neutram vocem notam esse. Be. in Cod. Iust. ex C. Th. rep. *diatritarii*, haud scio an recte. n) Ita etiam Haloander in Cod. Iust., cuius rell. edd. habent *musarii*, improb. Go., aut *musearii*, praeter Be., qui C. Th. scripturam rest. o) Go. in comm. em. *bractearii*, i. e. *πεταλουργοί.* Cod. Iust. edd. habent *braccarii* s. *bracarii* (ut Hal. Cui. et Lampridius in Alexandro Severo c. 24, ubi vero Scaliger pro *braccariorum* em. *bracteariorum*) aut *bracharii*, ut Spangenb. Retrahit igitur Go. ultimam Cod. Iust. vocem in h. l. Cui. 2, 2*. Go. *tesselarii.* oo) Cod. Iust. *eborarii.* Cui. in Comm. c. 1 cit. *vitrearii.* *) Cui. in Cod. Iust. propter Bas. *plumarii.* Supra *fusores.* p) In Cod. Iust. aliis artificibus omm., aliis add., h. notitia ita mutata est: *Architecti, medici, pictores, statuarii, marmo-*

3. *Impp. Constantius et Constans AA. ad Leontium* [q] *Pf. P.* Mechanicos et [qq] geometras et architectos, qui divisiones [r] partium omnium incisionesque servant, mensurisque et institutis operam fabricationi [s] stringunt, et eos, qui aquarum inventos [t] ductus et modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atque discendi nostro sermone perpellimus [u]. Itaque immunitatibus gaudeant, et*) suscipiant docendos, qui docere sufficiunt. *Dat. prid. Non. Iul. Leontio* **) *et Sallustio Coss.* (344.)

4. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Chilonem Vic.* [v] *Africae.* Picturae professores, si modo ingenui sunt [x], placuit neque sui capitis censione neque uxorum aut etiam liberorum nomine tributis esse munificos, et ne servos quidem barbaros in censuali adscriptione profiteri, ad negotiatorum quoque collationem non devocari, si modo ea in mercibus habeant, quae sunt propria artis ipsorum; pergulas et officinas in locis publicis sine pensione obtineant, si tamen in his usum propriae artis exerceant. Neve quemquam hospitem inviti recipiant [xx], lege praescripsimus, neve pedaneorum iudicum sint obnoxii potestati, arbitriumque [y] habeant, consistendi in civitate, quam elegerint. Neve ad prosecutiones equorum vel ad praebendas operas devocentur; neve a iudicibus ad efficiendos [z] sacros vultus aut publicorum operum expolitionem sine mercede cogantur. Quae omnia sic concessimus, ut, si quis circa eos statuta neglexerit, ea teneatur [a] poena, qua sacrilegi coercentur. *Dat. XII. Kal. Iul.* [b] *Treviris, Gratiano A. III. et Equitio Coss.* (374.)

TIT. V. *) DE NAVICULARIIS [bb].

1. *Imp. Constantinus* [c] *A. ad Volusianum....* [d] Si navicularius originalis levamentarius fuerit, nihilo minus [e] apud eosdem, apud quos et parentes eius fuisse videntur, firmiter permanebit. *Dat. XIV. Kal. April. Volusiano* [f] *et Anniano Coss.* (314.)

2. *Idem* *) *A. Amabiliano* [g] *Praefecto annonae.* Navicularios ad consortium pistorum urbicorum nominatos neque ulla hereditatis successione pistoribus obnoxios absolvi ab hoc munere oportebit. Quod si hereditario iure forsitan pistoribus teneantur, facultatem habeant, si forte maluerint ob vindicias [h], pistorum hereditates eidem corpori [i] reddere, aut quibuscunque proximis defuncti cedere, ut ipsi a pistorum consortio liberentur. Quod si hereditatem amplectantur, necesse est successionis ratione pistorii muneris societatem eos suscipere et ex propriis facultatibus onera navicularia sustinere, V. C. Pf. [k] urbi super hac re videlicet disceptante. *Dat.*

— c. 3. Cod. Iust. X, 64, 2. — c. 4. Vid. supr. XIII, 3, 18, not. *v* et infr. not. *x*.
Tit. V. Cf. supra XIII, 1, not. *b*. Nov. Valent. tit. XXIX. (ed. Berol. p. 1336). Cod. Iust. XI, 1. — c. 2 Go. et cum c. 1 (potius 4) C. Th. de Appell. (XI, 30) coniungi vult (vid. infra not. *l*) et referri in tit. C. Th. de Pistoribus (XIV, 3). Indigitatur una cum c. 3 h. t. infra XIV, 4, 1.

rarii, lecticarii, seu arcarii, clavicarii, quadrigarii, vel quadratarii, quos Graeco vocabulo πηκτὰς appellant, structores, id est, aedificatores, sculptores ligni, musearii, deauratores, albini, quos Graeci κονιάτας appellant, argentarii, barbaricarii, diatretarii, aerarii, fusores, signarii, fabricarii, bracharii, particarii, atque (improb. Cui., qui ex C. Th. em. *aquae*) *libratores, figuli, qui Graece dicuntur κεραμεῖς, aurifices, vitriarii, plumbarii, specularii, eborarii, pelliones, fullones, carpentarii, sculptores, dealbatores, cusores, trigarii, cisiarii, bractearii, id est, πεταλουργοί.* Vid. Cui. Comm. l. c. et Cramer. (Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. Tom. I, p. 302). q) Fol. 305 [a] cod. 4. qq) Cod. Iust. om. *et*. r) 4 *diūuisiones*; del. *ū* rubr. col. s) 4, edd. ante Be. *operam fabricationi*, recte; id est qui operae fabricandi limites ponunt, aliis verbis, qui artem celeriter et apte fabricandi docent. Huic interpretationi respondent ea, quae sequuntur (*docili libratione ostendunt, in par studium docendi* etc.). Til. — Lugd. *stringunt*, mendose. Cod. Iust. *opera* (Cui. *operam*) *fabricationibus*, quo duce Go. in comm. cj. *opera fabricationi*, Be. autem correxit *opera fabricatione*. t) Go. prop. *inventores*, neque vero quicquam mutat. Cod. Iust. *aquarum ductus, et inventos modos.* Sunt aquae libratores. Vid. c. 2 h. tit. u) 4, edd. ante Be. *perpendimus*, mendose. Cod. Iust. *compellimus*, sed Cui. proxime ad C. Th. scripturam accedens *perpellimus*, quod Be. rec. Recte. Rein. em. *pertendimus*. c. 1 h. t. *impellat.* *) Go. cj. *ut*. **) 4 *Lentio*, a libr. corr. *Leontio*. v) Ita 4, edd. Vales. in Ammian. Marcell. XXVIII, 1 rep. *Proconsulem*, probb. Go. Rel. (qui idem prop. l. c. pag. 448) et Be. Vid. supra XII, 6, 16; infra XIII, 6, 7. x) Huc usque recepta est haec c. in Cod. Iust. Vid. supr. XIII, 3, 18, not. *v*. xx) Go. in not.: „recipiant *hac lege* praescripsimus.“ y) Fol. 305 [b] cod. 4. Idem mox *praeuendas*. Cf. supra XIII, 3, 18, not. *s*. z) Mainardus in Excerptis et Fornerius I. Quotid. 15 mutant v. *efficiendos* in *effigiandos*. Go. neque *effigiandos*, neque *inficiendos* (i. e. pingendos, miniandos) admittit, et recte defendit v. *efficiendos*. a) 4 *mercedem — teneantur*; utrumque corr. rubro col. b) Go. in Chron. vult *Iun.* 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.*

*) Vid. supra XIII, 1, not. *b*. bb) Cod. Iust. *De n. seu naucleris publicas species transportantibus, et de tollenda lustralis auri collatione.* c) 4, edd. *Constantius*. Go. Rein. Be. em. *Constantinus*, quod rep., quia manifestum est, errasse cod. 4 librarium, cum scriberet *Constantius*. d) Dignitas om. in cod. 4 et in edd.; Go. — Ri*. quinque punctis, rell. nullo signo lacunam indicant. Go. Be. in not. add. *Pf. U.* Vid. supr. V, 6, 1, not. *z*. e) Go. ann.: „Divisim ita scribendum *nihilo minus*, id est pariter, similiter ac parentes eius.“ f) Add. *II.*, quod iam Be. voluit. Aur. Lugd. Cui. 2, 2* *Cons.* *) Vid. not. *c* anteced. g) Rein. em. *Annibaliano*. h) 4 *vendicias*, a libr. corr. *vindicias*. Mainardum *obventitias* coniecisse Go. narrat. Go. tuetur vulg. scripturam *ob vindicias*, i. e. ob ius, quod pistorum corpori competit vindicandarum rerum pistoribus obnoxiarum. Vid. c. 5, 6 C. Th. de Praediis navic. (XIII, 6). Quamquam vox *obventitias* infimae latinitatis est, tamen, cum cod. 4 parvo discrimine literarum *d* et *t* habeat *obvendicias*, quin recipienda esset, non dubitarem, nisi librarius ipse eam correxisset. i) 4 *corporis*, rubro col. del. *s*. Cum literis *ris* incipit fol. 306 [a] cod. 4. k) 4 *Prf.* l) Go. ex c. 4 C. Th. de Appell. cit., quae habet *PP. III. Kal. Ian.*, in Chron.

Kal. Iun.[1] *Treviris, Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.* (315.)

3. *Idem*) A. Amabiliano*[m] *Praefecto annonae.* Si quis navicularius per obreptionem vel quacunque ratione immunitatem impetraverit, ad excusationem eum admitti nullo[n] modo volumus. §. 1. Sed et si quis patrimonium naviculario muneri obnoxium possidet, licet altioris sit dignitatis, nihil ei honoris privilegia, in hac parte duntaxat, opitulentur, sed sive pro solido sive pro portione huic muneri teneatur[o]. Nec enim aequum est, ut, patrimonio huic functioni obnoxio excusato, commune onus non omnes pro virili sustineant portione. *PP. V.*[oo] *Kal. Iun. Constantinopoli*[p], *Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

4. *Idem *) A. Elpidio....*[q] Ex quocunque Hispaniae littore portum urbis Romae navicularii navis [r]intraverit, quae onus duntaxat fiscale subvexerit, eandem sine interpellatione cuiusquam[rr] abire praecipimus, nec ulli extraordinario oneri deservire, ut facilius iniuncta sibi possit implere obsequia. *Dat. VIII. Id. Mart. Thessalonicae, Crispo III. et Constantino III.*[s] *Coss.* (324.)

5. *Idem*) A. ad Ablavium Pf. P.* Navicularios **) omnes per orbem terrarum per omne aevum ab omnibus oneribus et muneribus, cuiuscunque fuerint loci vel dignitatis, securos, vacuos immunesque esse praecipimus, sive decuriones sint, sive plebeii, seu potioris alterius dignitatis, ut, a collationibus[t] et omnibus oblationibus liberati, integris patrimoniis naviculariorum munus exerceant. §. 1. Naves quoque eorum, quantaecunque fuerint, ad aliud munus ipsis invitis teneri non convenit, ad quodcunque littus accesserint; littorum custodibus et vectigalium praepositis, exactoribus, decurionibus*) atque rationalibus et iudicibus scituris, quod, qui hanc legem violaverit, capite punietur. *Dat. XIV. Kal. Oct. Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.* (326.)

6. *Idem**) A. ad Felicem*[u]*....* Commoda nobis visa est[v] ea dispositio, quae expresse navicularios in hunc ordinem formavit, ut non promiscue, sed per vicissitudines rite servatas iuges cursus[x] agnoscerent, et exiguos[y] implerent, quo ita levamentis alternantis auxilii cunctorum fortunae et tenuiorum potissimum confirmarentur[z], nec necessitas fieret, aliquos semper longiora lustrare, ac plerisque obnoxios casibus fieri. Quod ne ulterius possit accidere, labor omnibus par et iustus adiunctus sit, et subsidia pari ratione deferantur, nec tenuiores in querelas infructuosae complorationis incurrant. *PP. VII.*) Id. Sept. Karthagine, Optato et Paullino*[a] *Coss.* (334.)

7. *Idem*) A. Navicularíis Orientis.* Pro commoditate urbis, quam aeterno nomine, iubente**) Deo, donavimus, haec vobis privilegia credidimus deferenda, ut navicularii omnes a civilibus muneribus et oneribus et obsequiis habeantur immunes, et ne honores quidem civicos, ex quibus aliquod incommodum sentiant, subire cogantur. Ab administratione etiam tutelae, sive legitimae, sive eius[b], quam magistratus aut provinciae[c] rectores iniungunt, habeantur immunes. Et vacatione legis Iuliae et Papiae potiantur, ut, etiam nullis intervenientibus lucris[d], et viri ex testamento uxorum solidum capiant, et ad uxores integra voluntas perveniat maritorum. De proprietate etiam vel hereditate vel qualibet alia civili caussa pulsati ne ex rescripto quidem nostro ad extraordinarium iudicium evocentur, sed agentibus in suo foro respon-

— c. 3. Vid. tit. sq. not. sup. et c. 2 h. t., not. sup. — c. 4 sec. Go. concordat proximae c. §. 1. Certe similis est c. 8 h. t. — c. 5 partim transscripta est in c. 17 h. t. Vid. c. 8 h. t., not. sup. — c. 6. Vid. supr. XIII, 4, 1, not. sup.

---

hic rep. vult *III. Kal. Ian.*, ut utraque c. coniungi possit, quando quidem Constantinus hoc tempore non Treviris fuerit, sed in Mysia, Dacia, Pannonia. Neque vero haec sufficiunt. Debebat Go. etiam rep. *PP.* pro *Dat.* Mihi videtur error inesse in v. *Dat.*, pro quo si rep. *PP.*, omnia salva sunt. 4, edd. ante Be. *Triu.*, sed Ri*. *Triv.* *) Vid. not. *c* anteced. m) Cui. 2, 2* *Ambiliano*, mendose. Vid. not. *g* anteced. Go. *Idem AA.* n) 4 *admittiinullo*; edd. ante Be. *admitti in ullo.* Cui. 1 — 2* in m.: „*γϱ. nullo*,“ quod etiam Go. prop. et Be. recepit, recte. Ortus est error, non eo quod male disiunctae erant literae, ut Be. scribit, verum ex antecedenti litera, quam a librario geminatam esse iam Go. vidit. Summ. C. Th. *Navicularium excusationem non mereri.* o) Cui. 2 — Ri*. *teneantur*, err. oo) Go. in Chronol. *PP. X. Kal.* p) Delenda est h. v., quae occasione sequentis nominis hic infarta est; nondum enim Constantinopolis structa erat. Vid. supr. XI, 30, 12, not. *i.* *) Vid. supra not. *c.* q) 4, edd. *Helpidio.* Vid. supra II, 8, 1, not. *γ*. *Vicarium* addi vult Be. auct. Go. Nec in cod. 4, nec in edd. lacuna ullo modo indicatur. r) Fol. 306[b] cod. 4. rr) Cf. c. 5 h. t., §. 1. s) Be. in not. add. *Caess.* *) Vid. not. *c* anteced. **) Aur. Lugd. *Na iculario*s. Mox Ri*. *cuiusque* pro *cuiuscunque* et 4, edd. ante Be. *plebei.* t) 4, Til. *aut a conlationibus*; rell. edd. *ut a collationibus*; recte. *) Ri*. om. *decurionibus.* **) Vid. supra not. *c.* u) Vid. supra XIII, 4, 1, not. *y*. Go. et Ri. sex puncta ponunt, Ri*. quattuor, rell. non indicant lacunam. v) Fol. 307[a] cod. 4. x) 4 *currus*, a libr. corr. *cursus.* y) Go. cj. *exagogas* vel *exagogios*, neque vero mutat v. *exiguos.* z) 4 *tenuioribus um potissimum confirmen nec.* A rec. man. rubro col. ponitur asteriscus post *um* et post *confirmen* (*tenuioribus um * potissimum confirmen * nec*). Til. — Lugd. *tenuioribus * um potissimum confirmen **, *nec.* Primum in Cui. 2, 2* editum est *tenuioribus tum potissimum confirment*, *nec*, quae cj. Cuiacii a sqq. editoribus recepta est, ita tamen, ut Go. — Ri*. asteriscum post *confirment* servarent. Rectius recepissent alteram Cuiacii cj. indicatam illam in m. Cui. 1 — Cui. 2* et Go. Be. probatam *tenuiorum potissimum* (in Aur. Lugd. om. *potissimum*) *confirmentur*, quam praetuli quidem, cum manifestus sit error librarii cod. 4, sed mutato praesente in imperfectum. *) Ri*. om. *VII.* Vid. c. 1 cit., not. *c.* a) 4, edd. *Paulino*, etiam in sq. c. *) Vid. not. *c* anteced. **) Go. in not. *lubente;* recte defendit in comm. *iubente.* b) 4 *ius*, ab ant. man. corr. *eius.* c) Cum literis *ciae* inc. fol. 307[b] cod. 4. d) Cui. in m. Cui. 1 —

deant, et ad exemplum Alexandrini stoli[e] quaternas in frumento centesimas consequantur ac praeterea per singula milia singulos solidos, ut his omnibus animati, et nihil paene de suis facultatibus expendentes cura sua frequentent maritimos commeatus. *Acc. Kal. Dec. Optato et Paullino*[f] *Coss.* (334.)

8. *Idem**) *A. ad Severum*[g]. . . . Navicularios Hispaniarum neque ad extraordinaria teneri officia, neque alicubi retentos moras sustinere oportet, sed relatorias traditarum specierum intra decem dies a susceptoribus percipere; cumque ad aliquas insulas, portus, littora, stationes accesserint, ostensis relatoriis nullam prorsus inquietudinem[h] sustinere. *Dat. XIV. Kal. Iun. Nepotiano et Facundo Coss.* (336.)

9. *Imp.*[hh] *Constantius A. et Iulianus C. Olybrio*[i] *Pf. U.* Nullam vim[k] oportet navicularios[l] sustinere delegatas species annonarias transferentes, nec concussiones perpeti nec aliquod[m] genus incommodi, sed venientes ac remeantes omni securitate potiri; decem auri libras[n] mulcta proponenda his, qui eos inquietare tentaverint[o]. *Dat. Kal. Iun.*[p] *Roma, Constantio IX. et Iuliano Caes. II.**) *Coss.* (357.)

10. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Ampelium Proconsulem Africae.* Navicularios Africanos, qui idonea publicis dispositionibus ac necessitatibus ligna convectant, privilegiis concessis dudum[q] rursus augemus. *Dat. XIII.*[r] *Id. Mart.*[s] *Hadrianopoli, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

11. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Quisquis[ss] ex naviculariorum corpore, defugiens solita munia, ad honores indebitos venit, in corporis sui consortia revertatur etc. *Dat. III. Id. Ian.*[t] *Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

12. *Iidem AA.*[u] *ad Demetrianum Praefectum annonae Africae.* Si quis naviculariorum ex nostrae perennitatis[v] indulto fori translationem potuerit obtinere, fructu careat impetrati. Circa feminarum vero personas veterum statuta teneantur, ut, in quibus foris antiqua eas dispositione[x] constet adscriptas, illic navicularii oneris munus agnoscant. Ut enim in litibus caussisque privatis fora easdem sequi convenit maritorum, ita in publicis necessitatibus originis debent servare rationem. *Dat. prid. Id. Maii*[y] *Treviris*[z], *Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* (369.)

13. *Iidem AA.*[a] *ad Olybrium Pf. U.* Sicut olim[b] de linteonibus[c] et naviculariis divus Constantinus instituit, ita nunc ex omnibus sexaginta ad praesentis necessitatis teneantur impensas, quos tamen idoneos et communis delectus[d] asseruit, et facultatum inspectio comprobavit, et sententia tuae sublimitatis adstrinxit[e]. Quibus, si quem aut necessitas fatalis, aut inopia repentina, aut aliquis casus inviderit, ex vocationibus[f] obnoxiis oportebit idoneum surrogari. Sed sollicita inspectione prospiciatur, ne a quoquam amplius postuletur, quam necessitas exegit[g] lavacrorum, vel instituta iam dudum forma[h] praescripsit. *Dat. IV. Non. Dec. Treviris*[i], *Valentiniano NB. P.*[ii] *et Victore Coss.* (369.

— c. 8 concordat c. 4 et sec. Go. etiam c. 5 h. t. — c. 9. Cod. Iust. XI, 1, 3. Cf. c. 5 et 17 h. t. — c. 11 sec. Go. coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Praediis navic. (XIII, 6). Vid. infra not. *t.* — c. 12. Ri*. *c. VII.*, mendose. Sec. Go. coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Naufragiis (XIII, 9). Vid. supr. XI, 26, 1, not. sup. et infra not. *z.*

2*. Go. Be. recte em. *liberis.* e) Supra v. *stoli* ab antiqua manu gilvo col. scriptum est in cod. 4 *cursus,* sine dubio interpretandi stoli caussa. Rec. manus id uncis inclusit rubro col. pictis. f) Vid. not. *a* antec. *) Vid. c. 1 h. t., not. *c.* g) Dignitas deest in cod. 4 et in edd. nullo lacunae indicio. Go. ex c. 5 C. Th. de Donat. (VIII, 12), c. 3 C. Th. de Maternis bonis (VIII, 18), c. 2 C. Th. de Fide test. et instrum. (XI, 39) rep. *Comitem Hispaniarum*, prob. Be. h) Cum lit. *tudinem* incip. fol. 308[a] cod. 4. hh) Ita Cui. in Cod. Iust.; 4, edd. et Cod. Iust. *Impp.* i) Ita etiam Cod. Iust. Go. tamen (prob. Corsinio l. c. p. 223), Rein. in Chron. const. Cui. 2 et Be. recte monent, reponendum esse *Orphiti* nomen, cum Olybrius demum imp. Valentiniano Pf. U. fuerit. Vid. Ammian. Marcell. XVI, 10 et c. 2 C. Th. de Gladiatoribus (XV, 12). k) 4 $\overline{vi}$, rubro col. supr. add. *vim.* l) Cod. Iust. *naucleros.* m) 4 *aliquid*, rubro col. em. *aliquod.* Go. in not.: „Aliud quod." n) Rep. *libras* ex cod. 4, ubi rec. man. rubro col. corr. *librarum.* Hoc transiit in edd.; sed iam saepe diximus, formulam illam ab editoribus mutatam esse. Vid. supra VII, 17, 1, not. *t*, XI, 36, 15, not. *b*, XII, 1, 110, not. *t.* Cod. Iust. *decem librarum auri.* o) 4 *temptaverit.* p) Miratur Go. datam esse h. c. *Kal. Iun. Romae,* unde diserte Ammian. Marcell. scribat Constantium *IV. Kal. Iun.* digressum esse, tricesimo postquam eo venisset die. Cod. Iust. *Romae.* *) Aur. Lugd. om. *II.* q) Videtur indigitari deperdita aliqua lex. r) Ita 4 et Til.; rell. edd. *III.* Numerus *XIII.* falsus est, nisi quid excidit, aut *Id.* pro *Kal.* scriptum est. Illud accipio. s) Quia Valentinianus hoc mense Hadrianopoli non fuit, Go. em. *Maii.* ss) Ri*. err. *Quisque.* t) *Iun.* c. 2 cit. Go. in not. alterutro loco errorem esse putat; in Chron. autem vult *Iun.*, quod etiam Rein. corr., recte. u) Go. Be. recte addi iubent *et Grat. A.* et hic et in sq. c. Vid. supra XI, 26, 1. v) Fol. 308[b] cod. 4. x) 4 *antiquaead dispositione*; rubro col. pro *ad* corr. *as.* y) Til. — Lugd. *Triū.* 4, Cui. 2 — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* z) Go. ex c. 2 cit. addi vult *Acc. Aquis* (Ri. *Acc. Aquil.*) *Lecta Actis.* Adversatur Go. cj. ordo constitutionum. Haec enim const. data est ann. 369; illa post annum 372 data sit necesse est, propter antec. c. 1 eodem anno datam et propositam, neque verisimile est, c. 2 triennio postquam data est, acceptam et lectam esse. a) Vid. not. *u* antec. b) Cui. 2, 2* mendose *enim.* Infra *ita nunc* dicitur. c) Go. cj. *lintrionibus* (*lintrariis*), neque tamen h. l. mutat. d) 4, Til. — Ri*. *dilectus.* Go. in not. *delectus.* Vid. supra XIII, 3, 8, not. *o.* §. 2, c. 14 h. t. *delecti* et c. 18 h. t. *deligi.* e) 4, Til. — Ri. *adstrixit.* Ri*. Be. *adstrinxit.* An *adstruxit*? f) Go. cj. *ex vacantibus*, prob. Be. et *aut vacatio ex omnibus obnoxiis*, sed Rein. *vacationibus*, bene. Vid. Symmach. ep. X, 58. Cui. 2, 2*. Go. *aut vocationibus.* g) Go. in not. *exigit.* h) Fol. 309[a] cod. 4. i) 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* ii) Cui. 2 — Ri*. om.

14. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Modestum Pf. P.* Iuxta eum tenorem, quem a divo principe Constantio, data Musoniani[k] clarissimae memoriae Pf. P. exsecutione, constat esse roboratum, intra Orientales provincias naviculariorum corpus impleri iubemus; ea videlicet statutorum ratione servata, ut per eminentiam tuam numerus naviculariorum designetur tam intra Orientem quam intra Aegyptiacas partes, qui praesenti possit intentione[l] compleri, excusandis videlicet pro denum milium modiorum luitione quinquagenis numero iugis in annonaria praestatione duntaxat, ita ut vestes atque equi ceteraeque canonicae[m] species ab indictione eadem non negatur[n]. §. 1. Ad conficienda[nn] vero competentia navigia[o] provincialibus cunctis primitus materiae postulentur, reparationem deinceps per singulos annos iisdem[p] navicularii ex concessa iugorum immunitate curaturis[q]. §. 2. Eorundem autem naviculariorum ex fide nobis nomina, loca, substantiae nuntientur, brevibus[r] duplici ratione conscriptis, quot videlicet de veteribus quotque[s] sint et quales recenti associetate delecti *). §. 3. His autem naviculariis, qui fuerint instituti, servari privilegia Africana decernimus, ita ut facultatibus propriis per succedaneas hereditatum vices[t] perpetuo sint obnoxii functioni. §. 4. Et[u] sunt corpora, de quibus navicularii ex indictione quinta decima[v] constituendi sunt iuxta sacram iussionem, ita: ex administratoribus[x] ceterisque honorariis viris, praeter eos, qui intra palatium sacrum versati sunt, de coetibus curialibus et de veteribus idoneis[y] naviculariis, et de ordine primipilario, et de senatoria dignitate; ut[z], si qui voluerint freti facultatibus, consortio naviculariorum congregentur. *Dat. III. Id. Febr. Constantinopoli, Gratiano A. II. et Probo Coss.* (371.)

15. *Imppp. Gratianus,*[a] *Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hesperium Pf. P.* Quisquis naviculariorum[b] codicillis optaverit ornari, praebitioni equorum intelligat se esse subdendum. *Acc. XII. Kal. Aug. Constantinae, Ausonio*[c] *et Olybrio Coss.* (379.)

16. *Iidem AAA. Corpori naviculariorum*[d]. Delatam[e] vobis a divo Constantino et Iuliano[f] principibus aeternis equestris ordinis dignitatem nos firmamus. Quod cum ita sit, si quis contra interdicta innumerabilium sanctionum corporali vos iniuria pulsare audeat, nisi[g] qui digna expiatione est luiturus aurum immanis admissi[h], apparitione quoque sua ultimo supplicio deputanda. Cuius monitio hanc debet sollicitudinem sustinere[i], ut iudices prava forsitan indignatione *) succensos ab illicitis tempestiva **) suggestione deducat. §. 1. Huic illud additur, ne, qui certum ordinem ex nostra definitione retinetis[k], ulli vos alteri hominum generi haerere vereamini, nec timeatis, vos civitatum[kk] municipibus innecti. Ex nullo itaque nexu, nulla caussa, nulla persona decurionum vos obsequia contingent, cum praesertim priscis constitutionibus, quarum series orationis paginis antelata est, magis illud invaluisse perhibeatis, ut plerumque et ordinarios[l] curiales naviculariorum sibi necessitas vindicaret. §. 2. Quod vero ad negotiationis commodum advehendasque merces spectat ac respicit, in eo sollers cura[m] competentium iudicum providebit, ut obtentu nominis vestri non passim[n] ac sine consideratione negotiatorum lateat immunitas, nec[o] ipsi dudum delati beneficii privilegiis[oo] fructuque fraudemini.

— c. 16 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Naufragiis (XIII, 9).

P. Cui. 2, 2* *Cons.* k) Vid. supra I, 5, 6, 7, not. sup. Go. Be. em. *Musoniano*, recte. l) Go. ann.: „An *intentioni? praesenti intentioni*, pro, ad praesentem intentionem? An *indictione*? ut mox *infra*, *ab indictione eadem.*" Be. prob. *indictione*, recte. m) 4, Til. — Lugd. *canicae*, mendose. n) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2*. Go. *negatur.* Aur. Lugd. Ri. — Be. *negantur.* Recte Go. Be. em. *negentur.* nn) Rein. huc facere dicit c. 28 h. tit. o) Ita 4, edd.; Go. scribi vult *navigiA*, id est *navigia a provincialibus*, probabiliter. Consentit Be. p) 4, Til. — Ri*. *hisdem.* q) 4 *iogorum inmunitate curatoris*; ant. man. em. *iugorum* et rec. man. rubro col. *curaturis.* r) Fol. 309[b] cod. 4. s) 4, Til. — Lugd. *quod* — *quodque.* *) Ri*. *decti.* t) Go. in comm.: „forte rescribendum *haeresiotarum* vices. *Haeresiotae*, id est, functioni obnoxii: hinc scilicet *haeresis* navalis, pro navali functione, *l. pen.* et *ultim. infr. de praediis Navicular.* — Verum nil temere muto." Neque licet mutare v. *hereditatum.* u) Iuretus in Symmachum X, 58 mavult *Et sicut corpora.* Go. cj. *Haec sunt corpora* propter sq. brevem corporum, unde navicularii constituendi sunt. Recte se habet *Et.* v) Sec. Go. ann. 372. x) Til. — Cui. 2* *iussionem. Ita ex admin.* Go. — Ri*. *iussionem. Ita: Ex Admin.*, impr. Go., qui prop. eam interp., quae a Be. recepta est et a nobis servata. y) Go. in not.: „*Idonei.*" z) Recte Go. Be. em. *et.* a) 4 add. *et.* b) Non dubito, quin de naviculariis sermo sit, qui honorarios codicillos impetrarunt. c) 4 *Auxioni.* Til. — Ri*. *Auxonio.* d) Go. ex c. 3 cit. addi vult *Afrorum.* Ibi enim scriptum est: *Naviculariis Afris salutem.* e) Fol. 310[a] cod. 4. f) Indigitantur deperditae constitutiones. g) Locus corruptus. Go. diversis em. mendum tollere studet. Annotat enim: „An *quisquis is?* An forte *insigni dignaque*, vel *nisu iniquo digna*, etc. nisi forte *supr.* secunda linea pro *si quis* reponamus *ne quis.*" In sqq. autem *aurum* corr. in *ausum.* Neque Be. em. *nae is quidem* — *ausum* multum valet. Fortasse sanatur locus, si deleta v. si post *sit* infra cum Go. Be. em. *ausum*, et signum interrogandi additur post *deputanda.* Neque inconcinnum est cj. *norit quod* aut *iudicum* pro *nisi qui.* Inter Go. cj. mihi non displicet *ne* pro *si.* Sed tamen puto nonnulla vv. excidisse. h) Cui. 2, 2* om. *admissi*, err. i) 4 *sustine*, rubro col. add. *re.* Cui. 2, 2* *sustistinere.* *) Cf. c. 32 h. t. **) Ri*. *tempestativa.* k) Ita 4, rubro dividitur *retinet is*, unde edd. ante Be. *retinet, is*, impr. Go., qui compulsis literis, ut Iuret. in Symmach. ep. X, 58, pag. 306 scribi vult *retinetis.* Hoc Be. recepit, recte. kk) Ita Aur. Lugd. Ri*.; rell. *civitatium.* Vid. supra XII, 12, 16, not. *l.* l) Vetat Go., ne scribatur *ordinario.* De curialibus vid. §. 4, c. 14 h. tit. m) Fol. 310[b] cod. 4. In ima pagina est signum quaternionis *MA.* n) 4 *possim*, rubro col. add. asteriscus. Til. *possim* *, *ac*, lacunae indicandae caussa. Cui. in Cui. 1 tacite corr. *passim*, recte. Rell. *passim* recep. o) Go. em. *Pateat immunitas ne*, sine caussa. oo) Aur. Lugd. *privilegii.* p) Til. —

Dat. VIII. Id. Febr. Treviris[p], *Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

17. *Iidem AAA.*[q] *ad Principium Pf. P.* Omnes navicularii per omne aevum ab omnibus oneribus et muneribus et collationibus et oblationibus subleventur, cuiuscunque loci fuerint vel dignitatis. Et quicunque contra[r] istam fecerit legem, seu custos littorum, seu vectigalium praepositus, seu exactor vel decurio, seu rationalis vel iudex cuiuscunque provinciae, exhibitus, sublatis universis facultatibus suis, capitali sententiae subiugetur. *Dat. XII. Kal. Maii Aquileia, Honorio NB. P. et Evodio Coss.* (386.)

18. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.*[s] *Alexandro Pf. Augustali.* Iudaeorum corpus ac Samaritanorum[ss] ad naviculariam functionem non[t] iure vocari cognoscitur; quicquid[u] enim universo corpori videtur indici[v], nullam specialiter potest obligare personam. Unde sicut inopes vilibusque commerciis occupati naviculariae translationis munus[x] obire non debent, ita idoneos facultatibus, qui ex his corporibus deligi poterunt ad praedictam functionem[y], haberi non oportet immunes. *Dat. XII. Kal. Mart. Constantinopoli, Valentiniano A. IV. et Neoterio*[z] *Coss.* (390.)

19. *Iidem AAA. Tatiano Pf. P.* Quae de naviculariis et curialibus ordinasti, maneant illibata atque perpetua; sint perpetuo navicularii, quia, qui merito esse debeant, providisti. Ac si, cum obierint, sobolem non relinquent, quique ille[a] in eorum facultatibus qualibet ratione successerit, auctoris sui[aa] munus agnoscet; manebit vero in ordine curiali, et ei filius in officium curiale succedat. Nihil hic surripiendum[b] decerpet ambitio; ipsa[c] denique, si quoquo modo annotatio[d] elicita fuerit, excludatur[e]. *Dat. VI. Id.*[f] *Sept. Veronae, Valentiniano A. IV. et Neoterio*[g] *Coss.* (390.)

20. *Iidem AAA. Hypatio Pf. Augustali.* Eum, qui agentum in rebus militiam adeptus est, certis et debitis[h], eatenus naviculariae inquietudinis suspicione summota, frui privilegiis non vetamus, si nec genere naviculariorum corpori cohaeret, nec navarchiae obnoxias functioni retinet facultates. [i] *Dat. prid.*[ii] *Id. April. Constantinopoli, Arcadio A.*[k] *II. et Rufino Coss.* (392.)

21. *Iidem AAA. Apodemio Pf. P. Illyrici et Africae.*[l] Unusquisque navicularius noverit, intra biennium aut securitatem suscepti oneris reportandam, aut periculorum approbandam[m] esse fortunam. *Dat. XV. Kal. Mart. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

22. *Iidem*[n] *AAA. Rufino Pf. P.* Naviculariorum vires ac debitas huic necessitati origines in ipsis provinciis honoratorum fides lecta pensabit, mansurumque aliquid definiet vel revocando excusatos, vel debitos obligando. Quos compositis omnibus ad nos referre necesse est, scituros, a nobis de[nn] suo iudicio iudicandum. *Dat. III. Non. Sept. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

23. *Iidem AAA.*[o] *Rufino Pf. P.* Solos naviculariοs a vectigali praestatione immunes esse praecipimus. Omnes vero mercatores teneri ad supra dictam praestationem in solvendis vectigalibus absque aliqua exceptione

— c. 17. Vid. c. 5 et 8 h. t., not. sup. Cf. c. 26 h. t., not. sup. — c. 19. Vid. supra XII, 1, 122, not. sup. et not. *e*, tit. sq. not. sup. Go. eam indicare videtur Honorius infra in c. 25 h. t. — c. 20. Cf. supra XI, 36, 31, not. sup. et not. *o*, tit. sq. not. sup. Ponenda est h. c. post c. 21 h. t. Vid. not. *l*. — c. 21. Vid. c. 20, 26 h. tit., not. sup. Cf. c. 5 C. Th. de Naufrag. (XIII, 9). — c. 23. Vid. c. 24 h. t., not. sup.

Lugd. *Triū.* 4, Cui. 2 — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* q) Go. Be. em. *Valentinianus, Theodosius et Arcadius*, recte. r) 4 *contr*, a libr. add. *a* supr. *r*. s) Go. em. *Iidem AAA.*, recte. Vid. not. *q* antec. ss) 4 *Sammaritanum.* t) Hanc v. a nonnullis male expungi Go. dicit; sed qui illi sint, non dicit. u) 4 *quidqui*, rubro col. corr. *quidquid.* v) Sec. Go. pro *indicitur.* x) Fol. 311[a] cod. 4. y) 4 *poterunt ad praedictam functionem haberi.* Edd. *poterunt, ad praedictam functionem haberi.* Go. Be. em. *a praedicta functione.* Coniunxi vv. *ad praedictam functionem* cum *deligi poterunt* simplici em. z) 4, Til. — Ri*. *Neotherio.* a) Sec. Go. pro *quisquis ille sit, qui.* aa) Aur. Lugd. *suis.* b) Go. ann.: „Vel *subrepentium.*“ Non opus est em. c) 4, Til. — Cui. 2* *decerpet. ambitio ipsa*, recte impr. Go. Go. — Ri*. *decerpet ambitio: ipsa.* Seduxit priores edd. v. *hic*, quod pro pronomine habuerunt, cum adverbium esset. d) 4, Til. Cui. 1 *annotati*; Aur. Lugd. *annotari*, mendose. Cui. in Cui. 2 tacite corr. *annotatio*, recte; alias nescitur, quo referenda sit v. *elicita.* e) Go. err. *cludatur.* f) Cui. 2, 2*. Go. om. *Id.*, sed add. in Corr. Cui. 2, 2*. Aur. Lugd. *Setem.* g) 4, Til. — Ri*. *Neotherio.* h) 4 *debetis*, rubro col. corr. *debitis.* Mox 4, Til. Cui. 1 *coheret.* i) Fol. 311[b] cod. 4. ii) Vid. c. 31 cit., not. *o*. k) 4 *Archadio* et om. *A.*, ut in edd. ante Be. l) Auctor huius legis est Theodosius, Orientis imperator, a quo seiuncta erat Africa. Del. igitur cum Go. (in comm. et in Prosopogr. v. *Apodemius*) et Ri. (ad c. 13 C. Th. de Poenis [IX, 40] T. III, p. 332) *et Africae*, neque subst. *et Italiae*, quod Go. alio loco comm. cj., impr. Ri. l. c. Nam c. 51 C. Th. de Appell. (XI, 30) *Apodemio Pf. P. Illyrici et Italiae* inscripta ad sq. ann. pertinet, quo Apodemius Flaviano auctori caedis Valentiniani in praefectura Illyrici et Italiae successit. Hoc autem anno solius Illyrici Orientalis praefectus erat. Vid. c. 12, 13 C. Th. de Legatis (XII, 12). Qua re in errore versatur, si quis cum Be. vult in subscriptione v. *Constantinopoli* deleri et h. c. Valentiniano Occidentis imperatori tribui, ut mittam, ne hanc quidem coniecturam sufficere ad sanandam inscr., quod Illyricum et Africa eidem praefecto praet. non paruerint. Praeterea Be. ann.: „Equidem fere putaverim, leg. datam esse mortuo Valentin., quo tempore occidens Theodosio parebat, ideoque inscribendos *Impp. Theod. et Arcad. AA. Apod. Pf. P. Ital. Ill. et Afr.* mutato in subscr. mense.“ Ut mensis mutetur, suadet fortasse turbatus ordo constitutionum, cum, si recte se habet mensis, h. c. ponenda sit ante c. 20 h. t. Nec h. quidem cj. emendat locum. m) Cui. 1 — Lugd. *ad probandam* et in subscr. 4 *Archadio.* n) Go. Be. in ann. rep. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius* h. et sq. c. Vid. c. 10 C. Th. de Off. pr. pr. (I, 5), not. *y*. nn) Aur. Lugd. om. *de.* Infra Ri*. *Abun-*

decernimus. *Dat. III. Id. Dec. Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

24. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Provincialibus Africae.* [p] Ne qua caussatio vectigalium nomine relinquatur, hoc observari decernimus, ut nulla omnino exactio naviculariis ingeratur, cum sibi rem gerere probabuntur [q], sed a praestatione vectigalium habeantur immunes. *Dat. VII. Kal. Iun.* [r] *Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* [s] (395.)

25. *Iidem AA. Ennoio* [t] *suo salutem.* De naviculariis et curialibus aliquid sanxissemus, nisi divi patris nostri super his personis processisset auctoritas [u]. *Dat. VII. Kal. Ian. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

26. *Iidem AA.* [v] *Eusebio Pf. P.* Comperimus, navicularios susceptas species in negotiationis emolumenta convertere eo, quod abutantur Constantinianae legis [x] indulto, quae his ex die susceptarum [xx] specierum concluso biennio securitates reportare permisit. Quod nos quoque non prohibemus, sed tantum sententiae consultae definitionis addimus, ut intra annum, quas [y] susceperint, inferant species, et eiusdem consulis securitates reportent, quae etiam diem illationis edoceant. Biennium autem propter adversa hyemis [z] et casus fortuitos in reportandis securitatibus non negamus, dummodo intra tempus superius designatum [a] fides peracti constet officii. Quod ad omnium notitiam volumus pervenire, ut cognoscant, transmissionem vel traditionem intra annum susceptionis esse complectendam [b]. *Dat. X. Kal. Ian. Mediolano, Arcadio III.* [c] *et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

27. *Iidem AA. ad Senatum et Populum. Post alia:* Naviculario [d] tertiam urbani canonis portionem inter prima navigationis iubemus deferre exordia. Quorum classem incuriae [e] vetustatem collapsam praetoriana praefectura restituat, ita ut omnes, qui praedia his obligata muneribus quibuslibet modis vel contractibus impetrarunt [f], secundum possessionis modum ad commeandi vocentur officium etc. *Dat. XVII. Kal. Maii Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

28. *Iidem AA. Messalae* [g] *Pf. P. Post alia:* Provideatur, ut naves singuli quique navicularias obnoxii functioni ad necessarium et constitutum modum exaedificare cogantur, ut onera [h] debita et iusta suscipiant. Qui scient, se de propriis periclitaturos esse fortunis, nisi in his praeparandis debitae capacitatis summam modumque [i] servaverint. *Dat. XIV. Kal. Mart. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.* [k] (399.)

29. [l] *Iidem AA. Flaviano Pf. U.* Deprehensae fraudes iure puniuntur [m]. Solidos itaque, quos sublimitas tua eruere valuit ab his, qui in navicularios [mm] praedas egerunt, volumus naviculariorum commodis reservari. Et ne, simpli poena in raptores constituta, crescat audacia in posterum, sancimus [n], ut, quicunque in rapinis fuerit deprehensus, in poenam quadrupli teneatur [o]. *PP.* [p] *Romae in foro Aproniani IX. Kal. Febr., Stilicone* [q] *et Aureliano Coss.* (400.)

— c. 24 partim transiit in c. 6 Cod. Iust. de Vectig. (IV, 61). Bas. LVI, 4, 6. Vid. infra not. *q* et supra XI, 12, 3, not. *r*. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" — c. 25 coniungenda est cum c. 24 C. Th. de Annon. (XI, 1) et c. 149 C. Th. de Decur. (XII, 1). De reliquis constit., quibuscum Go. h. c. coniungi vult, vid. c. 24 cit., not. *c*. — c. 26 Go. concordare dicit cum c. 21 h. t. Cod. Iust. XI, 1, 4 mut. Summ. C. Th.: „*Haec confirmatio est VII et X.*" Eodem quidem die, sed Constantinopoli et ad alium praef. praet. data est c. 28 C. Th. de Praetor. (VI, 4). — c. 27 coniungenda est cum c. 12 et 13 C. Th. de Senator. (VI, 2), c. 31 C. Th. de Praetor. (VI, 4), c. 24 C. Th. de Suscept. (XII, 6), c. 5 C. Th. de Naufragiis (XIII, 9), c. 3 C. Th. de Canon. frum. urb. Rom. (XIV, 15), c. 3 Cod. Iust. Quae res venire n. poss. (IV, 40). Vid. tit. sq. not. sup. — c. 28 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Praediis navic. (XIII, 6). — c. 29. Cod. Iust. XI, 1, 5 mut. Recte Go. vetat, ne coniungatur haec c. cum c. penult. Cod. Iust. de Excusat. et tempor. ear. (V, 62), quod Cui. suasit l. c. pag. 336. Vid. supra III, 31, 1.

---

datio. o) Vid. not. *n* antec. p) Fol. 312[a] cod. 4. q) Vv. *naviculariis, cum s. rem gerere probabuntur* extrema sunt in c. 6 Cod. Iust. cit. r) Go. cj. *Ian.*, ut haec et sq. c. in eundem diem incidant. s) Aur. Lugd. *Cons.* t) 4, edd. *Ennodio.* Vid. supra XI, 30, 53, not. *b*. Recte Go. Be. addi volunt *Proconsuli Africae.* Vid. c. 53 cit. et c. 141—145 C. Th. de Decurion. (XII, 1). u) Sec. Go. c. 19 h. t. a Theodosio M. data. v) Cod. Iust. imperatorum nomina habet. x) Haec Constantini lex periit. xx) Cui. 1 — Lugd. *suceptarum* et paullo post Aur. Lugd. *conclusio*, err. y) 4 *quos*, rubro col. corr. *quas.* z) 4 *hiemis* (ut Til. — Cui. 2*), rubro col. corr. *hyemis.* a) Fol. 312[b] cod. 4. b) Etsi Go. h. v. defendi posse dicit, tamen probabiliter em. *complendam* ex c. 2 C. Th. de Conditis in publ. horr. (XI, 14). In Cod. Iust. h. c. ita se habet: *Comperimus naucleros susceptas — convertere: ideoque decernimus, ut intra annum, q. s., i. species, et securitates reportent — edoceant, ut intra alterum annum eis reddantur, a quibus species praestitae sint.* c) Eundem falsum numerum habet Cod. Iust. Rep. igitur in not., ut Cui. in Cod. Iust., Go. Be. *IV.*, recte. Similem err. vid. supra XI, 14, 2. d) Go. Be. recte em. *Navicularios.* Infra *Quorum classem.* e) Til. — Ri*. male *in curiae.* Sed Go. in notis contraxit haec vv. et Be. ed. *incuriae*, ut cod. 4 habet. Go. prop. *incuriae vetustate* vel *incuria vetustatis* (hoc etiam vult Rein.) vel quod ipse praefert, *incuria et vetustate.* Be. aut primam aut ultimam Go. coniecturam rep. iubet. Mihi probatur *incuria et vetustate.* Cf. infra XV, 1, 20 *partes vel incuria vel vetustate collapsas.* f) Go. ann.: *vel in se traxerunt.* g) 4 *Messale*, rubro col. em. *Messalae.* h) 4 *honera*, rubro col. del. *h.* i) 4 *mudumque*, rubro col. *modumque* repon. k) Aur. Lugd. *Conss.* Go. — Ri*. *Coss.* l) Fol. 313[a] cod. 4. m) 4 *Depraehensae fr. iurae*, rubro col. corr. *iure.* mm) Mendose Til. *navicurios.* n) Til. — Cui. 2* *audacia, in posterum sancimus.* Vid. Cod. Iust., not. *o*. o) In Cod. Iust. h. c. ita se habet: *Ab his, qui in naucleros praedas egerunt, volumus eorum commodis satisfieri, et ideo ne crescat in posterum eorum audacia, sancimus — deprehensus, poena quadrupli teneatur.* p) 4 *Ppō*, rubro col. del. *o.* q) 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. *Stilichone.*

30. *Iidem AA. Pompeiano Proconsuli Africae.* Venerandae *) urbis intuitu naviculariis privilegia certa delata sunt; quae quicunque temerare tentaverint, nostra auctoritate propositam mulctam lege inferre cogantur [r]. *Dat. XVII. Kal. Iul. Mediolano, Stilicone* [s] *et Aureliano Coss.* (400.)

31. *Iidem AA.* [t] *Hadriano Pf. P.* Universa, quae consultis nostris vel decretis illustris praefecturae indulta sunt naviculariis, si nulla melior utiliorque sententia commutavit, vel auctoritas sanctionis infregit, firma servari decernimus. *Dat. XV. Kal. Sept. Honorio A. VI. et Aristaeneto* [u] *Coss.* (404.)

32. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* Cum navarchorum coetus circiter *) provincias Orientis inopia navium titubaret, [v] et investigandae classis obtentu insularum secessus [x] obiret et, navigandi opportunitate transacta, iudiciorum indignatio sine transvectionis exspectaretur effectu, merito celsitudo tua, praefecto augustali [xx] et insularum praeside conventis [y], Alexandrinae et Carpathiae [yy] classis summates et nonnullos alios naucleros eo [z] professionis adduxit, ut onus frumentarii commeatus, qui [a] per Orientales navarchos ex [b] Alexandrinae civitatis conditis consuerat [c] ad sacratissimam urbem transferri, in suam fidem susceptum, ad eadem augustissimae urbis [d] horrea comportarent [e], solatiis [f] pro mercedula praestitis ex tributariae pensitationis immunitate [g] vel ex eo, quod vocatur φιλικόν [h], nec non etiam aliis [i], quae tuae [k] cognitionis limavit examen [kk]; ita ut [l], super naufragiorum, quae contigerint, casibus usitato more habita quaestione, si qui [m] calculus modiationis dicatur tempestate maris deperisse, sub tuae sedis auditione nequaquam feratur acceptus, sed haec dispendii lacuna [n] in omne naviculariorum [nn] concilium, pro rata scilicet contingentis muneris, deferatur [o]. Haec igitur nostra lege firmamus. *Dat. XIV.* [p] *Kal. Febr. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

33. *Iidem AA. Anthemio Pf. P.* Qui fiscales species susceperit [q] deportandas, si recta navigatione contempta, littora devia sectatus, eas avertendo distraxerit, capitali poena plectetur. *Dat. XIV.* [r] *Kal. Aug. Constantinopoli, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

34. *Iidem AA. Faustino Pf. P. Post alia:* Iudices, qui in portibus dioeceseos [s] suae [t] onusta navigia, cum prosperior flatus invitat, sub praetextu hyemis immorari permiserint, una cum municipibus et corporatis eiusdem loci fortunarum propriarum feriantur dispendiis. Navicularii [u] praeterea poenam deportationis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit revelatum. *Dat. XVIII. Kal. Sept. Ravenna* [uu], *Varane* [v] *V. C. Cos.* [x] (410.)

35. *Iidem AA. Seleuco* [xx] *Pf. P.* Universos, quos naviculariae conditioni obnoxios invenit antiquitas, praedictae functioni conveniet famulari. Personas igitur me-

— c. 30 Go. coniungit cum c. 18 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1) et c. 166 C. Th. de Decurion. (XII, 1). — c. 31 Go. coniungendam esse opinatur cum c. 4 Cod. Iust. de Lucris advocat. (XII, 62). — c. 32 Go. fortasse coniungendam esse putat c. 1 C. Th. de Frumento Alexandrino (XIV, 26). Cod. Iust. XI, 1, 6 et XI, 5, 6. Vid. infr. not. *kk*, *l* et tit. IX. h. libri, not. sup. — c. 33 Go. recte coniungi vult cum c. un. C. Th. de Auri publ. prosec. (XII, 8) et cum c. 2 Cod. Iust. de Off. civil. iudic. (I, 45). Cod. Iust. XI, 1, 7. — c. 34. Cod. Iust. XI, 1, 8. Go. cum h. c. coniungi vult c. 4 Cod. Iust. Quae res venire (IV, 40). Symmachus IV, 54. — c. 35. Vid. tit. sq. not. sup.

) Err. Ri. Ri. *Venerardae.* r) 4 *cogatur*, rubro col. corr. *cogantur.* s) 4, edd. ante Be. *Stilichone.* t) Go. Be. in not. add. *et Theodosius A.*, recte. u) 4 *Aristhēn.* Til. — Lugd. *Aristheneto.* Cui. 2, 2* *Aristeneto.* Go. — Ri*. *Aristineto.* Aur. Lugd. *Cons.* *) Cui. in Cod. Iust. *circa.* v) Fol. 313 [b] cod. 4. x) 4, Til. — Ri*. *successus.* Go. Rein. ex Cod. Iust. em. *secessus* et hoc rep. Be.; recte. Cf. supra VII, 16, 2 *abscessus provinciarum, abdita quin etiam loca et insulae.* xx) 4 *augtali.* y) Cod. Iust. add. *civitatis.* yy) Cod. Iust. *Carpatiae.* Böcking ad Notitiam Dignit. p. 145, not. 130. 4 *classi*, rubro col. add. *s.* z) Cod. Iust. *eius*, sed Cui. *eo.* a) Go. vituperat Cui., qui in Cod. Iust. edid. *quod.* b) 4 *navachos e*; ab ant. man. corr. *navarchos et.* c) 4, Til. — Ri*. *censuerat.* Be. auct. Go., quocum consentit Rein., ex Cod. Iust. rest. *consuerat*, recte. Ceterum Cod. Iust. *consueverat.* d) Cui. 2, 2* *vobis*, quem errorem Rein. tollit. e) 4, Til. — Ri*. mendose *conportaret.* Be. auct. Go. ex Cod. Iust. veram rec. scripturam. f) Cod. Iust. *salariis.* Go. tuetur *solatiis*, recte, ut Cui. in Cod. Iust. ed. Solatium est beneficium, commodum. g) Non probabiliter Go. in comm. cj. *immanitate* vel *immensitate*, quasi *mercedula* opponatur multitudini tributorum et cumulo. Potius *immunitate* se refert ad v. *solatiis.* Tribuuntur enim naviculariis solatia, i. e. beneficia pro mercedula, quae sunt immunitas tributariae pensitationis vel eius, quod vocatur φιλικόν etc. h) 4, Til. — Ri*. *filicon.* Be. auct. Go. rest. verum verbum ex Cod. Iust. i) 4, Til. — Ri*. *alios.* Be. ex Cod. Iust. rep. *aliis*, recte. k) In Cod. Iust. om. *tuae.* kk) In vv. *limavit examen* desinit Cod. Iust. XI, 1, 6. Go. ad v. *limavit* ann.: „Non mutandum in *libravit.*“ l) Hinc inc. c. 6 Cod. Iust. de Naufrag. cit. m) Cod. Iust. *quis.* n) Cod. Iust. *iactura.* Nostrum Go. elegantius esse dicit. Vid. Symmachi epp. V, 76, ibid. Iuretum, Cic. in Verr. II, 55, Go. in Gloss. Nom. v. *Lacuna.* nn) Cod. Iust. *nauclerorum.* o) Hic desinit c. 6 Cod. Iust. cit. Fol. 314 [a] cod. 4 incip. cum v. *Haec.* p) Ita etiam Cod. Iust. utroque loco, sed fieri non potest, ut coniungatur h. c. cum c. 1 de Frument. Alex. cit.; illa enim data est quidem ad eundem Anthemium de simili re, sed triennio post h. c. q) Cod. Iust. *suscepit.* r) c. 2 Cod. Iust. cit. *XIII.*, sed mss. Paris. et Pistor. *XIIII.*, ut C. Th. Vid. c. 1 cit., not. *g.* s) 4 *portib'* (i. e. *portibus*) *dioceseos*, rubro col. em. *portubus dioeceseos.* Til. — Be. *portubus.* Non multum diflert a cod. 4 scriptura Cod. Iust. *partibus*, quam impr. Go. et Iuretus in Symmachum IV, 54; sed Cui. ed. *portubus.* t) Go. probabiliter prop. *tuae*, etsi in comment. aliter videtur sentire. Alias v. *dioeceseos* pro provincia posita est. Mox 4, Til. — Cui. 2* *hiemis*, et corr. rubro col. *hyemis* in codice. u) Cod. Iust. *Naucleri.* Vid. Böcking. ad Not. Or. p. 446. uu) Addidi ex Til. — Go. *Rav.* Cod. Iust. *Ravennae.* Ri. — Be. om. *Rav.* Utrum in cod. 4 sit, non recordor; neque tamen dubito, quin ibi fuerit. v) 4, Til. — Lugd. *Varañ.* Cod. Iust. *Varana.* x) Aur. Lugd. *Conss.* Go. Ri*. *Coss.* xx)

moratas et eorum heredes et praedia persequenda esse decernimus, ut canon sacratissimae urbis vel expeditionalium portuum[y] necessitas impleatur. *Dat. prid. Non. Mart.*[z] *Ravenna*, *Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

36. *Iidem AA. Navicularis per Africam.* Tributa naviculariis privilegia hac interminatione firmamus, ut, si quis cuiuslibet dignitatis iudicum vel militantum crediderit negligenda[a], et aditus negaverit petitum a se tuitionis praesidium, patrimonium suum noverit istius functionis oneribus addicendum sine ulla spe veniae, quam de nobis sub annotationis indulto meruerit. §. 1. Illud etiam addimus, ut decem librarum auri mulcta tam naviculariis quam iudicibus, nec non proconsuli et vicario, spectabilibus viris[b] et V. C. annonae praefecto[c] officiisque eorum proponatur, si unquam ordine[d] memorato vel ipsi coegerint, vel sponte cupienti, quod non potest fieri, de centesimis[e] suis auferri permiserint, vel de propria substantia quicquam sportulae nomine cuiquam donare vel offerre personae, ut a singulis constitutum mulctae pondus non ambigant[ee] exigendum. Accipientem quoque quadruplum fisco nostro iubemus exsolvere etc. *Dat. XVI. Kal. April. Ravenna*, *Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.*[f] (412.)

37. *Iidem AA. Navicularis per Africam. Post alia:* [g]Si ulla dignitas vel apparitio frumenti curam sustinens dirigendi a naviculario magistrove navis aliquid accepisse detegitur, probato crimini pro motu iudicis poena non desit etc. *Dat. XVI. Kal. April. Ravenna*[gg], *Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.*[h] (412.)

38. *Iidem AA. Albino Pf. U.* Dissimulationi et corruptelae urbani vel annonarii officii exquisitis remediis mansuetudo nostra prospexit, ut, si quando navicularius extra modum centesimarum diametrum incidisset, intra quinque dies, ex quo portum venerabilis urbis esset ingressus, adhibitis tribus illustribus viris urbana praefectura, praesente quoque annonario cognitore, quid evenisset detrimenti[i], inquireret, et quicunque in hac fraude fuisset inventus, sub elogio, adiuncto idoneo exsecutore, mox ad Africam atque ad V. C. praefecti annonae iudicium deduceretur, soluturus instantia memorati, quicquid debere fuerit deprehensus. §. 1. Hac itaque lege decernimus, ut, si ultra diem praefinitum permiserit[k] navicularium protelari, quinque libras auri se atque officium suum sciat aerario nostro debere inferre. [l]Apparitionem quoque praefecturae urbanae mulcta trium librarum auri feriendam esse censuimus. Praefectus annonae duas libras auri sacris largitionibus inferre cogetur, nisi eius praecipue instantia intra diem constitutum fuerit accelerata cognitio. Huius modi igitur inquisitio etiam diebus feriatis[ll] et devotionum, absque ulla observatione, peragenda est. *Dat. XV. Kal. Oct. Ravenna*, *Constantio et Constante Coss.* (414.)

TIT. VI. *) DE PRAEDIIS NAVICULARIORUM[m].

1. *Imp. Constantinus*[mm] *A. ad decretum Naviculariorum.* Alienationes possessionum a naviculariis factas fugiendi muneris gratia praeiudicare vobis non sinimus. Ideoque volumus, ut comparatores supra scriptarum possessionum, interpellato praefecto annonae, ad id[n] obsequium compellantur, cui se obnoxios esse fecerunt. *Dat. V. Kal. Nov. Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.*[o] (326.)

2. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U. Post alia:* Patrimonia naviculariorum, quae quolibet genere in extraneorum dominia demigrarunt, in corporis sui ius proprietatemque remeent. *Dat. III. Id. Iun.*[p] *Mediolano*, [q]*Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

3. *Iidem AA.*[r] *ad Musuphilum*[s] *Vicarium Africae.* Adversus petitionem naviculariorum de suo iure certantium spatium non praescribat annorum[t]; etiam illis assertionibus remotis, quibus nonnulli amplexantur, quae

— c. 36 et 37 non solum inter se coniungendae sunt, verum etiam cum c. ult. C. Th. de Naufragiis (XIII, 9) cohaerent. — c. 37. Vid. c. 36, 38 h. t., not. sup. Aur. Lugd. err. *XXXVIII.* — c. 38. Summ. C. Th.: „*Haec inutilis est, quia superiori est similis.*“

Tit. VI. Vid. supra XIII, 1, not. *b.* Go. ad h. t. quoque pertinere putat c. 19 C. Th. de Senator. (VI, 2) et c. 3, 19, 20, 27, 35 antec. tituli. Cod. Iust. XI, 2. — c. 1. Vid. c. 2, 8 h. t., not. sup. — c. 2 coniungenda est cum c. 11 C. Th. de Navicularis (XIII, 5). Cf. infr. not. *p.* Summ. C. Th.: „*Haec contraria superiori.*“ Vid. c. 4 h. t., not. sup. — c. 3. Vid. c. 5 h. t., not. sup.

Aur. Lugd. *Seuleuco.* y) Rein. cj. *partium*, seductus sine dubio scriptura Cod. Iust. Vid. not. *s.* z) Fol. 314[b] cod. 4. Aur. Lugd. *Cons.* a) 4 *necaegenda*; em. rubro col. *neclegenda.* b) Til. *spectabilibus, viris et.* c) 4 *annonae p̄f.* Til. — Lugd. *annonae PF.* Cui. 2 — Be. *Pf.* (s. *PF.*) *annonae.* Vid. infra XIV, 3, 12, not. *e.* d) Go. cj. *si quicquam* s. *si unquam quicquam ordinis* (naviculariorum scilicet), Be. *si quid unquam ordini.* Non puto opus esse em. illis. Rep. *ordini memorato*, i. e. naviculariorum. e) 4 *centessimis* (del. *s* ante *i* rubro col.) et paullo infra *nominae.* ee) Ri*. *ambigat.* f) Aur. Lugd. *Cons.* g) Fol. 315[a] cod. 4, qui paullo infra *fraumenti.* gg) Ri*. om. *Rav.* h) Annus deest ap. Go. i) Cui. 2, 2* mendose *detrimenta*; Rein. corr. *detrimenti.* Cf. c. 32 h. tit. k) Go.: „Quis? An Praefectus Urbi.“ Non dubito, quin is intelligatur (praefectura urbana); nam reliquorum mentio fit in seqq. legis vv. l) Fol. 315[b] cod. 4. ll) Ri. Ri*. *feritatis*, err.

*) Vid. supra XIII, 1, not. *b.* m) Cod. Iust. *De pr. et omnibus rebus navicul.* mm) 4, edd. *Constantius*, manifesto err., de cuius origine saepe dixi. Ante me Go. et Be. in not. repos. *Constantinus.* n) 4 *it*, rubro col. corr. *id.* o) Aur. Lugd. *Cons.* p) Vid. c. 11 cit., not. *t.* q) Fol. 316[a] cod. 4. Aur. Lugd. *Cons.* r) Vid. not. *u* sq. s) 4, Til. — Ri*. *Musufilum.* Musuphilus hoc solo loco commemoratur. t) Recte ita Go. interpunxit. Til. — Cui. 2* *praescribat, annorum etiam.* Mox Aur. Lugd. *adcertio-*

divorum principum consecuti fuere permissu. Sed et si est quicquam naviculario iuri obnoxium, quod domus nostrae proprietatem spectat, tolerare praecipimus navicularias functiones. *Dat. prid. Kal. Aug. Vangionibus, Valentiniano et Valente AA.*[u] *Coss.* (365?)

4. *Iidem AA. ad Dracontium Vicarium Africae. Post alia*: Naviculariae facultates naviculario corpori reddantur, si bona rite retinentes subire eorum onera nolint, quorum possessione fruuntur. Ceterum si sponte cognoscunt naviculariam functionem, sine exceptione potioris vel cuiuscunque[v], bona ad se transmissa sine inquietudine possideant, cum pro rata ex parte debitis fungantur officiis etc. *Dat. IV. Kal. Maii Remis, Lupicino et Iovino Coss.* (367.)

5. *Iidem AA.*[x] *ad Aurelianum Praefectum annonae.* Temporibus[y] praescriptionem in vindicatione rerum ad navicularios pertinentium cognoscat tua[z] gravitas esse succisam. [zz]Domum etiam mansuetudinis nostrae in his, quae naviculario nomine[a] obnoxia sunt, agnoscere praecipimus debitam functionem. *Dat. III. Kal. Oct. Lupicino et Iovino Coss.*[b] (367.)

6. *Imppp. Valentinianus*[c], *Valens et Gratianus AAA. ad Provinciales Afros.* Fundi omnes ad naviculariorum dominium pertinentes, et ad aliorum iura translati, fisco vel rei publicae[d] vel naviculario vel quolibet alio distrahente, sive donante, vel ad filios vel propinquos vel extraneos transferente, etsi ad navicularios translati sint, reddantur dominis, actione[e] in rem et persecutione concessa, nisi maluerint hi, ad quos res pervenerint, onus agnoscere, cui erat ille obnoxius, cuius nomine vindicatio competit; evectionis[f] ac melioratae rei perceptorumque fructuum inspectione habita etc. *Dat. VII. Id. April. Treviris*[g], *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

7. *Iidem AAA.*[h] *Chiloni Proconsuli Africae.* In his, quae navicularii vendunt, quoniam intercipere contractum emendi vendendique fas prohibet, emptor navicularii functionem pro modo portionis comparatae subeat; [i]res enim oneri addicta est, non persona mercantis[k]. Neque navicularium illico[l] iubemus fieri eum, qui aliquid comparavit, sed eam partem, quae empta est, pro suo modo ac ratione esse munificam. Nec enim totum patrimonium ad functionem navicularii muneris[m] occupandum erit, quod habuerit[n], qui rei exiguae mercator accessit[o], sed illa portio, quae ab initio navicularii fuit, ad pensionem huius[p] functionis sola tenenda est, residuo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum est, otioso et immuni servando. §. 1. Domos[q] vero, quarum cultu decus urbium potius quam fructus acquiritur, ubi a navicularіis veneunt, pro tanto modo ad hanc pensionem obligari placet, quantum habebant emolumentum, cum pecunia mutuarentur[r]. Ubi vero spatia loci et exiguitas nullam habuit[s] pensionem, aut exstructio, cuius est ardua difficilisque molitio, aut decus sumptuosum, aut, ut est plerumque liberale institutum, habitationem[t] quis suam ornamento urbis adiecit[u], nolumus munificentiam, quae postea addita est, improbam licitationem aestimationis[v] excipere, sed vetusta potius loci species[vv] et pensio cogitetur quam cultus hodier-

— c. 4. Summ. C. Th.: „*Contraria secundae.*" — c. 5. Summ. C. Th.: „*Similis tertiae in fine.*" Cod. Iust. XI, 2, 1 om. pr. — c. 7. Cod. Iust. XI, 2, 2.

nibus. u) Annus deest ap. Go. — Ri*. Retulit Go. h. c. ad ann. 368 (*Valent. et Val. II.*), quia 365 Dracontius Vicarius Africae fuit, non Musuphilus, et Valentinianus Mediolani constitit; anno autem 368 Valentinianus Treviris in Vangionum terram se contulit. Reponerem ann. 368, nisi obstaret et series constitutionum, quae, si Go. cj. vera est, postulat, ut h. c. transferatur post c. 5 h. t., et inscriptio h. c., cui fore ut add. *et Gratianus A.* Be. recte dicit. v) Til. — Cui. 2* *sine exceptione potioris, vel cuiuscunque bona.* Go. — Ri*. *sine exceptione potioris, vel cuiuscunque, bona.* Be. *sine exceptione, potioris vel cuiuscunque, bona.* x) Be., auct. Go., qui rep. vult *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.*, in not. add. *et Grat. A.* Gratianus enim iam IX. Kal. Sept. h. ann. a Valentiniano patre ad imperium adscitus erat. Verum cum Cod. Iust. habeat *Impp. Valens et Valentinianus AA.*, congruat igitur cum C. Th., nihil mutandum esse puto. Sine dubio h. c. imperantibus solis Valentiniano et Valente scripta est, publicata vero, postquam Gratianus ad imperium accessit. y) Go. nihil quidem mutat, sed mavult *Temporis.* z) Fol. 316[b] cod. 4. zz) Hinc incipit c. 1 Cod. Iust. cit. a) Ita 4, Til. — Ri*. Cur Be. corr. *nomini*, non perspicio. Etiam Cod. Iust. *nomine.* b) Aur. Lugd. *Cons.* c) In cod. 4 add. *et.* Ri. *Valentiniaus.* d) Recte Go. Be. em. *republica.* Paullo ante Cui. 2, 2* *aliotum* et infra Cui. 1 *traslati.* e) Til. — Cui. 2* *reddantur: dominis actione.* f) Go. in comm. rest. *evictionis* quia sermo sit de vindicatione rei. Quadrat in h. l. *invectionis*, i. e. rerum, quae invectae sunt et quibus pretium rei augetur, inspectione habita. Go. — Ri*. *competit evectionis, ac.* g) 4 *Tri.* Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* h) 4 *AA. ACHILONI* et similiter Til. — Ri*. *AA. Achiloni*, male divisis literis, pro *AAA. Chiloni*, quod auct. Go. rep. Vid. c. 16 C. Th. de Susceptor. (XII, 6), c. ult. C. Th. de Excusat. artif. (XIII, 4). Error videtur tribuendus esse ipsis C. Th. constitutionariis, non librario codicis 4; nam etiam in Cod. Iust. est *Iidem AA. et Gratianus A. Achiloni*, ubi quod Cui. rep. *Grat. A. Chiloni*, utrum codicum auctoritate factum sit an de cj., nescio. Be. *AAA. Achiloni.* i) Fol. 317[a] cod. 4. k) Cod. Iust. *personae mercatoris.* l) Cod. Iust. om. *illico*, impr. Go. 4, Til. Cui. 1, 2, 2* *ilico.* m) Cod. Iust. *ad functionem naviculariam* et om. *muneris.* n) Cod. Iust. *habuit.* o) Aur. Lugd. Ri. Ri*. Be. *accesserit*, sine decess. p) Cod. Iust. *huiusmodi.* q) Cod. Iust. *Domus.* r) Cod. Iust. (etiam Cui.) *cum pecunia mutuaretur*, male. Edd. *pecuniam mutuarentur.* In cod. 4 est *pecunia mutuarentur.* Cui. Comment. l. c. pag. 337 cj. *cum pecunia mutarentur* (quantum illae solebant locari venditionis tempore). Ex cod. rep. *pecunia.* Nam *pecunia mutuarentur* est pro locarentur. Hoc iam Go. prop. Vid. Dirksen. l. c. p. 510. s) Cod. Iust. *spatium — habuerit.* t) 4 *habitatione*, rubro col. em. *habitationem.* u) Cod. Iust. *urbis ornamento adiecerit.* v) Fol. 317[b] cod. 4. vv) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *specie.* Be. ex Aur. Lugd. et Cod. Iust.

nus, qui per industriam hominis animosi accessit. *Dat. III. Non. Aug. post cons. Gratiani A. III. et Equitii*[x] *V. C.* (375.)

8. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae*[y] *Pf. P.* Hi, qui fundos naviculariae functioni adscriptos a naviculariis acceperunt quolibet ad se titulo transeuntes, secundum agri opinionem, quae antiquitus habetur[z] adscripta, naviculariam functionem suscipere cogantur, neque eas conditiones sibi aestiment[a] profuturas, quas venditor minus idoneus in se receperit[b], impositas ementis[c] arbitrio; hac tamen ratione[d] servata, ut, si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam auctores transscripti praedii teneantur obnoxii, sitque hoc in promptu, ut damnis fiscalibus primitus ab idoneis consulatur etc.[e] *Dat. XIV. Kal. Mart. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.*[f] (399.)

9. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Sebastio*[g] *Comiti. Post alia:* Navalem haeresin[h] in omnibus volumus custodiri, ut usque ante viginti annos quaecunque possessiones subhastariae[i] sorte distractae sunt, et propter contractum publicum navali fuerant haeresi separatae, [k]si huic oneri ante eas subiacuisse constiterit, rursus ad debitam functionem teneantur obnoxiae etc. *Dat. prid. Id. Maii**) *Ravenna, Honorio A.***) *XI. et Constantio II. Coss.* (417.)

10. *Iidem AA. Proculo Pf. P.* Si quod praedium in quolibet Africani cespitis loco per quinquaginta annorum curricula ad navalem functionem nulla sollicitudo revocavit[l], nec pulsatum aliquando intra designatam annorum[m] seriem super hac parte constiterit, ac praedictae annositatis cursum sine ulla navalis haeresis convectione[n] transscenderit, nullis patimur sollicitudinibus agitari. §. 1. Illud quoque penitus abolendum esse censemus, ut, quem non personae alicuius super navicularia functione probamenta confutarant[o], nulla[p] chartarum post quinquaginta annorum seriem molestia rediviva[q] conveniat. *Dat. XV. Kal. Iun. Ravenna, Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

TIT. VII.*) DE NAVIBUS[r] NON EXCUSANDIS.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano Pf. P.* Cunctis per Aegyptum intimetur, viginti librarum auri mulctae esse subdendos eos, qui naves suo nomine vel defensione[s] a transvectionibus publicis excusare tentaverint. Publica iactura navium quoque dominis feriendis, qui, neglectis necessitatibus publicis, potiorum voluerunt patrociniis excusare*). *Dat. prid.*[t] *Id. Mart. Constantinopoli, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

2. *Iidem AA.*[u] *Longiniano Pf. P.* Multi naves suas[uu] diversorum nominibus et titulis tuentur. Cui fraudi obviantes praecipimus, ut, si quis ad evitationem[v] publicae necessitatis titulum crediderit apponendum[vv], sciat, navem esse fisco sociandam. Nam ut privatos quoque non prohibemus habere navigia, ita fraudi locum esse non sinimus[x], cum omnes in commune, si necessitas exegerit, conveniat utilitatibus publicis obedire, et subvectionem sine dignitatis privilegio celebrare[y]. Nisi igitur intra triginta dies haec fraus fuerit remota, universa navigia, quae ad exceptiones confugiunt, dominis

— c. 8 coniungenda est cum c. 28 C. Th. de Navicul. (XIII, 5). Cod. Iust. XI, 2, 3. Summ. C. Th.: „*Primae similis.*" — c. 9 coniungenda est cum c. 19 C. Th. de Senator. (VI, 2) et c. 15—17 C. Th. de Censitoribus (XIII, 11). Eodem die data est Ursacio Com. R. P. c. 7 C. Th. de Locat. fund. iur. emph. (X, 3). — c. 10 Go. in comm. transferri vult in tit. C. Th. de Navic. (XIII, 5).

Tit. VII. Vid. supr. XIII, 1, not. *b*. Cod. Iust. XI, 3. Novell. Theod. VII. de Navib. ultra duor. mil. modior. capacit. non excus. (ed. Berol. p. 1233) et Novell. Valent. XXIX. de Navicul. amnicis (ed. Berol. p. 1336). — c. 1 coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Patrocin. vic. (XI, 24). Vid. not. *t* infr. — c. 2. Cod. Iust. XI, 3, 1 om. fin.

reposuit *species*. Cj. etiam Rein. et Go. *species*. x) 4, Til. — Lugd. Ri*. *Equiti*. Cui. 2 — Ri. *EquitI*. y) 4 *Messale*, emendatur *Messalae* ab antiqua manu. z) Cod. Iust. *habebatur*. a) Cod. Iust. *existiment*. b) Cod. Iust. *recepit*. c) 4, edd. ante Be. et vulg. edd. Cod. Iust. *inpositae mentis*. Be. ex nonn. Cod. Iust. edd. et mss., ut affirmat, corr. *impositas ementis*, recta scriptura et iam dudum probata Cui., qui eam in veteribus inveniri dicit, pro *imponentis arbitrio*, ut ipse et Hal. edid. Cum Cui. consentit Go. d) Cod. Iust. *pactione*, impr. Go. e) Sec. Go. quae sequuntur in d. c. 28. Cod. Iust. om. *etc.* f) Aur. Lugd. *Conss.* Go. — Ri*. *Coss.* g) Vid. c. 19 cit., not. *u*. h) 4 *heresim*, rubro col. corr. *haeresim*. Hoc habent Til. — Ri*. i) Go. Be. rep. volunt *subhastaria*, recte. An *sub hastae sorte?* Nam hoc solo loco invenitur v. *subhastaria*. k) Fol. 318[a] cod. 4. Ibi *heresi*, sed rubro col. em. *haeresi*. Etiam in sq. c. *heresis*, neque corr. *) Vid. supra VI, 2, 19, not. *b* et infra XIII, 11, 17, not. *t*. **) 4, Til. — Ri*. om. *A*. l) 4, edd. ante Be. *revocabit*. Be. auct. Go. em. *revocavit*, recte, sed mavult *revocarit*. Saepe in cod. 4 literae *b* et *v* inter se confusae sunt. m) 4 *onnorum*, em. rubro col. n) Go. em. *conventione* (i. e. pulsatione) et Rein. *convictione*. Recte Go. o) 4 *confutarat*. Go. em. *confutarunt* pro *confutarant*, recte. p) Be. ann.: „mel. *ulla*." Vid. supra VII, 8, 10, not. *o*. q) 4 inepte *redivinu*. Aptius est *rediviva*, quod Cui. in m. Cui. 2, 2* cj., Val. et Go. repet., Be. recep. Rec. manus sine dubio ut lacunam indicaret, in cod. 4 atramento duos asteriscos apposuit: *molestia* redivinu* conveniat*. Inde *molestia* re diuinu* conv.* Til. — Lugd. Etiam Cui. 2 — Ri*. *re diuinu*. Retinui *rediviva*. Vid. supr. XI, 29, 6; infra XV, 1, 19, XVI, 7, 3, §. 1. Mox Aur. Lugd. *Das* pro *Dat*.

*) Vid. supra XIII, 1, not. *b*. r) Go. in paratitl. add. *Privatorum*. s) Fol. 318[b] cod. 4, in cuius ima parte est signum quatern. *MB*. *) Suppl. *naves*. An leg. *se excusare* s. *excusari?* t) Vid. c. 4 cit., not. *k*. Aur. Lugd. *Conss.* Go. — Ri*. *Coss.* u) Recte quidem Be. in not. add. *et Theodosius A.*, sed Cod. Iust., in quo scriptum est *Arcadius et Honorius*, non discrepat a C. Th. Vid. infr. not. *z*, tit. sq. not. *b*, tit. IX. h. l. c. 1, not. *h*, c. 3, not. *f*. uu) Apud Ri*. deest *suas*. v) 4 *evitatione*, rubro col. em. *evitationem*. vv) Cod. Iust. *opponendum*. x) Til. — Cui. 2* *sinimus. Cum.* Go. — Ri*. *sinimus: Cum.* Mox 4 *oboedire*. y) Seqq. des. in Cod. Iust.

auferantur. *Dat. III. Id. Ian. Ravenna, Arcadio A. VII.*[z] *et Probo Coss.* (406.)

TIT. VIII. *) NE QUID ONERI PUBLICO IMPONATUR.

1. *Impp. Arcadius et Honorius* **) *AA. Rufino Pf. P.* Oneri publico sarcinam privatam ne quis imponat, nec audeat portitores frumenti ad suscipiendum[a] onus aliqua necessitate compellere. Hoc enim facto atque commisso non in dispendium solum atque naufragii damnum tenebitur obligatus, verum etiam publicae coercitionis experietur vigorem. *Dat. V. Id. Ian.*[b] *Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

TIT. IX. *) DE NAUFRAGIIS.

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Modestum Pf. P.* Si quis navicularius naufragium sustinuisse[c] affirmat, provinciae iudicem, eius videlicet, in qua res agitur, adire festinet, ac probet apud eum testibus eventum; relatioque[d] ad sublimissimam referatur praefecturam, ita ut, intra anni spatium veritate relata[e], remedium ex indulgentia consequatur. Quod si per huius modi[f] negligentiam praefinitum anni spatium fortasse claudatur, supervacuas serasque actiones[g] emenso anno placuit non admitti. *Dat. PP. Beryti*[h] *Non. Iun., Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

2. *Iidem AAA. ad Demetrianum Praefectum annonae Africae.* Si quando caussatio est de impetu procellarum, medium[i] ex his nautis numerum navicularius exhibeat quaestioni, quos eum in navi, pro modo capacitatis, constat habuisse, [k] quo eorum tormentis plenior veritas possit inquiri. De casu autem navis, quae ad urbem Romam directa fuerit, intra annum, quicquid acciderit, iudiciis publicetur, de his vero, quae ad portus expeditionales longius vel Constantinopolim sint profectae, intra biennium, oblato praedicto numero nautarum, super fide casus examen agitetur. Addimus etiam, uti[l] intra praefinitum tempus nulla fuerit delata querimonia, omnis posthac deplorationum aditus obstruatur. *Acc. Aquil.*[m] *Lecta actis.*

3. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Navicularis Afris salutem*[n]. Quoties obruta vel submersa fluctibus[o] navi examen adhibetur p̄f an̄n̄[p], duorum vel trium quaestione destrictum purgandi[q] in alios nautas licentia offeratur. Quid est enim, quod non ab-

---

Tit. VIII. Cod. Iust. XI, 4. Vid. supra XIII, 1, not. *b.* — c. 1. Cod. Iust. XI, 4, 1.

Tit. IX. Cod. Iust. XI, 5. Vid. supra XIII, 1, not. *b.* Huc Go. pertinere dicit partem posteriorem c. 32 C. Th. de Navicularis (XIII, 5). — c. 1. Cod. Iust. XI, 5, 2. — c. 2 Go. coniungendam esse putat cum c. 12 C. Th. de Navicularis (XIII, 5); sed vid. infr. not. *m.* H. c. abrogari videtur c. 3 h. t. — c. 3 coniungenda est cum c. 16 C. Th. de Navicularis (XIII, 5). Cod. Iust. XI, 5, 3 mut.

---

z) Cod. Iust. *Ravennae.* Ri*. om. *Rav.* Iuretus in Symm. (sec. Rein. I, 52, sec. Go. III, 53, sec. Ri. VII, 95) Go. Be. corr. *VI.*, recte quidem, sed dissentiente Cod. Iust., qui non discrepat a C. Th. Vid. supr. not. *u*, tit. sq. not. *b*, tit. IX. sq. c. 1, not. *h* et c. 3, not. *f.*

*) Vid. supra XIII, 1, not. *b.* **) Aur. Lugd. om. *et Honorius.* a) Cum literis *endum* incipit fol. 319[a] cod. 4. b) *V. Id. Ian.* nondum decesserat de vita Theodosius. Go. igitur in Chron. p. CXLIII. et Be. aut add. esse putant in inscr. *Theodosius A.* aut scrib. *Iun.* pro *Ian.*; recte quidem; neutram vero em. agnoscit Cod. Iust., qui omnino congruit cum C. Th. Error insitus esse videtur ipsi C. Th. Vid. tit. anteced. c. 2, not. *u*, *z*, tit. seq. c. 1, not. *h* et c. 3, not. *f.*

*) Vid. supra XIII, 1, not. *b.* c) Cod. Iust. *se sustinuisse.* Go. cj. *sustinuisse se*, sed etiam *sustinuisse* bene se habere dicit; recte. 4 *nafragiū*, em. rubro col. Cod. Iust. *adfirmet.* d) In Cod. Iust. add. *etiam.* e) Cod. Iust. *revelata, competens dispositio procedat. Quod si.* f) In Cod. Iust. om. *huius modi.* Cur Go. malit *cuiusmodi*, non perspicio. 4 *huiusmodo neclegentiā*, rubro col. em. *huiusmodi.* Ri. *fortase.* g) Cod. Iust. *interpellationes.* h) Mirum, hoc quoque loco Cod. Iust. omnino concordare cum C. Th., cuius consonantiae in his titt. non unum est exemplum. Vid. infra ad c. 3 h. t., not. *f*, tit. anteced. c. un., not. *b* et tit. VII. h. l. c. 2, not. *u* et *z*. Go. in not. *Beryti.* Recte iubet Be. scribi *Dat. et PP. Beryti.* 4, edd. ante Be. *Arinth.* Aur. Lugd. *Cons.* i) Rein. cj. *mediorum.* k) Fol. 319[b] cod. 4. l) Go. Be. corr. *ut, si*; recte. m) Go. ann.: „*Lecta Actis* constitutio: Forte *Aquis*, haud procul a Karthagine.“ Vid. c. 12 cit., not. *z* et ibid. Go., not. *d.* n) c. 16 Cod. Th. cit. *AAA. Corpori naviculariorum.* Vid. c. 16, not. *d.* Cui. 2, 2* *Valentianus* et Cui. 2 — Go. *AA.* o) 4 *fructibus*, em. ab ant. man. et rubro col. iterum a rec. man. Idem error est infra in c. 4 h. t., not. *h.* p) Ita 4. Til. — Cui. 2* *adhibetur, PF. an̄n̄.* (s. *Ann.*) *duorum* etc. Ap. Go. non interpungitur. Ri. — Be. *adhibetur praefecti annonae, duorum* etc. Etiam ap. Go. scribitur plene *Praefecti Annonae.* Vid. not. *q.* q) Menda h. loci partim nata sunt ex solutione sigli *p̄f an̄n̄.* Go. em. *destricta* (id est praecisa, temperata) vel *districta* (ut in comm.) vel *destrictum* (sc. examen. Vid. infra c. 40 de Episcopis XVI, 2) *pergendi in alios* (s. *perurgendi alios*) *nautas licentia auferatur.* Rein. retenta interpunctione Cui. 2 cj. *PFo.* (id est *praefecto annonae.* Vid. not. *p*) — *destricto.* Leg., adhibitis utriusque et Go. et Rein. cj., *adhibetur, praefecto annonae, d. v. t. q. districto, pergendi in alios nautas licentia auferatur.* Lego *praefecto — districto* (i. e. occupato in inquirendis nautis, qui de naufragio in duo vel tres nautas inquirere coepit), ut habeat v. *auferatur*, quo referatur. Go. em. *pergendi — auferatur* postulant ea, quae illico sequuntur: *Quid — intra praefinitum numerum s. q. i.*; postulat etiam Cod. Iust. Vid. infra. Falsum non est *praefecto, d. v. t. quaestione destricta, pergendi — auferatur.* Go. autem interpretatio v. *destricti* falsa est. *Destrictus* idem est atque severus, promptus, paratus. *Destricta moderatione* igitur in c. 40 cit. significat promptam, paratam, omnibus patentem moderationem. In Cod. Iust. totus locus hunc in modum transformatus est: *Quotiens — adhibetur competentis iudicis, duorum vel trium nautarum quaestione habita, ceteri ab huiusmodi nexu liberentur. Quid est enim.* Vv. igitur *ceteri ab hu-*

unde[qq] intra praefinitum numerum sollers quaesitor inveniat? Circa magistros navium, quibus est scientia plenior, immoretur; qui[r] si fatali sorte defuerint, in alios inquisitio transferetur[s]. §. 1. Sane si universos violentia tempestatis obruerit, ne veritas lateat, sequimur Constantinianae[t] legis providam sanctionem, ut affectionibus naviculariorum intra iudicia constitutis super eorum quaeratur interitu, quos navicularius naufragio perisse contendit. Cuius rei examen placuit unius lustri spatio terminari. §. 2. Ut omnis in posterum, ut a[u] duarum semicentesimarum[v], quae ex hibernis oneribus postulantur, a vobis petitio conquiescat. §. 3. Placuit sane, ut, Novembri mense navigatione[vv] subtracta, Aprilis, qui aestati est proximus, susceptionibus applicetur. Cuius susceptionis[x] necessitas ex Kal. Aprilib.[xx] in diem[y] Kal. Octobr. mansura[z] servabitur[a]; in diem vero Iduum earundem navigatio porrigetur. §. 4. Et quia ordinem vestrum ampliari[b] etiam hominum adiectione gaudemus, quoscunque vacuos publico invenerit[c] officio, in complexum vestri ordinis applicate, dummodo is, qui in municipalibus manet caussis[d], nominatione ordinis non teneatur. *Dat. VIII. Id. Febr. Treviris*[e], *Gratiano vel*[f] *Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

4. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano Pf. P.* Quae in naufragiis pereunt, [g]nolumus nobis cum possessoribus, vel senatoribus vel privatis, esse communia, si quidem naufragii detrimentum fiscus agnoscat; quod interdum non grandis dispendii esse monstratur, si vexatam fluctibus[h] navem levis iactura defendat[i], quam si pondere suo gravatam pelagi unda submergat. §. 1. Ubi vero non est testis periculi, restituantur damna naufragii, et dispendia prosecutoris fraudibus inferantur; ut ad eorum iniuriam[k] retorqueatur[l], qui minus idoneos nominarunt, non ad eos redeant, quos semel constiterit fuisse devotos[m]. *Dat. XV. Kal. Aug. Constantinopoli, Tatiano et Symmacho Coss.*[n] (391.)

5. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Senatum et Populum. Post alia:* Navicularios, quos vis[o] adversa naufragii prohibuerit suscepta deferre, vel de oneribus pravitate[p] submersis vel de diametris aliisque iacturis, quia*) excludere casus et inclementem[q] non possumus cohibere fortunam, praefectus annonae et vicarius urbis fidem probare gestorum congrua iudicatione compellant, moram et negligentiam punituri. *Dat. XVII. Kal. Maii*[r] *Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

— c. 4. Cod. Iust. XI, 5, 4 mut. — c. 5 coniungenda est cum c. 12 et 13 C. Th. de Senatoribus (VI, 2), c. 31 C. Th. de Praetor. (VI, 4), c. 24 C. Th. de Suscept. (XII, 6), c. 27 C. Th. de Naviculariis (XIII, 5), c. 3 C. Th. de Canon. frum. urb. Rom. (XIV, 15), c. 3 Cod. Iust. Quae res venire non poss. (IV, 40).

---

iusmodi nexu liberentur, si sententiam spectamus, tuentur Go. cj. *pergendi — auferatur.* qq) 4, Til. Aur. Lugd. *aliunde.* Cui. 1 *adiunde.* Cui. 2 — Be. *abunde,* ut Cod. Iust. r) Til. — Cui. 2* *inveniat circa magistros — inmoretur. Qui.* Go. — Ri*. *inmoretur: Qui.* Primum Rein. posuit et Go. edidit signum interrogandi post *inveniat,* recte. s) Rein. Cod. Iust. *transferatur,* neque vero falsum est *transferetur.* t) Interiit haec lex. Vid. supra XIII, 5, 16, not. *f.* Cum literis *tinianae* incip. fol. 320[a] cod. 4. Cod. Iust. mutt. vv. sic: *lateat, a liberis nautarum sive magistrorum intra iudicia constitutis super — periisse contendit,* et des. seqq. usque ad vv. *applicetur. Cuius.* Infra Ri*. *adfectonibus.* u) Til. — Cui. 2* *terminari, ut.* 4, edd. *ut o. in p. ut a* (edd. vv. *ut a - postulantur* uncis circumdant), manifesto err., quem ut tollat, Go. em. *Et* (incipit enim altera legis sententia) — *posterum puta,* recte. Cf. Dirksen, Manuale v. *Puta.* Quadrat etiam in h. l. *ut et duarum semicentesimarum.* v) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2*. Go. *semiscentesimarum.* vv) Falso Go. cj. *navigationi;* nam tunc scrib. esset *subtracto,* scil. mense. Sententia est: subtracta, i. e. omissa, intermissa, prohibita navigatione intra mensem Novembrem. An *mensi?* Cod. Iust. non differt a C. Th. x) Cod. Iust. add. *autem.* Vid. supra not. *t.* xx) Cod. Iust. *Aprilis.* y) 4, Til. — Ri*. *in die.* Recte Be. auct. Go. ex Cod. Iust. rest. *in diem,* ut mox sequitur. z) 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. *mensura.* Be. auct. Go. rest. *mansura,* consentientibus nonn. Cod. Iust. edd., veluti Hal. Cui., recte. a) Seqq. des. in Cod. Iust. b) 4 *amplicari.* c) Go. prob. Be. em. *inveneritis,* quia infra sequitur *applicate.* Non inconcinna quidem est haec oratio: *ordinem vestrum — invenerit* (sc. ordo vester) — *applicate,* sed praefero *inveneritis.* 4 habet *adplicatae.* Ibidem *his,* sed del. *h.* d) Go. ann.: „Defendi potest: *causae* sunt onera." Ri*. *munipalibus.* e) 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Cod. Iust. *Treveris.* f) Ita 4, edd. et, quod miror, etiam Cod. Iust. pro *V. et.* Transierunt autem in Cod. Iust. mera sphalmata constitutionariorum C. Th. Vid. supra tit. VII. h. lib. c. 2, not. *u, z,* tit. VIII. c. un., not. *b,* c. 1 h. tit., not. *h.* Fac igitur scribas *V. et,* quod Go. Be. in not. ponunt et praeter Cui. in c. 3 Cod. Iust. cit. habet etiam c. 16 de Navicul. cit. cum h. c. coniungenda. Aur. Lugd. *Cons.* g) Fol. 320[b] cod. 4. Supra Ri*. *navigiis* pro *naufragiis.* h) 4 *fructibus,* aut. man. em. *fluctibus.* Similiter supr. c. 3 h. t., not. *o.* i) Rein. prop. *diffindat;* dubito an recte; iactura h. l. est pro iactu mercium, frumenti, quo servatur navis. Vid. etiam c. 5 h. t. Verbo *diffindere* obstant, quae opponuntur in sqq.: *quam — submergat.* Diffissa autem navis submergatur necesse est. k) Ad vv. *ut ad eorum iniuriam* Rein.: „*haec alio pertinent.*" Non videtur Rein. intellexisse v. *iniuriam.* l) Quamquam *retorqueatur* sustineri posse Go. concedit, tamen non solum cj., verum etiam edidit *retorqueantur,* quod melius esse Be. dicit, recte. *Retorqueantur,* sc. damna et dispendia. Infra seq. *redeant.* m) In Cod. Iust. h. c. ita scripta est: *Pro his quae semel a collatoribus illata, naufragiis perierint, nolumus nobis aliquam cum possessoribus, sive Senatores sive privati sint, communionem esse, vel aliquid periculi ad eos redundare.* n) Go. *Tratiano.* Aur. Lugd. *Cons.* o) Ita Vales. et Cui. 2 — Be. de Cui. cj. Nam 4, Til. — Lugd. *vos,* male. p) Go. Rein. em. *gravitate* ex c. 4 h. t.: *navem — quam si pondere suo gravatam pelagi unda submergat.* Verum *pravitate* corruptas species indicari, hoc igitur v. servari posse, ipse Go. dicit; recte, quamquam non nego, melius h. l. convenire *gravitate.* *) Ri*. *quis.* q) Cui. 1. Aur. Lugd. *inclementum* et mox Aur. Lugd. *PP. annonae.* r)

6. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Naviculariis per Africam. Post alia:* De submersis navibus decernimus, ut levato velo istae[rr] caussae cognoscantur[s]. Et si quisquam de talibus negotiis aliquid accepisse detegitur, iudex, apud quem constiterit, his conquerentibus, qui nudantur, pro qualitatibus personarum mulctandi, removendi, proscribendi[t] habeat potestatem. Si vero caussarum talium cognitores, libelli aditione[u] vel planaria[v] interpellatione commoniti, intra metas temporis constituti, hoc est intra biennium caussis talibus veteri lege praescriptum, has caussas audire neglexerint, et legitimum tempus fuerit[x] elapsum, praeiudicium noceat eatenus cognitori[y], ut, naviculario propter vitium iudicis absoluto, mediam oneris eius partem, propter cuius probandam amissionem legitimo duntaxat tempore cognitio petebatur, iudex cogatur inferre, residuam vero officium eius exsolvat. *Dat. XVI.*[z] *Kal. April. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

TIT. X. *) DE CENSU SIVE ADSCRIPTIONE[a].

1. *Imp. Constantinus A.*[b] *ad Populum.* Quoniam tabularii[c] civitatum per collusionem[d] potentiorum sarcinam[e] ad inferiores transferunt, iubemus, ut, quisquis[f] se gravatum probaverit, suam tantum pristinam professionem agnoscat etc.[ff] *PP.*[g] *XV. Kal. Febr.*[h] *Romae, Constantino A. III.*[i] *et Licinio III.*[k] *Coss.* (313.)

INTERPRETATIO. *Si tabularii aut hi, quibus exactionis libri traduntur*[l], *potentiores voluerint relevare*[m] *et, quod relevaverint, inferioribus addiderint, is, qui gravatum se*[mm] *probaverit, non amplius dissolvat*[n], *quam secundum censum se*[o] *ostenderit suscepisse.*

2. *Idem A.*[p] *ad Eusebium V. P. Praesidem Lyciae*

— c. 6 coniungenda est cum c. 36, 37 C. Th. de Naviculariis (XIII, 5). Cod. Iust. XI, 5, 5.

Tit. X. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. X.* Br. Al. eiusque codd. 5—18, 20, 21, 24—40, 42—44, 46, 47, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. II.* Vid. c. 1 h. t., not. sup. Go. h. tit. iungi vult tit. C. Th. Sine censu (XI, 3) et c. 1 sq. tit. Cod. Iust. XI, 57. Addit Go., etiam tit. LVIII. eiusdem libri Cod. Iust. de Omni agro deserto, et quando steriles fertilibus imponuntur ex hoc et seq. C. Th. titulo factum esse. Cf. supra V, 13 et 15. — c. 1. C. Th., Br. Al., codd. (praeter 4 et 15) edd. (praeter Til.) *c.* 1. 4, Til. *c.* 7 antec. tit. 15 *c.* 2 C. Th. de Lustr. coll. (XIII, 1). Referuntur enim c. 1, 2 h. t. in 4, Til. ad tit. de Naufr. (XIII, 9) et c. 1 h. t. in cod. 15 ad tit. de Lustr. coll. cit., qui proxime antecedit in Br. Al. Vid. c. 3 h. t., not. *s.* Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Petition. (X, 10). Cod. Iust. XI, 57, 1. Integra cum interpretatione est in codd. 6—14, 16—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 26, 37; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola interpr. in cod. 15. — c. 2. 4, Til. *c.* 8 antec. tit. Vid. c. 1 et 3 h. t., not. sup. et not. *s.* Cod. Iust. XI, 48, 1 om. fin.

Fol. 321[a] cod. 4. Aur. Lugd. *Modiol.* rr) Go. *iustae.* s) 4 *cognoscatur*; a libr. add. *n* supr. *ca.* t) Cod. Iust. *proscribendique.* u) Cod. Iust. *datione*, impr. Go., qui em. *editione*, prob. Be. v) Ita 4, sed rubro col. corr. *plenaria*, sine dubio ex aliqua Cod. Iust. editione. Nam vulg. edd. Cod. Iust. *plenaria.* Sunt vero libri mss. Cod. Iust., qui *planaria* habeant, prob. Cui. in Comm. c. 5 cit. l. c. p. 340. Go. quidem multis verbis in comm. defendere studet scripturam *plenaria*; sed cum cod. 4 habeat *planaria*, et v. *plenaria* mera sit correctio rec. manus, sistendum est in scriptura *planaria.* Etiam in c. 4 Cod. Iust. de Dilationibus (III, 11): *et cognitio caussae non interpellatione planaria — colligatur*, auctor est Herrmannus, doctissimus Cod. Iust. editor, scripturam *planaria* non solum in Nbg. Hal. Bk., verum etiam in optimis codd. inveniri. Corr. igitur *planaria.* Til. — Be. *plenaria. Planaria interpellatio* est ea, quae de plano fit. Si per libellum vel de plano interpellati iudices intra biennium de naufragio non cognoverint etc. x) Cod. Iust. breviter sic: *commoniti intra biennium has caussas audire neglexerint, et hoc fuerit tempus.* y) 4, Til. — Ri*. *cognitoris.* Be. auct. Go. ex Cod. Iust. ed. *cognitori*, recte. z) Cui. 2, 2*. Go. mendose *XVII.* Cod. Iust. *Ravennae.*

*) Vid. supra XIII, 1, not. *b.* a) Nonn. codd. *De Censo* aut *Cesso*; alii om. *sive* et 15 *sive adscriptione.* 25 *sive discribcione.* In cod. 4 et ap. Til. deest h. l. rubrica h. t.; translata est enim ad c. 3 h. t. Cf. infr. not. *s.* Cod. Iust. *De Censibus et Censitoribus et Peraequatoribus, et Inspectoribus.* b) Nonn. codd. om. *A.* c) In cod. 4 v. *Quoniam* est ultimum fol. 321[a]; deletur autem punctis, quia fol. 321[b] cum eodem v. incipit. In 11 *Quoniam tabularii civita* om. 20 *Qm̄ om̄s tab.* d) 6, 7, 16, 25 *conlusione.* 10, 11, 18, Go. et Ri*. *conclusionem.* 20 supr. lin. *collationem.* e) 25 *potentiorem.* 8 *sarcina.* 15 *sarcinas ad inferiore.* Mox 6 *transierunt.* f) 10, 18, 21, Sich. *ut qui.* 12 *ut si quis.* 14 *ut qui suis.* 11 *de* pro *se.* ff) Sich. Cod. Iust. om. *etc.* g) 9, 29, 38, 42, 20 supr. lin., L. R. U. Cod. Iust. *Dat.*, improb. Go. Cf. Reland. l. c. p. 290. 30, 34 *Accept.* 38 *V* pro *XV.* c. 1 C. Th. habet *PP. XV.* h) 32 *Sept.* 20 *Roma et Constantino.* i) 4 *Constantino ā̄ā̄ IIII.* Til. — Ri*. *IV.* Go. em. *III.*, quod Be. rec. Vid. Go. ad h. c., not. *i*, in Chron. p. VI., Ant. Pagium contra Go. disputantem in Crit. ad Ann. Baron. ann. 313, n. 1 et Reland. l. c. Recte Go. emendare, docent cum Br. Al. codd., qui fere omnes habent *III*, tum c. 1 C. Th. cit. (ubi *III.*, neutiquam *IV.* est), tum Sich. et Cod. Iust. 11 *II.* 30, 38 *IIII.* In 14 om. *A.* — *Coss.* et in codd. 24, 32 *III.* k) 9, 24, 30, 38 *III ā̄ā̄* s. *āḡ Coss.* In codd. 30, 33, 34, 36 om. *et Lic. III.* et in codd. 6, 7, 10, 12, 15, 16, 18, 20, 21, 32, 40, Sich. Cod. Iust. om. *III.* l) 20 *tradantur.* 11 *exactiones.* m) 9, 11, 43 *revelare* et mox 9, 11 *revelaverint.* mm) 11 add. *esse.* Supra *his* pro *is.* n) 20 *solvat.* o) 6—12, 14, 17, 18, 21, 43 om. *se.* Sive legitur *suscepisse*, sive *possedisse*, quod 6—8, 11, 20, 21, 36, 38, 40, R. Sich. in m. habent, omitti potest *se.* p) 4 *Id ā̄ā̄.* Edd. ante Be. *Idem AA.*, probb. Go. in comm. et Pag. in Crit. ad Annales Baron. ann. 314, n. 10. Cod. Iust. *Imp. Constantinus A.* Recte Be. rep. *A.*, nam quamquam hoc tempore etiam Licinius Augustus fuit, tamen constitutio, quae utriusque imperatoris, Constantini et Licinii nomen ferat, non praecedit. Non est igitur, quo referatur *AA.* Neque recordor in C. Th. me ullam reperisse duorum illorum impp. constitutionem. Esse eas in Cod. Iust. iam Go. dixit. Cf. c. 8 Cod. Iust. de Iudiciis (III, 1), c. 2 Cod. Iust. Si ex plur. tut. (V, 40), c. 41 Cod. Iust. de Liber. caussa (VII, 16). Aur. Lugd.

et Pamphyliae[q]. Plebs urbana, sicut in Orientalibus quoque provinciis observatur, minime in censibus pro capitatione sua conveniatur[qq], sed iuxta hanc iussionem nostram immunis habeatur[r], sicuti etiam sub domino et parente nostro Diocletiano seniore A. eadem plebs urbana immunis fuerat. *Dat. Kal. Iun. Constantino A. III. et Licinio III. Coss.* (313.)

3. [s] *Imp. Constantius A. ad Dulcitium Consularem Aemiliae.* Si quis praedium vendere voluerit vel donare, retinere sibi transferendos ad alia loca colonos privata pactione non possit. Qui enim colonos utiles credunt, aut cum praediis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi sibi praedia[t] prodesse desperant. [u] *Dat. III. Kal. Maii Mediolano*[v], *Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.)

4. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Viventium Pf. P. Galliarum.* In virginitate perpetua viventes et eam viduam, de qua ipsa maturitas pollicetur aetatis, nulli iam eam esse nupturam, a plebeiae capitationis iniuria vindicandas esse decernimus; item pupillos in virili sexu usque ad viginti annos ab istius modi functione immunes esse debere, mulieres autem, donec virum unaquaeque sortitur[x]. *Dat. X. Kal. Dec. Valentiniano et Valente AA.*[y] *Coss.* (365.)

5. *Iidem AA.*[z] *ad Florentium*[a] *Pf. P.*[b] *Galliarum.* Si quis census inquisitione completa[c] gravatum se esse credat, apud provinciae iudicem pulset, quem mavult[d], ex die[e] clausi renuntiatique[f] census spatia praestituta dinumerans[g]; ut, si necessitatibus publicis[h] occupatus[i] domesticis commodis defuit, cum census agitatus est, intra anniversarii[k] temporis circulum[l] fiducia competitionis assistat, si vero praesentem sciat se esse censitum, intra quinque[m] menses, quibuscunque viribus fultus[n] immineat[o], ultra non habeat huius[p] vocis arbitrium[q]. *Dat. III.*[r] *Non. Iun.*[s] *Remis*[t], *Lupicino et Iovino*[u] *Coss.* (367.)

hic et paullo infra *rethibere*, quod iam Go. in not. mutat in *redhibere*. Similiter supr. c. 6 h. t., not. *p.* p) Go. em. *gnaris*, Rein. *non ignaris*; alterutrum requirit Be. Mihi prob. *gnaris*. Columella IV, 25, 1 *si vinditor gnarus est.* q) 4, Til. — Lugd. *Iohanno.* Cui. 2, 2* *Ioann.* r) Fol. 327[a] cod. 4. *) Ri*. *possunt.* s) Err. Be. *beneficiia.* t) Go. Be. del. volunt *ut.* Bene est, si deest. Sed ferri potest. 4 *relebetur*, em. rubr. col. *releuetur.* u) Aur. Lugd. *Cons.* Vid. VI, 30, 20, not. sup. Go. 413, err. v) Aur. Lugd. *Cons.* x) Fol. 327[b] cod. 4. Idem mox *depraehenderit.* y) 4 *dominio*, em. rubro col. z) 4 *paupertatem*, em. rubro col. *) Til. *monstantur.* a) Aur. Lugd. *Cons.* De mense vid. supra VI, 2, 19, not. *b* et c. 17 h. t., not. *t.* aa) Cod. Iust. *Impp. Honor. et Theod. AA. Sebastiano.* b) c. 7 Cod. Iust. ita incipit: *Apud e. p. f. p., cui eam a p. s. tr. f. const.* *) Cod. Iust. *usque nunc.* c) Aur. Lugd. om. *vel per se.* d) In Cod. Iust. om. *apud spectabilitatem tuam.* e) Cod. Iust. *manifestare debebit.* f) Fol. 328[a] cod. 4. g) Cod. Iust. *is, qui a peraeq. eam susceperit, rei m. susceptis.* h) 4, Til. — Ri*. *dominationis.* Recte Be. auct. Go. ex Cod. Iust. ed. *dominationes*, quamquam Spangenb. *donationes* habet; sed Cui. et sec. Spangenb. veter. libr. manuscr. exhibent *dominationes*, i. e. possessiones sive interprete Cui. l. c. pag. 393 dominia. i) 4, Til. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *mensum*; sic et paullo infra 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. Vid. supr. XII, 1, 2, not. *x.* Cod. Iust. *sex mensium*, hic et infra. k) Cod. Iust. *exerceat actiones.* *) Cod. Iust. *ex eo tempore.* l) Vid. not. *i.* Cod. Iust. *sex mensium.* Mox in Cod. Iust. om. *etc.* m) Cod. Iust. *Ravennae.* Vid. supr. VI, 2, 19, not. *b* et c. 17 h. t., not. *t.*

17. *Iidem AA. Sebastio Comiti primi ordinis. Post alia :* Illa, quae ante viginti retro annos speciali impetratione [n] diversis petitionibus inspecta claruerit [o], ab spectabilitate tua convenit iterare [p], quatenus, aliorum cessante iudicio intra provinciam sibi commissam, tuo omnia finiantur arbitrio. Eas quoque possessiones, quae [q] ante viginti similiter [r] annos speciale beneficium de recisione meruerunt, studiose peragrare debebis, ut, utrum verae [s] sint postulata remedia, vel his aliquid deceat functionis adiungi, aestimatio fida demonstret etc. *Dat. prid. Id. Mart.* [t] *Ravenna*, *Honorio A. XI. et Constantio II.* [tt] *Coss.* [u] (417.)

— c. 17. 4, edd. *c.* 16. Vid. c. 2 h. t., not. *kk* et c. 15 h. t., not. sup.

4, Til. — Ri*. Cod. Iust. om. *A.* n) Aur. Lugd. *impetrationi.* o) 4 *elaruerit*, em. ab ant. manu. p) Go. Be. em. *iterari*, quod non solum melius, sed etiam necessarium est. Mox Go. *omnio*, mend. q) 4 *q*˙, rubro col. em. *quae.* r) Fol. 328 [b] cod. 4. Cui. 2, 2* *vinginti.* s) Cui. 1 — Cui. 2* *verae sint, postulata.* Go. prop. *vera*, Rein. *verè*, Be. *vere.* Hoc probo; saepe in antiquis libris mss. inter se confunduntur *e* et *ae*, quod ex pronuntiando ortum est, si quis codex dictabatur. Summaria C. Th. *ut*, *si verum est*, *perfruantur.* t) Vid. supr. VI, 2, 19, not. *b.* Mirum hic in cod. 4 esse *MAI* cum virgula transversa per mediam literam *I*, quod innuit legendum esse in omnibus constitutionibus cum hac coniungendis *Maii.* tt) Go. om. *II.* u) 4 *EXPL˙ LIB˙ XIII˙ INC. LIB. XIIII.*

CODICIS THEODOSIANI

LIBER DECIMUS QUARTUS[a].

TIT. I. DE DECURIIS URBIS ROMAE*).

1. *Imp. Constantius A. et Iulianus C. ad Iulianum....* [aa] In decuriarum ordine, nisi cui[b] librariorum vel fiscalium sive censualium nomen est, nequaquam aliquis locum primi[c] ordinis adipiscatur, nisi is, quem constiterit studiorum liberalium usu atque exercitatione pollere, et ita esse literis expolitum, ut citra offensam vitii ex eodem verba procedant. Quod cunctis volumus intimari[d]. Ne autem literaturae, quae omnium virtutum maxima[e] est, praemia denegentur, eum, qui studiis et eloquio dignus primo loco videbitur, honestiorem faciet nostra provisio, sublimitate tua vel[f] eius nomina indicante[g], ut deliberemus, quae in eum dignitas deferenda[h] sit. *Dat. VI. Kal. Mart. Constanp.*[i] *Acc.*[k] *Id. Maii Romae, Constantio IX. et Iuliano Caes. II. Coss.*[l] (357.)

2. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Sallustium*[m] *Pf. U.* Privilegiorum antea[n] decurialibus concessorum firmitatem[o] mutare[p] nec volumus, nec debemus; quin imo ea, quae primitus statuta perdocentur[q], etiam nostrae mansuetudinis sanctione permaneant. *Dat. III. Id. Iun. Mediolano, Honorio NB. P. et Evodio*[r] *Coss.* (386.)

3. *Iidem AAA. Trifolio*[s] *Pf. P.* Perire nolumus, quod[t] aeternae urbi constat fuisse concessum; usque adeo privilegia vetusta servamus, ut nova, in quantum ratio permittit, beneficia praestare velimus. Unde in defendendis decurialibus, quos binos esse ex singulis quibusque urbibus omnium provinciarum veneranda decrevit antiquitas[tt], id observare debebis, quod vel priscorum principum constitutis, vel nostris*) intelligis sanctionibus definitum. Si quis vero decurialem[u] de auferendis[v] privilegiis putaverit lite pulsandum, intelligat, se decuriae[vv] interpellare debere iudicem. *Dat. XIV. Kal. Febr. Mediolano*[x], *Timasio et Promoto Coss.* (389.)

Tit. I. Cod. Iust. XI, 13. Go.: „De Decurialibus per Provincias est *lex* 1. *supr. de lucris officiorum*" (VIII, 9). — c. 1. Cf. c. 1 C. Th. de Lucris officiorum (VIII, 9) et Cassiodorus V. Variarum 21. Vat. Fr. §. 142. — c. 2 coniungenda est cum c. 18 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3). Cf. c. 5 h. t., not. sup. Indigitatur h. c. in c. 3 sq. — c. 3. Cod. Iust. XI, 13, 1 om. pr.

---

a) Til. *Theodosiani Codicis.* 15 *Lib. XIII.* Etiam Sich. *XIII.*, err. Vid. supr. tit. de Constitut. princ. (I, 1), not. *e* et tit. de Iurisdictione (II, 1), not. *r*. Numeri titulorum huius libri des. in cod. 4. *) Cod. Iust. *de Decurialibus urbis Romae.* aa) Dignitas deest in cod. 4 et in edd., non addito lacunae signo. Go. Be. appon. esse putant *Pf. U.*, recte. Cf. Corsin. l. c. p. 219. Rein.: „*leg. Lollianū PR. P. qui eodem anno* 355. *Consul et PR. P.*" Male. b) 4 *qui* (rubro col. corr. *cui*) et infra *adq*'. c) Go.: „Salmas. de primatu Papae *lib.* 1. *c.* 2. *p.* 22. reponit primum sic infra, *dignus primo loco.* Ego nil muto." d) Similiter Vat. Fr. §. 35. e) Go. ingeniose cj. *magistra*, sed in comment. tuetur v. *maxima.* f) Go.: „Id est, saltem: nisi haec vox superflua videatur." Suspecta profecto est; nam cod. 4 habet *ve*, neque vero *vel.* g) Go. mendose *iudicante* et Ri*. *Sublimate.* h) 4 *defenda*, gilvo col. supra add. a secund. man. *den*, i. e. *defendenda.* Hoc transiit in edd. Go. cj. *deferenda*, vel *dependenda* (alterutrum prob. Be.), vel *decernenda*, Rein. autem *defundenda.* Cum cod. 4 mendose scriptus sit, et vulgata scriptura ex correctione demum profecta, correxi *deferenda*, quod video etiam clar. Heysio placuisse. i) Ita 4. Edd. *Constātinop.* s. *Constantinop.* Go. ann.: „Si haec vox recte habet, tum error hic fuerit in Consulatu: cuius loco reponendi fuerint, *Constantius X. et Iulianus C. III. Coss.* et sic annus Domini 360. Eo quippe Consulatu qui *huic leg.* subscriptus est, et sequentibus Constantius Imp. versatus est non Constantinopoli, verum in Italia et in Pannonia: fineque anni 359. demum Constantinopolim profectus est, ibique sequentis anni 360. principio subsistit (Ri. *substitit*, recte): ut docet *lex* 1. *supr. de patrociniis virorum* (Ri. *vicorum*, recte). Quare falsa est Petavii *in addendis ad tom.* 2. *Theolog. dogm. p.* 868. sententia dicentis *huius leg.* argumento, Constantium hoc anno Constantinopoli fuisse: Quam refutat Chronolog. nostra." Vid. Chron. const. ap. Ri. Tom. I, p. LVI. et LX., ubi Go. h. c. ad ann. 360 transfert. Be. tolli mavult *Const.*, quam subscribi coss. anni 360, recte. Ni fallor, librarius aberravit a loco, cum consulatum scriberet, et cum corrigeret, non recte expunxit, aut *Constanp.* occasione v. *Constantii*, quod mox sequitur, ortum est. Hoc certe contendo, suspectum esse urbis nomen; neque admitto h. c. in annum 360 transferri; nam ut hic, ita in aliis anni 357 legibus Constantius multa de urbe Roma constituit (vid. Go. in Chron. const. ed. Ri. Tom. I, p. LVII.), ut taceam, Iulianum videri fuisse *Pf. U. Romae* anno 357, neque vero anno 360. Cf. Corsin. l. c. k) Cum v. *Acc.* incipit fol. 329[a] cod. 4. Ibi est *Maīo.* l) Go. — Ri*. om. annum. Cf. not. *i* antec. m) 4, Cui. 2 — Ri*. *Salustium.* Til. — Lugd. *Salutium*, ut in c. 18 cit. 4, Til. — Lugd. Supra Cui. 1 *Impp.* n) Go.: „Non exstant hae constitutiones." o) 4 *mirmitatem*, ab ant. manu corr. *firmitatem.* Mox 4, Til. *quinimmo.* p) Go.: „An *nutare*? nil muto." q) Go.: „*Perdoceri*, pro simplici, *doceri.*" r) Go. *Enodio*, err. In c. 18 cit. cum h. c. coniungenda add. *V. C.* Vid. ibi not. *o.* s) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *Tryfolio.* Cod. Iust. *Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA. ad Trifolium.* t) 4 *quid*, rubro col. corr. *quod.* tt) Huius decreti veteris sec. Go. nusquam fit mentio. *) Vid. c. 2 h. t. u) Cum vv. *Si quis decurialem* inc. c. 1 Cod. Iust. cit. v) 4 *auferendis*, rubro col. add. *d* supr. *u* (adferendis). vv) Cod.

4. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Exsuperantio*[y], *Iulio et ceteris decurialibus.* Leges tam[z] a superioribus principibus quam a divo patre[a] nostro conditas nostra auctoritate firmamus. Singulos itaque iudices scire volumus, ne quis huic collegio iniuriis corporalibus tentet notam atterere[b], neque ab his commodis, quae rationibus[bb] approbantur, audeat separare. Huic etenim[c] collegio volumus antiquam privilegiorum praerogativam servari. *Dat. VIII. Id. Iul. Roma, Honorio A. VI. et Aristaeneto*[d] *Coss.* (404.)

5. *Iidem AAA. Curtio Pf. P.* Cum tot et tam evidentibus praeceptionibus sacris iam inde[e] ab antiquis principibus, nostris quoque rescriptis[f] decuriae sunt sacratissimae urbis privilegia confirmata, attamen quae saepius statuta[g] sunt, haec[h] etiam lege firmamus etc. *Dat. VII. Id. April. Rav.*[i], *Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss.* (407.)

6. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Bonosiano Pf. U.* Vellemus privilegia augere decuriae[k], nisi genus esset iniuriae, antiquitati aliquid sociare. Quare cuncti cognoscant, quinque libras auri mulctae nomine propositas, si quo in loco eorum[l] actibus[m] ullius persona obrepere[n] forte tentaverit. Emolumenta omnia per diversos erepta[o] redhiberi decernimus. In eos sane[p], qui contra divalia statuta venisse dicuntur, spectabilis vic̄ Afric̄[q] vindictam ferre curabit.[r] *Dat. VII. Kal. Oct. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*[s] (409.)

TIT. II. DE PRIVILEGIIS CORPORATORUM URBIS ROMAE *).

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.*[t] Ea privilegia, quibus pro reverentia urbis aeternae varia corpora hominum vel priscarum legum cautio vel antecedentium principum fovit humanitas, magnifica sinceritas tua sciat vel confirmata esse arbitrio serenitatis nostrae vel, si in aliqua parte titubaverint, restituta. *Dat. Kal. Iun.*[u] *Bonamansione. PP. in foro Traiani*[v], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

2. [x]*Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Alypium Pf. U.* Nulli sit liberum, nulli permissum, ut novum aliquid urbis incolae in urbe sustineant. *Dat. prid. Id. Iul. Aquileia, Tatiano et Symmacho Coss.* (391.)

3. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Florentino*

— c. 4. Cod. Iust. XI, 13, 2. Fortasse indigitatur in c. 5 sq. — c. 5. Summ. C. Th.: „*Secundae similis.*" — c. 6. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*"

Tit. II. Cod. Iust. XI, 14. Nov. Valent. XVI. de Corporatis urbis Romae (ed. Berolin. p. 1311) et Nov. V. de Pantapolis ad urbem Romam revocandis (ed. Berolin. p. 1290). Nov. Severi II. de Corporatis (ed. Berolin. p. 1393). Cf. Symmachi Ep. X, 27 (34). — c. 2. Cod. Iust. XI, 14, 1 conflata est ex hac et sqq. h. t. constitutionibus, receptis in inscript. imperatoribus c. 4 et magistratu c. 2, servata etiam subscr. c. 2, impr. Go. Vid. infr. not. *x*. Aur. Lugd. err. *c.* 3. — c. 3. Vid. c. 2 h. t., not. sup. et not. *x*. Eam alterutrubi mutato die coniungendam esse putat Go. cum c. 7 C. Th. de Suariis (XIV, 4); illa enim alio mense data est, mense Mart. Aur. Lugd. err. *c.* 2.

Iust. *curiae.* x) Cod. Iust. *Mediolani.* y) Cum literis *tio* incip. fol. 329[b] cod. 4. Til. — Lugd. *Exsuperantio Iulio, et.* Cui. 2, 2* *Exsuperantio Iulio et.* Go. — Be. Cod. Iust. *Exsuperantio, Iulio, et.* z) Cod. Iust. *Leges decuriales tam.* a) Theodosio M.; Cod. Iust. *divo parente.* b) 4, Til. — Ri*. *adterere.* Go.: „An *adurere*? Nil necesse: Codex Iustinianeus quoque ita habet." Cramerus (cf. Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft T. I, p. 303) em. *addere*, cum soliti sint Romani dicere *addere notam.* Scriptum autem fuisse *adtere*, unde factum sit *adterere.* Non inveni *adurere notam*, verum *inurere notam* dicitur. Dubito etiam de Crameri assertione. Defendi potest *atterere alicui notam*, ut dicitur *atterere alicui aures.* bb) Go.: „An Sanctionibus? ut *l.* 2. 3. *supr.* Nil temere muto." c) Cod. Iust. *enim.* d) 4, edd. *Rom.* Cod. Iust. *Romae.* 4 *Aristeñ* et Til. — Lugd. *Aristeñ.*, sed Cui. 2 — Ri*. Cod. Iust. *Aristeneto.* e) 4 *indede*, rubro col. corr. *inde.* f) Vid. c. 4 h. t. g) 4 *stuta*, rubro col. corr. *statuta.* Aur. Lugd. *saepus.* h) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *haec.* Aur. Lugd. *hac*, quod Be. ed. ex Lugd. Go. mavult *hac*, sed *haec* sustineri posse dicit, recte, quamquam *hac* multo aptius est et cum formula *lege firmamus* convenit. i) Quia Honorius hoc tempore Ravennae non fuit, Go. rep. vult *Romae*, prob. Tillem. T. V, Notes, p. 78, n. XXIV. In Chron. h. a. p. CLXVI. (ed. Ri.) Go. *VI. Id.* et legi vult *Rom.* aut *Dat.* accipi pro *Reddita.* Mox Cui. 2 — Go. *A.* pro *AA.* et Aur. Lugd. *Cons.* k) Go.: „Cuiusdam, seu certae, de qua agebatur." l) Go.: „Decurialium, de quibus tamen *supra* non actum fuit." Cf. supra XIII, 3, 9, not. * in fin. m) Go.: „Id est, in eorum actus." n) 4, Til. — Ri*. *obripere.* Be. auct. Go. ed. *obrepere*, recte. Idem prop. Rein. Cum literis *sona* incip. fol. 330[a] cod. 4. Mox Aur. Lugd. *temptaverit, emolumenta.* o) Go.: „Praerepta." p) 4 *sanae.* q) 4 *vic̄ Afric̄*, Til. — Cui. 2* *Vic. Afric.* et Go. — Be. *Vicarius Africae.* Go. deleta voce *Africae* scribi vult *Vicarius*, et ita loquitur in comm. h. c.: „Ergo a Vicario eos puniri iubet: *a Vicariis*, inquam, urbis. Error enim est Librarii *fine leg.* qui scripsit *Vic. Afric.* diductis Literis, cum debuerit continuis Literis scribere *Vicarius:* Quid enim hic faciat Vicarius Africae? cum de Decurialibus Vrbis Romae hic agatur, et lex ipsa ideo ad *Praefectum Vrbi* data sit: denique haec *lex* posita sit sub *tit. de Decuriis Vrbis Romae?*" Recte videtur Go. sentire. r) Ita clare 4; edd. male *curavit*, pro quo Go. Rein. Be. recte prop. *curabit.* s) Aur. Lugd. *Cons.* Go. in Chron. pag. CLXXII. h. c. propter c. 48 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1) eidem Bonosiano inscriptam referri vult ad ann. 411.

*) Vid. supra XIV, 1, not. *a.* t) Aur. Lugd. om. *Pf. U.* Ibidem mox *ante cedentium* et *Bona mãsione.* Cui. 1 *Symrnachum.* Vid. infra XIV, 3, 10, not. *o.* u) Go. Tillem l. c. T. V, Notes, p. 3, n. XIV. habita ratione itineris Valentiniani em. *VI. Kal. Iun.* Cf. supra VII, 4, 12, not. *r*, ubi dele, quae de Tillemontio dicta sunt. Iam eum puto (obscurus enim est) de c. 4 C. Th. de Iurisdict. (II, 1) loqui. v) In cod. 4 v. *divo* bis scriptum est. Altero loco deletur rubro col. x) Cod. Iust. *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Alypium P. V. Nulli — sustineant: sed in honorem — praecipimus. Cura autem Rectorum — solennitas. Datum prid. Id. Iul. Aquil. Tatiano et Symmacho*

Pf. U. In honorem aeternae urbis, corporatis[y] indulta suffragia valere praecipimus etc. *Dat. XV. Kal. April. Mediolano, Caesario et Attico Coss.*[z] (397.)

4. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Palmato Pf. U.* Cura rectorum provinciarum corporati urbis Romae, qui in peregrina transgressi sunt, redire cogantur, ut servire possint functionibus, quas imposuit antiqua solennitas. *Dat. IV. Kal. April. Ravenna**), *Honorio IX. et Theodosio*[a] *AA. Coss.* (412.)

TIT. III. *) DE PISTORIBUS ET CATABOLENSIBUS[b].

1. *Imp. Constantinus A. ad Profuturum Pf. annonae.* Cunctis[bb] pistoribus intimari oportet, quod, si quis forte possessiones suas ideo putaverit in alios transferendas, ut postea se, rebus in abdito[c] collocatis, minus idoneum asseveret, tanquam in locum eius alio surrogando, nihil ei haec astutia, nec detestabilia commenta profutura sunt, sed in obsequio pistrini[d] sine ulla excusatione durabit, nec ad eius iura revocabuntur, si quas emptiones transscripserit. *PP. Id. Aug. Constantino A.*[e] *et Licinio C. Coss.* (319.)

2. *Imp. Constantius A.**) *ad Orfitum Pf. U.* Si quis[f] pistoris filiam suo coniugio crediderit esse sociandam, pistrini consortio teneatur obnoxius; sed[g] familiae pistoris annexus, oneribus etiam parere cogatur. Et quoniam necessarium corpus fovendum est, patronos pistoribus constitutos ad altera functionis officia prohibeo devocari, caudicariorum corpori minime de cetero copulandos, ut, aliis necessitatibus absoluti, eam tantummodo functionem liberae mentis nisibus exsequantur. *Dat. prid. Non. Iul. Mediolano, Arbetione*[h] *et Lolliano Coss.* (355.)

3. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.* Praedia rustica vel urbana, quae possident privato iure pistores, nec senatorem nec officialem comparare permittimus, contractu[i] pari cum aliis non interdicto; quippe[k] mercantes ad venditoris officium vocabuntur, super hac emptione apud Pf. annonae testatione deposita. §. 1. In donationibus[kk] vero filii excepti sunt et nepotes; eodem loco positis omnibus, qui qualibet*) proximitate iunguntur, quibus ideo non dempsimus beneficium largitatis, quia et paneficii necessitatem suscipere[l] successionis iure coguntur. §. 2. Haec forma servabitur et in testamentis aut donatione vel novissima voluntate, ut in extraneos collata non valeant, nisi pistoris officium sponte susceperint, qui pistorum sunt munificentiam consecuti. *Dat. IV. Non. Iun. Naissi*[m], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

4. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Optio concessa est his, qui e pistoribus facti sunt senatores, ut aut studio facultatum aut splendidissimo ordine segregati sint[mm]. Quod si fuerint cupidi dignitatis, in tantam paneficii substantiam idoneos de suis surrogare cogantur, quantam ipsi exhibuere pistores. *Dat. VIII.*[n] *Id. Iun. Naissi*[o], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

5. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Filios pistorum, qui in parvula aetate relinquuntur, usque ad vicesimum annum aetatis a[oo] pistrini sollicitudine defendi iubemus. Sane periculo totius corporis surrogari convenit pistores idoneos pro pupillis, sub hac videlicet conditione, ut post emensum annum aetatis paterni muneris necessitatem subire cogantur, [p] nihilo minus permanentibus pistoribus his, quos in locum eorum constat substitutos. *Dat. VI. Id. Ian.*[q] *Naissi*[r], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)[s]

— c. 4. Vid. c. 2 h. t., not. sup. et not. *x*.

Tit. III. Nov. Valent. XXXIV. de Praediis pistoriis Afris deputandis (ed. Berolin. p. 1345). Cod. Iust. XI, 15. — c. 1 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Contrahenda emptione (III, 1). — c. 4 non dubito quin coniungenda sit cum c. 2 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), c. 5 C. Th. de Poenis (IX, 40), c. 8 C. Th. de Annona (XI, 1), c. 5, 6 h. t., c. 2 C. Th. de Calcis coctoribus (XIV, 6), c. 1 C. Th. de Canone frument. urb. Romae (XIV, 15), c. 1 C. Th. de Saccariis portus Romae (XIV, 22), c. 12 C. Th. de Operibus publicis (XV, 1). Vid. c. 5 de Poenis cit., not. *n*, c. 8 cit., not. *k*, c. 1 de Canone frument. cit., not. *q* et infra not. *n* et *q*. — c. 5. Cf. c. 4 h. t., not. sup. Cum hac lege (neque vero cum c. 3 h. t., quod W. l. c. dicit in Praef. p. XVII.) incip. fol. XXVIII. codicis 1 s. totius palimpsesti fol. XL., in quo pergitur usque ad c. 13 h. t.; sed pauca legi posse P. his vv. scribit: „*Leges V, VI, VII legi nequeunt; legum vero VIII et VIIII vix aliqua verba rimatus sum, quae omnino consonant cum editione. — Leges XI, XII et XIII meos etiam oculos fugiunt; tum si qui versus aliquam paullo insignem vocem praeseferebant, haec cum editione apprime concinebat.*“ Praeterea cum eadem c. 5 incipit fol. I. codicis 2, quod paris ambitus atque fol. XL. codicis 1 videtur esse (desinit enim in c. 13 h. t.), sed adeo evanidum est, ut paucas inde scripturae diversitates Peyronus elicuerit.

Conss. (391.) y) Fol. 330[b] cod. 4. z) Aur. Lugd. *Cons.* c. 7 cit. *XV. Kal. Mart.* *) 4 *Rū.* Edd. *Rau.* s. *Rav.* a) Go. Rein. Be. add. esse putant num. *V.*, recte. Go. 41. 2, mendose. Aur. Lugd. *Cons.* *) Vid. supra XIV, 1, not. *a*. b) In Cod. Iust. om. *et Catabolensibus*. Miror, in tribus Cui. 2 a me inspectis exemplis v. *Pistoribus* male expressum esse. bb) Ri. Ri*. *Cuntis*. In inscript. h. c. Go. *Constantius* et Ri*. *ab Profut.*, mendose. c) 4 *addito*, ab ant. manu corr. *abdito*. d) Cui. 2, 2* *pristini*, Rein. em. *pistrini*. e) 4, Til. *Augusto* estque in cod. 4 post hoc v. lacuna quinque circiter literarum. Recte Go. Be. addi iubent *V.*, qui numerus est in c. 1 cit. Mox Aur. Lugd. *Cons.* *) Err. Go. *Contantius*. f) Fol. 331[a] cod. 4. g) Go. em. *et*, quo non opus est. Mox Til. — Ri*. *deceterò* s. *decetero*, et ita fere ubique. Cf. c. 13 h. t. h) 4, Til. — Ri*. *Arbitione*. i) 4 *contrastu*, rubro col. corr. *contractu*. k) Go.: „Alioqnin enim.“ kk) Mendose 4 *donatiob'*, i. e. *donatiobus*. *) Err. Ri*. *quilibet*. l) Fol. 331[b] cod. 4. m) Cui. 2 — Ri*. *Naisso* et hic et in c. 4, 5, 6 h. t. mm) Mendose Cui. 1 — Cui. 2* *sunt*. Ri*. *Quo si*. n) Rep. *VI.*, ut h. c. coniungatur cum rell. in not. super. h. c. nominatis legibus. Iam Go. Be. prop. *VI.* o) Vid. not. *m*. oo) Ri*. om. *a*. p) Fol. 332[a] cod. 4. q) Recte Go. Rein. Be. hic et in sq. c. em. *Iun.*; nam ita habent reliquae leges cum his constitutionibus coniungendae praeter c. 1 de Can. frum. urb. Rom. (XIV, 15), ubi pro *Iul.* pon. *Iun.* Ad c. 2 de Off. praef. urb. (I, 6) vid. W. l. c. p. 325, not. g et meam edit. supr. V, 14, 3, not. *o*. r) Vid. not. *m*. s)

6. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Nulli liceat pistorum, supplicatione delata, subterfugiendi[ss] muneris impetrare licentiam. *Dat. VI. Id. Ian.*[t] *Naissi*[u], *divo Ioviano et Varroniano Coss.*[v] (364.)

7. *Iidem AA. ad Viventium*[x] *Pf. U.* Post quinquennii[y] tempus emensum unus prior e patronis[z] pistorum otio et quiete donetur, ita ut ei, qui sequitur, officinam cum animalibus, servis, molis, fundis dotalibus, pistrinorum postremo[a] omnem enthecam[b] tradat atque consignet. *Dat. VIII. Id. Oct. Altino*[c], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

8. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* In speculis erit officium sinceritatis tuae, ne cui, qui semel pistorum corpori fuerit deputatus, abscedendi qualibet ratione copia facultasque tribuatur, etiamsi absolutionem[d] eius pistorum omnium labor[e] et assensus consessus convenisse videatur. Ne illud quidem cuiquam concedi[f] oportet, [g]ut officina[h] ad aliam possit transitum facere. *Dat. XVIII. Kal. Febr. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

9. *Iidem AA.* *) *ad Olybrium Pf. U.* Ex libertinis catabolensium corpori statuimus[i] sociari eum, cuius tota substantia triginta librarum argenti[k] aestimatione colligitur. Idque pondus sive ipsum per se habet, seu in aliis quibuscunque speciebus vel in aedificiis atque agris dictae adscriptionis merita non transit, iubemus ab inquietudine istius molestiae segregari. *Dat. III.*[l] *Kal. April. Treviris, Valentiniano et Valente AA.*[m] *Coss.*[n] (365?)

10. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[nn] *ad Olybrium Pf. U.* Libertini, qui a dominis[o] cuiuscunque honoris aut meriti aliquid testamento vel donatione meruerunt, si aliquam[p] pistrinis obnoxiam consecuti sunt, pistorum corpori copulentur. Si vero libera ab[q] hoc nexu iisdem[r] sunt corporibus[s] derelicta, catabolensium necessitatibus obsequantur. Quin etiam si qui ex his aliis se corporibus crediderint[ss] inserendos, ab his incunctanter abstracti ei, cui hac lege sociati sunt, muneri deputentur. Si autem a clarissimis viris aliquos acceperint[t] fundos, sic praedicto corpori pareant[u], ut glebae, ex qua lucrativa sunt corpora, nullum praeiudicium comparetur. *Dat. Non. Iul.*[v] *Lecta in Pantheo Non. Nov., Valentiniano et Valente AA. Coss.*[x] (365?)

11. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.* Hac sanctione generaliter edicimus, nulli omnino ad ecclesias[y] ob declinanda pistrina licentiam pandi. Quod si quis ingressus erit[z], amputato privilegio christianitatis sciat, se omni tempore ad consortium pistorum et posse et debere

— c. 6. Vid. c. 4 h. t., not. sup. — c. 7 Go. coniungendam esse dicit cum c. 7 C. Th. de Poenis (IX, 40), c. 16 C. Th. Quorum appellationes (XI, 36), c. un. C. Th. de Nautis Tiberinis (XIV, 21). Vid. infr. not. *x* et c. 5 h. t., not. sup. — c. 8 coniungenda est cum c. 8 C. Th. de Poenis (IX, 40). Vid. c. 8 cit., not. sup. et c. 5 h. t., not. sup. — c. 9. De legibus sec. Go. cum hac constitutione coniungendis vid. c. 9 C. Th. de Poenis (IX, 40), not. sup. et not. *x*. Go. h. c. alio loco collocari iubet, post c. 11 h. t. Vid. infra not. *m*. Cf. c. 5 h. t., not. sup. — c. 10. Vid. c. 9 C. Th. de Poenis (IX, 40), not. *y* et c. 5, 9 h. t., not. sup. — c. 11. Vid. c. 5 h. t., not. sup. et c. 9 h. t., not. *m*.

Go. om. annum hic et in sq. c. ss) Ita interpungunt Go. — Ri*., recte. Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *Nulli liceat, pistorum supplicatione delata, subterfugiendi*, improb. Go. Aur. Lugd. *Nulli liceat, pistorum supplicatione delata subterfugiendi.* Be. non interpung. t) Vid. not. *q* antec. u) Vid. not. *m* anteced. v) Aur. Lugd. *Cons.* Go. om. annum. x) Ita 4, edd., Be. ann.: „*Symmachum* Gfr. vult. Viventius enim aliquot annis post demum praef. urb. gessit. Sed fort. hoc temp. PPf. u. sive vicar. fuit, aut inscrib. *Volusianus.*“ Mihi videtur Go. recte coniecisse; nam Symmachum ferunt in inscriptione c. 16 C. Th. Quorum appellationes et c. un. de Nautis Tiberinis citt., quae eodem die atque haec c. datae sunt, itaque Go. sententia cum hac c. coniungi possunt. Quo minus c. 7 C. Th. de Poenis coniungatur, prohibet nomen *Arthemii*, cui inscripta est. y) 4 *quinquenni*, rubro col. add. *i* (*quinquennii*). z) Til. *priorè patronis.* a) Til. — Ri*. *dotalibus, pistrinorum postremo*, recte. Be. *dotalibus pistrinorum, postremo.* b) Til. *entecham.* c) Be. *Altini.* Go. ex c. 16 cit. add. vult *Acc. XVI. Kal. Nov.* d) Go. em. *ad absolutionem* vel *ad solutionem.* Be. prop. *in absolutionem.* Alterutra praepositio *ad* s. *in* desideratur. e) Go.: „An *favor?* An *labor et adsensus et consensus?*“ Non puto quicquam mutandum esse. *Labor* est pro: etiamsi tot sint pistores, ut absoluto aliquo, a reliquis totus labor sustineri possit. Postulare quidem videtur illud *convenisse in absolutionem*, ut mutetur *labor* in *fabor* (ita enim saepe scribitur in cod. 4), dubito autem, an, ut absolveretur pistor, reliquorum pistorum favor momento fuerit. f) 4 *concendi*, rubro col. del. *n*. g) Fol. 332[b] cod. 4. h) Go. prop. *ab officina* vel *de officina.* *) Vid. infra not. *m*. i) Recte Go. propter ultima h. c. vv. addi vult *non.* Aliter Summ. C. Th., ubi haec leguntur: *Libertinos loco catabolensium succedere.* k) Pro v. *argenti* in cod. 4 aliud v. scriptum erat, cui eraso librarius substituit v. *argenti.* l) Cod. 2 *Dat ... Kal. april.* Mox 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* et om. *Kal.* Be. *Trev.* Vid. c. 9 C. Th. de Poenis cit., not. *x*. m) Be., auctore Go., haec scribit: „*II.* inser. esse, add. *Grat. A.* in inscript. h. et sq. l., vel Olybrii pf. u. mentio docet.“ Si vera est Go. et Be. cj. atque h. c. pertinet ad ann. 368, inversus est ordo constitutionum et c. 11 ponenda ante c. 9 h. t. Neque vero audeo quicquam mutare. Vid. c. 9 C. Th. de Poenis cit., not. *y*. n) Go. — Ri*. et hic et in sq. c. om. annum. Vid. not. *m*. nn) Vid. not. *m* anteced. et not. *v* seq. Sane raro nomina imperatorum repetuntur, dicta iam in c. 3 h. t. Scrib. igitur *Iidem AA.* o) Cui. 1 *dorninis.* Vid. supr. XIV, 2, 1, not. *t*. p) Go. rep. vult aut *aliqua pistrinis obnoxia* aut *aliquam rem pistrinis obnoxiam.* Posterius mihi placet. Aur. Lugd. male *pristinis.* q) Ita codd. 1, 2, probb. P. W. 4, edd. *ob.* Iam Go. recte cj. *ab.* r) 4, Til. — Cui. 2* *hisdem.* Go. — Ri*. *hiisdem.* s) Go. cj. *corpora*, verum scriptura *corporibus* confirmatur codice 1. Sententia est: libertini, si quae iis res liberae a nexu corporibus i. e. corporum pistorum derelictae sunt, catabolensium necessitatibus obsequantur. ss) Go. *crediderunt.* t) Cum literis *perint* incipit fol. 333[a] cod. 4. u) 4 *parant*, rubro col. supra add. *e*. v) Be. addi vult *Treviris*, recte, si pertinet lex ad annum 368. Vid. c. 9 h. t. x) Annus deest ap. Go. — Ri*. Vid. c. 9 h. t., not. *m*, *n* et not. sup. h. c. y) 4 *aeclesias.* Be. v. *confugiendi* addendum esse opinatur. Eo non opus est. z) Edd. *ingressus fuerit.* Rest. *ingressus erit;* nam in cod. 4 est *in-*

revocari. *Dat. V. Kal. Oct. Aquileia, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

12. *Iidem AA.*[a] *ad Claudium Proconsulem Africae.* Secundum parentis nostri Constantini divale praeceptum[b], omnibus lustris pistores ex officio, quod ei corpori constat addictum[c], ad urbem sacratissimam destinentur. In quo [d]illud convenit praecaveri, ne quis hanc, quae personalis est, functionem pretio putet esse taxandam. Veniant suo tempore, quos caussa constringit, et ita veniant, ut eos officium, quod tibi paret, pistorum patronis atque annonae Pf.[e] apud publica monumenta consignet. Quod si quis iudicum[f] statuto tempore personam, quae est destinanda, non miserit, ipse profecto remanebit obnoxius functioni, cui subtraxisse probatur obnoxium. In officium quoque poena competens exseretur, quod aut dissimulatione neglexerit, aut fraude subtraxerit[ff] iudicem suum super vi legis et consuetudinis admonere. *Dat. Kal. Dec. Treviris*[g], *Valentiniano et Valente AA.*[h] *Coss.* (365?)

13. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.*[i] *ad Olybrium Pf. U.* Non ea sola pistrini sint vel fuisse videantur, quae in originem adscripta corpori dotis nomen et speciem etiam nunc retentant, sed etiam ea, quae ex successione[k] pistorum ad heredes eorum vel quos alios devoluta noscuntur, quo eorum quoque distractio inhibita evidentius cerneretur.[l] In his vero solis liciti contractus eidem corpori reserventur[m], quae ad ipsos[n] non hereditario pistorum nomine, sed privatorum institutione, liberalitate vel dote aut quolibet titulo probantur esse transfusa, et si qua ipsi ex privata munificentia consecuti, in rebus humanis agentes in aliquem ex sociis, id est in pistorem alterum transtulerunt[o]. Ceterum si haec quoque in successione propria reliquere, etiam eadem dotis nomine et titulo nuncupamus, quia pistrino proficere convenit, quod apud pistorem eo vivente permansit. Servavi[p] igitur de cetero ordinem constitutum, ut, si vel donatione pistoris rem pistrino hereditatis successionisve meritis obligatam[q] quicunque ex privatis a pistoribus fuerit consecutus, sciat, corpori obnoxium vendere et alienare non posse, sed in sua caussa et pistorum nomine ac iure residere. *Dat. Kal. Iun. Treviris*[r], *Valentiniano NB. P.*[rr] *et Victore Coss.* (369.)

14. *Iidem AAA.*[s] *ad Ursicinum Pf. annonae.* Si cui pistoris filia nupserit, ac postea is[ss] eandem dilapidatis facultatibus consortio putaverit eximendam, non alia lege atque ratione eundem pistoriae[t] necessitati et corpori praecipimus adstringi, quam[u] eodem munere originis vinculo teneretur. *Dat. VIII. Kal. Mart. Treviris*[v], *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

15. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Gregorium V. C. Pf. annonae.* Ne quis unquam Pf. annonae contra suam alienamve sententiam[x] pistorum locum[y] eiectis permiserit[z] reformari, cum praescriptum suum apud iudices obtinere lex debeat, per quam simul adversus decoctorum[a] vitia et utilitati annonae publicae et rerum iudicatarum constantiae providetur.

— c. 12. Vid. c. 5 h. t., not. sup. Cod. Iust. X, 47, 9 multis omm. Concordat c. 17 h. t. — c. 13. Vid. c. 5 h. t., not. sup.

gresserit. Mox 4 *xpianitatis.* a) Ita quoque Cod. Iust., qui sic: *Impp. Valent. et Valens AA.* Vid. infr. not. *h.* b) Sec. Go. iam non habetur haec Constantini lex. c) Go. in comm.: „Nempe Constantinus M. (quod ex *hac leg.* discimus) certum quoddam Officii genus, in Africa Pistorum Corpori addixerat: unde scilicet singulis lustris seu quinquenniis certi quidam Romam ad Pistorum Corpus mitterentur, quos causa haec constringeret. Id quod *hac leg.* a Valentiniano Sen. confirmatur: itemque a Gratiano et Valentin. Iun. *l.* 17. *infr. hoc tit.* Sed in obscuro latet, quodnam illud *Officium* fuerit, Pistorum Corpori a Constantino M. addictum: Sane non officium fuit Proconsulis Africae, quandoquidem hic *officium quod ei pareret*, distinguitur ab *officio*, *quod Pistorum Corpori addictum erat.* Igitur fuerit forte Officium minorum Iudicum Africanorum non Spectabilium, sed Clarissimorum, qui sub Proconsule vel Vicario Africae fuerunt: Atque in his Praefecti Annonae Africae.“ Contra Be. scribit: „i. e. ut mihi videtur, off. iudicum, quod praeter alia haec quoque curabat. cf. l. 17. inf. h. t. vix enim cum Gfr. ipsos officiales mitti debuisse putaverim.“ Assentior Go., nam c. 17 non facit pro Be. cj. d) Hinc incipit c. 9 Cod. Iust. cit., quae sic scripta est: *Illud c. p., ne quis hanc, quae personalis est functio, pretio p. e. taxandam*, et des. reliqua. Mox 4 *praetio.* e) Ita 4, Til. — Cui. 2*; sed Go. — Be. *PF.* sive *Pf. annonae.* Vid. supra XIII, 5, 36, not. *c.* f) Fol. 333[b] cod. 4. ff) Go. in not. *subticuerit.* g) 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* Cod. Iust. *Treveris.* h) Go. — Ri*. om. annum. Etenim quia *Trevirorum* mentio fit et Claudius annis demum 369 et 370 proconsul Africae fuisse ex aliis legibus noscitur, Go. post *AA.* addi vult numerum *II.* aut *III.* (368 s. 370) et in inscriptione vv. *et Gratianus A.* Verum Cod. Iust. consentit cum C. Th., deinde recepta Go. cj. intervertendus est ordo constitutionum, et h. c. ponenda post c. sq. Quas ob caussas nihil muto, etsi non obloquor Go. i) Edd. *Idem* s. *Iidem AA.* 4 *Id ĀĀĀ.* Etiam Go. prop *Iidem AAA.* (vid. not. *h*) et add. iubet Be. h. et sq. c. *et Grat. A.*, recte; nam 2 habet *Imp̄p̄p̄ valanus. Valens et Grat.*, prob. ut videtur W. Restitui veram scripturam. k) 4 *sucessione.* Aur. Lugd. om. *ex.* l) Go.: „Cernatur.“ m) 4, Til. — Ri*. *reservetur.* Recte Be. de cj. Go. rest. *reserventur.* Etiam Rein. em. *reserventur.* n) 4 *ipros*, em. *ipsos* ab ant. manu. o) Cum literis *lerunt* incip. fol. 334[a] cod. 4. Mox Aur. Lugd. *pistrinio.* p) Ita 4, edd.; Go.: „γϱ. *Servabis.* Scriptum fuerat *servaVis.*“ Be.: „Omnino autem totus locus depravatus videtur. fort. *Servari — placet, ut — don. vel alio modo pist. — nec in — sed pist.*“ Satis est em. *servabis.* q) 4 *successionisvae m. obligam*, rubro col. em. *successionisve m. obligatam.* Supra Ri*. *pristino.* r) 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* rr) 4 *nobp̄. et.* Til. — Lugd. *N. B. et.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* s) 4 *Id aaa*, recte. Edd. *AA.*, mendose. Vid. not. *i* anteced. ss) Mendose Cui. 2, 2* *postea ea is.* t) 4 mendose *ipsistoriae.* u) Go.: „Quam si.“ v) 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* x) Fol. 334[b] cod. 4. In ima pag. est signum quaternionis *MΔ.* y) Go. em. *loco* vel *in pistorum locum.* Cur emendet, nescio. Vid. infra *rerum iudicatarum constantiae.* z) Sec. Go. pro *permittat.* a) Go.

Dat. XIV. Kal. Mart. Treviris[b], *Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.* (377.)[c]

16. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Arborium Pf. U.* Quicquid ex horreis plectibili usurpatione praesumptum sit, id per pistores, in quos totius criminis[d] confertur invidia, matura exactione reddatur; ut, si quid in hac specie minus potuerit exsolvi, in quibuscunque speciebus, in aere vel plumbo seu qualibet alia solutione, pensetur, dummodo redintegratio totius summae curetur. *Dat. Id. Iun. Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.* (380.)

17. *Iidem AAA. ad Titianum*[dd] *Vicarium Africae.* Iudices Africanos laudabilis sinceritas tua huius modi interminatione conterreat[e], ut, nisi tempore solito debitos pistores venerabilis Romae usibus dirigere curaverint, sciant, se ipsos quinquaginta argenti librarum officiumque eorum pari condemnatione[f] mulctandum. *Dat. IV. Id. Iul. Treviris*[g], *Gratiano V. et Theodosio AA. Coss.* (380.)

18. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Sallustium*[h] *Pf. U.* Ut concessa decurialibus privilegia nolumus abrogari[i], ita lege super mancipibus data nihil iubemus imminui. Nam si qui ob hoc ad decurias illicite transierunt, ut munus evaderent mancipatus, necesse est, erga eos privilegia non posse servari, qui[k] obnoxios sibimet recte vindicat functio memorata. In[l] tantum etiam defensiones, diversorum principum largitate concessa[m], erga decurias manere decernimus, et mancipatui obnoxios iubemus addici, ut, si quispiam super absolutione mancipatus nostrae maiestati preces obtulerit, bonorum amissione plectatur[n]. Quod quidem non solum in decurialibus, sed etiam in ceteris decernimus perpetua lege servari. *Dat. III. Id. Iun. Mediolano, Honorio NB. P. et Evodio V. C.*[o] *Coss.* (386.)

19. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eusebio Pf. P.*[p] Pistores urbis aeternae, praetermissa veteri consuetudine, fundis vel praediis ad nihilum redactis, quae eorum corpori[q] solatia certa praebebant, novos sibi quaestus excogitasse[r] comperimus. Ideoque in futurum provisionis remedia proferentes, misso probatae industriae viro, singulorum fundorum sive praediorum, quae pistorum corpori obnoxia sunt, vires discuti exquirique praecipimus[s], ut iidem[t] iure perpetuo idoneis, affixa[u] praestatione, tradantur, atque conductores praestationis modum et solatia ministrent[v] antiquitus constituta pistoribus. *Dat. VII.*[x] *Id. Iul. Mediolano*[y], *Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

20. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.* Adscripti[z] semel per sententiam iudicis ordini pistorio surrepticia rescripta non quaerant[a], nec ulla eis supplicandi praestetur facultas. Et qui huius modi sperare voluerit beneficia, quinque libras auri fisco nostro inferre cogetur[b]. Si quo enim casu vel occultis vel ambitiosis hoc precibus elicuerit, iudex, cuius in iudicio haec fuerit prolata sententia[c], officium quoque eius, si consensum praebuerit impetratis, quinas auri libras aerario nostro inferent. *Dat. VII. Kal. Maii Mediolano, Honorio A. IV.*[d] *et Eutychiano Coss.* (398.)

21. *Iidem AAA.*[e] *Vitali Pf. annonae.* Nulli pistori, nec posteris eius in privatas personas vel thymelicas[f] vel eas, quae aurigandi studio detinentur, liceat coniugii societate transire, etiamsi huic facto omnium pistorum accedat assensus, etiamsi nostra elicita fuerint[g] aliqua surreptione rescripta. Quod si quisquam in haec vetita

— c. 18 coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Decur. urb. Romae (XIV, 1). Cum vv. *n̄p et euodio ūc ōss* h. c. incip. fol. XXIX. cod. 1 s. totius palimpsesti fol. XLI., quod desinit in vv. *prodiuersitatelocorumette..* c. 2 tit. sq. Cf. infra tit. V. h. libri, not. sup. — c. 20, si Codicem Theodosianum sequimur, coniungenda est cum c. 31 C. Th. de Episcopis (XVI, 2), habita autem ratione c. 14 Sirmondi anno 412 datae, unde hausta est c. 31 cit., fieri non potest, ut cum illa constitutione coniungatur.

dococtorum, mendose. b) 4 *Tru.* Cui. 2, 2* *Tri.* Til. — Lugd. Go. Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* Postea Cui. 2, 2* om. *et.* c) Go. om. annum. d) 4 *criminiis.* dd) Ita 4, Til. — Ri*.; Be. ed. *Tatianum.* Vid. Go. in Prosop. e) 4 *contereat*, rubro col. em. *conterreat.* f) Fol. 335 [a] cod. 4. g) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* Aur. Lugd. *Ttiu.* In Cui. 1 v. *et* bis legitur ante v. *Theod.* h) 4, Til. — Lugd. *Salutium.* Vid. c. 2 cit., not. *m.* Aur. Lugd. *Valentinianus, et Theod. et.* i) 4 *adrogari*, ab ant. man. corr. *abrogari.* k) Ita 4, edd.; Cui. 2, 2* in Corr. Go. Be. em. *quos.* Val. in m. *cui.* Praeterea Go. cj. *quia.* Hoc mihi placet. l) 4, Til. Cui. 1 *vindicant * functio memorata. * In*, sed in cod. 4 asterisci nigri a rec. demum manu additi sunt et Cui. 1 habet *vindicāt.* Aur. Lugd. *vindicant * functio memorata. In.* Codicis scriptura in mendo cubat. Repos. igitur ex Cui. 2 — Be. et Vales. *vindicat.* m) Go. etsi sustineri posse dicit *concessa*, tamen em. *concessas*, quod Val. in m. habet et prob. Be., recte. n) 4, Til. — Ri*. *plectetur*, impr. Go.; Be. ed. *plectatur*, recte. o) Ex cod. 1; rell. om. *V. C.* Vid. not. sup. h. c. 4 *Euotio.* p) Be.: „argumentum legis potius ad Pf. vel PPf. urb. spectare videtur." Verum est, neque tamen siglum mutandum. Nam Eusebium hoc anno Pf. P. Italiae fuisse, ex aliis huius anni legibus compertum habemus. q) 4, edd. *corporis*, sed 1 *corpori* (Pu. *cotpori*) *solacia.* Iam Go. Be. em. *corpori*, quod rest. Cum v. *solacia* incip. fol. 335 [b] cod. 4. r) Mendose 1 *exagitasse*, impr. P. s) 1 *praecepimus.* t) 4, Cui. 1 — Ri*. *idem*, quod et in cod. 1 videtur esse, cum P. diversitatem scripturae taceat. Til. *idē.* Be. de cj. Go. rep. *iidem*, recte, fundi scilicet. In omni inscr. ubique scriptum est *Idem* pro *Iidem.* u) 1 *adficsa*, rara, inquit P., in hoc Palimpsesto orthographia. v) 4 *ministr*, a rec. manu atramento supr. add. *ent.* x) 1 om. *VII.* y) Ex 4, Til. (ubi *Med.*) repos. *Mediolano.* Rell., etiam 1, ut videtur, om. *Mediol.* z) 4, Til. — Ri*. *Adscribtis*, quod vitium occasione sq. vocab. admissum ratus Be. de cj. Go. ed. *Adscripti*, recte et prob. W. Scriptura *Adscripti* confirmatur cod. 1. Vid. c. 19 h. t., not. *q.* a) 4, Til. — Lugd. *quaerent.* In Cui. 2 tacite corr. est *quaerant.* Cod. 1 tuetur Cuiacii em. Mox Til. *Ft* pro *Et.* b) 1 *cogatur.* Sed infra *inferent* dicitur. Mox 4 *praecib'.* c) 1 *haec fuerit impetratis prolata*, vocabulo, inquit W., male huc tracto e sqq. Supra Til. — Cui. 2* *elicuerit iudex, cuius in.* d) Fol. 336 [a] cod. 4. Male et improb. Go. Cui. 2, 2* *Dat. XVII.* Ceterum vid. c. 14 Sirmond. cit. e) 4 *Id aāa*, recte. Edd. et, ni fallor, cod. 1 *AA.* Go. Be. addi volunt *et Theod. A.* (*Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA.*). Cf. supra XIII, 1, 19, not. *n*, XIII, 3, 7, not. *b*, XIII, 11, 11, not. *l.* f) 4 *tymelicas*, a rec. man. super *ty* add. *h.* g) 4 *nostra licita fuerit* et Til. — Lugd.

adspirare tentaverit, sciat, se verberibus affectum deportatione puniendum, facultatesque suas paneficio sociandas. Quod si non statim officium[h] gravitatis tuae in ipsis inceptis occurrerit, sed in suggestione[i] cessaverit, in singulis familiis librarum auri decem mulcta feriatur: ita ut hae[k] quoque personae cum patrimonio ad debitum officium revocentur, quae per huius modi nuptias in simili consortio fuerunt. Omnes igitur, qui filias pistorum in consortium[l] sortiti sunt vel ex thymelicis[m] vel aurigis vel universis privatis, pistorio corpori illico deputentur. *Dat. VIII.*[n] *Id. Mart. Ravenna, D. N. Theodosio A. I. et Rumorido V. C. Coss.* (403.)

22. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio Pf. P.*[o] Quicunque illustris urbanae sedis vel annonariae potestatis[p] apparitor clandestina fraude pistorem[pp] concusserit, accusatus atque convictus perpetuis[q] paneficii nexibus addicatur[r] etc.[s] *Dat. VII. Kal. Ian. Ravenna, Honorio A. XI. et Constantio*[ss] *II. V. C. Coss.* (417.)

TIT. IV. DE SUARIIS, PECUARIIS *) ET SUSCEPTORIBUS VINI CETERISQUE CORPORATIS.

1. *Imp. Constantinus A. ad Pacatianum Pf. P.* Quoniam suariorum corpus ad paucos devenit, iubemus, eos adstante populo Romano dicere, quibus excusatio sit delata, quibus provenerit onus, ut his in medium publicae rationis edoctis[t] exemplum[u] rei naviculariae proponatur. Itaque dignoscant, facultates proprias suariorum esse obnoxias muneri, ac de duobus alterum eligant, aut retineant bona, quae suariae functioni destricta sunt, ipsique suario teneantur obsequio, aut idoneos, quos volunt, nominent, qui necessitati iidem[v] satisfaciant. Nullum enim vacare ab huius rei munere patimur. Sed sive honoribus evecti, sive quolibet versutiae genere fugerunt, revocari eos iubemus[x], idque ipsum teste et audiente populo Romano compleri, ac nos super his consuli, ut animadvertamus[y] in eos, qui hac tergiversatione usi sunt; de reliquo functionis huius vacatione nulli penitus tribuenda, sed eo, qui surripere potuerit, post beneficium infirmatum, salutis etiam periculum subituro. *Dat.*[z] *VIII. Id. Mart. Roma, Optato et Paullino*[a] *Coss.* (334.)

2. *Idem A. Lucrio Verino ...*[b] In arbitrio suo possessor habeat, ne suario pecuniam solvat. Quod ideo permissum est[c], ne in aestimando porcorum pondere licentia suariis praebeatur. Quod si iuste porcos suarius

— c. 22 coniungenda est cum c. 9 sq. tit. Cod. Iust. XII, 54, 2.

Tit. IV. Nov. Valentin. XXXVI. de Suariis, Boariis et Pecuariis (ed. Berolin. p. 1352). Cod. Iust. XI, 16. — c. 1 tempore recentior post c. 2 h. t. ponenda est. — c. 2 commemoratur in c. 4 h. t. Vid. c. 1 h. t., not. sup. et c. 18 antec. tit., not. sup. Cum vv. *praetia danda sunt nisi* incip. fol. XXX. cod. 1 s. totius palimpsesti fol. XLII., sed adeo evanidum est asserente P., ut vix aliquae voces legi possint. Vid. infr. c. 3 h. t., not. *a, d.*

*nostra licita fuerit aliqua subreptione * rescribta*, mendose. Tacite Cuiacius in Cui. 2 em. *elicita furint* (err. typ. pro *fuerint*), consentiente codice 1. h) 4, Til. — Lugd. *officio.* i) 1 *Sed id sug... ne.* Pu. *sed id sug..... ne.* k) 4 *heae,* Go. ann.: „Forte, *quae per huiusmodi nuptias in simile consortium consenserunt.* Sed nil muto." l) Ex cod. 1, qui *in consortium ....i*, prob. W. 4, Til. — Lugd. *in * con * sortiti sunt*, atramento additis illis asteriscis in cod. 4 a rec. man. Cui. 2 — Be. *in con.... sortiti sunt.* Cui. 1 — Lugd. in m. „γρ. *in coniugium.*" Cui. 2, 2* in m. „γρ. *coniugium.*" Etiam Go. Be. prop. *coniugium.* Iam locus sanatus est codicis 1 ope. W. enim recte: „Et sane, inquit, solent ita vv. consona cum emphasi quadam hoc maxime aevo coniungi." m) 4 *tymelicis.* n) 1 *VII K̄ Mar̄t*, i. e. *VII. Kal. Mart.* o) Fol. 336 b cod. 4. p) In Cod. Iust. om. *vel annonariae potestatis.* pp) Err. Aur. Lugd. *pistorum.* q) Cod. Iust. *perpetui panificii.* r) Cod. Iust. *addicetur* et mox *Ravennae.* s) Haec contineri Go. putat in c. 9 sq. tit. Cod. Iust. om. *etc.* ss) Go. Cod. Iust. *Constantino.*

*) Cod. Iust. om. *Pecuariis:* deinde habet *et ceteris.* Aur. Lugd. *Suaris.* t) Ita 4, edd. et, cum P. taceat, cod. 1. Go.: „Et eductis." Be. vult *eductis.* Sustineri potest *edoctis;* antea est *dicere.* u) Cf. supr. XIII, 5, 2, 3. Mox Aur. Lugd. *i—aque.* v) 4, edd. *idem* et multo mendosius 1 *idest*, nisi ibi scriptum est *idē.* Rep. *iidem.* Vid. c. 19 antec. tit., not. *t.* Go. prop. *iidem* aut *eidem*, Be. *iidem* aut *item.* Nostrum prope accedit ad utriusque codicis scripturam; neque vero nego, *eidem* simplicius esse. x) Fol. 337 a cod. 4. y) Seqq. corrupta sunt in cod. 4 et in edd., ubi sic se habent: *animadvertamus in eos, qui hac tergiversatione nulli penitus tribuendas* (Cui. 2, 2* *tribuenda*), *ideo, qui subripere* (Be. de cj. Go. em. *subrepere*) *potuerit, post beneficium infirmatum, salutis etiam periculum subituro.* In m. Aur. Lugd. sanando loco haec adscripta sunt ad v. *tribuendas:* „*For. tribuenda, se subripere voluerit, p. b. in. s. e. p. subituros.*" Go. hac emendatione usus est, ut coniiceret: *ut animadvertamus in eos: Eo qui hac tergiversatione, nulli penitus tribuenda, caeteroqui subrepere potuerit*, etc. et addit: „*Caeteroqui*, loco, *si ideoqui*, id est, in posterum, alioquin." Iam vero succurrit fol. XXX. cod. 1, cuius hi hoc loco sunt versus:

madu... amusineosquihactergiversationeu si sunt
derelicofunctionishuiusuacationempenitus tribuen
damsedeumquisubriperepotueritpostbenef icium
infirmatumsalutisetiampericulumsubitu .... (Pu. quinque puncta habet, W. septem). P. ita legit: *ut animadvertamus in eos, qui hac tergiversatione usi sunt; de relico functionis huius vacationem nulli penitus tribuendam; sed eum, qui subripere potuerit, post beneficium infirmatum, salutis etiam periculum subiturum.* W. „Apparet igitur, inquit, vv. *de reliquo — vacationem*, quae membrana huic loco supplendo exhibet, alias omissa esse propter similem exitum vv. *tergiversatione, vacatione:* contra in palimps., siquidem recte vv. reddidit Peyron., excidisse v. *nulli*, quo carere locus non potest. Ceterum non accusativos cum Peyrono retinendos, sed ablativos absolutos, Imperatoribus usitatissimos, restituendos, totumque locum iam ita scribendum arbitror: *ut animadvertamus in eos qui hac tergiversatione usi sunt; de reliquo functionis huius vacatione nulli penitus tribuenda, sed eo, qui subripere potuerit, post beneficium infirmatum, salutis etiam periculum subituro.* Quae lectio, ut a palimps. paululum recedit, ita confirmatur vulgata: *ideo — — subituro.*" Recepi quae sunt a W. restituta, praesertim cum *tribuendasedeo* insint in cod. 4 scriptura *tribuendasideo.* V. *subrepere* a Go. emendatum et a Be. repositum falsum esse, non dico. z) Go. *Dat.* pro *Propos.* vel *Acc.* habet. a) 1, 4, edd. *Paulino.* b) Dignitas deest in codd. et in edd. nullo lacunae indicio. Go. Rein. Be. add. volunt *Pf. U.* Vid. not. *o.* c) Go.:

aestimaverit, huic pecuniam possessor, cui pensitationis utriusque[d] copia est indulta, numerabit[e]. Ne autem suario in suscipienda pecunia detrimenti[f] aliquid afferatur, singulis quibusque annis ea pretia porcinae possessor annumeret, quae usus publicae conversationis attulerit. Et quoniam non semper, nec in omnibus locis una est forma pretiorum, pro diversitate locorum et[g] temporum in specie[h] pretia danda sunt, nisi ipsa porcina praestetur. Iudices autem[i] regionum monendi sunt, ut per singulos annos ad scientiam[k] tuam referant, quae in quibus locis sunt pretia porcinae, ut, instructione hac a tua gravitate perpensa, tunc demum[l] suarii per diversa proficiscantur, et pretia suscipiant, quae in his regionibus versari cognoveris. Queri[m] enim suarii non poterunt, quia nihil interest, carius an vilius comparent, cum, quantum[n] pretium daturi sunt, a possessore accipiant; et possessores erunt moderati in specie distrahenda, cum se sciant, quanto maiora pretia pro carne poposcerint, tanto plus suariis soluturos. *Dat. III. Id. April. Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.*[o] (326.)

3. *Imp. Iulianus*[p] *A. Fl. Aproniano*[q] *suo salutem.* Ea pretia, quae in Campania per singulos[r] annos reperiuntur, suariis urbis Romae debent solvi, ita ut periculo suariorum populo porcinae species affatim praebeatur[rr]. Et quia officialibus pro omni supplicio[s] sufficit direptorum restitutio[t], quicquid ultra senos folles per singulas libras claruerit flagitatum[u], id fisci viribus[v] protinus vindicetur. Exactio autem nummaria non per officium tuum vel ipsos suarios, sed per officiales consularis[x], iuxta praeceptum nostrae mansuetudinis, competentem[xx] sortiatur effectum. Nam quia maiorum potestatum officiales solent esse provincialibus perniciosi, per ordinarios iudices atque curiales[y] etiam hanc exactionem convenit celebrari. Per singulos itaque annos iuxta pretia, quae reperiuntur in publica conversatione, per Campaniam habitantes[yy] pecuniam pro singulis libris porcinae praecipiantur exsolvere, ita ut non ad pretia, quae in urbe Roma reperiuntur, sed quae apud Campanos[z] in publicis usibus habentur, nummaria celebretur exactio, suariis autem celebrandae nummariae exactionis facultas denegetur[a]. Nam dedimus literas ad virum clarissimum consularem, ut, remotis officialibus praefecturae *) urbanae et suariis, ipse totius exactionis instantiam atque periculum ad suam curam sollicitudinemque revocare contendat. Qui evidentissimo discrimini[b] constituetur obnoxius, si in transmittendis[c] pecuniis aliqua fuerit materia deceptionis exorta. *Dat. V. Id. Dec. Antiochiae, Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.*[d] (363.)

— c. 3. Cum vv. *ania per singulos* incipere scribit doct. Heyse folium XXVII.[b] cod. 3 et cum vv. *praefecturae urbanae* folium XXX.[b] eiusdem codicis, quae folia in illustrissimi Maii editione aliis numeris distincta sunt: fol. enim XXVII.[b] numero *P.* 30 et fol. XXX.[b] numero *P.* 27. Literis autem iisdem Heyse me docuit, illos numeros typothetae culpa apud Maium falso loco positos esse, Maium denique diversitatem scripturae accuratissime enotasse.

„Permittimus." d) Go.: „Alterutrius." e) Go.: „Si volet." f) Cui. 2, 2* *detrimenta.* Rein. corr. *detrimenti.* Go. *deferatur* pro *adferatur.* g) In literis *locorumette..* desinit fol. XXIX. cod. 1. Vid. c. 18 antec. tit., not. sup. Cui. 1 *diversisitate.* h) Vid. not. sup. h. c. Go.: „Pro specie." i) Fol. 337[b] cod. 4. k) 4 *adscient ad scientiam,* sed rubro col. del. *adscient.* l) 4 *tuncdemsuarii.* Ri*. *nunc* pro *tunc.* m) 4, Til. — Lugd. *Quaeri.* n) 4 *quatum praetium.* o) Aur. Lugd. *Cons.* Go., quia Lucrius Verinus annis 323, 324 Pf. U. fuit, anno autem 326 Anicius Iulianus illum magistratum gessit, hanc c. ad annum 324 transferri vult. Etiam Be., Go. secutus, subscriptionem falsam esse putat. p) Go. Be. aut subscriptionem mutari aut inscribi *Iovianum* iubent. Hoc vult Rein. In comm. Go. non obloquitur, si quis retenta subscriptione consulatum ad tempus acceptae epistolae pertinere opinatur. Vid. supr. VIII, 1, 8, not. *q.* Addo, non probabile esse, Iovianum, paucis illis diebus, quibus imperium tenebat, gravioribus curis quam ferendarum legum privatarum pressum, tot leges dedisse, quot ei recentiores C. Th. editores tribuant; imo me c. 9 C. Th. de Erog. milit. ann. (VII, 4) et c. 2 C. Th. de Raptu vel matrimonio sanctimon. virg. (IX, 25) a Iuliano, neque vero a Ioviano datas esse arbitrari, praesertim cum in c. 2 cit. in cod. 16 *Iulianus* scriptum sit. *Iulianus* enim facile mutari poterat a librariis in *Iuuianus*, ita enim scribunt pro *Iouianus.* Vid. infra not. *d.* q) Integro nomine L. Turcius Secundus Flavius Apronianus Asterius. Fuit Pf. U. et intelligitur in c. sq., ubi vid. not. *l.* Duo eius supersunt edicta. Cf. Spangenberg, Monumenta Legalia l. c. p. 291 sqq. Go. eum ubique Turcium, neque vero Flavium Apronianum dici asseverat eamque ob caussam transpositis siglis scribendum esse *Imp. Fl. Iulianus A. Aproniano.* Etiam Rein. uncinis circumdedit siglum *Fl.* r) Vid. not. sup. h. c. rr) Ri*. *praebeantur.* s) 3 om. *pro omni supplicio.* t) 3 mendose *restitui.* u) Go.: „Hactenus." v) Fol. 338[a] cod. 4. x) 3 *per officium consularis.* Paullo post *potestatum officiales.* Go. ann.: „Consularis Campaniae." xx) 3 *competente,* ut Heysius refert. y) 3 *curiales.* 4, edd. *curias,* correptis literis. yy) Ita Go. — Ri*. Sed Til. — Cui. 2*. Be. *conversatione per Campaniam, habitantes pec.,* impr. Go. z) 3 *Campanus,* crebra mutatione literarum *o* et *u,* etiam in hoc codice. a) Mendose 4, edd. *publicis usibus habentur, nummariae exactionis facultas denegetur.* Go. Be. em. *delegetur,* Rein. *denotetur.* Iam integrum versum excidisse, discimus ex codd. 1, 3; haec enim habet 1: blicisusib. *habentur nummaria celebreturexactio* | suariis *autem celebrandae nummariaexactiosuariis* | autem*celebrandaenummariaeexactionisfacultas.* Quae literis erectis edidi, in cod. 1 abscissa sunt. Totum autem hunc locum debeo clar. Vesmio, qui eo mecum communicato cumulum addidit beneficiis, quae innumerabilia viro humanissimo accepta fero. Aliquantum a cod. 1 differt cod. 3, qui sic: *publicis usibus habentur nummariae exaction suariis autem celebrandae nummariae exactionis facultas denegetur.* Scribit autem doctissimus Heyse, literas *n* et *s* verborum *exaction* et *suariis* ita confusas et conflatas esse, ut et *exactio suariis* legi possit. W.: „origo igitur, inquit, lacunae, quae hunc locum obsidebat, satis clara est: neque tamen persanatus est locus. Legendum videtur: *ut non ad pretia, quae in urbe Roma reperiuntur, sed quae apud Campanos in publicis usibus habentur nummaria exactio fiat: suariis autem celebrandae nummariae exactionis facultas denegetur.*" In cod. 1 unus fere versus (*exactio — nummaria*) bis scriptus est, quo deleto (utrum deletus sit in evanida membrana, nec affirmare nec negare audet Vesmius), omnia recte procedunt, nec W. supplemento opus est. *) Vid. not. sup. h. c. b) Fol. 338[b] cod. 4. c) 3 om. *in.* d) Subscriptio

4. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[e] *ad Praetextatum*[f] *Pf. U.* Per[ff] singulas et[g] semidecimas, quibus suariorum dispendia sarciuntur*), damnum, quod inter susceptionem et erogationem[h] necessario evenit, vini, hoc est septem et decem milium amphorarum perceptione[i] relevetur. §. 1. Cui rei illud provisionis accedat, ut Lucanus possessor et Brittius[k], quos longae subvectionis damna quatiebant, possint, si velint, speciem moderatam*), hoc est septuagenarum librarum compensatione dissolvere, quod ibi debebit inferre, ubi vina fuerat traditurus. §. 2. Quibus in rebus illud quoque a decessore tuo[l] salubriter institutum est, quo suariis aestimandi licentia denegetur, pondusque porcorum trutinae examine, non oculorum libertate quaeratur, ita videlicet, ut ne volenti quidem possessori tradere animal liceat, cuius modum non prius ponderatione[m] certa deciderit[n] suarius. Animal vero a possessore tradendum, ob digeriem prius unius noctis tantum ieiunitate vacuetur. §. 3. Illud quoque salubris Constantinianae legis[o] forma compescat, videlicet ut[p] cum a[q] possessore, cui commodioris pretii beneficia indulta a veteribus principibus praerogativa providit, proprius[r] ordo decidat ac transigat; idque ordo suarius[s], quibuscum habet vini emolumenta communia, aut legitimum pretium, id est Romani fori, cui carnem fuerat illaturus, tradat[t], aut carnem debitam subministret. §. 4. Porro decimae semis, quam[u] statuimus, non petantur ab his[v], a quibus fuerit pecunia ministranda. Haec autem omnia aeneae tabulae in foro suario collocandae ad aeternam memoriam oportebit insculpi[x]. *Dat. VIII. Id.*[y] *Oct. Remis, Lupicino et Iovino*[z] *Coss.* (367.)

5. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.*[a] *ad Albinum, Pf. U. Romae.* Suariorum vires ea concidisse occasione comperimus, quod fundi eorum atque alia praedia in extraneas quasque personas multimoda [b]donatione transscripta sunt. Quae sublimis eminentia tua aut ad memoratorum iura revocabit, aut, si eorum detentatores[c] putaverint abnuendum[d], subeant cum his communem sarcinam, quorum incubuere corporibus. Consanguineos quoque eorum vel originales[e], ut memoratorum nomini functionique iubeas adiungi, plenum et aequitatis et iuris est. *Dat. XV.*[f] *Kal. Sept. Romae, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

6. *Iidem AAA.*[g] *ad Albinum Pf. U.* Porcinarii urbis aeternae cum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, id se divae memoriae Gratiani[h] beneficio meruisse proponunt, ne sordidis unquam muneribus subiacerent. Illustris igitur auctoritas tua, divalium praeceptorum formam conservans, etiam cum interminatione competenti suo insistat officio, quatenus id, quod et ante constitutum est, et nulla postmodum*) iussione mutilatum, indubitatum[i] atque intactum faciat perdurare. *Dat. VIII. Kal. Sept. Romae, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

7. *Impp. Arcadius et Honorius AA.*[ii] *Florentino Pf. U.* [k]Heredes suariorum, filiorum etiam emancipatorum bona omnia ac patrimonia requirantur, ut, sive personarum agatur ratio sive rerum, non minus habeatur obnoxius[l], quem possessio tenet, quam quem successio generis adstringit, dummodo suo ordini attributos[m] suarii non admittant, et propriis facultatibus solitisque subsi-

---

— c. 4. Cf. supra IX, 40, 10, not. *g* et edicta illa duo Aproniana, quae in antec. not. *q* commemorata sunt. — c. 5. Cf. supra IX, 16, 11, not. sup. et not. *h* et XI, 30, 49, not. sup. — c. 6. Cf. supra IX, 16, 11, not. sup. et not. *h* et XI, 30, 49, not. sup. Cod. Iust. XI, 16, 1 multis omm. Videtur in hac c. desinere fol. XXX. [b] cod. 3. — c. 7. Cf. supra XIV, 2, 3, not. sup. Go.: „Abest, inquit, *haec lex* a *Cod. Iust.* Et tamen iungenda *ei* videatur *eo ipso Cod. lex* 2. *eod. tit.* quae eandem Inscriptionem praefert Subscriptione carens in nonnullis Edition. Etsi malint alii, emendata Inscriptione eam coniungere *legi prox.* 8. *in fin.*"

---

non differt in codd. 1 (sed 1 *antiochiae d̄n iuliano ā III e*...), 3, 4. Cave igitur ne mutetur. Aur. Lugd. *Cons.* e) Go. Be. addi iubent *et Gratianus A.*, sed etiam in cod. 3 om. nomen *Gratiani;* quare lex iam antequam Gratianus his consulibus Augustus renuntiatus est, id est ante mensem Augustum scripta, sed postero tempore data esse videtur. f) 4 *Praetaxtatum*, rubro col. em. *Praetextatum.* 3 om. *Pf. U.* ff) Go. prop. *Praeter.* g) Ita 3, 4, edd. Go. Rein. del. iubent *et*, probabiliter. 4, Til. — Lugd. Ri. Ri*. *semisdecimas.* *) Go.: „*Sarciuntur*, hactenus scilicet vel potius *sarciantur.*" h) 3 *inter susceptiones* et videtur deesse *et erogationem.* i) Vid. supra XII, 6, 26, not. *b.* k) Cui. 2 — Be. *Bruttius.* *) Go. prop. *adaeratam* et mox *quod* pro *quo.* Sed in comment. ipse defendit v. *moderatam.* Rectissime etiam dicitur *quo.* l) Go.: „Aproniano." Item Be. Rein.: „*Turcio Aproniano.*" In Aur. Lugd. vv. *a decessore* — *licentia* bis continuo edita sunt. m) Fol. 339[a] cod. 4. n) 3 *dediderit.* o) Vid. c. 2 h. t. p) 3 om. *ut.* q) Go. in not. expungit *a*, contradicente ut ait Maius cod. 3, sed recta sententia. r) *Proprium* ut legatur, Go. ex edicto Turci Aproniani suadet, adversantibus codicibus 3 et 4. *Proprius ordo* est ordo, qui suariam facit seu recognoscit. Be. cf. de Winckler Opusc. I, 222 sqq. s) Go. cj. *isque ordo suariis.* Neque haec cj. codicibus confirmatur, etsi §phus tertia, ut iam se habet, aptam sententiam non offerat. Certe leg. *suariis.* Ri*. *vibi* pro *vini.* t) Go. *illaturus r adat.* Paullo ante 4 *legitium*, rubro col. supr. *iu* add. *m* (legitimum). u) Be. em. *quas*, sed etiam cod. 3 habet *quam.* v) 3 *ad his* et ann. Mai.: „Mendum huius modi *ad* pro *ab* non semel vidi in antiquis codd." x) 3 *insculci*, mendose. y) 3 *Dat... Id.* „Nimirum, inquit Mai., heic et saepe alibi nota numeralis scripta fuerat minio aut alio suco, qui evanuit, spatio relicto." z) 3 *Iuuino*, pro quo W. err. *Iunino.* a) In cod. 3 om. *AAA.* b) Fol. 339[b] cod. 4. c) 4 *detentares*, rubro col. corr. *detentatores.* d) Ita 3, prob. Maio. Recte igitur Go. cj. *abnuendum* pro *abluendum*, quod ex cod. 4 in edd. transiit. Rein. cj. *obluctandum.* e) 3 *originalis.* f) In cod. 3 om. *Dat. XV.*, vacuo spatio. Vid. not. *y* antec. Cf. not. sup. h. c. g) 3 *Ag.* Cod. Iust. nomina imperatorum habet. h) Haec Gratiani constitutio videtur periisse. Cod. Iust. *exhibeant: sordidis semper muneribus liberentur*, et des. rell. *) Cui. 1 *postmodurn.* i) Go.: „Inlibatum." ii) Til. — Ri*. om. *AA.* k) Fol. 340[a] cod. 4. l) 4 *obnoxiis*, rubro col. em. *obnoxius.* m) Rein. em. *ordini non attributos* translata v. *non*; refert enim *suo ordini attributos* ad suarios. Construendum est: suarii non admittant eos, qui ordini attributi sunt, ad quem perti-

diis aliena[n] atque longinqua et ab hoc munere distracta non quaerant. *Dat. XV. Kal. Mart. Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

8. *Iidem AA.*[o] *Hilario Pf. U.* Quicunque de suariorum corpore originariam functionem sub cuiuslibet desiderio auxilii vel honore declinasse noscuntur, vel adversa[p] se officia contulisse aut annotationibus vel rescriptis nostrae serenitatis elicitis, ad munus pristinum[q] revocentur[r], tam quam[s] paterno, quam qui materno genere inveniuntur obnoxii. Oportet enim viribus vacuari, quae in dispendium publicum adumbratione exorta[t] sint, nullique penitus ad quemlibet honorem atque militiam aditus tribuatur, nisi qua[u] deinceps de nostris altaribus[v] per annotationem vel rescriptum[vv], vel quolibet genere fuerint elicita vel emendicata, cassentur. §. 1. Eos etiam, qui ad clericatus se privilegia contulerunt, aut agnoscere oportet propriam functionem, aut ei corpori, quod declinant, proprii patrimonii facere cessionem. §. 2. Hi[x] vero, qui praedia obnoxia corpori vel ex empto vel ex donato vel ex quolibet titulo tenent, pro rata publicum munus agnoscant, aut possessionibus cedant. §. 3. Circa reliqua etiam corpora, quae ad privilegia urbis Romae pertinere noscuntur, eadem praecepti nostri forma servetur. *Dat. XVIII. Kal. Febr. Romae, Basso et Philippo Coss.* (408.)

9.*) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio Pf. P. Post alia:* Ad excludendas patronorum caudicariorum fraudes et portuensium furta mensorum unus e patronis totius consensu corporis eligatur, qui per quinquennium custodiam portuensium suscipiat conditorum, clandestinum ad collegas digma[y] missurus, ne quid ex specie fraus occulta vectorum pessimae qualitatis immutet. Cui praemia ista deferimus, ut, si optima fide administraverit munus[z] iniunctum, post expletas lustralis sollicitudinis metas comitivae tertii ordinis honore cumuletur, idque non iam ex codicillis nostris, sed constituti istius consequatur indulto; deprehensus in fraudem[a], amisso patrimonio, ad pistrini etiam munia prima revocetur. Illud etiam decernimus, ne in singulis[b] tres primos patronos corporum singulorum vir clarissimus Pf. annonae ius habeat corporalis iniuriae; nam sufficit in delinquentem illustris urbani censura iudicii. *Dat. VII. Kal. Ian. Ravenna, Honorio A. XI. et Constantio II. V. C. Coss.* (417.)

10. *Iidem AA. Palladio Pf. P.* *) Suariis pecuarii[c] iungantur. Sub hac tamen conditione decreti corpora volumus miscere, ut rescissis privilegiis, quae impetrasse dicuntur, mixtae corporum vices[d] alternis fungantur officiis. §. 1. Quibus cum lege concedimus, ut corpora externa iungamus, e re est, ut his quoque suas reddi iubeamus personas, quas rescissis omnium privilegiis, vinculis, gratiosis sententiis, si quas in abolitionem genuinae functionis callida fraude meruerunt, restitui[e] cum facultatibus[f] suis, posthabita dilatione. §. 2. Nulla tamen eos corporis iniuriae formido percellat. Nam praecipimus, ut tres huius corporis principales certi[g] ordinis comitivam recipiant, quam sibi non iam ex codicillis nostris, sed ex privilegio latae legis assumant. §. 3. Per quinque autem menses[h] quinas in obsoniis libras carnis possessor accipiat[i], ne per minutias exigui ponderis amplius fraus occulta decerpat. Possessores quoque, qui pro larido millenos denarios[k] in vicenis libris solebant conferre, suariis in pretio exsolvant. §. 4. Primiscrinii quoque, tam illustris urbanae sedis, quam spectabilis vicariae potestatis, nisi anno militiae finalis institerit[l], ad supplendam summam praeteritae dissimulationis arctentur, ut ex propriis facultatibus debita suariae[m] functionis exsolvant, quae neglexerunt flagitare, dum militabant, privilegia etiam militiae perdituri. §. 5. Quattuor milia[n] sane obsoniorum, amputatis superfluis ac domus nostrae per-

— c. 8. Vid. c. 7 h. t., not. sup. — c. 9 coniungenda est cum c. ult. C. Th. de Pistoribus (XIV, 3). — c. 10 err. ap. Ri*. insignita est numero *V.*

nent, id est suo proprio, non ordini suariorum. n) Rein. em. *subsidiis contenti aliena*, neque hoc recte. Sententia haec est: abstineant etiam a bonis, quae ab ipsorum ordine aliena et alteri ordini sive corpori attributa et adstricta sunt. o) Be. secutus Go. in Chronol. addi iubet *et Theod. A.*, etsi huius imperatoris nomen deest etiam in c. 2 Cod. Iust. cit. Vid. c. 7 h. t., not. sup. p) In m. Cui. 1 — Cui. 2* em. *ad diversa*, recte. Idem prop. Go. et Be. q) Cui. 2, 2* *pistrinum.* r) 4 *revocetur*, rubro col. em. *revocentur.* s) 4 *tamquā.* Edd. *tamquam.* In m. Cui. 1 — Cui. 2* em. *tam qui*, recte. Idem prop. Go. et Be. Fortasse *tamq.* in C. Th. scriptum erat. t) Go. ed. *extorta*, bona sententia. Idem prop. Rein. in m. Ego etiam praefero *extorta*, i. e. elicita. u) Be.: „videntur deesse nonnulla. Gfr. em. *et si qua.*“ Etiam Rein. em. *et si q.* Ego vero lego *n' si*, i. e. *nam si.* v) Rein. propter c. 6 C. Th. de Relationibus (XI, 29) revocat cj. *autoritatibus*, quam proposuerat pro *altaribus.* vv) Cum literis *btum* incip. fol. 340[b] cod. 4. x) 4, Til. — Ri*. *Hii.* Infra Aur. Lugd. *Cons.* *) Ri*. mendose *Impp. Arcad. Honor. et Theod. AA.* y) Cf. Go. in comm. h. c. et Böcking, über die Notitia Dignitatum utriusque imperii. Bonn 1834. 8. p. 92, not. 2. z) Fol. 341[a] cod. 4. a) Recte Go. Rein. Be. em. *in fraude.* b) Go. Be. em. *in singulos*, recte, nisi quid excidit. *) Ri*. *P. F.* c) Aur. Lugd. *pecuariis.* Ceterum Til. *iungantur: sub.* Go. — Ri*. *iungantur: Sub.* Cui. 1 — Cui. 2* *iungantur, sub.* d) Rein. em. *vires*, quo non opus est. e) Go. *facias*, Be. *volumus* s. *iubemus* (ex super. v. *iubeamus*) aut simile v. suppleri volunt, recte. f) Fol. 341[b] cod. 4. g) Go. Be. ex super. lege em. *tertii*, quod iam in m. Cui. 1 — Cui. 2* adscriptum est. Recte. Vid. c. anteced. *comitivae tertii — indulto.* Mox 4, Til. *comitiva.* h) 4 *menes*, rubro col. corr. *menses.* i) Go. em. *a possessore accipiant* vel *possessor appendat.* Prius volo. k) 4 *dinarios*, corr. rubro col. *denarios.* l) Go. Be. em. *institerint*, recte; praeterea Be. prop. *finali*, quo facile caremus. Ri. Ri*. *militae*, err. m) Til. mendose *debitas variae.* n) Til. — Cui. 2* *perdituri quattuor milia* s. *millia.* Recte

ceptionibus, diurna[o] sublimitas tua decernat, quibus copiis populus animetur. [p] *Dat. IV. Kal. Aug. Ravenna, Monaxio et Plinta Coss.* (419.)

TIT. V.[q] DE MANCIPIBUS THERMARUM URBIS ET SUBVECTIONE LIGNORUM.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[r] *ad Olybrium Pf. U.* Quicquid erga mancipes, qui thermarum exhibitionem Romae curant, in exercitio compendiisque salinarum[s] scitis priorum principum cautum est *), aeterna sanctione firmamus. *Dat. III. Non. April.*[t] *Treviris*[u], *Valentiniano et Valente Coss.* (365.)[v]

TIT. VI.[x] DE CALCIS COCTORIBUS URBIS ROMAE ET CONSTANTINOPOLITANAE *).

1. *Imp. Constantius A. ad Orfitum Pf. U.* Ex omnibus praediis, quae iam dudum praestationi calcis coeperunt obnoxia attineri, coctoribus calcis per[y] ternas vehes singulae amphorae vini praebeantur, vecturariis vero amphora per bina milia et nongenta[z] pondo calcis. Quin etiam volumus, non personas, sed ipsos fundos titulo huius praestationis adstringi. Vecturarios[a] etiam ex quattuor regionibus[b] trecentos boves praecipimus dari. *Dat. VIII. Kal. April. Eusebio et Hypatio Coss.* (359.)

2. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.* Oratio nostra[c] immunitatem eorum, [d]quos coctio calcis manet, et vecturariorum est evidenter amplexa. Quaecunque igitur extraordinariorum prisca atque inveterata consuetudine huius modi sortis homines antea sunt adepti, nunc quoque ad leniendum opus[e], quod sustinent, publici muneris consequantur. *Dat. VI. Id. Iun. Naissi*[f], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

3. *Iidem AA. ad Volusianum V. C. Vic.*[g] Statum urbis aeternae reformare cupientes ac providere publicorum moenium dignitati, iubemus, ut calcis coctoribus vectoribusque per singulas vehes singuli solidi praebeantur, ex quibus tres partes inferant possessores, quarta ex eius vini pretium[h] sumatur, quod consuevit ex arca vinaria ministràri. Illud addentes, ut non amplius quam terna milia minores vehes annuae postulentur. Huius autem vehationis ita sit ratio partita, ut mile quingenta onera formis, alia sartis tectis annua deputentur, ita ut nulli iudicum seu officiorum excoquendae calcis licentia relinquatur, sub eo statuto, ut, qui in hac[i] usurpatione fuerit, austeritatem vigoris publici ferre cogatur. Hoc autem excepto, a[k] Tarracinensis praestationis

---

Tit. V. Go. huic titulo proxime accedere dicit titulum C. Th. de Mancipibus (XII, 16), c. 4 C. Th. de Exsecutor. (VIII, 8), c. 18 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3), c. 2, 3 C. Th. de Frum. urb. Constant. (XIV, 16), c. un. Cod. Iust. de Pistoribus (XI, 15). — c. 1. Vid. c. 9 C. Th. de Poenis (IX, 40), not. sup. et not. *x*.

Tit. VI. Cassiodorus, Var. VII, 17. — c. 2. De legibus cum hac constitutione coniungendis vid. c. 4 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3), not. sup.

Rein. punctum ponit post *perdituri*. o) Cave ne coniungas *diurna* cum vv. *sublimitas tua*. Construendum est: *Quattuor milia obsoniorum diurna*. Quare in Go. — Ri*. editum est *diurna*, *sublimitas tua*. p) Fol. 342[a] cod. 4.

q) Vid. supra XIV, 1, not. *a*. *) 4 *Constaт̄*, edd. *Constantinop.* Vid. tit. IX, not. *e*. r) Go. et Be. addi volunt nomen *Gratiani A.* Vid. infra not. *v*. s) Go. vituperat eos, qui *silvarum* pro *salinarum* scribi velint. *) Non superest, quod hac de re a prioribus principibus cautum est. t) Vid. c. 9 C. Th. de Poenis cit., not. *x*. u) 4, Cui. 2 — Ri. *Triu.* Til. — Lugd. *Triū.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* v) Go. — Ri*. om. annum, sed addunt Go. et Be. in not. *AA. II.*, i. e. ann. 368. Vid. c. 9 C. Th. de Poenis cit., not. *y*.

x) Vid. supr. XIV. 1, not. *a*. y) Rein. hic et paullo infra pro *per* cj. *propter*. z) 4 *nungēta*. Til. — Lugd. Go. *nungenta*. Vid. c. 3 h. t., not. *o*. a) Recte Go. Be. em. *Vecturariis*. b) Go. in comment. h. c. eorum sententiam reprobat, qui em. *ex quattuor urbis regionibus* vel *suburb.*, neque reponendum esse putat *ex quattuordecim regionibus*. Quosnam doctos intelligat, ignoro. c) Huius orationis a Valentiniano Sen. habitae ad senatum nullum superesse vestigium Go. asserit. d) Fol. 342[b] cod. 4. In ima pag. est signum quaternionis *ME*. e) Go. em. *onus*, verisimiliter quidem, neque vero necessario. f) Cui. 2 — Ri*. *Naisso*. g) Ita 4, edd., i. e. virum clarissimum Vicarium. Docti dubitant de hoc siglo. Alii, inter quos Go. Rein. Corsin. sunt et, nisi me fallit, etiam Be., siglum praefecti urbis reponi iubent, quia Volusianus in nonnullis huius anni legibus Pf. U. appellatur (cf. supra c. un. de Secundo lapsu XI, 32, Chron. constitt. anni 365 et Corsin. l. c. p. 229—234). Praeterea Go. h. c. in Chron. const. bis profert, et anno 365 et, mutata inscriptione: *ad Volusianum Pf. V.*, in serie constitutionum anni 373. Hoc enim anno iterum praefectus urb. fuit. Cf. Corsini *l. c.* et p. 259, qui non neglexit diversas undique inscriptiones colligere. Putat igitur Go. reponendum esse *Pf. urb. it.*, in qua re sibi non constat; nam ad vv. *ad praefecti urbis officium* haec ann.: „Si Volusianus, cui *lex* haec inscribitur, fuisset P. V. dixisset Valentinianus, *ita ut Tuum officium*.“ Tillemontium l. c. T. V, Notes, p. 5, n. XXI. non intelligo. Neque locus, quo data est lex, neque series constitutionum h. t. impediunt, quominus h. c. referatur ad ann. 373 et reponatur *Pf. U. It.* Facile enim scriptura Codicis Theodosiani *PUIT* corrumpi poterat a librariis in *VIC.*, praesertim spectata forma literarum, qualis in codicibus antiquis est. Hoc vero meae cj. obstat, quod non solum prima inscriptionis vv. mutanda sunt in *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.*, sed etiam in subscriptione legendum est *IV. AA. Coss.* h) Ita 4, Til. — Lugd. Go. — Be.; Go. Be. em. *pretio*, quod iam in Cui. 2, 2* editum est, recte. i) Fol. 343[a] cod. 4. k) Go. prop. *Ab hoc autem, excepto Tarr.* ete. Vid. not. sq. l) 4 *canone suggera*, rubro col. additur asteriscus post *canone*. Til. — Lugd. *canone* * *suggera*. Cui. 2 — Be. ut nos, sed in m. Cui. 2, 2* additur asteriscus, quem huc puto referendum esse. Go. haec ann.: „Monstrum vocis: ex qua quid faciendum haud proclive dictu. An *suggera*, vel *suggeria*, pro praestatione χορηγία, ut legamus *suggeraque*, *quae?* *Suggera*, scilicet a suggerendo, pro canone, praebitione, praestatione, collatione, subventione, forte et subvectione: Cuius-

canone suggera[l], quae vetusto praeberi phari[m] ac portus usibus[n] more consuevit. A curialibus vero Tuscis nongentarum[o] vehum, quas inferre per singulos annos cogebantur, sarcinam sub ea conditione praecipimus amoveri, ut, si[p] quando necessitas novi operis exstiterit, id ipsum in notitiam nostram suggestionibus iudicum perferendum[q], quid addendum vel quatenus inferendum sit, nostrae deliberationis moderamine sanciatur. Ex supra dicto autem numero vehationis medietatem, quam sartis tectis iussimus deputari, separatim conveniet adscribi, ita ut praefecti urbis officium ad suam partem hanc curam pertinere cognoscat. *Dat. VIII. Id. Aug. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.*[r] (365.)

4. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Severum Pf. U.*[s] Ut caementorum et calcis in urbe venerabili copiae minime derogetur, quisquis ex his quidpiam sibi[t] deferendum qualibet coelestis indulgentiae definitione contenderit, nihil prorsus accipiat, nisi quod cunctis moenibus fabricationique Romanae superfluere ac redundare[u] constiterit. *Dat. Kal. April. Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

5. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Aetio*[v] *Pf. U.* Omnes fornaces per omne spatium, quod inter amphitheatrum et divi Iuliani portum per litus maris extenditur, tolli praecipimus, propter salubritatem urbis amplissimae et nostrarum[x] aedium vicinitatem, nec ulli in his locis coquendae calcis praeberi[xx] licentiam. *Dat. IV.*[y] *Non. Oct. Constantinopoli, Monaxio*[z] *et Plinta Coss.* (419.)

TIT. VII.[a] DE COLLEGIATIS.[b]

1. *Impp. Arcadius et*[bb] *Honorius AA. Gracccho*[c] *Consulari*[d] *Campaniae.*[e] De retrahendis[f] collegiis[g] vel collegiatis iudices competentes[h] dabunt operam[i], ut ad proprias civitates[k] eos, qui longius abierunt[l], retrahi iubeant[m] cum omnibus, quae eorum erunt[n], ne desiderio[o] rerum suarum[p] loco originario[q] non va-

— c. 4 coniungenda est cum c. un. C. Th. de Consulibus (VI, 6). — c. 5. Cum hac c. incipit P. 38 cod. 3.

Tit. VII. Cod. Iust. XI, 17. C. Th., codd. 3, 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. VII.* Br. Al. eiusque codd. 5—17, 20, 21, 24—40, 42—44, 46, 47, Sich. Aeg. L. R. U. *Tit. I.*, i. e. *un.* De cod. 18 vid. infr. not. *b.* Cf. §. 3. Novell. Valentinian. de Episcopali iudicio (ed. Berol. p. 1348), Novell. Maioriani de Curialibus (ed. Berol. p. 1383). In cod. 20 hic tit. et sequentis lib. XV. titulus de Operibus publicis bis scripti sunt; diversitatem scripturae ita distinxi, ut, nisi quid secundo loco (sec. loco) aut primo loco (prim. loc.) dictum est inveniri, utroque loco codex eandem scripturam habeat. — c. 1. C. Th., codd. edd. Til. — Be. *c.* 1. Br. Al. codd. Sich. Aeg. L. R. U. *c.* 1, i. e. *c. un.* Integra cum interpretatione est in codd. 6—14, 16—18, 20, 21; omnia praeter interpret. desunt in codd. 46, 47; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42—44; sola subscr. in cod. 15.

modi voces hoc aevo plures in usum invectae, veluti, *proba, caballatio,* similesque etiam ex antiquitate repetitae, veluti *exagoga:* vel eodem sensu *suggerieque, quae: suggeries,* ut congeries.“ Be. cj. *suggeret.* An *suggeratur?* Id est: *Hoc autem* (quod vv. *Huius — cogatur* dictum est) *suggeratur, excepto* (et om. *a*) *canone praestationis Tarracinensis, quae — consuevit.* Ceterum cf. Symmachus X, 60. m) 4, Til. — Ri*. *fari.* n) Cui. 2, 2* *visibus.* Rein. em. *usibus.* o) 4, Til. — Ri*. *nungentarum.* Vid. c. 1 h. t., not. *z.* p) Correxi *ut, si,* quod iam Be. proposuit pro *uti;* nam codex 4 habet *utri,* manifesto errore pro *utsi.* Rubro demum col. em. est *uti,* et hoc transiit in edd., neque tamen falsum est. q) Go. prop. *perferatur, ut.* Vulgata scriptura sustineri potest et recte se habet, modo interpungatur post *perferendum,* quod in edd. neglectum est fieri, praeter Aur. Lugd. r) Cui. 2, 2* *AV. Coss.* s) Vid. c. un. cit., not. *a.* t) Fol. 343[b] cod. 4. Til. *ex his, quippiam.* u) 4 *medundare,* rubro col. corr. *redundare.* Infra Aur. Lugd. *Cons.* v) 4, Til. — Ri*. *Aethio.* 3 *Etio.* Cf. Go. in Prosopogr. v. Aëtius ibique Ri. et Amaduzzi l. c. p. 63, not. 4. x) 3 *ut nostrarum,* mendose et improb. Maio. xx) Falso Cui. 2, 2* *praebere.* y) 3 *III.* z) 4, Til. — Lugd. *Monarxio.*

a) Cf. XIV, 1, not. *a.* b) 6 *De Collejatis* cum virgula per inferiorem partem literae *j* traducta. Similiter 7, 16 *De Colleiatis.* Nonn. codd. *De Collegatis.* L. R. U. *De Collegatos.* Errore in cod. 18 scriptum est *Incipit Liber Quindicimus Tit. I. De Operibus Publicis.* Cod. Iust. *De Collegiatis, Et Chartopratis, Et Nummulariis.* bb) Sich. om. *et.* c) Ita 3, 9, 14, Aur. Lugd. et nonnulli mss. apud Go. Similiter 21, Sich. *Gracho.* 4, 6, 7, 10, 15, 18 et plerique secundae classis codices, Til. Cui. 1. Go. — Ri*. *Gracco.* 12, 17, 20, Cui. 2, 2* *Graeco* et 11 *Graece.* 33 *Greaco.* 44 *Grammatico.* Maius: „Apud Scaurum, inquit, in Putsch. p. 2256 negat Varro *Gracchus* adspirandum, quoniam a gerendo sit cognominatus.“ 8 om. *Graccho,* ut ante nonnulli codices *AA.* Ceterum supra multi Br. Al. codd. *Archadius.* d) 20 supra lin. *comi.* 11 *consulibus.* e) 29, 33, 34 *Hispaniarum* et 28, 36, 40 *de Gr. Constantinōpli.* 42 om. *Campaniae.* f) Miror in scriptura *Detrahendis* pro *De retrahendis* codices 3 (qui veri C. Th. fragmenta continet), 6—10, 12, 18, 20, 21 consonare. Etiam Sich. habet *Detrahendis,* impr. Ri. Recte 4 et rell. edd. *De retrahendis;* nam infra dicitur *retrahi iubeant.* g) Reposui *collegiis* pro *collegis* auctoritate codd. 3, 4, quibuscum consentiunt 6, 7, 10, 11, 14, 16, 18, 20, 21. Etiam Sich. Til. *collegiis.* Mox v. *collegiatis* non minus corrupte in codd. scriptum est, quam supra in not. *b* indicatum est. h) 4 *conpetentis,* rubro col. em. *conpetentes.* 11 *cumpetentis.* i) 15 *operam dabunt.* Nonn. codd. *opera.* k) 3 *civitatis.* l) 4 *habierunt,* rubro col. del. *h.* 20 secundo loco *habuerunt.* m) 9, 11, 20 *iubeantur.* n) 3 *sunt.* 20 *erant.* Falso Maius Goth., i. e. Gothofredum malle dicit *erant.* Vid. not. sq. o) 14 *desiderium.* 20 *desideriis.* Maius ad hunc locum: „Item mox Goth. malebat *desideriis* pro *desiderio,* contradicente codice. Omnino his, quae Gothofredus (!) in suis notis criticis vel addit vel demit vel emendat, saepissime adversatur codex. Quare ubi varietatem non scribo, ibi sciat lector codicem cum Cuiacio conspirare et Gothofredi coniecturis contradicere. Ita contingit etiam nonnullis Conringii (vid. tit. IX. h. libri c. 1) emendationibus.“ Clarum est, hic et in aliis Breviarii Al. locis siglum G. Ritterianae editionis (i. e. codicem 20 sive Gothanum) ab illustr. Maio confundi cum Gothofredo. p) In 9 deest *suarum.* q) 11 *loca origina-*

leant attineri[r]. De quorum agnatione haec forma[s] servabitur[t], ut, ubi non est aequale coniugium[u], matrem sequatur agnatio, ubi vero iustum erit[v], patri cedat[x] ingenua[y] successio. *Dat. IX.*[z] *Kal. Iun.*[a] *Mediolano, Caesario et Attico*[b] *Coss.* (397.)

INTERPRETATIO. *Collegiati, si de*[c] *civitatibus suis forte discesserint*[d], *ad civitatis suae officia cum rebus suis vel ad loca, unde discesserunt*[e], *revocentur: de quorum filiis haec servanda conditio est, ut, si de colona vel ancilla nascuntur*[f], *matrem sequatur agnatio; si vero de ingenua et collegiato*[ff], *collegiati nascuntur*[g].

2. *Imppp. Arcadius et Honorius et Theodosius......*[h] Si servus cuiuslibet *in*[i] fuga positus vel[k] quacunque de caussa ad aliam transmigraverit provinciam et in eadem, qua[l] adierit loca, nomen sibi libertatis usurpare praesumpserit, ut sic apud ignotos[m] clarior honorabiliorque agnoscatur; is[n] igitur si repertus fuerit, et dominus eius coram iudicibus de statu personae sententiam promulgaverit, non ibi caussatio audienda erit vel[o] falsa libertas edocenda, sed ubi a petitore domino origo eius obnoxia servituti tenetur[p]. (402 — 408.)

3. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Liberio Pf. P. Post alia:* Collegiatos et vitutiarios[q] et nemesiacos, signiferos, cantabrarios et singularum urbium corporatos simili[r] forma praecipimus revocari. Quibus etiam supplicandi inhibendam facultatem esse censuimus, ne originem, quod fieri non potest, commutare ulla iussio videatur; ac si forte per sacram auctoritatem cognoscitur aliqui liberatus, cessante beneficio[s] ad originem revertatur. *Dat. VI. Kal. Dec. Ravenna, Honorio IX.*[t] *et Theodosio V. AA.*[u] *Coss.* (412.)

TIT. VIII.[v] DE CENTONARIIS ET DENDROPHORIS[x].

1. *Imp. Constantinus A. ad Evagrium Pf. P.* Ad omnes iudices literas dare tuam convenit gravitatem, ut, in quibuscunque oppidis dendrophori fuerint, centonariorum atque fabrorum collegiis[y] annectantur, quoniam haec corpora[z] frequentia hominum multiplicari expediet. *Dat. XIV. Kal. Oct. Naisso. Acc. VIII. Id. Nov. Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.* (315.)

2. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Olybrium*[a] *Pf. U.* [b]Ne quis ex centonariorum corpore subtrahere se possit ad curiam; poena eidem corpori proposita, nisi illico de eius abscessu querelam deposuerit. *Dat. V.*[bb] *Kal. Febr. Treviris*[c], *Valentiniano NB. P. et Victore V. C.*[d] *Coss.* (369.)

— c. 2. Inveni h. c. eodem, quo iam a me editur loco, in cod. 8. Edidit eam ex literis meis Hauboldus in Promulside cit. p. 20 (Opp. T. II, p. 924, ubi ad ipsius codicis imaginem in lapide picta est) et ex Hauboldo Schroeterus (Hermes T. XXV, p. 333). Eam huc non pertinere, docet cod. 3, ubi aeque atque in cod. 4 omittitur, quare neque clar. Schroetero assentior, qui eam partem legis secundae (nunc tertiae) fuisse opinatur; pertinere autem ad sequentium huius libri titulorum aliquem perspicitur vv., quae in cod. 8 extremae c. addita sunt: (*Expl.*) *Lib. XIIII. Incipit Theodosi Lib. XV*, praesertim cum Breviarii scriptores constitutionum et titulorum ordinem servare soliti sint, non evertere. Fateor autem, me divinare non posse, cui titulo inserenda sit; itaque ne omnino in hac Codicis Th. editione deesset, eam eodem, quo inveni loco, recepi. — c. 3. Codd. edd. *c.* 2. De legibus Go. opinione cum h. c. coniungendis vid. supr. XII, 1, 170, not. sup. et not. *s*; certe coniungenda est cum c. 25 C. Th. de Cohortalibus (VIII, 4).

ria. 15 *originali.* 20 *loco originaria*, sec. loc. *loca originalia.* r) 20 *adtinere.* Alii codd. *adteneri.* s) In cod. 11 rasura del. est *um agnatione haec forma.* 4 *De quorū* | fol. 344[a] | *acnatio* et ponitur rubro col. asteriscus post *quorum*, quare Til. ed. *De quorum * ac natio.* 3, 20 *agnitione.* Supr. lin. in cod. 20 add. *actione.* t) 15 *servetur* et om. *ut.* 20 *servetur et.* u) 20 prim. loc. *coniungium.* v) 20 *fuerit.* x) Sich. *succedat.* Til. *sedat.* y) 20 prim. loc. om. *ingenua*, sed add. *ingenuo* supra lin. ante v. *patri.* z) Numerus deest in codd 3, 24, 27, 28, 30, 31, 33—36, 40; 6—15, 17, 18, 20, 21, 39, 42, 43, 44, Sich. *VIII.* a) 28, 36, 40 *Iul.* 20 *Ian.* b) 24 om. *Caesario et.* Nonn. codd. *Tatico* pro *Attico.* 11 om. *Coss.* c) 11 *Collegati si a.* d) 11, Sich. Cui. 1—Lugd. *decesserint.* e) 20 *discesserint*, sed corr. *discesserant*, ut est sec. loc.; Sich. *decesserunt.* f) 20 *de q. f. haec observanda conditio est quod si de colona vel de ancilla nascantur.* ff) Sich. *collegiata.* g) 11 *nascantur.* 20 supr. lin. prim. loc. *s. patrem sequantur.* h) Magistratus nomen et dignitas deest in cod. et ap. Haub. Schro. sine lacunae signo. i) V. *in* deest in cod. Recte eam suppl. Haub. Schro. k) Ita recte Haub. et hic et paullo infra; nam codex habet *ul*, cum virgula traiecta per literam *l*; male Schro. *ut (aut) quacunque.* l) Ita codex. Haub. em. *quae*, prob. Schro.; ceterum Haub. *et in eadem, qua* (l. *quae*) *adierit, loca nomen*, sed Schro. *et in eadem, qua (quae adierit loca), nomen.* m) Codex *dignotos.* n) Codex, edd. *his*; sed in codd. crebro inter se confunduntur *his* et *is.* o) Vid. not. *k* antec. Ceterum codex *aerit* et infra *horigo.* p) In cod. add. (*Expl.*) *Lib. XIIII. Incipit Theodosi Lib. XV. Tit. I.* q) Edidit Go. *vituriarios* et in comm. h. c. improbatis iis, qui em. *Vecturarios, Vitriarios, Vittarios, Butinarios*, varias tentat loco *vitutiariorum* cj.: *Vitturiarios* (id est Victoriarios) vel *Vituriarios* (quod ed.), *Vidumarios, Didumarios.* Rein. videtur em. *fiduciarios.* Nihil mutandum esse intelligitur ex consonantia codicum. Refutatur ea etiam altera Go. cj. *Collegiatos ut et Vitutiarios.* r) Go. *simul*, errore. s) Til. — Cui. 2* *cognoscitur, aliquis* (3, 4, Til. Cui. 1 *aliqui*; rell. edd. *aliquis*) *liberatus cessante.* Iam Rein. veram interpunctionem restituit. Sed Go. — Ri*. *cognoscitur, aliquis lib, ratus cessante.* t) 3 om. *IX.* Vid. supra XIV, 4, 4, not. *y.* u) Go. *AA. V. Coss.* 3 om. *V. AA.*

v) Vid. supra XIV, 1, not. *a.* x) 3, 4, Til. — Ri*. *Dendroforis* et infra *dendrofori.* Go. in comm. cj. *centenariis.* y) Ex cod. 3, qui vero *colligiis.* 4, Til. — Be. om. *collegiis.* Iam Panc. Thes. I, 52, prob. Rein. probabiliter cj. *collegio*, Go. autem *corporibus s. corpora*, improb. Maio, Be. *corporibus.* z) Fol. 344[b] cod. 4. Mox Be. *Naissi.* a) 3 *Impp.* — *Olebrium.* Sed in c. 1 sq. tit. *Olybrium.* b) Be. v. *Praecipimus* vel simile quid excidisse putat, contradicentibus codd. 3, 4. Supplemento non opus est, modo hanc legem particulam maioris constitutionis esse recordemur. bb) Ri*. om. *V.* c) 3, 4, Cui. 2 — Ri. *Triu.* Til. — Lugd. *Triū.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* d) Ex cod. 3; 4, edd. om. *V. C.* Aur. Lugd. *Cons.*

TIT. IX.*) DE STUDIIS LIBERALIBUS URBIS ROMAE ET CONSTANTINOPOLITANAE.[e]

1. *Imppp.*[f] *Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.*[g] *ad Olybrium Pf. U.* Quicunque ad urbem discendi cupiditate veniunt, primitus ad magistrum census provincialium iudicum, a quibus copia est danda veniendi[h], eius modi literas perferant[i], ut oppida hominum[k] et natales et merita[l] expressa teneantur; deinde ut in primo statim profiteantur introitu, quibus potissimum studiis operam navare proponant; tertio ut hospitia eorum sollicite censualium*) norit officium, quo ei rei impertiant curam, quam se[m] asseruerint expetisse. Idem[n] immineant censuales, ut singuli eorum tales se in conventibus praebeant, quales esse debent, qui turpem inhonestamque famam et consociationes, quas[o] proximas putamus esse criminibus, aestiment fugiendas, neve spectacula frequentius adeant, aut appetant vulgo intempestiva convivia[p]. Quin etiam tribuimus potestatem, ut[q], si quis de his non ita in urbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum dignitas poscat, publice verberibus affectus statimque navigio superpositus abiiciatur urbe domumque redeat. His sane, qui sedulo operam professionibus navant, usque ad vicesimum aetatis suae annum Romae liceat commorari; post id vero tempus qui neglexerit sponte remeare[r], sollicitudine praefecturae, etiam impurius[s] ad patriam revertatur. Verum ne haec perfunctorie fortasse curentur, praecelsa sinceritas tua officium censuale commoneat, ut per singulos menses, qui vel unde veniant, quive sint pro ratione temporis[t] ad Africam vel ad ceteras provincias remittendi, brevibus comprehendat, his duntaxat exceptis, qui corporatorum sunt oneribus adiuncti. Similes[u] autem breves etiam ad scrinia mansuetudinis nostrae annis singulis dirigantur, quo, meritis singulorum institutionibusque compertis, utrum quandoque nobis sint necessarii, iudicemus. *Dat. IV. Id. Mart. Treviris*[v], *Valentiniano et Valente III. AA.**) *Coss.* (370.)

2. *Iidem AAA. Clearcho Pf. U.* Antiquarios ad bibliothecae codices componendos vel pro vetustate reparandos quattuor Graecos et tres Latinos scribendi peritos legi iubemus. Quibus de caducis popularibus, et ipsi enim[x] videntur e populo, competentes impertiantur annonae; ad eiusdem bibliothecae custodiam conditionalibus et requirendis et protinus apponendis. *Dat. VIII. Id. Maii Modesto et Arintheo Coss.**) (372.)

3. *Imp. Theodosius A.*[y] *et Valentinianus C.* ......[z] Universos, qui, usurpantes sibi nomina magistrorum, in publicis magistrationibus cellulisque collectos undecunque[a] discipulos circumferre consuerunt[b], ab osten-

---

Tit. IX. Cod. Iust. XI, 18. Cf. supra XIII, 3, not. sup. — c. 1 legitur ap. Baron. ad ann. 370, n. 129; illustravit eam Herm. Conring, Diss. sexta de Antiquitatibus Academicis. Helmst. 1655. (in eiusd. Opp. Brunsvig. 1730. fol. T. V, p. 468). Cf. supr. XIII, 3, 9, not. sup. et not. *y.* — c. 2 coniungenda est cum c. 20 C. Th. de Praetoribus VI, 4) et sec. Go. cum c. 7 C. Th. de Annonis civicis (XIV, 17). Vid. c. 20 cit., not. sup. — c. 3 coniungenda est cum c. ult. C. Th. de Operibus publicis (XV, 1) et sec. Cui. l. c. p. 357, Go. et Till. cum c. un. C. Th. de Professoribus, qui in urbe Constant. docentes ex lege meruerint comitivam (VI, 21), ubi vid. not. sup. Cod. Iust. XI, 18, 1. Totam legem ed. Blondeau, Institutes de l'Empereur Iustinien etc. Tom. II. Paris. 1838. 8. p. 11, solam §phum primam, neque eam quidem integram Baron. in Ann. ann. 425, n. 23. Cf. Vat. fr. §. 149.

---

*) Vid. supra XIV, 1, not. *a.* e) Ita Cod. Iust. 4 *Constp.* Edd. *Constantinop.* f) 3, Til. *Impp.* g) 3 om. *AAA.* Mox Aur. Lugd. *provicialium* et Ri*. *iudicem.* h) 4, edd. ante Be. *veniundi.* 3 et Be. *veniendi.* i) Ita codd. Til. Be.; male Cui. 1 — Ri*. *proferant.* k) Go.: „Est qui tentabat, *oppida, domum:* quo nil opus.“ Recte, neque cod. 3 discrepat a cod. 4. l) 3 om. *et merita.* 4 *expraessa* et infra *publicae,* (em. rubro col.) *perfunctoriae* (em. rubro col.). *) Cui. 2, 2* *sensualium*, em. a Rein. m) Fol. 345[a] cod. 4. n) Miror, codices in hoc verbo inter se consonare, pro quo necessario scribendum est *Item,* quod Go. Be. prop. Minus placet altera Go. cj. *Isdem,* id est *iisdem.* An *Iidem?* Ceterum 3, 4, Til. — Ri*. *expetisse.* Be. *expetiisse.* o) Go.: „Eas quas.“ p) Conring legendum putat *vulgi intempestiva convivia,* obstantibus codd., quorum 3 *conbibia,* crebra literarum permutatione. q) 3 om. *ut.* r) 4, Til. — Ri*. *remeari.* Be. de cj. Go. (qui etiam tentat *remetiri*) ed. *remeare,* recte et consentiente cod. 3. s) Confirmatur codice 3 vulgata scriptura *impurius,* translata ex cod. 4 in edd., quare non opus est cj. Conringii Beckiique, quorum ille *invitus,* hic *immaturius* prop. pro *impurius.* Significat h. v. notae maculam, cum nota et dedecore. t) Cum literis *poris* incipit fol. 345[b] cod. 4. u) 4 *adiunctismiles,* mendose. v) 3, 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* Vid. etiam c. 9 cit., not. *y.* *) 3 *Aug.* Aur. Lugd. *Cons.* x) Ita 3, 4; sed in cod. 4 add. rubro col. asteriscus post *ipsi,* quasi quid exciderit post *ipsi.* Asteriscus repetitur in edd. Til. — Lugd. (*et ipsi * enim*); Cui. autem in Cui. 2, 2* ed. *et ipsi etenim,* quod transiit in Go. — Be. Nihil mutandum est; per tmesin scriptum est *et ipsi enim* pro *etenim ipsi.* *) Aur. Lugd. *Cons.* y) Ita recte 4 (*Imp Theod ā*). Edd. *Impp.* et om. *A.* praeter Til., qui *Impp. Theod. A. et.* Cod. Iust. *Impp. Theod. et Val. AA.* z) Magistratus, ad quem missa est c., deest in edd. et sine lacunae quidem signo ap. Til. — Cui. 2*. Be.; Go. sex, Ri. Ri*. septem puncta ponunt. In Cod. Iust., om. magistratus nomine, scribitur *AA. P. V.* Add. *Constantio Pf. U.* ex c. ult. C. Th. de Oper. publ. (XV, 1) cum hac c. coniungenda. Cui. in Cod. Iust. suppl. *Theophilo P. V.* Et incertum quidem est, utrum ex codice aliquo an de cj. hoc nomen reposuerit, neque vero dubito, quin addiderit ex c. un. C. Th. de Professoribus cit. (Cod. Iust. XII, 15, 1), quam et ipse et Go. cum h. c. coniungi posse affirmant. Ad praefectum urb. Constant. datam esse legem, docent extrema huius c. vv. *assignari faciat tua sublimitas.* Iam vero Constantius nominatur non solum in c. ult. C. Th. cit., verum etiam anno super. *XIII. Kal. Ian.* in c. 12 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6) s. c. ult. Cod. Iust. eod. (I, 28). Rein. consentit cum Cui.; Be. haesitat eligat nomen Constantii an Theophili, sed tamen in not. c. 53 cit. hic loci *Constantium* ex c. 53 supplendum esse concedit. a) Fol. 346[a] cod. 4. b) Ita

tatione vulgari praecipimus amoveri, ita ut, si qui[c] eorum post emissos divinae sanctionis affatus[d], quae prohibemus atque damnamus, iterum forte tentaverit, non solum eius, quam meretur, infamiae notam subeat, verum etiam pellendum se ex ipsa, ubi versatur illicite, urbe[e] cognoscat. Illos vero, qui intra plurimorum domus eadem exercere privatim studia consuerunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, nulla huius modi interminatione prohibemus; sin[f] autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolii auditorium constituti, hi omnibus modis privatarum aedium studia sibi interdicta esse cognoscant, scituri, quod, si adversum coelestia statuta[g] facientes fuerint deprehensi[h], nihil penitus ex illis privilegiis consequentur[i], quae his, qui in Capitolio tantum[ii] docere praecepti sunt, merito deferuntur[k]. §. 1. Habeat igitur auditorium specialiter nostrum in his primum, quos Romanae eloquentiae doctrina commendat, oratores[l] quidem tres numero, decem vero grammaticos[m]; in his etiam, qui facundia Graecitatis[n] pollere noscuntur, quinque numero sint sophistae et grammatici aeque decem. Et quoniam non his artibus tantum adolescentiam gloriosam optamus institui, profundioris[o] quoque scientiae atque doctrinae[p] memoratis magistris sociamus auctores. Unum igitur adiungi ceteris volumus, qui philosophiae arcana rimetur, duo[q] quoque, qui iuris ac legum formulas[r] pandant, ita ut unicuique loca specialiter deputata assignari faciat tua sublimitas, ne discipuli sibi invicem possint obstrepere vel magistri, neve linguarum confusio permixta vel vocum aures quorundam aut mentes a studio[s] literarum avertat. *Dat. III. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. XI. et Valentiniano*[t] *Coss.* (425.)

TIT. X.[u] DE HABITU, QUO UTI OPORTET INTRA URBEM.

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.*[v] *ad Pancratium Pf. U.* Sine exceptione temporis matutini, duntaxat intra moenia constitutus, nullus senatorum habitum sibi vindicet militarem, sed, chlamydis terrore deposito, quieta coloborum[x] ac penularum induat vestimenta. Cum autem vel conventus ordinis candidati coeperit[y] agitari, vel negotium eius sub publica iudicis sessione cognosci, togatum eundem interesse mandamus. §. 1. Officiales quoque, per quos statuta complentur, ac necessaria peraguntur, uti quidem penulis iubemus, verum interiorem vestem admodum cingulis observare[z], ita tamen, ut discoloribus quoque palliis pectore[a] contegentes, conditionis suae necessitatem ex huiusce modi *) agnitione testentur[b]. §. 2. Servos sane omnium, quorum tamen dominos sollicitudine constat militiae non teneri, aut byrrhis[c] uti permittimus aut cucullis[cc]. §. 3. Si quis de senatoribus statuta neglexerit, proprii auctoritate honoris exutus, ingrediendi[d] senatum iam non habeat potestatem; officiales vero, sed et servi, qui pudoris non possunt dispendium sustinere, exsilii *) poenam subire iubeantur: officio censuali viginti librarum auri non immerito dispendii[e] subiugando, si culpam usurpationis huiusce aut dissimulatione suppresserit, aut accepta pretii mercede subtraxerit[f]. *Dat. prid. Id. Ian. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

2. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Populum*[g].

Tit. X. — c. 2 sec. Go. coniungenda est cum c. 1 C. Th. Quibus militantibus ad urbem non liceat accedere (XIV, 11), c. 1 C. Th. de Campo Martio urbis Romae (XIV, 14) et c. 3 C. Th. de Gladiatoribus (XV, 12). Vid. infr. not. *l.*

---

4 et hic et infra; edd. et Cod. Iust. utroque loco *consueverunt.* c) Cod. Iust. *quis* et infra *domos.* d) Ri*. *adfactus*, mendose. e) Go.: „Hac Constantinopolitana.“ Til. — Cui. 2* *ubi v. inlicite urbe, cognoscat.* Go. — Ri*. *ubi v. inlicite, Vrbe, cognoscat.* Infra Ri. *muluerint.* f) 4 *sint*, rubro col. del. *t.* Go. *videntur constituti* interpretatur *sunt constituti.* g) 4 *itauta*, rubro col. corr. *statuta.* Supra Cod. Iust. *adversus.* h) Cod. Iust. *deprehensi fuerint, nil.* i) Cod. Iust. *consequantur.* ii) Cod. Iust. *tantummodo.* k) Cum literis *runtur* incip. fol. 346[b] cod. 4. l) 4 *aeloquentiae doctrinae mandatores*, rubro col. corr. *eloquentiae.* Eodem col. ponitur asteriscus et ante et post v. *mandatores*, et reponitur, deleto v. *mandatores*, sine dubio ex Codice Iust. *commendat oratores*, recte. m) Cod. Iust. *grammaticos vero decem.* n) Cod. Iust. *gravitatis*, sed Hal. *graecanitatis* et alii codd. *facundiam e gravitatis* aut *facundia ac rectitatis*, quae scripturae non multum discrepant a C. Th., quare Cod. Iust. h. l. mendo laborare puto et recte Cui. edidisse *graecitatis.* Cf. Dirksen l. c. p. 513. Mox 4 *sofistae* et infra *philosofiae.* o) Ita Be. auct. Go. ed. ex Cod. Iust.; 4, edd. *profundiores.* p) Til. Cui. 1 *dictrinae*, mendose. q) 4 *duo;* rubro col. reponitur *duos.* Edd. *duos.* r) Cod. Iust. *voluntates*, impr. Go. in not. et in comm. s) 4 *adstudio*, rubro col. corr. *a studio.* t) Add. *Caes.* ut Be. iubet; c. 53 cit. add. *Caes.* Cui. 2, 2* *Theod. V. XI.* (ita Go. quoque) *et Valente*, improb. Go.

u) Vid. supra XIV, 1, not. *a.* v) Fol. 347[a] cod. 4. Ibidem infra *clamidis.* x) 4, Til. — Ri*. *coloborum.* Be. suadente Go. corr. *colobiorum;* utrumque in usu est, etsi *colobiorum* frequentius dicitur. Vid. Go. in comm. h. c. y) 4 *coperit*, a librario corr. *coeperit.* z) Go. Rein. prop. *obserare.* Addit Go.: „Ferri potest haec vox *observare* pro *obserare:* ut alicubi *hoc Codice, ad observandum aditum:* quod quis mutaret vel in *obserare*, vel in *obfirmare.*“ Probo *obserare.* a) Ita 4, Til. — Ri*.; Be. auct. Go. ed. *pectora.* Rein. cj. *pellibus pectora*, v. *pellibus* repetens fortasse ex c. 4 h. t. Recipiendum est *pectora.* *) Cui. 2, 2*. Go. *huiusmodi.* b) Go. *testantur*, err. typ. c) 4, Til. — Ri*. *byrris;* rectius *byrrhis.* cc) 4 *cacullis.* d) Fol. 347[b] cod. 4. *) Ri*. *exitii.* e) Recte Be. em. *dispendiis.* Excidit litera *s* occasione sequentis v. *subiugando.* f) Cui. 2, 2* *subtraherit*, mendose et improb. Go. g) Romanum. h) Seqq. iisdem fere

Usum tzangarum atque bracharum intra urbem venerabilem nemini liceat usurpare. Si quis autem contra hanc sanctionem venire [h] tentaverit, sententia viri illustris Pf. [i] spoliatum [ii] eum omnibus facultatibus tradi in perpetuum exsilium *) praecipimus etc. *Dat.* [k] *PP.* [l] *Romae in foro divi Traiani, Caesario et Attico Coss.* (397.)

3. *Iidem AA. Flaviano Pf. U.* Intra urbem Romam nemo vel ragis [m] vel tzangis [n] utatur. Quod si quisquam post praeceptum nostrae clementiae in hac contumacia [o] perduraverit, prout conditio siverit, [p] coercitus sacra urbe pelletur etc. *Dat. VIII. Id. Iun. Brixiae, Theodoro V. C. Cos.* [q] (399.)

4. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Probiano Pf. U.* Maiores crines, indumenta pellium etiam in servis intra urbem sacratissimam praecipimus inhiberi, nec quisquam posthac impune hunc habitum poterit usurpare. Si quis autem neglexerit nostrae sanctionis vigorem, ingenuus legis laqueos [r] non evitet, servus operi publico vindicabitur. Quod innotescere non solum intra urbem pertimus [s], verum etiam in vicinis regionibus non licere sancimus. *Dat. prid. Id. Dec. Ravenna, D. N. Theodosio A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

TIT. XI. [t] QUIBUS MILITANTIBUS AD URBEM NON LICEAT ACCEDERE.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Populum. Post alia:* Agentes in rebus atque palatinos aliosque milites inferioris militiae, exceptis his, quibus negotium aliquod aut munus fuerit iniunctum, omni penitus arceri urbis venerabilis iubemus accessu, ita ut, si quis nostri edicti auctoritatem violare tentaverit, deportatione plectatur etc. [u] *Dat. et PP. Romae VII. Id. April.* [v], *Caesario et Attico Coss.* (397.)

TIT. XII. [x] DE HONORATORUM VEHICULIS.

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius* [y] *AAA. Nebridio Pf. U.* Omnes honorati [z], seu civilium seu militarium dignitatum [zz], vehiculis dignitatis suae, id est carrucis [a] biiugis intra urbem sacratissimi nominis semper utantur. *Dat. III. Kal. Febr. Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio Coss.* (386.)

TIT. XIII. [b] DE IURE ITALICO URBIS CONSTANTINOPOLITANAE [c].

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Clearchum Pf. U. Constantinopolitanae* [d]. Italici iuris auxilium arbitra aequitate renovamus. Concessi igitur gratia beneficii publicis actibus [e] intimetur et incisa tabulis debita solennitate permaneat. *Dat. prid. Non. Aug. Hieropoli, Valentiniano et Valente AA.* [f] *Coss.* (365?)

Tit. XI. — c. 1. Cf. c. 2 antec. tit., not. sup. et not. *l.*
Tit. XII. — Cod. Iust. XI, 19. — c. 1. Cod. Iust. XI, 19, 1.
Tit. XIII. — Cod. Iust. XI, 20. — c. 1. Cod. Iust. XI, 20, 1 aliis vv. mut. aliis et inscr. una cum subscr. ex c. 45 C. Th. de Episcopis (XVI, 2) receptis. Vid. infr. not. *f.* Bas. LIV, 23, 1.

---

vv. in c. 1 C. Th. de Campo Martio cit. leguntur. i) Intell. *urbi.* Deest etiam in c. 1 cit. ii) Errore Cui. 2, 2* *spoliarum.* *) c. 1 de Campo Mart. cit. *exsilio.* k) Add. *et* ex legibus sec. Go. cum h. c. coniungendis. Idem iubet Be. l) Uti hic om. dies et mensis, ita et in c. 1 de Campo Martio et in c. 3 de Gladiatoribus citt., quarum subscriptionibus Go. ex c. 1 Quibus militantibus cit. addi vult *VII. Id. April.* pariter atque ipsi illi c. 1 Quibus militantibus cit. *in foro divi Traiani*, quae vv. a c. 1 absunt; desunt etiam in c. 3 cit. Si recte se habet Go. cj., necessario quas dixi, leges inter se coniungendae sunt, et ubique subscriptio ita restituenda: *Dat. et PP. Romae in foro divi Traiani VII. Id. April.* etc. Mendose Cui. 2, 2* *Romanae*, sed in Corr. et a Rein. rep. *Romae.* Mox Aur. Lugd. *Cos.* m) Rein. cj. *brachis s. bragis;* alii sec. Go. prop. *ruchis*, quod Graeci vocant ῥοῦχον s. ῥουχίον. Vid. Go. et Ri. in comm. h. c. n) 4, Til. — Ri*. *tzancis.* Vid. c. 2 h. t.; alias scribitur *zangis.* o) 4 *contumachia*, rubro col. emend. *contumacia.* p) Fol. 348 [a] cod. 4. q) Cui. 2, 2*. Go. Ri*. *Coss.* r) 4 *laqueus*, mendose. s) 4 *pertimus*, rubro col. del. *r.* Edd. *petimus.* Go. *petimus* interpretatur iubemus. Mihi videtur librarius mendose scripsisse *pertimus* pro *praecipimus.* Infra Aur. Lugd. *Cons.*

t) Vid. supra XIV, 1, not. *a.* u) Fol. 348 [b] cod. 4 incip. cum subscript. h. c. v) Vid. c. 2 antec. tit., not. *l.*

x) Vid. supra XIV, 1, not. *a.* y) Go. Be. inscr. volunt *Valentinianus, Theodosius et Arcadius;* recte quidem, sed discrepante Cod. Iust., qui consentit cum C. Th. Vid. supra III, 4, 1. z) Sec. Go. nonnulli accipiunt v. *honorati* pro *honorariis.* zz) V. *dignitatum* deest in vulg. Cod. Iust. edd. a) Ri*. *catrucis*, err. In Cod. Iust. om. *biiugis.* Infra Aur. Lugd. *Cons.*

b) Vid. supra XIV, 1, not. *a.* c) Edidi *Constantinopolitanae*, ut est in inscr. h. legis et in titulo decimo sexto h. lib. Rell. *Constantinopol.* Cod. Iust. *De privilegiis urbis Constantinopolitanae.* In inscr. err. Ri. *Valentininianus.* d) Go. vv. *Urbi Constantinopolitanae* ad initium legis transferri vult, motus sine dubio Codice Iust. Bonam sententiam praebet Go. cj., qua recepta alterum siglum *U.* add. est post *Pf.* e) Go. prop. *actis* aut *fastibus.* Mihi probatur *actis.* Ita infr. XIV, 15, 2 *apud acta fateantur.* f) Annus deest ap. Go. — Ri*. In notis h. c. Go. et Be. aut *II.* aut *III.* addi iubent, ut efficiatur annus 368 aut 370. In Chron. interposita est h. c. a Go. legibus anni 370, ubi vid. Pagium l. c. p. XC. Rein. assignat eam anno 373 addito cons. *IV.* numero. In Cod. Iust. appos. inscr. et subscr. c. 45 cit. h. c. ita scripta est: *Impp. Honorius et Theodosius AA. Philippo PP. Illyrici. Urbs Constantinopolitana non solum iuris Italici, sed* (ex c. 45 cit.) *etiam ipsius Romae veteris praerogativa laetetur. Dat. prid. Id. Iul. Eustathio et Agricola Coss.* (421.)

TIT. XIV.[g] DE CAMPO MARTIO URBIS ROMAE.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Populum*[h]. *Post alia:* Eos, qui in campo Martio casas[i] seu tuguria collocare tentaverint[k], sententia viri illustris Pf.[l] spoliatos omnibus facultatibus, tradi in perpetuum exsilio[m] praecipimus etc. *Dat. et PP, Romae*[n] *in foro divi Traiani, Caesario et Attico Coss.* (397.)

TIT. XV.[o] DE CANONE FRUMENTARIO URBIS ROMAE.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.* Ne pessimus panis populi Romani usibus ministretur, sola ducentena[oo] milia modiorum frumenti integri atque intemerati iuxta priscum morem[p] mensores et caudicarii levioribus pretiis pistoribus venundare cogantur. *Dat. VI. Id. Iul.*[q] *Naisso, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

2. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.*[r] *ad Iulianum Pf. annonae.* Nautici apud curatorum[s] vel magistratuum acta fateantur[t], incorruptas se[u] species suscepisse, eorumque, apud quos deponitur ista testatio, praesens adspectus probet, nihil in his esse vitii. Quod eo tempore, quo ad sacrae urbis portum pervenit, praefecturam[v] iugiter observare[x] praeceptum est. *Dat. XVIII. Kal. Iul. Remis, Gratiano A. I.*[y] *et Dagalaipho*[z] *Coss.* (366.)

3. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Senatum*[a]. Certum habetis[aa], patres conscripti, quantum curarum impendimus pro[b] vestris ac populi commodis; ideoque hac lege sancimus, ut, si quid frumenti vel olei[c] urbicarii canonis remissione indultum est speciali beneficio, contra[d] publicum commodum elicita non valeant[e]. §. 1. Urbani etiam usus frumenta, si quando vel fortuna vel ratio in Africa[f] coegerit residere litoribus, attingere nullus audeat, aut, mutatis directoriis, quoquam praeter sacram urbem praescripti ullius innovatione transmittere etc. *Dat. XVII. Kal. Maii Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

4. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.* Improborum petitiones, qui impudentius ausi sunt postulare pensiones aquae molarum, quae urbi venerabili annonas abundantius praestitissent, quinque librarum auri mulcta infligat[g], nisi ab hac petendi importunitate discedant. Illos etiam, qui potestati praefecturae annonariae praesunt, et apparitores, qui iisdem ministeriis obsecundant, par mulcta[h] retineat, si cuiusquam[hh] improbissimi hominis consenserint vel paruerint voluntati. §. 1. Simili[i] autem poena teneantur, qui aliquid ex his horreis cellulisve, quae[ii] intra urbem Romam atque in portu constitutae pistorio iure retinentur, sibimet, tanquam possessione privata, ausi[k] fuerint vindicare. *Dat. prid. Id. April. Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

5. *Iidem AA. Messalae Pf. P.* Neminem patimur in mutando canone urbis Romae nostrae cle-

---

Tit. XIV. — c. 1. Cf. c. 2 C. Th. de Habitu (XIV, 10), not. sup. et not. *l.*

Tit. XV. Cod. Iust. XI, 22. Vid. infr. XV, 1, 12, not. sup. Cf. etiam tit. seq. h. lib. — c. 1. De legibus cum h. c. coniungendis vid. XIV, 3, 4, not. sup. et not. *n*, *q*. — c. 2. Cod. Iust. XI, 22, 1. — c. 3 coniungenda est cum c. 12 et 13 C. Th. de Senatoribus (VI, 2), c. 31 C. Th. de Praetoribus (VI, 4), c. 24 C. Th. de Susceptoribus (XII, 6), c. 27 C. Th. de Naviculariis (XIII, 5), c. 5 C. Th. de Naufragiis (XIII, 9), c. 3 Cod. Iust. Quae res venire non poss. (IV, 40). Cod. Iust. XI, 22, 2 mutil. Bas. LIV, 24, 2. Leunclavius Not. II, 230 (in Thes. Otton. T. III, p. 1551). — c. 4 coniungenda est cum c. un. C. Th. de Pretio panis Ostiensis (XIV, 19). In h. c. incip. P. 34 cod. 3. — c. 5. Vid. c. 30 C. Th. de Annona (XI, 1), not. sup. et not. *f*. Cod. Iust. XI, 22, 3 mut. et conflata ex h. et sq. c. retenta subscr. h. c. Vid. infr. not. *n*. Bas. LIV, 24, 3.

---

g) Vid. supra XIV, 1, not. *a*. h) Romanum. i) 4 *casa*, rubro col. corr. *casas*. k) Vid. c. 2 cit., not. *h*. l) Vid. c. 2 cit., not. *i*. m) Fol. 349[a] cod. 4. c. 2 cit. *exsilium*. n) Vid. c. 2 cit., not. *l*.

o) Vid. supr. XIV, 1, not. *a*. oo) Ri*. *ducenta*. p) 4 *more*, rubro col. em. *morem*. Mox 4 *praetiis*. q) Recte Go. Be. em. *Iun.* Vid. c. 4 cit., not. *q*. Mox Be. *Naissi* et Aur. Lugd. *Cons.* r) Go. Be. inducto nomine *Gratiani* legi volunt *Impp. Valentinianus et Valens AA.*, recte quidem, sed obstante Cod. Iust., qui et in inscr. et in subscr. cum C. Th. omnino convenit. Vid. not. *y*. s) Cod. Iust. *praesidum*, recte impr. Go. in comm. h. c. Deinde Cod. Iust. *aut* pro *vel*. t) Cod. Iust. *confiteantur*. u) *se* deest in Cod. Iust. 4 *incorruptasserespicies;* rubro col. del. *re* et ponitur *e* supra *i* in syll. *spi* v. *spicies*, corr. igitur *incorruptas se species*, recte. An *incorr. sese sp.?* v) 4 *praefectura.* Til. — Ri*. *pervenit praefectura, iugiter.* Sed edid. Be. Codicem Iust. secutus *pervenit, praefecturam iugiter.* Rein. ad v. *praefectura* in m. scribit: *dubiū.* Retinui Be. scripturam. *Praefectura*, id est *praefectus* (annonae, et fortasse in antiquo exemplo scriptum erat *praefectus ann*, ut in inscr. h. c.) sine intermissione temporis hanc professionem nauticorum s. testationem inquirat et species annonarias diligenter observet eo tempore, quo frumentum ad urbis portum pervenit. x) Go.: „*observari.*" y) Go. Be. malunt *Nob. P.* Vid. supr. V, 5, 1, not. *i*, IX, 40, 10, not. *g*, XI, 1, 14, not. *k* et anteced. not. *r*. z) 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. *Dagalaifo.* Aur. Lugd. *Cons.* a) *et Populum* Go. addi vult ex legibus cum h. c. coniungendis et ex Cod. Iust. aa) Ri*. *habeatis.* b) Fol. 349[b] cod. 4. Go. *impendimus* pro *impendamus* scriptum esse dicit; meus vero animus non offenditur indicativo *impendimus.* c) Cum vv. *Si quid frumenti vel hordei* incip. c. 2 Cod. Iust. cit. Go. ann.: „Sed tamen *olei* habuerunt veteres, ut patet quoque ex Luca de Penna, et Graeci quoque habent *ἔλαιον*: Error natus (ut iam notavit Leonclau. *lib. 2. Notat.* p. 359) ex affinitate vocis *olei* et *hordei.*" Cui. ed. *olei.* d) Til. — Cui. 2* et Cui. in Cod. Iust. *indultum est, speciali beneficio contra.* e) Cod. Iust. desin. cum vv. *contra commodum publicum rescripta e. n. val.* f) Non opus esse dicit Go. em. *Africae*, cum mox *residere litoribus* scriptum sit pro *residere in litoribus.* g) Go. Be., quia insolitum est construere *infligere aliquem mulcta*, em. *adfligat* et praeterea Be. *infringat.* h) Ita editum est in Cui. 2 — Be.; 4, Til. — Lugd. *permulta*, mendose. Paullo ante 4, Til. — Ri*. *hisdem.* hh) Ri*. *cuiusdam.* i) Fol. 350[a] cod. 4. ii) Mendose Aur. Lugd *qui.* k) 4

mentiae beneficium postulare. Ideoque evidenti praeceptione consulentes non solum ea rescripta, quae quoquomodo potuerint [l] impetrari, suscipi non sinimus, verum etiam illa vacuari, quae praeteritum quoque tempus elicuit. Ac ne ullus surreptioni patescat [m] aditus, eos, qui posthac commutari sibi canonem in fraudem venerandae urbis poposcerint, ad duplum retinendos esse decernimus [n], ut vetus dispositio suum robur [o] obtineat. *Dat. prid. Non. Sept. Altino* [p], *Theodoro V. C. Cos.* (399.)

6. *Iidem AA. Messalae Pf. P.* Ne deinde facinora impunitate [q] coalescant, evidenti praeceptione decernimus, ut a vicario ceterisque [r] iudicibus, quos ex urbicario canone quicquam usurpasse constiterit [s], in quadruplum praesumpta poscantur, ita ut duplum iudices, duplum eorum officia cogantur inferre. Deinceps autem nisi ab huius modi scelere temperetur, iudices deportationis poena retinendos, primates officiorum capitali supplicio subiugandos, perpeti [t] auctoritate sancimus etc. *Dat. IV. Kal. Oct. Altino*, [u] *Theodoro V. C. Cos.* (399.)

TIT. XVI. [v] DE FRUMENTO URBIS CONSTANTINOPOLITANAE.

1. *Impp. Honorius et* [x] *Theodosius AA. Monaxio Pf. U.* Quingentas auri libras partim a tui culminis indagine, partim amplissimi senatus grata [xx] illatione collectas ad prohibendam famem ita huic titulo consecramus, ut, quicquid super [y] frumentaria comparatione titulus [z] emptionis invenerit, in tribunalibus [a] praefecturae urbanae sub gestorum testificatione [b] pandatur, ut summa collecta et incrementa, quae venundato tritico accesserint, patrum insinuetur examini. Omni adeo [c], quae contra hunc titulum tentabitur, usurpatione cessante, ut nec tuae sedis auctoritate [d], nec cuiquam [e] liceat cuiuscunque vel honestae [f] occasionis obtentu haec perpensa ullo pacto convellere, ne non modo tot sententiarum violare munimina videatur, sed et familiari dispendio quatiatur, et id, quod ex hac auri quantitate decerpserit, geminatum arcae frumentariae inferat. Si quis autem privatim ad usus proprios intra urbem amplissimam frumentum comparare voluerit, habeat licentiam coemendi. *Dat. VI. Kal. Maii Constantinopoli, Honorio VIII. et Theodosio III. AA.* [g] *Coss.* (409.)

2. *Iidem AA. Urso Pf. U.* [h] Nulli, ne divinae quidem domui [i] nostrae, frumentum de horreis publicis pro annona penitus praebeatur, sed integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda. Ita enim debet canon ab inclytae memoriae Constantino praestitutus [k], nec non a divo pietatis meae avo [l] auctus [m] expendi, [n] quoniam crescit inopia, si frumento, quod pro annona tribuitur, ad usus alios

---

— c. 6 coniungenda est cum c. 7 C. Th. de Officio proconsulis (I, 12) et c. 15 C. Th. de Exactionibus (XI, 7). De Cod. Iust. vid. c. 5 h. t., not. sup. et not. *n*.

Tit. XVI. Cod. Iust. XI, 23. Cf. tit. anteced. h. lib. — c. 1. Cf. supr. XI, 15, not. sup. — c. 2. Cod. Iust. XI, 23, 1. Bas. LIV, 25, 1. Baron. ad ann. 330, n. 11. Cf. supr. XIV, 5, not. sup. H. c. transferri Go. vult in tit. sq.

---

ausus, rubro col. corr. *ausi*. l) Be. *potuerunt*, err. typ. m) *potescat*, rubro col. em. *patescat*. n) In Cod. Iust. c. 5 et 6 h. t. ita conflatae et mutatae sunt: *Neminem — postulare, sed etiam ea rescripta quae quoquo modo potuerint impetrari, suscipi non sinimus: eos vero qui contra haec fecerint, in duplum retinendos esse decernimus.* (Sqq. ex c. 6 h. t.) *Vicarios, quinetiam ceteros iudices, nisi deinceps ab usurpatione urbicarii canonis abstineant, deportationis poena detineri: primates officiorum capitali supplicio subiugari perpetua auctoritate sancimus*, et seq. subscr. c. 5. Go. ad v. *retinendos* ann.: „In posterum." o) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Go. *robor*. 3, Aur. Lugd. Ri. — Be. *robur*. p) Be. *Altini*. Aur. Lugd. *Conss.* 3 *Coss.* q) Ex cod. 3, prob. W., qui addit: „quam lectionem, a nescio quo propositam, aversabatur Gothofr." Ipse Go. prop. et abiecit eam. 4, edd. *inpunita*. r) Fol. 350 [b] cod. 4, in cuius imo margine est signum quaternionis *M*ϛ. s) 3 *constetirit*, ut alibi. t) 3 *perpeti*. Perpeti, i. e. perpetua. u) Be. *Altini*. In Cui. 2 — Ri*. add. *et*, recte improb. Go. et del. a Be. Mox 3, Aur. Lugd. *Conss.* et Ri*. *Coss.*

v) Vid. supr. XIV, 1, not. *a*. In Aur. Lugd. vv. *Tit. XVI. — Pf. U.* bis edita sunt. x) Ri*. om. *et*. xx) Err. Go. *gratia*. y) 3 *supra*. z) Aur. Lugd. *titulis*, mendose et impr. W. a) Go.: „In *tribunalIus: in tribunali Illius*." Sed etiam 3 habet *tribunalibus*. b) Ita 3, Go. — Be.; 4, Til. Cui. 1 *subgestorum* (cohaerent et hic, ut aliis in locis cod. 4 verba *sub* et *gestorum*, quae corrector dividere omisit) *testificatio*. Aur. Lugd. *suggestorum testificatio*, impr. W. Cui. tacite em. v. *testificatio* in *testificatione*, ed. in Cui. 2, 2* *subgestorum testificatione*. Denique Go. separata praepos. *sub* a v. *gestorum* veram rest. scripturam a Ri. Ri*. Be. receptam et cod. 3 confirmatam. Vid. c. 3 h. t. c) 4 *omnia* ‖ fol. 351 [a] ‖ *deeo*, in quo latet vera scriptura a me ex cod. 3 restituta et iam antea a Go. Be. proposita, pro *omni de eo*, quod in edd. est. Etiam W. prob. *Omni adeo*. Be. prop. etiam *ideo*. Mendose paullo ante 3 *insenuitur* pro *insinuetur*. Go. videtur malle *insinuentur*. d) 3 *auctoritati*. Etsi sequitur *nec cuiquam*, tamen tueor scripturam vulg. *auctoritate*. Intelliguntur his vv. officiales praefecti urbis, neque vero ipse praefectus. e) Go.: „Alii scilicet." f) 4 *honestate*, rubro col. *t* syll. *te* deletur. Idem codex *occansionis*. g) 3 om. *AA*. Vid. supr. XIV, 7, 3, not. *t* et *u*, XIV, 9, 1, not. g. h) 3 *PP.*, recte impr. W. Cod. Iust. ipsa imperatorum nomina habet. i) Go. vult *domus;* Cod. Iust. etiam Bas. et cod. 3 tuentur vulgatam scripturam ex cod. 4 receptam. Infra sequitur *domibus*. k) Cf. c. 9, 10, 12 sq. tit. Zosimus II, 32. Auctor Chron. Alexandrini ed. Raderi pag. 666, 667. Socrates II, 13. Sozomenus III, 7. Suidas v. *παλατῖνοι*. Cod. Iust. *praestitus*, impr. W. in Opp. p. 207. l) Theodosio M. Et Cod. Iust. quidem add. *Theodosio*. m) 4 *actus*, a librario corr. *auctus*, recte et consentient. cod. 3 et Cod. Iust. n)

deputato, cogantur sibi[o] de publico[p] emere, quae aliis vendere potuissent. *Dat. X. Kal. Aug. Constantinopoli, Theodosio*[q] *A. VII. et Palladio Coss.* (416.)

3. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Leontio Pf. U.* Sexcentarum[r] undecim auri librarum[s] quantitas ad coemptionem frumentariam sit perpetuo dedicata. Nec liceat cuiquam postea administratione urbicariae potestatis percepta aliquid ex memorata summa minuere[t] vel ad quoscunque alios usus convertere; sed sub gestorum testificatione certum fiat, et quod mancipibus mutui nomine datum est, et quod ab iisdem[u] sit, excepta omni concussione, solvendum. Eum autem, qui hanc formam ausus fuerit inquietare[v], quantitatem, in qua suam calliditatem exercuerit, in duplum redhibere iubemus; et[x] quicquid ex praedicta ratione accreverit, ad cumulum memoratae auri quantitatis[y] et frumentarii[z] tituli fomitem redundare, legisque huius tenorem aeneis tabulis incidi. *Dat. V. Kal. Dec. Constantinopoli, Ariovindo et Aspare*[a] *Coss.* (434.)

TIT. XVII.[b] DE ANNONIS CIVICIS[c] ET PANE GRADILI.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. Iovio*[d] *Pf. U.* Quia comperimus, nonnullos[e] venditis aedibus panes earum[f] penes se retinere, nulli liceat, ut[g] aedes sequantur annonae. Sane si qui ex huius modi titulo caduci sint[h] panes, fisci viribus vindicentur[i]. *Dat. VI.*[k] *Kal. April.*[l] *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

2. *Iidem AA.*[m] *ad Mamertinum Pf. P.* Panis gradilis in alium gradum translatio inhibeatur[n], et cognoscat officium Pf. annonae, severissima sibi imminere supplicia, si ulterius translationem per gradus permiserit commutari. *Dat. V. Id. Dec.*[o] *Naissi, divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

3. *Iidem AA. ad Maximum*[p] *Pf. annonae.* Universi panem gradilem de gradibus adipiscantur, neque cuiquam haec aut deferatur gratia, aut imponatur iniuria, ut de pistrino accipiat. Omni igitur studio hoc curabit officium sinceritatis tuae, [qq] ut, quaecunque

— c. 3. Cod. Iust. XI, 23, 2. Bas. LIV, 25, 2. Cf. supr. XI, 15, not. sup. et XIV, 5, not. sup.
Tit. XVII. Cod. Iust. XI, 24. Cf. supra XIV, 16, 2, not. sup. — c. 1. In h. c. incip. P. 37 cod. 3. — c. 3 et 4 h. t. Go. inter se coniungendas esse putat. Die quidem videntur concinere (vid. infr. not. *s*), magistratibus autem, ad quos datae sunt, inter se differunt.

Fol. 351[b] cod. 4. o) 4 *si frumento quod pro annona tribuitur ad usus alios deputatogentur sibi*; eadem fere est scriptura cod. 3, qui sic: *si frumento quod pro annona tribuitur ad usus alios deputato cogentur sibi.* Discrepant codices inter se sola syllaba *co* v. *cogentur*, quae in cod. 4 occasione repetitae literae *o* excidit. Novissimus corrector cod. 4 cum offendens in contractione *deputatogentur*, ante v. *sibi* ex Cod. Iust. rubr. col. adscripsisset *deputata cognoscantur. Cogentur enim*, hic locus ex cod. 4 in edd. Til. — Ri*. ita transscriptus est: *si frumento, quod pro annona tribuitur, ad usos alios deputata cognoscantur. Cogentur enim sibi*, corrupte et impr. Go. Be. W. (etiam Maio, qui in cod. 3 recte omitti dicit v. *cognoscantur*); a Be. autem, cuius coniecturae auctor est Go., ex Cod. Iust. ita editus: *frumenta, quae — tribuuntur — deputata cognoscantur. Cogentur enim* (si frumenta, quae pro annona tribuuntur, ad usus alios deputata cognoscantur. Cogentur enim sibi). Recte igitur W. non solum vv. *cognoscantur* et *enim*, quae non comparent nisi in edd., ex c. 1 Cod. Iust. h. t. huc antiquitus relata esse arbitratur, sed etiam structuram orationis se nescire dicit qua de caussa Tribonianus immutaverit. Quae cum ita sint, restitui cod. 3 scripturam Mai. et W. probatam, qua locus sanatus est. p) 4 *pubico*, ab ant. man. add. *l* supr. *b*. Til. *emerere*. Cod. Iust. *de publico sibi*. q) 4, Til. — Ri*. *Theodoro*. Go. Rein. corr. *Theodosio*; hoc repos. Be., prob. W., recte; consentiunt cod. 3 et Cod. Iust. Sed mendose 3 add. *u. c.* (viro clariss.). r) 3 et Be. *Sexcentarum*. 4 et rell. edd. *Sescentarum*, leniore, inquit W., pronuntiatione. s) 3 *librarum auri*. t) In Cod. Iust. c. 2 cit. ita incipit: *Auri statuta quantitas ad coëmptionem frumentariam perpetuo sit dedicata: nec liceat cuiquam post* (ita pro *postea* etiam cod. 3) *administrationem urbicariae potestatis perceptam* (sed Cui. *postea administratione — percepta*), *aliquid ex eadem summa minuere*. Cf. Dirksen l. c. p. 513. Nimium sibi indulget W., si propter v. *post*, quod cod. 3 habere dixi, etiam in C. Th. scriptum fuisse opinatur *post administrationem — perceptam;* nam neuter codex assentitur W. u) Be. Cod. Iust. *iisdem*. Codd. Til. — Ri*. *hisdem*. 3 om. *sit*, mendose et improb. W. v) 4 *inquitare*, a libr. corr. *inquietare*. Cod. Iust. *inquinare*, sed Cui. ut C. Th. x) Be. prop. *sed*, sed in utroque cod. est *et*, etiam in Cod. Iust. y) 3 *quantitas*, unde W. fuisse putat *memorata;* verum codices inter se non discrepant. Cod. Iust. *ad cumulum eiusdem auri quantitatis, et frumentarii tituli firmiter* (Cui. *fomitem*) *redundare* etc. z) Cum literis *mentarii* incip. fol. 352[a] cod. 4. a) 3, 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. *Ariobindo*, Be. *Areobindo* et 4, Til. — Lugd. *Aspere*, mendose.

b) Vid. supr. XIV, 1, not. *a*. c) Cod. Iust. *De Annonis Civilibus* et om. *Et Pane Gradili.* d) Rein. cj. *Ceionio*. e) 4 *nonnullo*, rubro col. add. *s* (nonnullos). f) 3 *eorum*, mendose et impr. W. g) Go. prop. *nulli id liceat, at*, etiam Be. vult *at* et Rein. *liceat retinere, sed*. Cum codices inter se consentiant, quamquam oratio impedita est, non puto quicquam mutandum esse. Construendum: *nulli liceat*, sc. *panes penes se retinere, ita ut aedes sequantur annonae*. Rationem igitur iniicit v. *ut*, cur nulli hoc licere velint, videlicet, ut quod iam antea constitutum erat, in posterum valeat, aedes ut sequantur annonae. h) 3 *sunt*. i) Go. *vindicetur*. k) Go. Be. malunt *IV.*, quia V. Kal. demum Valens socius imperii renuntiatus est. Quid habeat cod. 3, hac de caussa dici nequit, quia, ut alibi, ita hic quoque numerus videtur minio succo scriptus fuisse et postea evanuisse. Vid. supra XIV, 4, 4, not. *y*. l) In Chron. Go. add. iubet *Constantinopoli*. Aur. Lugd. *Cons.* m) *AA.* om. in cod. 3. n) 3 *inhibeatur*. 4, edd. *inhibetur*. Iam Go. prop. *inhibeatur*, confessus servari posse *inhibetur*. o) Quia mense Decembr. Valentinianus Naissi non fuit, Go. prop. *Iun.* Cui. 2, 2* *Naisso*. p) Ri*. *Maximus*. Go. Rein. h. et c. 6 h. t. requirunt *Maximinum*. Go. in Chron. *Maximum* et em. *Maximinum*. Cf. etiam supra IX, 6, 2, not. *z* et Go. ad IX, 19, 4, not. *h*. q) Fol. 352[b] cod. 4. qq) An *ex?* Supra *de gradibus*.

illa sunt, quae diurna pistores alimentis popularibus praebent, omnia ea[qq] gradibus distribuant, non ex officinarum conductoribus[r] promant. *PP. die*[s] *Non. April. Valentiniano et Valente AA. Coss.*[t] (365.)

4. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Ne quid super gradili pane fraudis oriretur, iussimus, omne illud, quod populo penditur, palam in gradibus, non clam a pistoribus ministrari. *PP. prid. Non. April. Valentiniano et Valente AA. Coss.*[u] (365.)

5. *Iidem AAA.*[v] *ad Populum.* Cives Romanos[x], qui in viginti panibus sordidis[xx], qui nunc dicuntur ardiniensis[y], quinquaginta uncias[z] comparabat, triginta et sex uncias in bucellis sex mundis sine pretio consequatur, ita ut ius in his nullus habeat officialis, nullus servus, nemo, qui aedificiorum percipiat panem. Quorum si quis se aliqua ratione fortasse immerserit, acquisito pane privabitur, proprium nihilo minus perditurus, aut dabit pro conditione supplicium;[a] eo, qui commissam detulit[b] fraudem, et emptoris panes et venditoris habituro. Popularibus enim, quibus non est aliunde solatium, quibus idem panis hodieque distrahitur, et eorum successoribus clementia nostra deputabit[c], in quo nunc emitur loco, propriis gradibus erogandum. Quibus titulus[d] figendus est aeneus, in quem et panis modus et percipientis[e] nomen debebit incidi. Et si ad tantum[f] alicuius temeritas eruperit, ut aut per se aut per aliquem suorum sibi quolibet modo ius panis istius atque aereae tabulae suum voluerit nomen inserere, supra dictis conditionibus[g] subiacebit. *PP. Romae Kal. Aug., Valentiniano NB. P. et Victore*[h] *Coss.* (369.)

6. *Iidem AA.*[i] *ad Maximum*[k] *Pf. annonae.* Si quis unquam actor, procurator servusve senatoris usurpatum gradilem, gratificante aut vendente scriba vel etiam consentiente, perceperit, subiiciatur eculei quaestioni[kk]. Ac si eundem patuerit temeritate propria atque ignorante domino de perceptione[l] panis illicite transegisse, ipse sub vinculis pistrino, quod fraudabat, inserviat; si vero senatoris[m] culpa id fuisse[n] constiterit, domus eius fisci viribus aggregetur. Ex aliis quoque, si quis rei familiaris facultatibus praeditus designatum crimen admiserit, cum his, quae habet, pistrini exercitio subiugetur. Si quis etiam pauperrimus rerum erit, cogetur exhibere operariam servitutem. In scribas vero, quos constiterit nefas vetitum perpetrasse, vindex legum gladius exseratur. *Dat. XIV. Kal. April. Treviris*[o], *Valentiniano et Valente*[p] *Coss.* (370?)

7. *Iidem AAA.*[pp] *Clearcho Pf. U.* Vendendi de reliquo popularibus annonam consuetudinem derogamus, ut huius modi celebrata venditio omni careat firmitate. Verum si quis urbe abeundum esse crediderit, panes ceteraque, quae percipit, in horreorum conditis reserventur, poscentibus iuxta legem eiusdem ordinis hominibus deferenda. Quin[q] lege proposita,[r] etiam quae fuerint fortasse distractae[rr], ad originem propriam iusque revocamus, si quidem iustum est, ut in perpetuum

---

— c. 4. Vid. c. 3 h. t., not. sup. — c. 6. Cf. supra X, 19, 7, not. sup. — c. 7 quibuscum legibus coniungenda sit, vid. c. 20 C. Th. de Praetoribus (VI, 4), not. sup.

---

r) Go. em. *conditoriis.* Melius Rein. ex c. 7 h. t. *conditis.* s) Sine dubio mendose pro *prid.*, ut in c. 4, quod iam Go. Be. monuerunt. t) Go. — Ri*. om. annum. Go. enim h. et sq. c. refert ad ann. 368 (*AA. II.*) et praeterea in Chron. (ubi bis prolatae sunt, et ad ann. 365 et 368) ad ann. 370 (*AA. III.*). Tamen in comm. c. 4 temere mutandum esse ipse negat. Aur. Lugd. *Cons.* u) Go. — Ri*. om. annum. Cf. not. *t* antec. v) Ita 4 (*Id āāā*). Edd. *AA.* Sed Go. Be. huic et sqq. duabus constt. *Gratiani A.* nomen addi volunt iam dudum ad imperium adsciti, recte. Scribendum igitur hic est, quod iam cod. 4 scriptura innuit, *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus* et in c. 6 h. t. *Iidem AAA.*, ut factum est in c. 7 h. t. Cf. supra XIII, 11, 11, not. *l* et XIII, 3, 7, not. *b.* x) Go. Rein. Be. em. *Civis Romanus*, recte. xx) Ri*. om. *sordidis.* y) Go. postquam diversa in comm. tentavit, *Ardynienses*, *Ardanienses*, *Sardinienses* s. *Sardienses* panes, in notis h. c. *Ardinienses* vel potius *Sardinienses* legi vult. Rein. prop. *Sardinienses* et Be. *Ardinienses.* Samuel Petitus in Comm. ad Leges Atticas lib. IV, tit. ult. p. 385, 386 substituit *ordei, mensis*, id est, *miliarensi et semis*, quasi indicentur viginti panes hordeacei sordidi, quibus nihil ademptum esset, non cribro decussi, in quinquaginta unciis miliarensi et dimidio empti. Qua cj. reiecta (et a Go. validis argumentis reprobata) in Observatt. II, 11 v. *Ardinienses* non ab imperatore, sed ab Aniano, qui Codicem Theodosianum compilaverit (!), ab *Ardi* voce Gothica formatam esse iudicat, quae sua aetate apud Tholosates quadrinus, seu quarta pars assis esset. *Ardinienses* igitur scriptum esse, quia singuli venirent singulis *Ardinis* sive quadrantibus, quod iustum fuisset pretium panum, singulorum (nam in XX panibus comparassent uncias quinquaginta) scilicet quinque semunciae. Supersedeo refutare, quod iam Go. refutavit. Sine dubio h. v. in mendo cubat, sed cum in hoc solo loco reperiatur, omnis cj. lubrica est. z) Ri. Ri*. et hic et paullo infra *unicas.* a) Fol. 353[a] cod. 4. b) Go. pro *detulerit* accipit. c) Ita 4, edd.; Be. auct. Go. vult em. *deputavit*, recte. d) Aur. Lugd. *titulis*, mendose. e) 4 *percipientes*, rubro col. corr. *percipientis.* f) Go. pro *in tantum* habet. g) Go. videtur velle *condemnationibus.* h) Aur. Lugd. *Cons.* i) Vid. c. 5 h. t., not. *v.* k) Vid. c. 3 h. t., not. *p.* kk) 4 *subiciatur aeculei* (*aeculei* etiam Til. Cui. 1). Aur. Lugd. *questioni.* l) Fol. 353[b] cod. 4. m) 4 *senatores*, rubro col. corr. *senatoris.* n) Go.: „Et fecisse." o) 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* p) Go. — Be. om. annum. Vid. c. 7 cit., not. *x* et c. 3 h. t., not. *t.* Vales. h. c. retulit ad ann. 368. Go. in Chron. ann. 370 et Be. eam ad annum 368 vel potius, ut ne constitutionum ordo evertatur, ad annum 370 referendam esse putant; recte et prob. Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 12, n. XLI. Scribendum igitur est: *Valentiniano et Valente AA. III. Coss.* Ceterum Go. sibi non constat; nam in Chron. ann. 365 addit: „Ad hunc etiam annum refero — L. 6 C. Th. *de annon. civic.*" pp) Cf. c. 5 h. t., not. *v.* q) 4, Til. *qui in*, male, etsi sequitur *revocamus.* Natus est error ex protracta pronuntiatione v. *quin.* r) Fol. 354[a] cod. 4. rr) Intellig. *annonae*, nisi mavis

suum quisque detineat, et per succedaneas vices proprius ordo teneat, ut palatinus palatini, miles[s] vero militaris, popularem annonam popularis exposcat, nec alterum[t] alterius sibi expetens diversorum ordinum valeat miscere rationem. *Dat. VIII. Kal.*[u] *Maii Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

8. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Restituto*[v] *Pf. U.* Si quis ex schola defecerit mortemque obierit, non ab alio corpore vacantes flagitentur annonae, sed ipsis scholis cessurae dividendaeque perdurent. *Dat. prid. Id. Iul. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

9. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Proculo Pf. U. Constantinopolitanae.*[x] Annonas civicas in urbe Constantinopolitana scholae scutariorum[y] et scutariorum clibanariorum divi Constantini asseruntur liberalitate[z] meruisse. [a] Quarum ex magna parte imminutio facta perhibetur, quod alii eas putarunt tanquam proprias distrahendas, alii per successionum gradus hereditarium ius venire[aa]. Sublimis igitur eminentia tua omnes eas, quas quoquomodo alienatas fuisse repererit, his scholis, quibus donatae ac deputatae sunt, amota omni reluctatione restituet, habere enim debent earum perpetuitatem, quarum meruere compendium. *Dat. VII.* *) *Kal. Aug. Romae, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

10. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA.*[b] *Proculo Pf. U.* Annonas civicas[c] non tam titulis dignitatum, quam singulorum viritim[cc] meritis attributas, divi Constantini *) liberalitate sat[d] claruit. Ideoque nihil ex his scholarum nomine vindicetur, sed pro uniuscuiusque merito quae sunt concessa, serventur, ut, quicunque perceptarum annonarum emolumenta vel in heredes proprios iure sanguinis transfuderunt vel in extraneos distractionis[e] titulo transscripserunt, maneat, quod gestum est vel hereditatis merito vel venditionis[f] arbitrio. *Dat. VII. Kal. Iul. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.* (392.)

11. *Iidem*[ff] *AAA. Aureliano Pf. U.* Annonas civicas ad hoc militaribus viris beneficium divale distribuit, ut, qui emolumenta perciperent, aedificandi studio magnitudinem urbis augerent. Ac proinde, ne frustra deputatis commodis perfruantur, quorum ope incrementa moenium non iuvantur, id super his annonis, quae scholis erogari solent, servandum est, ut hi tantum, qui domus habent, deputata[g] suo nomini commoda consequantur, aliae retractatae[h] atque in suspenso habitae nostrae[hh] munificentiae reserventur, his tantummodo, etiamsi[i] liberalitas sacra exstiterit, deputandae, qui ex numero militarium virorum annonas pro exstructis domibus beneficio[ii] nostrae annotationis acceperint, ut et parata sui munera habeat largitas, [k] et superfluis necessitas non gravetur. *Dat. VI. Kal. Maii*[l] *Constantinopoli, D. N. Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

12. *Iidem AAA. Aureliano* *) *Pf. U.* Si quae speciatim annonae domus in hac urbe habentibus divae memoriae **) Constantini[m] vel Constantii[n] largitates[o] concessae sunt, atque in heredes proprios iure successionis vel in extraneos venditionis titulo transierunt, erogatione solita ministrentur, etsi quae scholarum nomine defenduntur. Illustris igitur magnificentia tua et hanc super his formam custodire debebit. Si quae vero ad arbitrium Proculi[oo] datae nobis nescientibus erogantur, et retrahere eas illico et revocare debebit[p]. *Dat.*

— c. 8. Vid. c. 10 h. t., not. sup. — c. 9. Vid. infra XV, 1, 25, not. sup. et c. 10 h. t., not. sup. — c. 10. Cod. Iust. XI, 24, 1. Cui. ad c. 1 Cod. Iust. cit. l. c. p. 359 sq. Baron. ad ann. 330, n. 10. Hac c. abrogantur c. 8 et 9 h. tit. — c. 11. De legibus cum h. c. sec. Go. coniungendis vid. supr. c. 26 de Praetoribus (VI, 4), not. sup., c. 132 de Decurionibus (XII, 1), not. *o* et infra not. *l*. Baron. l. c.

distracta. Vid. c. 11 h. t. *annonis — ut — commoda consequantur, aliae retractatae* etc. s) 4 *milites*, mendose (*palatinus — miles — popularis exposcat*). t) Rein. em. *alter*, non male. Petav. in Themist. Orat. 4 pag. 558 cj. *nec alterius alter ius*, improb. Go., qui *alterum* hic dici adiungit ut supra *suum quisque*. Neque emend. *alteram*, sc. annonam. u) Scrib. *Id.* Vid. c. 20 cit., not. sup. Infra Aur. Lugd. *Cons.* v) 4 *Restuto*, err. Vid. supr. VI, 7, 2, not. *r*, VI, 9, 2, not. *t*, XI, 7, 7, not. *k*. x) Vid. supr. XIV, 13, 1, not. *c*, *d*. y) Rein. *sagittariorum* addit. Vid. Vales. ad Ammian. Marcell. lib. XIV, pag. 33. z) Ita 4. Til. — Ri*. *liberalitatem*, mendose. Litera *m*, quae sequitur, caussa erroris est. Iam vero Be. ex c. seq. h. t. recte rest. *liberalitate*. Vid. etiam c. 12, 14 h. t. Cf. c. 2 antec. tit., not. *k*. a) Fol. 354[b] cod. 4. aa) scil. putarunt. Cui. 2, 2* *venite*. *) c. 25 cit. *XVI. Kal.* b) Go. Be. tollunt Honorii nomen, anno sq. demum ad imperium adsciti. Cod. Iust. consentit cum C. Th.; quare nil muto. c) Cod. Iust. *Annonas publicas*. cc) Cod. Iust. *virorum*, improb. Cui. l. c. pag. 360 et Go. *) Cf. c. 2 antec. tit., not. *k*. d) 4 *sad*, rubro col. corr. *sat*. Cod. Iust. *satis*. Aur. Lud. *claruerit*. e) 4 *distractiones*, rubro col. corr. *distractionis*. Cum literis *ctionis* incip. fol. 355[a] cod. 4. Vid. c. 12 h. t. *in heredes — transierunt*. f) Cod. Iust. *alienationis*. ff) Recte se habent hi imperatores. Cf. not. *b* anteced. g) 4 *deputatas*, rubro col. del. *s*. Paullo ante 4, Til. — Ri*. *hii*. h) Go. prop. *retractae*. Aur. Lugd. *alia*. Vid. c. 7 h. t., not. *rr*. hh) 4 *nos* | *munificentiae;* excidit igitur syll. *trae* v. *nostrae*. i) Til. — Cui. 2* *his tantummodo etiam, si*, improb. Go. Atque Rein. *his tantummodo, etiam si* emend. ii) Ri. *benenefícío* et Ri*. om. *nostrae*. k) Fol. 355[b] cod. 4. l) Scrib. *Dat. III. Kal. Mart.*, si cui coniungenda videtur h. c. cum legibus, quibuscum eam Go. coniungi vult. Vid. tamen c. 132 cit., not. *o*. Err. Go. *Theod. A. II.* *) Ri*. *Aurelianum*. **) Cui. 1 — Lugd. *memorae*. m) Vid. c. 2 antec. tit., not. *k*. n) Huius legis Constantii alibi nulla fit mentio. o) Go. Rein. Be. em. *largitate*. In promptu est emend. *largitate*. Cf. c. 11 h. t. *habeat largitas*. oo) Vid. c. 9, 10 h. t. p) Rein. *debebis*. Supra *custodire debebit*, sc.

XII. Kal. Dec. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss. (393.)

13. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Africano Pf. U.* Eos, quos[pp] in hac urbe domos non habere cognoveris, annonis novis[q], quolibet titulo acceptis, privari tua magnitudo praecipiet, nec ullis emolumentis civicis adiuvari[r]. Neque enim[s] fas est, ut, qui urbis affectum[t] domus indicio monstrare neglexerint, eius commodis perfruantur. Sin vero quisquam est, qui se aedes spondeat habiturum, nisi intra sex menses instruxerit, nequaquam publicarum annonarum modum potiatur[u]. *PP. III. Kal. Aug.*[v] *Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

14. *Iidem AAA.*[x] *Clearcho Pf. U.* Inclytae recordationis pater clementiae nostrae post solitum canonem, qui urbi augustissimi nominis praebetur, certum annonarum modum de novo canone[y] addendum esse constituit. Et quia nonnullos absque liberalitate nostra ex ea quantitate annonas consequi compertum est, magnificentia tua nulli ex eo modo annonam faciat ministrari[z], qui vel liberalitate nostra perceperit, vel super his, quae ab illustri sede magnitudinis tuae ei sunt deputatae, triumphalis dexterae nostrae confirmationem est consecutus. [a] *Dat. XI. Kal. April. Constantinopoli, Arcadio V. et Honorio V. AA. Coss.* (402.)

15. *Iidem AA.*[aa] *Monaxio*[b] *Pf. U.* Dispositione magnificentiae tuae olei[c] mensuram firmam manere praecipimus, ut decem et octo per singulos sextarios scripulis ad certorum ordinum commodum commoderata[d] dispositione tua retentis ac distributis, sextarius olei ad viginti unam semis unciam redigatur. Quam mensuram, certum designatis suggestione[e] corporibus solatium constitutam, nullius posthac fraude credimus[f] attentandam. *Dat. XV. Kal. Mart. Basso et Philippo Coss.* (408.)

TIT. XVIII.[g] DE MENDICANTIBUS NON INVALIDIS[h].

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Severum Pf. U.*[i] Cunctis affatim[k], quos in publicum quaestum incepta[l] mendicitas vocavit[ll], inspectis, exploretur in singulis et integritas corporum et robur annorum; atque ea[m] inertibus et absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur, ut eorum quidem, quos tenet conditio servilis, [n]proditor studiosus et diligens dominium consequatur, eorum vero, quos natalium sola libertas prosequitur[o], colonatu perpetuo fulciatur, quisquis huius modi lenitudinem prodiderit[p] ac probaverit; salva dominis actione[q] in eos, qui vel latebram forte fugitivis vel mendicitatis subeundae consilium praestiterunt. *Dat. XII. Kal. Iul.*[r] *Patavi, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

TIT. XIX.[s] DE PRETIO PANIS OSTIENSIS.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Theodoro Pf. P.*

— c. 13. Vid. infr. not. *v.* Baron. l. c.

Tit. XVIII. Cod. Iust. XI, 25. — c. 1. Cod. Iust. XI, 25, 1. Bas. LIV, 27, 1. Labbaei Observatt. et Emendatt. in Synops. Basilic. Lib. LIV, p. 175. Cf. v. Lennep ad Valentiniani constitutionem de Mendicantibus validis. Lugd. Bat. 1824. 4.

Tit. XIX. — c. 1 coniungenda est cum c. 4 C. Th. de Canone frum. urb. Rom. (XIV, 15).

magnificentia tua. pp) Mendose Go. *qui.* q) 4 *nobis* pro *novis* ratione scribendi, qua utitur librarius codicis 4. Vid. infra XIV, 23, 1, not. *l*, supra XIII, 3, 7, not. *d* et c. 11, not. *i*. Cf. c. 14 h. t. *de novo canone.* r) Ita 4 et Be. de cj.; Til. — Ri*. *adiuvare*, mendose. s) Fol. 356[a] cod. 4. t) 4 *adfestum*, rec. man. em. *adfectum.* u) Go. prop. *modo* s. *commodo potiatur*, etsi accusativum sustineri posse non negat. Be. cj. *partiatur*, si quem haec structura offenderit. Ea vero nullo modo offendor. Cf. XII, 6, 7 *munus perfungantur.* De v. *modum* vid. c. 14 h. t. v) Si corr. *PP. III. Non. Aug.*, h. c. coniungitur cum c. 152 C. Th. de Decurionibus (XII, 1). x) Ita 4 (*Id aaa*); sed edd. *AA.*, quare Go. Be. h. et sq. c. inscriptioni add. esse putant *et Theodosius A.*, qui his coss. iam *III. Id. Ian.* Augustus a patre adscitus sit. Atque veram esse hanc sententiam, probat cod. 4, cuius siglum trium, non duorum Augustorum legem indicat. Vid. supra c. 5 h. t., not. *v.* y) Be. cj. *canoni.* Supra *post solitum canonem.* z) Go. vult *ni* vel *nisi* vel *quam qui.* Hoc placet Be. Ego puto supplendum esse *nisi* vel repon. *quin* pro *qui.* a) Fol. 356[b] cod. 4. aa) Vid. not. *x* anteced. b) Go. Rein. (in Chron. Constitt. Cui. 2) Be. iussu correxi *Monaxio.* 4 et edd. *Monachio.* Vid. supr. XIII, 3, 16, not. *e* et XIII, 1, 21, not. *s.* c) 4 *deolei*, rubro col. del. *de.* d) 4 *commederata*, em. rubr. col. e) Go.: „Tua scilicet." f) Go.: „Censemus, iubemus." An *concedimus?* Aur. Lugd. *adtemptendam.*

g) Vid. supr. XIV, 1, not. *a.* h) Cod. Iust. *de Mendicantibus validis.* i) Go. in Chron. corr. *Pf. P.* Vid. supra VI, 6, c. un., not. *a.* k) In Cod. Iust. deest v. *affatim.* Cf. Dirksen l. c. p. 513. Lennep. l. c. §. 4. pag. 15 v. *affatim* iungendam esse putat cum sequenti *quos - mendicitas vocavit*, i. e. *quos magno numero vocavit*, commate post vocem *Cunctis* posito. l) Cod. Iust. *incerta*, impr. Go., qui, postquam prop. *infecta*, tamen nihil mutandum esse recte contendit. Eandem sententiam ferunt Spangenb. in Cod. Iust. et Lennep l. c. p. 16. Infra *subeundae.* ll) Cod. Iust. *vocaverit.* m) *ea* deest in Cod. Iust., quam omissionem Lennep l. c. notabilem esse negat, recte. n) Fol. 357[a] cod. 4. o) Be., auct. Go., ex Cod. Iust. ed. *prosequitur* pro *prosequatur*, quod 4, Til. — Ri*. habent. Sed Cod. Iust. *persequitur* (Cui. *prosequitur*). Antecedunt h. vv. *quos tenet conditio servilis.* *Prosequatur* falsum non est. Lennep l. c. p. 18 probat *prosequitur.* p) Cf. Dirksen l. c. p. 513 et Lennep. l. c. p. 18 sq. q) 4 *dominisā* | *ctione*, incipit igitur novus versus cum literis *ctione;* corrector rubro col. obelum posuit inter *i* et *s*, *domini* | *sāctione*, unde Til. edid. *domini sanctione.* Cod. Iust. *in eos actione.* r) Go. in Chron. *Iun.* pro *Iul.* scribendum esse putat.

s) Cf. supra XIV, 1, not. *a.* Mox 4 *Praetio*, ut fere

Panem Ostiensem[t] atque fiscalem uno nummo distrahi volumus. Sancimus autem, ut nullus per sacrum rescriptum audeat pretium ampliare; qui[u] si obtulerit supplicationem, duarum librarum auri mulcta ferietur. *Dat. prid. Id. April. Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano*) Coss.* (398.)

TIT. XX.**) DE PRETIO PISCIS.

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* Qui ministerii nostri caussa exhibendi piscis cura vel sollicitudine tenentur, plus a se exigi[uu], quam quod emere potuerint,[v] protestantur, si quidem in tricenis libris sibi solidus ministretur, et multo disparem quantitatem vix aegreque[x] valeant comparare. Ideoque per vicena pondo piscis, primae scilicet qualitatis, memoratis[y] solidus ministretur. Spatangium sane in primae qualitatis[z] piscem imputari praecipimus, quod decem librarum pondus sua magnitudine minime excedere videtur. *Dat. XVII. Kal. Maii[zz] Lucio V. C. Cos.* (413.)

TIT. XXI.[a] DE NAUTIS TIBERINIS.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.* Qui navem Tiberinam habere fuerit ostensus, onus rei publicae necessarium agnoscat. Quaecunque[b] igitur navigia in alveo Tiberis inveniuntur, competentibus et solitis obsequiis mancipentur, ita ut nullius dignitas aut privilegium ab hoc officio vindicetur. *Dat. VIII. Id. Oct. Altino[c], divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

TIT. XXII.[d] DE SACCARIIS[dd] PORTUS ROMAE.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.* Omnia, quaecunque advexerint[e] privati ad portum urbis aeternae, per ipsos saccarios[f] vel eos, qui se huic corpori permiscere desiderant, magnificentia tua iubeat comportari, et pro temporum varietate mercedes, considerata iusta aestimatione, taxari, ita ut, si claruerit, aliquem privatum per suos adventicias[g] species comportare, quinta pars eius speciei fisco lucrativa vindicetur. *Dat. VI. Id. Iun. Naisso[h], divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

TIT. XXIII.[i] DE PATRONIS HORREORUM PORTUENSIUM.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae Pf. P.* Patronos horreorum portuensium singulis tantum annis praeesse decernimus, omni surreptione cessante, ne unquam veteris[k] erogationis ratiocinium nobis commeantibus[l] inseratur. Nec[ll] ultra tempus constitutum quispiam sibi administrationem horreorum portuensium fraudulenter usurpet, nisi prioris anni ratiocinio ante deducto, in alium annum, quasi fidelis[m] iam et idoneus, surrogetur. *Dat. VI. Kal. April. Altino[n], Stilicone et Aureliano Coss.[o]* (400.)

TIT. XXIV.[p] DE MENSIS OLEARIIS.

1. *Imp. Constantinus A. ad Cerealem Pf. annonae.* Mensae oleariae, quae ita caducae fuerint, ut nullus possit adhaerere dominio[q], vicenis follibus per officium

---

Tit. XXI. Cod. Iust. XI, 26. — c. 1. Cod. Iust. XI, 26, 1. Sec. Go. coniungenda est cum c. 16 C. Th. Quorum Appellationes (XI, 36) et c. 7 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3). Vid. c. 7 cit., not. sup. et not. *x*. Cf. tit. C. Th. de Navibus non excus. (XIII, 7).

Tit. XXII. — c. 1. Cf. c. 5 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3), not. sup.

Tit. XXIII. Cf. supra c. 9 C. Th. de Suariis (XIV, 4).

Tit. XXIV. Ri*. *Titulus X.*, err. typ.

---

semper. t) Vat. fr. §. 234 *Ostienses pistores.* u) Rein. *quin;* nil muto. *) Ri*. *Euthychiano.*

**) Cf. supra XIV, 1, not. *a*. uu) 4 *exgi.* v) Fol. 357[b] cod. 4. x) 4 *aegraequae*, rubro col. em. *aegreque.* y) Rein. *memoratus* repon. *memoratis*, i. e. qui exhibendi piscis cura tenentur. z) 4 *prima | equalitatis;* a sec. manu translata est litera *e* v. *equalitatis* in antec. versum post v. *prima.* zz) Go. in not. add. *Constantinop.* Vid. c. 177 C. Th. de Decurion. (XII, 1). Mox Go. Ri*. *Coss.*

a) Vid. supr. XIV, 1, not. *a*. b) In sqq. Cod. Iust. ita: *Quodcunque ig. navigium in a. T. invenietur — mancipetur.* Mox 4 *albeo.* Vid. XIV, 17, 13, not. *q*. c) 4 *Altiuo.* Be. Cod. Iust. *Altini.* In c. 16 cit. neque vero in Cod. Iust. add. *Acc. XVI. Kal. Nov.* Aur. Lugd. *Cons.*

d) Vid. supr. XIV, 1, not. *a*. dd) Aur. Lugd. add. *per.* e) Fol. 358[a] cod. 4. f) 4 *sacrarios*, err. g) Go. videtur em. *advecticias.* h) Be. *Naissi.* Aur. Lugd. *Cons.*

i) Vid. supr. XIV, 1, not. *a*. k) Cui. 2, 2* *vetaris*, sed em. a Rein. *veteris.* l) 4 *nob' comme | antibus.* Go. Rein. em. *novis commeatibus;* recte; opponitur enim *veteris erogationis* ratiocinium novis commeatibus, i. e. canoni frumentario novo, i. e. alterius anni. Infra sqq. h. vv. *prioris anni ratiocinio deducto, in alium annum — surrogetur.* De v. *nobis* vid. supra XIV, 17, 13, not. *q* et XIV, 21, 1, not. *b*. Simile quid de susceptoribus constituitur c. 11 C. Th. de Susceptor. (XII, 6). Neque vero, consideratis antecc. vv. *omni surreptione cessante*, vulg. scriptura sententia omnino caret: *nobis* (sc. imperatore) *commeantibus* (scil. per urbem, per vias publicas) *ratiocinium inseratur* (nobiscum communicetur), *ut omnis surreptio cesset.* Ri*. *commeatibus.* ll) Ri*. *ne* et om. infra *sibi.* Mox Aur. Lugd. *autè* pro *ante.* m) Fol. 358[b] cod. 4, in cuius ima pag. est signum quatern. *MZ.* n) Be. *Altini.* 4, Til. — Ri*. *Stilichone.* o) Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 74, n. XIII. h. c. transfert ad ann. 405.

p) Vid. supr. XIV, 1, not. *a*. q) 4, Til. — Lugd. *ut nullus possit adherere dominio.* Cui. 2 — Ri*. *ut nullius possit adhaerere dominio*, ubi Go., probata mutatione v. *nullus* in *nullius*, quae in Cui. 2 tacite facta est, pro *possit* legi vult *possint.* Be., Go. secutus, ed. *ut nullius possint adhaerere dominio*, quamquam non negat, Tilianam scripturam servari posse; recte; nam mente suppl. est *ca-*

distrahantur. Sed si quis mensam oleariam praedictis follibus emptam cariore pretio vendiderit, ferreis vinculis constrictus ad Illyricum transmittatur, poenam congruam luiturus. Si quis autem mensam oleariam in dominio suo retinens vivendi cursum impleverit, eandem mensam ad successores proprios cum reliquis suis *) rebus hereditario poterit iure transmittere. *Dat. Kal. Mart. Nicomediae. Acc. VIII. Id. April. Romae, Ianuarino* **) *et Iusto Coss.* (328.)

TIT. XXV.[r] DE FRUMENTO KARTHAGINIENSI[rr].

1\. *Imp. Constantinus A. ad Catulinum*[s] *Proconsulem*[t] *Africae.* Si quis corpora aeneo[u] frumento obnoxia detraxerit[uu], ab omni interpellatione liber sit, quamvis alia[v] corpora possederit sive coemerit libera ab aenei[x] frumenti inquietudine. Comparatores enim rerum obnoxiarum teneri oportet pro modo eius rei, quam adepti sunt, etiamsi extra liberalitate[y] rem fuerint[yy] consecuti. Sed quia plerique ex magistratibus aenei frumenti pensitatione obnoxii vel ipsi sibi, dum administrant, alios surrogarunt, vel redempti pro aliis alios creaverunt, rescissis surrogationibus, ad eiusdem aenei frumenti pensitationem teneantur. Illos enim solos ex surrogatis perseverare oportet, quos constiterit idoneos esse facultatibus et minus idoneorum loco non a redemptis magistratibus surrogatos. *Dat. prid. Id. Dec. Sirmii*[z], *Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.* (315.)

TIT. XXVI.[a] DE FRUMENTO ALEXANDRINO.

1\. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* In aestimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam convehitur, quicquid de crithologia et zygostasii munere et pro nauclerorum tuenda substantia[b] eminentia tua disposuit, roboramus. Atque ut curialibus praedae auferatur occasio, iubemus, eos ad huius modi sollicitudinem affectandam nunquam accedere, sed designata officia, tuis provisionibus examinata[c], sollicitudinem praedictam implere. *Dat. V.*[cc] *Kal. Febr. Constantinopoli, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

2\. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Isidoro Pf. P.* Diurnos centum et decem modios alimoniis[d] Alexandrinae civitatis addi decernimus, ut nemo privetur eo, quod nunc usque percepit, et perissochoregiae nomen penitus amputetur, et tesserae designentur et nostrae pietatis nomine censeantur[e]. *Dat. prid. Non. Iun. Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.* (436.)

TIT. XXVII.[f] DE ALEXANDRINAE PLEBIS PRIMATIBUS.

1\. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Gennadio Pf. augustali.* Archigerontes et dioecetae[g] ergasiotanorum[h]

Tit. XXVI. Cod. Iust. XI, 27. — c. 1 Go. coniungendam esse putat cum c. 32 C. Th. de Navicul ariis (XIII, 5). Vid. c. 32 cit., not. *p* et infra not. *cc*. Cod. Iust. XI, 27, 1. — c. 2 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Indictionibus (XI, 5), c. 189 — 191 C. Th. de Decurionibus (XII, 1), c. 2 C. Th. de Alexandrinae plebis primatibus (XIV, 27) et sec. Go. cum c. 192 C. Th. de Decurionibus (XII, 1), c. ult. C. Th. de Indulgentiis debitorum (XI, 28). Vid. not. *i* c. 192 cit. et not. *ff* c. ult. cit. Cod. Iust. XI, 27, 2.

Tit. XXVII. Cod. Iust. XI, 28. — c. 1. Cod. Iust. I, 4, 5 mut. Coll. eccles. const. I, 4, 5. Leunclav. Notat. I, 25 (in Thes. Otton. T. III, p. 1478). Fabrot. Not. ad Coll. eccles. const. (in Voelli et Iustelli bibl. iur. can. T. II, p. 1396). Cf. Ri. praef. ad Go. Comment. Codicis Theodosiani T. V, fol. 2[b]. Cui. Observ. XXIII, 3.

---

rum (mensarum oleariarum). Restitui codicis scripturam. Paullo infra 4 *concruam.* *) Aur. Lugd. om. *suis.* **) Go. et Ri*. *Ianuario.*

r) Vid. supr. XIV, 1, not. *a.* rr) Cui. 1 — Lugd. *Chartag.* Go. *Carthaginensi.* Rell. *Carthag.* s) Aur. Lugd. Be. *Catullinum.* Vid. supr. II, 1, 1, not. *o.* Go. *Impp.* t) 4 *P̄Ū*. Til. — Lugd. *P. V.* Vid. supr. XI, 16, 1, not. *m.* Go. aliquem dicit cj. *Pf. P.* u) Go. reiecta em. *Poeno*, neque probata derivatione v. *aenei* ab *αἰνὸν*, quasi grave esset, tentat in comm. h. c. *oenaeo* s. *oneto frumento* (quod extra ordinem vendere quis cogebatur alibi *Synoneton* dictum) aut *oeneum* (ab *οἶνος*, frumentum ita appellatum, quod dicatum erat Bacchi sacerdotibus et ministeriis) aut *aerino* (ut *aerina* farina ap. Plin. Hist. nat. XXII, 25, 58, quae ex *αἶρα*, aera confecta est). Alii quomodo h. v. explicent, vid. ap. Go. l. c. et Ciron. Observat. iuris Canon. IV, 3. An scrib. *aëno* s. *aëneo*, ut *aënum* frumentum dictum sit a modiis aeneis, i. e. materia vasis, quo metiebantur frumentum? Sic *aënum* sc. vas aquae recipiendae et calefaciendae aptum, a materia habet nomen. Neque displicet mihi altera cj. ap. Go. proposita, *aeneum* frumentum eadem significatione dictum esse, qua *aerariae* annonae, quae *adaeratae* pecunia, non ipsae praestabantur. Rein. cj. *annuo.* uu) Go. em. *distraxerit*, quod veri speciem prae se fert, si quidem huic v. opponi videntur *Comparatores.* v) Fol. 359[a] cod. 4. Go.: „Possideat.“ x) 4 *aeneis*, rubro col. *aenei* repon. y) Ita 4, edd.; Go. Be. em. *liberalitatem*, id est titulo oneroso, non lucrativo. Rein., mendum in v. *extra* delitescere opinatus, cj. *ex mera.* Assentior Go. yy) 4 *fuerit.* z) 4, Til. — Lugd. *Sirmi.* Cui. 2 — Ri*. *Sirml.* Aur. Lugd. *Cons.*

a) Vid. supr. XIV, 1, not. *a.* b) 4 *naucleriorum tuendas* ‖ fol. 359[b] ‖ *subtanti eminentia.* Rubro col. del. *s* in v. *tuendas* et ponitur *a* supr. lit. *ti* v. *tanti* (*tuenda subtantia*), unde edd. *naucleriorum tuenda substantia eminentia*, praeterquam quod Be. iubente Go. ex Cod. Iust. reposuit *nauclerorum* pro *naucleriorum.* Supra Go. *Chritologia.* c) 4 *provisionib' aminata*, rec. man. in m. adscripsit *examinata.* cc) Cum c. 32 cit. ita subscript. sit: *XIV. Kal. Febr. Honor. VIII. et Theod. III.*, hanc c. cum illa cohaerere nego. d) 4 *alimniis*, rubr. col. supr. add. *o.* e) Rein. em. *consignentur.* Mox Aur. Lugd. *Cons.*

f) Vid. supr. XIV, 1, not. *a.* Cod. Iust. *De Alexandriae Primatibus.* g) 4 *dioecaetae*, rubr. col. em. *dioecetae.* h) Go.: „Pro, *ex ergasiotanorum;*“ in comm. mavult *ergasiotariorum.* Cod. Iust. *ergasiotanorum non nisi Christiani dirigantur. Quod*, impr. Go. Leunclav. Paratitl. pag. 194 in locum v. *ergasiotanorum* substituit v.

numero deligantur; quod officium tuum sollicitis[i] observet excubiis. *Dat. Non. Febr. Constantinopoli.* [k] *PP. Alexandriae Eutycheo*[l], *Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

2. *Impp. DD. NN.*[m] *Theodosius et Valentinianus AA. Isidoro Pf. P.*[mm] Corporatos civitatis Alexandrinae repurgandi fluminis onere liberamus, et pro tenore et dispositione tua quadringentos[n] solidos ex dinummio vectigali memoratae civitatis praecommodari decernimus, ita ut ex titulo navium[o] omnibus modis repensetur. *Dat. prid. Non. Iun. Constantinopoli, Isidoro et Senatore Coss.*[p] (436.)

— c. 2. De legibus cum h. c. coniungendis vid. c. 2 C. Th. de Frumento Alexandrino (XIV, 26), not. sup. Cod. Iust. XI, 28, 1.

ergasiotarum, improbatum eidem Go. Vid. etiam Cui. Observat. XXIII, 3. i) 4 *sollice*, rec. man. corr. *itis* (sollicitis). k) Fol. 360[a] cod. 4. l) In Cui. 2, 2* om. *Eutycheo*. Vid. Cui. l. c. et Go. in comment. Be. inserend. videtur *in*. Mox Aur. Lugd. *Cons.* m) Cod. Iust. om. *DD. NN.* Til. Cui. 1 *Imppp.* mm) Ri*. *Pf. U.*, mendose. n) Cod. Iust. *pro tenore dispositionis tuae quadringentos.* 4 *teniore* (emend. *tenore*) — *quadrigentos.* o) 4 *naviorum*. Cod. Iust. *modis omnibus.* p) Aur. Lugd. *Cons.* In cod. 4 add. LIB˙ XIIII˙ EXPL˙ INCIP˙ LIB˙ XU˙ FELICITER, et sq. rubrum tituli primi libri XV.

CODICIS THEODOSIANI[a]

LIBER DECIMUS QUINTUS.

TIT. I.[aa] DE OPERIBUS PUBLICIS.

1. *Imp. Constantinus*[b] *A. ad Flavianum*[c] *Proconsulem Africae.* Nemo propriis ornamentis esse privandas existimet civitates, fas si quidem non est, acceptum a veteribus decus perdere civitatem, veluti ad urbis alterius moenia transferendum. *Dat. IV. Non. Febr. Mediolano. Acc. VIII. Id. Iul. Constantino A. et C. Coss.*[d] (320.)

2. *Idem A. Menandro...*[e] Propter negligentiam iudicum, qui imperialia praecepta differunt, ad diversas provincias[f] diversos misimus, qui ad scientiam nostram referant, quae vel diligentia promota viderint, vel desidia corrupta culpaverint[g]. Monendi autem iudices sunt, qui instaurare publica opera debent, ut de effectis eis potius quam inchoatis ad nostram scientiam referant, nisi forte iusta ratione petendum sit, aliquos, si forte*) defuerint, impensarum titulos provideri. De rebus autem praecipuis maximisque, non de quibuscunque vilissimis nostrum debent interpellare consilium. *Dat. III. Id. April. Sirmio*[h], *Crispo II. et Constantino II. VV. CC.*[i] *Coss.* (321.)

3. *Idem A. Secundo Pf. P.* Provinciarum iudices commoneri praecipimus, ut nihil se novi operis ordinari[k] ante debere cognoscant, quam ea compleverint, quae a decessoribus inchoata sunt: exceptis duntaxat templorum aedificationibus. *Dat. III. Kal. Iul. Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.* (326.)

4. *Idem A. Have*[l] *Felix, karissime nobis*[ll]. Omnes[m] intra centum pedes vicinitus, quantum[n] ad horrea pertinet, arceantur, ac si quid constructum fuerit, diruatur, quoniam experimentis nuperrimis palam factum est, aedificiorum, quae horreis adhaerebant, incendiis fiscales copias laborasse. Quod si quis aedificandi amore publica damna neglexerit, non solum quod construxit, sed[o] omnes res eius et quicquid in suo iure habuit, fisco adiudicari praecipimus. *Dat. XI. Kal. Aug. Sirmio*[p], *Constantino A. IV. et Constantio C. Coss.* (329.)[q]

Tit. I. C. Th., cod. 4, Br. Al. eiusque codd. 5—18, 20, 21, 24—30, 32—40, 42—44, 46, 47, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. Aeg. L. R. U. *Tit. I.* In cod. 3 huius tituli postremae et sequentis tituli primae leges servatae sunt. Vid. infra c. 50 h. t. In cod. 31 deest hic tit. Novella Maioriani IV. de Aedificiis publicis (ed. Berol. l. c. p. 1375). Cod. Iust. VIII, 12. Cf. supr. lib. XIV, tit. 7, not. sup. — c. 1. Vid. c. 14 et 37 h. t., not. sup. — c. 2. Baron. Ann. ad ann. 324, n. 104. — c. 3. Vid. c. 21 h. t., not. sup. — c. 4. Vid. c. 25 h. t., not. sup.

---

a) Til. *Theodosiani Codicis.* 15 *Lib. XIV.* Vid. supra pag. 95, not. *e.* aa) In cod. 4 non solum hic, sed etiam in reliquis cum huius tum sequentis libri titulis om. numerus, una cum v. *Titulus.* Recentior demum manus utrumque atramento apposuit. Dicendum est praeterea, eorum, quae rubro colore correcta sunt, hic et illic canuisse aliquid; nihilo secius nomen coloris a me non mutari. b) Go. corr. *Constantius.* Vid. not. *d.* c) 4 *Flavianum PU Afric.* Til. — Lugd. *Flavianum P. V. Afric.* Cui. in Cui. 2, 2* tacite corr. *Proc. Afric.*, recte. Similis error est supr. VIII, 5, 10, not. *x* et XIV, 25, 1. Rein. prop. *ad Aelianum* etc., recte. Vid. not. sq. d) Go. — Be. om. annum. Go. enim h. c. ad annum 357 *Constantio A. IX. et* [*Iuliano*] *Caes. II. Coss.*) transfert, quia Flavianus eo fere tempore Proconsul Africae fuit (vid. c. 4 C. Th. de Off. procons. I, 12, not. *t* et c. 10 C. Th. de Cursu publ. VIII, 5), neque vero ante annum 321, cuius anni sequens h. tit. c. est. Go. sententiae adversatur series constitutionum, quippe quae pervertitur et conturbatur. Esset enim h. c. ponenda post c. 6 h. t. Be. eam tribuit anno 320 (*Constantino A. VI. et Constantino Caes. Coss.*), recte, modo quod Rein. em., *ad Aelianum*, recte se habeat, quod quin ita sit, non dubito, cum Flaviani eo tempore, quo haec c. ut referatur, ordo constitutionum suadet, nulla fiat mentio, ad Aelianum vero nonnullae leges anno 320 datae sint. Vid. Go. in Prosopogr. v. *Aelianus* et c. 3 C. Th. de Off. procons. (I, 12). e) Menandri dignitas deest in cod. 4 et in edd. Vid. supr. IV, 12, 2, not. *a* et VIII, 5, 4, not. *a.* Go. propter sententiam h. c. rep. vult praefecti praet. siglum, prob. Be. f) Fol. 360[b] cod. 4. g) Rein. ingeniose cj. *putaverint.* Go.: „viderint, *et* culpaverint.“ Sed aptum est etiam v. *culpaverint.* *) Cui. 2, 2* *forre.* h) 4, Til. — Lugd. *Sirmi.* Be. *Sirmii.* i) Be. rep. *Caess.*, recte. Vid. Rel. l. c. p. 308. Aur. Lugd. *Cons.* k) Go. Be. corr. *ordinare*, recte. Fortasse pro *se* scribi potest *a se.* Ri*. om. *debere.* Infra Aur. Lugd. *Cons.* l) 4 *Habe*, rubro col. *b* mut. est in *u* (Haue). Ita etiam in c. sq. Cf. VII, 4, 1, not. *c.* ll) Cui. 2 — Be. *K. NB.* pro *karissime nobis.* m) Go.: „Aedificia scilicet excitantes, aedificantes, cuiuscunque ordinis, dignitatis.“ Mox 4 *arceatur*, rubro col. corr., ut est in edd., *arceantur.* Quid, si leg. *Omnis intra centum pedes vicinitas — arceatur?* Etenim v. *vicinitus* hoc solo loco reperitur, et admisso eo oratio videtur hiare. Nonnullos Go. dicit emendare *vicinitates.* n) Cum lit. *tum* inc. fol. 361[a] cod. 4. o) Go. addi vult v. *et.* 4 *contruxit.* p) Be. *Sirmii.* q) Go. — Ri*. add. ann. 329 (*Constantino A. VIII. et Constantio C. IV. Coss.* aut sec. Vesm. *et Constantio Caes. II. Coss.* Vid. supra IX, 21, 4, not. *y*), etsi Go. in Prosop. v. *Felix* h. c. anno 328

5. *Impp. Constantius et Constans AA.*[r] *Have*[s] *Catuline*[t], *karissime nobis*[u]. Plurimi immunitates operum publicorum concessione iudicum adepti sunt[v]. Itaque omnes iubemus inquiri, ut eorum nomina atque etiam privatas indulgentias lenitudo nostra cognoscat. *Et infra:* Iam[x] nunc tamen iussimus, ut adversus fas elicitas immunitates per detrimenta si[y] comperissent[z], et in lucro habere desistant, [a]in posterum aditus similia cupientibus[b] obstruatur. *Dat. VI. Kal. Aug. Sirmio*[c], *Urso et Polemio Coss.* (338.)

6. *Iidem AA. ad Marcellinum Comitem Orientis.* Quae operibus publicis impensa constiterit, accepto ferri oportere cognoscas. *Dat. V. Non. Oct. Constantinopoli, Limenio et Catulino*[d] *Coss.* (349.)

7. *Iidem AA.*[e] *ad Senatum.* Quoniam diversi iudices nonnulla opera in quibusdam aestimant[f] urbibus exstruenda, ad huius modi necessitatem senatorum substantia non vocetur.[g] Eos quoque senatores, quibus per diversas provincias fuerit sollicitudo commissa, fretos[h] sanctione nostra huiusce modi tentamentis decet constanter obsistere, ne senatoriae facultates harum rerum contemplatione vexentur. *Dat. V. Non. Maii*[i] *Tauro et Florentio Coss.* (361.)

8. *Imp. Iulianus A.*[k] *Ecdicio Pf. Aegypti.* Oportuit praetoria iudicum et domos iudiciarias publico iuri atque usui vindicari[l]. Sed quia salubris nostra dispositio dilata est, nunc saltem tradatur effectui[m] etc. *PP.*[n] *IV. Non. Dec. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

9. *Idem A.*[o] *Ecdicio*[p] *Pf. Aegypti. Post alia:* Com-

— c. 5. Vid. supr. XI, 12, not. sup. Cod. Iust. VIII, 12, 1. Bas. LVIII, 12, 1. — c. 6 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Praebendo salario (XII, 2). Cod. Iust. VIII, 12, 2. Bas. LVIII, 12, 2. Cf. infra c. 17 et 19 h. t., not. sup. — c. 7 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Off. praef. urb. (I, 6), c. 12, 13 C. Th. de Praetoribus (VI, 4), c. 1 C. Th. de Metatis (VII, 8), c. 7 C. Th. de Annona et trib. (XI, 1), c. 1 C. Th. de Publica compar. (XI, 15), c. 1 C. Th. de Protostasia (XI, 23), c. 48 C. Th. de Decurion. (XII, 1), c. 3 C. Th. de Lustrali coll. (XIII, 1). Cod. Iust. XII, 1, 7 om. fin. — c. 8 coniungenda est cum c. sq. h. t. Cod. Iust. VIII, 12, 4 mut. — c. 9. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. c. 9. Br. Al. eiusque codd. Sich. Aeg. L. R. U. c. 1. Vid. c. 8 h. t., not. sup. et supr. lib. XIV, tit. 7, not. sup. Integra cum interpr. est in codd. 6—14, 16—18, 20, 21; omnia des. in cod. 31; omnia praeter interpr. in codd. 46, 47: inscr. et textus in codd. 24, 30, 35; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37, 44; solus textus om. in codd. 27—29, 32—34, 36, 38—40, 42, 43; sola interpr. in cod. 15. In cod. 20 h. c. bis scripta est. Utriusque loci eadem est scriptura, nisi quid prim. loc. aut secund. loc. diversi scriptum esse dicitur. Idem cadit in c. 32 h. t. Vid. c. 25 h. t., not. sup. Non multum abest, quin Go. cum h. c. coniungendam esse putet c. 1 Cod. Iust. de Divers. praediis (XI, 69), mutato nomine *Attici* in *Ecdicium*.

---

tribuit. Be. eam refert ad ann. 326 (*Constantino A. VII. et Constantio Caes. Coss.*), adversante tempore, cum Constantinus ante XI. Kal. Aug. Sirmio in Italiam se contulerit. Manso, das Leben Constantin d. Gr., non multum discrepans a Be. requirit consules, qui ante ann. 329 consulatum gesserint, ratione igitur habita ordinis constitt. consules aut anni 326 aut 327 aut 328. Non video, quid impediat, quo minus reponatur ann. 329, a Be. omissus. Aur. Lugd. *Cons.* r) Be. em. *Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA.*, qui iam super. anno Augusti nuncupati sunt. Cod. Iust. consentit cum C. Th. Go. in comm. h. c. soli Constanti vindicat. s) Vid. c. 4 h. t., not. *l.* t) Be. *Catulline.* Vid. supr. II, 1, 1, not. *o.* u) Ita 4, Til. — Lugd.; Cui. 2 — Be. *K. NB.* Rein. Go. *Vic. Afr.* addi volunt, sed Rein. ad Chron. constitt. Cui. 2 Catulinum *Pf. P.* aut *Pf. U.* fuisse putat. Cod. Iust. *AA. ad Catulinum.* v) Cod. Iust. *sunt: et ideo iubemus in posterum elicitas immunitates nullius esse momenti*, et des. rell. x) 4 *cognoscat et infra iam.* Til. — Cui. 2* *cognoscat, et infra iam.* Vera interpunctio debetur Go. Vv. enim *Et infra* a conditoribus C. Th., cum describerent hanc legem, partem aliquam constitutionis, quae ad hunc titulum non faceret, expunctam esse docent. y) 4 om. *si*, add. rubro col. z) Go. em. *qui* vel *si qui competissent* (infra *cupientibus*) s. *comparassent* (supra *adepti sunt*), sed praefert *competissent.* Rein. legit *immunitates etsi per detrimentum comparassent, in lucro.* a) Go. Be. cj. *et in posterum*, huc translata v. *et.* Extremam h. c. partem corruptam esse, apparet ex iis, quae not. *y*—*a* indicavi. Non dubito, quin lacuna sententiam turbet; sed fortasse ita scribere sufficit: *si comparassent, et — desistant, et in.* b) Fol. 361[b] cod. 4. c) 4, Til. — Lugd. *Sirmi.* Be. Cod. Iust. *Sirmii.* Cod. Iust. *Urso Lupulo et Pol.*, lusu librarii. d) Be. *Catullino.* Vid. supr. II, 1, 1, not. *o.* e) Be. inscr. *Imp. Constantius A.* Cod. Iust. consentit cum C. Th., sed Constantii lex est. Vid. supr. XII, 1, 40, not. *d* et c. 48 eod., not. *t.* f) Cod. Iust. *existimant.* g) Seqq. des. in Cod. Iust. h) 4 *fretus*, rubr. col. corr. *fretos.* i) Locus deest etiam in Cod. Iust. Add. *Gyfyrae* ex legibus cum h. c. coniungendis. Vid. c. 12 et 13 de Praetor. cit. k) Til. — Ri*. Cod. Iust. *Id. AA.;* sed iam Hal. in Cod. Iust. repos. *Imp. Iulianus A.*, prob. Spangenb. et Be. Ab hoc auct. Go. in utroque Codice repos. est *Imp. Iulianus A.*, recte; nam 4 habet *Id. A.*, quod siglum ab uno imperatore hanc c. indicat datam esse, neque vero a pluribus. Iam vero *Iuliani* nomen et tempus flagitat, et proferunt nonnulli veteres Br. Al. codices in sq. c., quacum haec coniungenda est. Denique in c. 10 iterum legitur siglum *Id. A.* l) Cod. Iust. *Praetoria iudicum et domus publicas oportet p. i. a. u. semper vindicari*, et des. rell. m) Cum literis *ctui* incip. fol. 362[a] cod. 4. n) Go. *PP.* pro *Dat.* accipit hic et in sq. c. o) 4 *Id. A.*, Be. *Idem A.*, recte. Til. — Ri*. *Idem AA.* 6, 7, 13, 16, 18, 27 *Imp̄p̄. Constantius et Constantinus AA.* 10 *Imp̄. Constantius et Constantp̄.* 14 *Impp. Constantinus et Constantius.* 20 *Imp̄ Constantinus* (Ri. falso *Constantius* in cod. 20 esse dicit) *et Constans.* Alii codd. *Impp. Const̄* (s. *Const.*, ut Sich., non *Constantius*, quod Ri. notat) s. *Constan̄* (ut 21) *et Constans AA.*, sed 8, 9, 11, 12, 15, 17, 32 — 34, 36, 38, 40, 42, 43, Sich. in m. (pro *Const.*) *Imp. Iulianus* s. *Iul. A.*, recte. Vid. c. 8 h. t., not. *k.* p) Hoc nomen diverse scriptum est in codd.: *Haecditio, Hecditio, Ecdicio, Aecdictio, Haecdictio, Aecditio, Aeditio* (ut Sich.), *Edicio, Decio, Edicto, Laudicio, Lauditio, Heldichio, Eutychiano* (ut Sich. in m.), *Euticiano, Eudiciano, Hicdepicio, Hicdecipio, Hicdecio.* Ri*. *Ecidicio*, err. typ. Praeterea in multis codd. om. *Aegypti* aut *Post alia;* in aliis *Aegypti. Post alia* aut *Pf. Aeg. Post alia*, neque des. codd., in quibus *praeposito* scriptum sit pro *Pf.* aut *p̄p̄ō*, ut in 11 et 20 aut *pfp̄ō*, ut in 21 aut *Pf. P.*, ut apud Sich. q) 4

perimus, super ergasteria[q] publica, quae ad ius[r] pertinent civitatis, plerosque sibi[s] domos exstruxisse[t]. Praecipimus ergo, eos[u] inconcusso iure, quae[v] aedificaverunt, possidere. *PP.*[x] *IV. Non. Dec. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

INTERPRETATIO. [y] *Si quis in civitate consistens*[z] *in locis publicis sibi domos forte construxerit, eas sine inquietudine aliqua*[a] *possideat.*

10. *Idem A.*[aa] *ad Rufinum....*[b] Quicunque, cuiuslibet ordinis, dignitatis, aliquod opus publicum, quoquo genere, obscura[c] interpretatione meruerit, fructu talis beneficii sine aliqua dubitatione privetur. Non solum enim revocamus, quod factum est[d], verum etiam in futurum cavemus, ne qua fraude tentetur[e]. *Dat. VII. Id. Dec. Aquil.*[f], *Mamertino et Nevitta Coss.* (362.)

11. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.* Intra urbem Romam aeternam nullus[g] iudicum novum opus informet, quoties serenitatis nostrae arbitria cessabunt[h]. Ea tamen instaurandi, quae iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, universis licentiam damus. *Dat. VIII. Kal. Iun.*[hh] *Philippis*[i], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

12. *Iidem AA. ad Symmachum Pf. U.*[k] Horrea fiscalia[kk] apud urbem Romam, nec non etiam portus in usus translata privatos cognovimus. Haec ad pristinum....[l] inferioribus horreorum frumenta condantur, quae natura loci et humore[m] vitiantur. Annonas quoque horreis[mm] antiquitus deputatas hos redhibere compelles, qui eas in damna publica ausi sunt occupare; quarum substantiam enthecae[n] populi Romani proficere praecipies. Sane quos invenies[o] fabricarum destructionis auctores, ad reparationem necessario tenebis[p]. *Dat. VI. Id. Iun. Naisso*[q], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

13. *Iidem AA. Tautomedi*[r] *Duci Daciae Ripensis.* In limite gravitati tuae commisso praeter eas turres,

— c. 10. Vid. c. 40 h. t., not. sup. — c. 11. Cod. Iust. VIII, 12, 5. Coniungenda est cum c. 19 C. Th. de Cursu publico (VIII, 5), ubi vid. not. *f*. Secundum Go. concordat c. 19 et 27 h. t. Vid. etiam c. 21 h. t. — c. 12. De legibus cum h. c. coniungendis vid. supr. XIV, 3, 4 et ibi not. *n*, *q*. Go. h. c. trahi vult ad tit. de Canone frumentario (XIV, 15).

supergateria publica, mendose. In 6—10, 12, 15, 16, 18, 21, 25, Sich. deest *super*. 13 *super ergaarcisteria*. 14 *super ergaagisteria*. r) 4, Til. — Lugd. *quae ad huius pertinent civitatis*, cuius scripturae tuendae caussa Go. et Be. add. iubent *ius*, quasi scriptum fuisset *hulus*, id est *huius ius*. Sed recte Go. defendit scripturam ex Sich. et Br. Al. codd. in Cui. 2 et sqq. edd. translatam; etenim h. c. Alexandriam spectat, neque vero Antiochiam, quae quidem civitas recepto v. *huius* significatur. Scilicet Antiochiam tantum respicere haec c. Be. videtur. Vid. Go. in comm. s) 8 *ibi*. Nonn. codd. *domus*. t) 6—8, 10, 12—14, 16—18 *instruxisse*. 9 *struisse*. 11, 15, 21, Sich. *struxisse*. 20 *construxisse*. 25 *traxisse*. u) 6—8, 10, 14, 16, 18, 20 (sec. loc.), 21, Til. — Ri*. *eas*; sed 4, rell. codd. Sich. Be. *eos*, prob. Go., qui add.: „*Eos*, qui extruxerunt scilicet, nisi ita legas, *eas*, (scilicet *domos*) *inconcusso iure qui aedificaverunt.*“ Praetuli cod. 4 scripturam, quia sequitur *quae*. Ceterum 11, 21 *Praecepimus*. v) 20 *qui* (prim. loc.). 25 *aedificaverint*. x) 9, 29, 42, L. R. U. *Dat*. Vid. c. 8 h. t., not. *n*. 10, 18 *Praecepta*. 34 om. *PP.* — *Mamert.* et 8 *Mamert.* — *Coss.* In aliis codd. deest *IV.*, pro quo numero 33 *III* habet, aut *Coss.* Praeterea in multis codd. scriptum est *Anthiocie* s. *Antiocie* et *Nevita*, ut ed. est a Sich. Aur. Lugd. *Cons.* y) 11 *De operibus publicis Si quis* et erasa sunt vv. *in* — *locis*. Mox 20 (prim. loc.) *in civitatem*. z) Multi codd. *Si qui* — *consistentes*, quorum nonn. convenienter cum codd. 6—10, 14, 17, 18, 42, 44 *construxerint* — *possidere debebunt*, ubi 13, 20, 21 *possidere debebit* exhibent et 11 *possidebunt*. Mox 20 *fortasse*. a) 6—9, 20 (sec. Ri.), 21, 42, 43, alii codd. om. *aliqua*. aa) Ita 4, Go. et Be.; rell. edd. *Idem AA.* Vid. c. 8 h. t., not. *k*. b) Dignitas deest in cod. 4 et in edd. sine lacunae signo. Be. add. vult *Com. Orient.* Go. in comm. intelligit Vulcatium illum Rufinum, cuius meminit Marcellinus XXI, 12, neque dubitat, quin eum Aquileiae Iulianus praefecerit, ubi lex data, i. e. reddita sit. Vid. praeterea Go. supra ad X, 19, 2 et infr. not. *f*. c) Recte Go. *obscura* non pro *maligna*, sed pro *obreptícia* dictum esse asseverat, et *impetratione* pro *interpretatione* em. Neque vero vulgata scriptura inepta est; nam *obscura interpretatione* est pro versuta interpretatione rescripti, quo quis ad preces suas opus publicum se meruisse callide affirmat. Summ. C. Th. *subreptione*. d) Go.: „Sub Constantio.“ e) Go.: „Simile quid tentetur.“ f) Quia Iulianus hoc tempore *Aquileiae* non fuit, Go. em. *Aquis*, nisi quis *Dat.* pro *Acc.* s. *Redd.* habeat. Vid. not. *b*. Etiam Rein. suspectum habet v. *Aquil.*, cj. igitur *Antiochiae*. Vid. c. 3 C. Th. de Contrah. empt. (III, 1). Ri*. *Nevita*. g) Cod. Iust. *Intra urbem Romam veterem et novam nullus*, impr. Go. In inscr. h. c. Go. *Imp.* h) Cod. Iust. *cessabunt, nisi ex suis pecuniis huiusmodi opus construere voluerit. Ea* etc. Fol. 362[b] cod. 4 inc. cum v. *Ea*. hh) Vid. supr. VIII, 5, 19, not. *f*. i) Scrib. *Philippopoli*. Vid. supra VIII, 5, 19, not. g k) 4, Til. — Lugd. om. *Pf. U.* kk) Mendose Ri*. *fiscalis*. l) 4, Til. — Cui. 2* *Haec ad pristinum inferioribus horreorum*. Go. *Haec ad pristinum. § Inferioribus horreorum*. Ri. — Be. *Haec ad pristinum. Inferioribus*. Excidisse aliquid locumque mancum esse in cod. 4, docent ea, quae paullo post dicuntur: *quae natura loci et humore vitiantur;* adversantur enim antecc. *inferioribus horreorum frumenta condantur*, cum inferiores aedium partes humidiores sint reliquis, perniciosae igitur frumento. Go. ut hoc em. cj. *Haec ad pristinum restitues, nec in inferioribus horreorum* aut *in interioribus* (editioribus) *horreorum*, Vid. Go. in comm. et not. ***. Commendare vid. priorem em. Summaria C. Th., quae sic: *Horrea vel portus publicos in usum privatorum transeuntes debere restitui; ut frumenta publica situ non pereant.* m) 4 *umore*, rubr. col. add. *h* supr. *u*. mm) Err. Ri*. *horrei*. n) 4, Til. *substantia mentichae*. Cui. 1 — Lugd. *substantiam entichae*. Cui. 2 — Ri*. *substantiam entechae*. Recte Rein. Vales. et Be. auct. Go. *substantiam enthecae*. Vid. Go. ad h. c., not. g, supr. V, 13, 18, IX, 42, 7 et XIV, 3, 7. o) Ita recte (et prob. Go.) Aur. Lugd. Rein. Be. pro *inveniens*, quod ex cod. 4 transiit in edd. Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. p) Rein. em. *attinebis*. q) Be. *Naissi*. Aur. Lugd. *Cons.* r) Val. Go. Rein. *Teutomerem*, protectorem

quas refici oportet, si forte indigeant[s] refectione, turres administrationis[t] tempore quotannis[u] locis opportunis exstrue. Quod si huius praecepti auctoritatem neglexeris, finita administratione revocatus in limitem[v] ex propriis facultatibus eam fabricam, quam administrationis tempore adiumentis militum et impensis[x] debueras fabricare, exstruere cogeris *Dat. XIII. Kal. Iul. Med.*[y], *divo Ioviano et Varroniano Coss.* (364.)

14. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Praesumptionem iudicum ulterius*) prohibemus, qui in eversionem abditorum oppidorum metropoles[z] vel splendidissimas civitates ornare se fingunt, transferendorum signorum vel marmorum vel columnarum materias[a] requirentes. Quod post legem nostram[b] sine poena admittere non licebit, praesertim cum neque novam constitui fabricam iusserimus, antequam vetera reformentur et, si adeo aliquid fuerit inchoandum, ab aliis civitatibus [c]conveniat temperari. *Dat. Kal. Ian. Mediolano, Valentiniano et Valente*[cc] *Coss.* (365.)

15. *Iidem AA. ad Dracontium....*[d] Lex[e] sancientibus nobis rogata est, quae iudices omnes et rectores provinciarum edicto suo atque auctoritate cohibet, aliquid novi operis arripere prius, quam ea, quae victa senio fatiscerent[ee], repararent. Quae nunc etiam credidimus repetenda. *Dat. XIV. Kal. Mart. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.*[f] (365.)

16. *Iidem AA. ad Mamertinum Pf. P.* Censura tua hanc[g] iudicibus licentiam penitus amputabit, ne aliquid[h] novellum aggrediantur opus, veterum illustrium fabricarum reparatione neglecta. In eo sane larga ac benigna his licentia tribuetur, ut ornamenta urbium ac decora marmorum, quae in aliquo senium temporis sentiunt, ad speciem pristinam et usum congruae[i] utilitatis instaurent. Ceterum nihil auspicari quemquam novi operis patieris, exceptis stabulorum fabricis, quae ex usu publico, si ita res tulerit,[k] non prohibemus institui. *Dat. Id. Mart. Senigallia*[l], *Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)

17. *Iidem AA. ad Valentinianum*[m] *Consularem Piceni.* Si quid sinceritas tua his urbibus, quibus praeest, putaverit deferendum, instaurare antiquum opus rectius poterit, quam novum inchoare. Sane si quid reparationi alicuius[n] operis postulandum erit, non in pecunia, sed in ipsis speciebus postulare te par est. Si loca aliqua indigent novis stabulis aut horreis, videris exaedificare[o] etiam, si emolumenta publica adverteris postulare. *Dat. prid. Non. Oct. Valentiniano et Valente AA.*[p] *Coss.* (365.)[q]

18. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* [qq]Rectores provinciarum quodcunque opus inchoandum esse necessario viderint in aliqua civitate, id arripere non dubitent. Si civitatis eius res publica tantum in tertia pensionis parte non habeat, quantum coeptae fabricae poscat impendium, ex aliarum[r] civitatum rei publicae canone praesumant,[s] tertiae videlicet portionis. *PP. VII. Kal. Febr. Sirmio*[t], *Gratiano A. III. et Equitio Coss.* (374.)

— c. 14. Summ. C. Th.: „*Superiori primae similis.*“ Vid. c. 15 et 37 h. t., not. sup. Sec. Go. concordat etiam c. 31 h. t. — c. 15. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*“ Vid. c. sq., not. sup. Eodem die, sed ad Symmachum Pf. U. data est c. 2 C. Th. de Reparat. appell. (XI, 31). Vid. c. 21 h. t., not. sup. — c. 16. Summ. C. Th.: „*Superiori in capite similis.*“ Vid. c. sq. et 21 h. t., not. sup. Aur. Lugd. c. 15. — c. 17. Summ. C. Th.: „*Similis superiori et sextae.*“ Eodem die datae sunt c. 68, 69 C. Th. de Decur. (XII, 1), ubi vid. not. sup. — c. 18 concordare dicit Go. c. 26, 32, 48 h. t., antiquari vero c. 48 h. t. Eius mentio fit in c. 33 h. t.

---

domesticum, qui ap. Ammian. Marcell. XV, 3 commemoratur, sub Tautomedis nomine latere putant. Cf. Ammianus Marcell. ed. Wagneri, T. II, p. 116, n. 10. Praeterea Go. cj. *Tautomeri* et in Chron. habet *Tauromedi.* s) Fol. 363[a] cod. 4. Til. — Cui. 2* *refectione turres, adminst.* t) Go.: „*tuae.*“ u) 4, Til. Cui. 1 *quodannis s. quod annis.* v) Go.: „*ad limitem.*“ x) Go.: „*publicis* scilicet.“ y) Recte Go. hoc siglum interpretatur *Medianae* (vid. supr. V, 14, 3, not. o, Go. in comm. h. c. et Böcking. ad Notit. Orientis p. 463), falso vero Rein. *Mediolani.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* *) Aur. Lugd. *alterius.* z) 4, Til. — Ri*. *Petropolis.* Recte Be. auct. Go. ed. *metropoles;* nam hoc sententia legis flagitat. Etiam Val. em. *Metropolis*, i. e. *Metropoles.* a) 4 *materia*, rubro col. add. *s* (materias). b) Vid. c. 11 et c. sq. h. t. c) Fol. 363[b] cod. 4. cc) Add. *AA.* d) Dignitas deest in cod. 4 et in edd. sine lacunae signo. Go. Be. recte eum *Vic. Afr.* fuisse dicunt. Vid. supra VIII, 4, 10, X, 1, 10, XI, 1, 10, XI, 1, 13, XI, 30, 33, XII, 6, 9. e) Vid. c. 11 et 14 h. t. ee) 4 *factiscerent;* rubro col. corr. *c* syll. *fac.* f) Go. — Be. om. *AA.* Aur. Lugd. *Cons.* g) 4, Til. — Ri*. *ac*, male. Be. ex em. Go. ed. *hanc.* Mihi videtur *ac* ex simili sono antecedentium syllabarum ortum ideoque omnino delendum esse. h) Go.: „*Aliquod.*“ i) 4 *urum congrua.* Til. *usum congrua.* Recte in Cui. 1 tacite corr. est *congruae.* k) Fol. 364[a] cod. 4. l) Ita 4; Til. — Ri*. *Senigalia.* Be. *Senigalliae.* Go.: „*Senigallia*, vel *Senogallia*, vel *Sina Gallica*, in Umbria olim maritima — His vero temporibus in Piceno ea erat.“ *Sena* dicitur ap. Liv. XXVII, 46; Silium Ital. XV, 551; Eutropium III, 10; *Senogallia* ap. Plin. Hist. Nat.; *Σηνογαλλία* ap. Strabonem. m) c. 2 C. Th. de Exhib. v. transmitt. reis (IX, 2) inscripta est *Valentino Cons. Piceni.* Cf. c. 2 cit., not. *x.* n) 4 *acuius*, rubro col. corr. *alicuius.* o) Mira locutio, quam Go. interpretatur: „aedificari cura, id est et illa aedificato,“ nisi quod mendum hic latet. An *videris ea aedificare etiam, si e. p. a. p.* Til. — Cui. 2* *exaedificare, etiam si.* Error videtur latere aut in v. *indigent* aut in v. *videris;* si inest in v. *indigent*, leg. est *par est; si loca aliqua indigere novis stabulis aut horreis videris, exaedificare etiam* (scil. *te par est*), *si* etc.; si vero in v. *videris*, corr. est aut *iuberis* aut *poteris* aut simile quid. p) Recte add. Be. *AA.*, quod siglum abest a cod. 4 et a rell. edd. q) Go. om. annum. qq) Vid. supra V, 13, 35, not. *o.* r) 4 *aliorum.* s) Fol. 364[b] cod. 4. t) Be. *Sirmii.* u) Go.: „Itaque: vel *quodque.*“ v) Aur. Lugd. mendose

19. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Senatum. Post alia:* Nemo praefectorum urbis aliorumve iudicum, quos potestas in excelso locat, opus aliquod novum in urbe Roma inclyta moliatur, sed excolendis veteribus intendat animum. Novum quoque[u] opus qui volet in urbe moliri, sua pecunia, suis operibus absolvat[v], non contractis[x] veteribus emolumentis[y], non effossis nobilium operum substructionibus, non redivivis de publico saxis, non marmorum frustis[z] spoliatarum aedium deformatione[a] convulsis. *Lecta in Senatu*[b], *Valente V. et Valentiniano AA. Coss.* (376.)

20. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.* *) *Iuliano Pf. Aegypti.* Iudex, qui ad provinciam fuerit destinatus, duas partes[c] vel incuria vel vetustate collapsas ad statum pristinum nitoris adducat, atque tertiam construat[d] novitatis, si tamen famae et propriis cupit laudibus[e] providere. *Dat. XVI. Kal. April. Thessalonica, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.* (380.)

21. *Iidem AAA. Eutropio Pf. P.* Singuli quique iudicum primo omnium in tuendis[ee] veteribus aedificiis publicis impendant propriae sollicitudinis curam, tum aggrediantur nova. Atque studio cautae celeritatis, quicquid a superiore repererint inchoatum[f], quasi a se coeptum noverint explicandum. *Dat. XVI. Kal. Sept.*[g] *Hadrianopoli, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.* (380.)

22. *Iidem AAA.*[h] *Have Procule, karissime nobis.* Praescriptio temporis iuri publico non debet obsistere, sed ne[i] rescripta quidem. Atque ideo diruenda sunt omnia, quae per[k] diversas urbes vel in foro vel in quocunque publico[kk] loco[l] civitatis exstructa noscuntur. *Dat. III. Id. Iun. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

23. *Iidem*[m] *AAA. Cynegio Pf. P.* Ad portus et aquaeductus[n] instaurationem[o] omnes certatim, facta operarum collatione, instare debent, neque aliquis[oo] ab huiusce modi *) consortio dignitatis privilegiis[p] excusari. *Dat. XV.* *) *Kal. Febr. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.* (384.)

24. *Iidem AAA.*[q] *Cynegio Pf. P.* Omnes, quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad exstructionem solito more decreta[r], usque ad annos quindecim ab opere perfecto cum suis heredibus teneantur obnoxii, ita ut, si quid vitii in aedificatione intra[s] praestitutum tempus provenerit[t], de eorum patrimonio, exceptis tamen his casibus, qui sunt fortuiti, reformetur. *Dat. III. Non. Febr. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone Coss.* (385.)

— c. 19 coniungendam esse Go. dicit cum c. 13 C. Th. de Accusat. (IX, 1) et c. 8 C. Th. de Metallis (X, 19). Vid. infra not. *b* et c. 13 cit., not. sup. et not. *m*, *mm*. Summ. C. Th.: „*Similis sextae.*“ Cf. c. 11 et 21 h. t., not. sup. — c. 20 coniungenda est cum c. 80 C. Th. de Decurionibus (XII, 1). — c. 21 sec. Go. concordat c. 3, 11, 15, 16, 19, 29 h. t. — c. 22. Cod. Iust. VIII, 12, 6. Bas. LVIII, 12, 6. Sec. Go. cum h. c. concordant c. 47 et 52 h. t. — c. 23 coniungenda est cum c. 5 C. Th. de Auro coronario (XII, 13). Vid. infr. not. *. Cod. Iust. VIII, 12, 7. Bas. LVIII, 12, 7. Labbaeus Obs. et Emend. in Synops. Basil. lib. LIV, p. 172. Summ. C. Th.: „*Contraria est septimae.*“ — c. 24. Cod. Iust. VIII, 12, 8. Bas. LVIII, 12, 8.

---

absolvant et infra *Cons.* x) Go.: „Est qui tentet, *contactis.* Male.“ y) Be. de cj. Go. *emolimentis* edidit pro *emolumentis*, quod 4, Til. — Ri*. habent. Praeterea Go. ann.: „Putabam aliquando hic legendum, *monumentis*, aliquando *aeramentis*, aliquando *fulmentis*, id est, columnis. Sic *fulmenta* Aquitanica, apud Sidon. *lib.* 2. *epist.* 10. Fulmenta, a fulciendo. Sed *emolumentis* et hic, et *d. l.* 8. *de Metall.* rectum est. *Emolumenta* vel potius *emolimenta* sunt molitiones, ut vocantur *l.* 31. *infr.* ab emoliri. — Denique *emolumentum* nihil aliud est, quam structura: proculdubio proprio significatu, in re architectonica, etsi apud Vitruvium nusquam ea occurrat.“ Paullo ante *moliri opus.* Symmachus X, ep. 9: *vereor ne operi emoliendo aestiva oportunitas subtrahatur*, ubi ab interpretibus v. *emoliendo* accipitur pro *finiendo.* In c. 31 dicitur *novis molitionibus industriae captare famam.* Neque vero usquam legi *emolimentis;* quare restitui *emolumentis.* Emolumentis, id est rebus, quae emolumento, usui aedificanti sunt. Lucrum pro re positum est, unde capitur. Sua pecunia, suo sumptu et emolumento moliantur iudices nova opera, neque vero contractis veteribus molitionibus. Ita c. 8 cit. *suo ut quisque sumptu suoque emolumento pariat copiam.* z) Go. cj. *crustis*, accito Cassiodoro I, 6; non egemus ea cj. a) Cui. 2 — Ri*. mendose *reformatione*, sed Go. in not. *deformatione.* b) c. 13 cit. add. *III. Id. Febr.* et c. 8 cit. *Id. Aug.* Cum c. 8 de simili re atque haec lex tractet, neque vero c. 13, add. est *Id. Aug.*, quod etiam Go. placet. *) Go. *AA.* c) Rein. em. *portas.* d) 4 *constrat* et add. asteriscus rubro col., unde Til. — Ri*. *constrat * novitatis.* Iam Rein. ann. *construat ad n. scil. statum.* Be. de cj. Go. rep. *construat*, recte. e) Cum literis *bus* incip. fol. 365[a] cod. 4. ee) Til. *intuendis.* Mox Be. *impendat*, mendose. f) Go. mendose *inchoandum.* g) Go. vult *XII. Kal. Dec.* h) Be. in not. add. *et Arcad. A.*, sed Cod. Iust. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius* (consentiens igitur cum C. Th.) *AAA. ad Proculum*, omm. vv. *Have et kar. nob.* 4, Til. — Lugd. *K. nob.* Cui. 2 — Be. *K. NB.* et Go. *Proculo.* Go. Be. Proculum Comitem Orientis fuisse dicunt. i) Cod. Iust. *nec.* Cf. Unterholzner, ausführliche Entwickelung der gesammten Verjährungslehre. Leipzig 1828. 8. Tom. I, p. 192, not. 185 et Ad. Schilling, Bemerkungen über Römische Rechtsgeschichte. Leipzig 1829. 8. p. 401, n. 1119. k) 4 om. *per.* kk) Cod. Iust. *in publico quocunque.* l) In Cod. Iust. add. *contra ornatum, et commodum, ac decoram faciem.* m) Go. Be. rep. hic et in c. sq. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius.* Vid. etiam infra not. *q.* Ea coniectura comprobata, scribendum est in c. 25 h. t. *Iidem AAA.* Cod. Iust. consentit cum C. Th. Vide, quid ad c. 5 cit., not. *e* dictum sit. n) In Cod. Iust. add. *et murorum*, impr. Go. o) In Cod. Iust. add. *sive exstructionem.* oo) Ita etiam Cod. Iust., sc. *debet*, repet. ex anteced. v. *debent.* Go. tamen cj. *nec queat quis.* *) Cod. Iust. *huiusmodi.* p) Cum literis *giis* incip. fol. 365[b] cod. 4. *) Vid. infr. XVI, 5, 13, not. *b.* q) Rein. em. *Imppp. Val. Th. et Arc.* Vid. not. *m* antec. r) Cod. Iust. *more credita.* s) Ita Be. auct. Go. ex Cod. Iust.; 4, Til. — Ri*. *infra.* Etiam v. *infra* rectum esse Go. dicit. t) Cod. Iust. *pervenerit*, impr. Go.

25. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA.*[u] *Proculo Pf. U. Constantinopolitanae.* Turpe est, publici splendoris ornatum privatarum aedium adiectione corrumpi, et ea, quae conspicuae urbis decori vel nostri temporis vel prioris seculi aetate creverunt, aviditate cogendae pecuniae sociari[v]. Unde sublimis eminentia tua, quicquid talis astutiae[x] deprehenderit fraude violatum, id, si publicis nitoribus faciem adspectus [y]deterioris inducit, sive illud voluntaria praesumptione temeratum est, sive expressam[z], coactis annotationibus, [zz]occasionem fraudis[*] obtinuit[a], iubebit amoveri. Tuo enim arbitrio relinquimus, a quibus temperandum, quaeve diruenda[b] diiudices. *Dat. XVI.*[c] *Kal. Aug. Romae, Timasio et Promoto Coss.* (389.)

26. *Iidem AAA. Polemio Pf. P. Illyrici et Italiae.* Quoties clariores urbes[d] per singulas quasque provincias expensis propriis et vectigalibus maiorem pecuniam absolvendi cuiuslibet operis necessitate deposcunt, id ex minorum viribus vindicetur, ita ut non ante poscatur, quam omnis[e] summa, quae iisdem ex suis compendiis quaeri*) solet, instaurandis aedibus assumatur. Consequens vero erit, ut in notitiam serenitatis nostrae, quoties habita fuerit haec vectigalium usurpatio, derivetur[f], quantum fuerit aliunde praesumptum, per quos expensum, quatenus consummatum. *Dat. XVII. Kal. Febr. Mediolano, Valentiniano A. IV. et Neoterio Coss.*[g] (390.)

27. [h]*Iidem AAA. Albino Pf. U. Romae.* Augustae in partibus civitatis magis antiqua reddi convenit, quam inchoari supervacua. Nosse itaque par est officium magnitudinis tuae et ceteros, a quibus sumptus huius modi[i] operibus de aerario praebebuntur, accepto omnino non ferri[k], si quis per usurpationem opus[l] praeter conscientiam nostram intra aeternam urbem voluerit publica collatione construere. Ideoque summam omnem, quae[m] illi contra interdictum forte praebebitur, pecunia sua et propriis facultatibus pendet, sequestrata condemnatione librarum auri decem, quae plectet[n] sacrilegam contemnentis audaciam. *Dat. prid. Non. April. Mediolano, Valentiniano A. IV. et Neoterio Coss.* (390.)

28. *Iidem AAA. Polemio Pf. P. Illyrici et Italiae.* Si quis novum opus in qualibet civitate sustollere audacius quam consultius molietur, de proprio se collaturum sumptus et perfecturum, quod coeperit, noscat. Nihil quippe [o]dispensatoribus ex hoc usu feremus accepto[p], et contra officium[q] atque ipsum iudicem auri pondo dena constringent, ut saltem metu, quod facere sponte debuerant, reficiendis vetustioribus impendant laborem. *Dat. prid. Non. April. Mediolano, Valentiniano A. IV.*[r] *et Neoterio*[s] *V. C. Coss.*[t] (390.)

29. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Aureliano Pf. U.*[u] Ne quis iudicum nova aedificia moliatur, cum opera nonnulla aut coepta penderent, aut neglecta nutarent. *Dat. III. Kal. Mart. Constantinopoli*[v], *Theodosio A. III. et Abundantio*[x] *Coss.* (393.)

30. *Iidem AAA. Aureliano Pf. U.*[y] Si quando concessa a nobis licentia fuerit exstruendi, id sublimis magnificentia tua sciat esse servandum, ut nulla domus inchoandae publicae fabricae gratia diruatur, nisi usque ad quinquaginta libras argenti pretii aestimatione taxabitur. De aedificiis vero maioris meriti[z] ad no-

— c. 25 Go. coniungendam esse putat cum c. 9 C. Th. de Annonis civ. (XIV, 17) et cum ea concordare c. 4, 9, 38, 39, 46, 47 h. t. — c. 26. Vid. c. 18 h. t., not. sup. — c. 27 Go. coniungit cum c. 28 h. t. Verum est, has leges eodem die et de eadem re datas esse; sed cum inscripti sint diversi magistratus, non assentior Go. Vid. c. 11, 28 h. t., not. sup. et c. 31 h. t., not. *e*. — c. 28. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*“ Vid. c. 27 h. t., not. sup. et c. 31 h. t., not. *e*. In Aur. Lugd. h. c. signatur numero 29. — c. 29 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Constitutionibus principum (I, 1), c. 1 C. Th. de Praediis senat. (VI, 3), c. 26 C. Th. de Praetor. (VI, 4), c. 130, 131 C. Th. de Decurionibus (XII, 1) et c. 30 h. t. Vid. supra XII, 1, 130, not. sup., XIV, 17, 11, not. *l* et c. 21 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Omnibus, dum sit similis, potior.*“ — c. 30. Cf. c. 29 h. t., not. sup. Cod. Iust. VIII, 12, 9.

Mox Aur. Lugd. *Cons.* u) Vid. not. *m* antec. v) Rein. em. *sauciari*, quo non opus est. x) 4 *astatutiae;* rubro col. del. *at* (astutiae). y) Fol. 366[a] cod. 4. z) Go. corr. *expressum*, sine ulla caussa. zz) Mendose Aur. Lugd. *coactis adnotatio | nem fraudis.* a) 4 *abtinuit*, rubro col. corr. est *obtinuit.* b) 4 *durienda*, rubro col. add. asteriscus (*durienda* *), quasi quid desit. Recte Til. ed. *diruenda*. Cf. c. 22 h. tit. c) *VII.* in c. 9 cit. d) 4, Til. — Ri*. *urbis.* Go.: „Pro, *Vrbes.* Intelligit autem Metropolitanas potissimum,“ unde Be. ed. *urbes*, recte; crebro in antiquis libris confundi literas *es* et *is*, notum est. e) 4, Til. *omne.* Mox 4, Til. — Ri*. *hisdem.* *) Go.: „Et seponi.“ f) 4, Til. — Lugd. *diriuetur.* An *dirigatur?* g) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *Neotherio.* Aur. Lugd. *Neot. Cons.* h) Fol. 366[b] cod. 4. In ima pag. signum est quaternionis *MH.* i) Go.: „Novis.“ k) Vid. supr. XII, 6, 13, not. * et c. 17 Sirmond. l) Go.: „*Supervacuum*, ut *supr.*“ m) 4 *omnemq' illi* etc. Til. *omnemque illi — praebebitur pecunia sua, et propriis facultatibus pendet sequestrata condemnatione l. auri decem quae.* Cui. 1 — Cui. 2* *omnem quae illi — praebebitur, pecunia sua, et propriis facultatibus pendet sequestrata condemnatione l. auri decem quae.* Go. — Ri*. *omnem, quae illi — praebebitur, pecunia sua, et propriis facultatibus pendet, sequestrata condemnatione librarum auri decem, quae.* Go. ad v. *pendet* ann.: „Restituet.“ n) 4 *plecet*, mendose. Mox 4, edd. ante Be. *Neotherio* et Aur. Lugd. *Cons.* o) Fol. 367[a] cod. 4. p) Vid. supr. XII, 6, 13, not. * et c. 17 Sirmond. q) 4 *et controfficium;* ab antiqua manu corr. *et contra*, recte. Go. prop. e *contra.* Non opus est em. r) 4, Til. — Cui. 2* *III.*, mendose. s) 4, Til. — Ri*. *Neotherio.* t) Go. om. annum, sine dubio propter numerum *III.* Vid. not. *r* antec. u) Go. Be. dicunt in aliis legibus Aurelianum appellari *Pf. P.;* sed vid. c. 3 cit., not. *b* et c. 130 cit., not. *h.* Mox Ri*. *caepta.* v) In c. 3 cit. add. *D. N.* (domino nostro), ubi falso e codicibus editum est *Domino;* nam in hoc v. sine dubio latet sigl. *D. N.* x) In c. 3 et 26 cit. add. *V. C.* y) Vid. not. *u.* In Cod. Iust. imperatorum nomina plene scripta sunt; dicitur vero etiam *Aurelianus Pf. U.* z)

stram scientiam referetur[zz], ut, ubi amplior[a] poscitur quantitas, imperialis exstet [b]auctoritas. *Dat. III. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

31. *Iidem AAA. Rufino Pf. P.* Si qui iudices perfecto operi[c] suum potius nomen quam nostrae perennitatis scripserint, maiestatis teneantur obnoxii[d]. §. 1. Illud etiam repetita sanctione[e] decernimus, ut nemini[ee] iudicum liceat, novis[f] molitionibus industriae captare famam. Quod si quis in administratione positus sine iussu nostro aedificii alicuius iacere fundamenta tentaverit, is proprio sumptu etiam privatus perficere cogetur, quod ei non licuerat inchoare, nec provincia permittetur abscedere prius, quam ad perfectum manu coeptum[g] perduxerit et, si quid de quibuslibet publicis titulis in ea ipsa fabrica praecepto eius impensum fuerit, reformarit. *Dat.*[h] *III. Non. Iul. Constantinopoli, Arcadio III. et Honorio II. AA. Coss.* (394.)

32. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eusebio Comiti sacrarum largitionum.*[i] Ne splendidissimae urbes[k] vel oppida vetustate labantur[l], de reditibus fundorum[m] iuris rei publicae tertiam partem reparationi publicorum moenium[n] et thermarum[o] subustioni[p] deputamus. *Dat. XI.*[q] *Kal. Iul.*[r] *Mediolano, Olybrio et Probino*[s] *Coss.* (395.)

INTERPRETATIO. *Quoties aedificia vetustate*[t] *consumpta necesse fuerit reparari, ad ipsam reparationem tertiam partem de proprio fiscus impendat.*

33. *Iidem AA. Have Vincenti*[u], *karissime nobis*[v]. Praecipua nobis cura est, ne aut provinciales nostri superindictionibus praegraventur, aut opera publica pereant vetustate collapsa. Singuli igitur ordines civitatum ad reparationem moenium publicorum[x] nihil sibi amplius noverint[y] praesumendum, praeter tertiam portionem eius canonis, qui ex[z] locis fundisque rei publicae quotannis conferri solet, sicut divi parentis nostri Valentiniani senioris deputavit auctoritas[a]. *Dat. III. Non. Iul.*[b] *Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

34. *Iidem AA. Caesario Pf. P.* Omnes provinciarum rectores[bb] literis moneantur, ut sciant, ordines atque incolas urbium singularum muros vel novos de-

---

— c. 31. Cod. Iust. VIII, 12, 10, solo pr. recepto eoque mutato. Vid. infr. not. *d.* Cf. c. 14 h. t., not. sup. et infra XV, 7, 12, not. sup. — c. 32. C. Th., cod. 4, Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *c.* 32. Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 2, excepto cod. 15, ubi est c. 1 tit. de Aquaeductu (XV, 2). Cod. Iust. VIII, 12, 11. Bas. LVIII, 12, 11. Go. c. 18, 33 et 48 h. t. concordare dicit. Vid. c. 33 h. t., not. sup. Integra cum interpr. est in codd. 6—14, 16—18, 20, 21, omnia praeter interpr. des. in codd. 46, 47; inscr. et textus in codd. 24, 30, 35, 43; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32— 34, 36, 38—40, 42, 44; sola interpr. in cod. 15. De cod. 31 vid. tit. I. h. l., not. sup. et c. 9 h. t., not. sup. et de cod. 20 supr. XIV, 7, not. sup. et c. 9 h. t., not. sup. — c. 33. Sec. Go. et Be. ex h. c. deprompta est c. 3 Cod. Iust. de Divers. praed. urb. (XI, 69), quae eodem die data est et verborum quandam similitudinem gerit, sed vid. supr. V, 13, 35. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Vid. c. 32 h. t., not. sup. — c. 34. Cod. Iust. VIII, 12, 12.

Cod. Iust. *pretii.* zz) Cod. Iust. *referatur.* a) Ita etiam Cod. Iust.; nihilo secius Go. cj. *noscitur*, sine ratione. b) Fol. 367[b] cod. 4. c) 4 *operis*, rubro col. del. *s.* d) In Cod. Iust. h. c. ita mutata est: *Si q. i., perfecto publicis pecuniis operi, suum* (om. *potius*) *nomen sine nostri numinis mentione inscripserint, m. t. o.*, et des. rell. e) Vid. c. 27 et 28 h. t. ee) 4 *nemine*, rubro col. emend. *nemini.* f) 4 *nob'*, rubro col. in marg. *novis* scrib. Vid. supra XIV, 17, 13, not. *q.* g) 4 *manumcoeptu.* Til. — Cui. 2* *manu coeptum.* Go. — Be. *manucoeptum.* Go.: „*Manucoeptum*, unica voce. Nisi malis, *ad perfectam manum*, *coeptum perduxerit:* verum prius illud malo." h) Go.: „Nisi *data*, pro *accepta* accipias, tum dies *huic legi* subscriptus, vel locus vitiosus fuerit; iam enim Theodosius in Eugenium moturus Constantinopoli digressus fuerat." i) Ita 4, Til. — Lugd. et Cod. Iust., nam 4 *CSL*, Til. — Lugd. *C. S. L.* et Cod. Iust. *Comiti sacrarum largitionum*, prob. Go. Etiam Be. repos. *com. sacr. larg.* 6, 7, 9—14, 16—18, 20, 27 *Com.* (s. *Com.* s. *Comiti*) *Siciliae.* 15, Cui. 2 — Ri*. *Consulari Siciliae.* 21 *cons* et Sich. *Cons.* Rein. in Chron. constitt. Cui. 2 cj. *Aemiliae* pro *Siciliae.* 33, 34 *Comiti Silvestro.* 25, 28, 29, 40, 42, Sich. in m. L. (?) ap. Be. *Com.* s. *Com.* et om. *sacr. larg.* 38 *Eusebio PPO*, ut infr. XV, 14, 12. 8 om. *Com. s. l.* Antea multi codd. *Archadius.* k) Nonn. codd. *splendissime urbis.* 20 (prim. loc.) *splendissimae.* l) 6—8, 10, 18 *labuntur.* 11 *labentur.* Mox Sich. *redditibus.* m) Fol. 368[a] cod. 4 incip. cum literis *dorum.* 11 *fundorum iuris publicae.* n) 6—8, 10, 11, 14, 16, 18, 21, 25, Sich. *moenium publicorum.* 25 om. *reparationi.* o) 11 *terrarum.* 16 *terminarum.* p) Ita 4, Til. — Cui. 2*. Ri*. et Be.; Go. Ri. *subustionI.* Conveniunt cum hac scriptura plerique codd. Br. Al. 21 *subustione.* 20 *substitutione.* 25 *substitutionem.* 20 sec. Ri., Sich. Cod. Iust. *substitutioni*, improb. Go. At vero Go. Rein. em. *substructioni*, prob. Dirksen. l. c. p. 481 et Spangenb. Bas. *καὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν δημοσίων βαλανείων.* Cui. quidem in Observ. XVIII, 37 pro *ἐκβάσεις* em. *ἐγκαύσεις* et tuetur C. Th. scripturam, quem secutus est etiam Leuncl. Notat. II, p. 354; sed vituperat eum Dirksen l. c., qui in Bas. latere putat v. *substructioni.* Amm. Marcell. XXX, 1 *congeri ligna ad Valentini lavacri succensionem.* 8 *deputemus.* q) 28, Sich. in m. *XII.* r) 11 *Iun.* et om. *Med.* 33, 34 *Nov.* In cod. 30 deest *Iul.* Sich. Cod. Iust. *Mediolani.* Mox multi codd. et Sich. *Olibrio.* s) 12 *Promoto.* 24 *probiano.* 29 *Probo.* 8 om. *Olybrio — Coss.* t) 11 *potestate.* Aur. Lugd. *aedificata.* Mox 6, 7, Aur. Lugd. *fuerint.* u) Go. Be. Vincentium *Pf. P.* fuisse putant et praeterea Be. *PPf. P.* (*Gall.*) Aur. Lugd. *Vincenri.* v) 4, Til. — Lugd. *k. nobis;* rell. *K. NB.* x) 4 *publicorum*, a sec. manu corr. *publicarum.* y) 4 *noverit.* z) 4, Til. — Ri*. *ut;* recte Be. auct. Go. ex Cod. Iust. XI, 69, 3 ed. *ex.* Ita legitur etiam supra V, 13, 35. In utraque enim c. huius legis sententia hoc modo expressa est: *Restaurationi moenium publicorum tertiam p. e. c., q. ex locis fundisve r. p. annua praestatione confertur, certum est satis posse sufficere.* a) Vid. c. 18 h. t. b) Vid. supr. V, 13, 35, not. *r.* Mox Aur. Lugd. Go. Ri. *Cons.* bb) Til. *restores.* Ri.

bere facere vel firmius veteres[c] renovare; scilicet hoc pacto impendiis ordinandis, ut adscriptio[cc] currat pro viribus singulorum, deinde[d] scribantur pro aestimatione futuri operis[e] territoria civium, ne plus poscatur aliquid, quam necessitas imperaverit, neve minus, ne instans impediatur effectus. Oportet namque per singula[f] iuga certa quaeque[g] distribui, ut par cunctis praebendorum sumptuum necessitas imponatur[h]. *Dat. IX. Kal. April. Arcadio IV. et*[i] *Honorio III. AA. Coss.* (396.)

35. *Iidem AA. Caesario Pf. P.* Quicquid de palatiis aut praetoriis iudicum aut horreis aut stabulis et receptaculis animalium publicorum ruina lapsum fuerit, id rectorum facultatibus reparari praecipimus, qui a primo consulatu[k] divi genitoris nostri[l] usque[m] praesens tempus gesserunt iudiciariam potestatem. *PP. Regio*[n], *Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

36. *Iidem AA. Asterio Comiti Orientis.* Quoniam vias, pontes, per quos itinera celebrantur, atque aquaeductus, muros quin etiam iuvari provisis sumptibus oportere[o] signasti, cunctam materiam, quae ordinata dicitur ex demolitione templorum, memoratis necessitatibus deputari censemus, quo[p] ad perfectionem cuncta perveniant. *Dat. Kal. Nov. Caesario et Attico Coss.* (397.)

37. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.* Nemo iudicum in id temeritatis erumpat, ut inconsulta pietate nostra novi aliquid operis existimet[pp] inchoandum, vel ex diversis operibus aeramen aut marmora[q] vel quamlibet speciem, quae fuisse in usu vel ornatu[r] probabitur civitatis, eripere vel alio transferre sine iussu tuae sublimitatis[rr] audeat. Etenim si quis contra fecerit, tribus[s] libris auri mulctabitur. §. 1. Similis etiam condemnatio ordines civitatum manebit, nisi ornamentum genitalis patriae decreti huius[t] auctoritate defenderint. Horreorum autem vel stabulorum fabricas arbitratu proprio provinciarum[u] iudices studio laudandae devotionis arripiant. *Dat.*[v] *Kal. Ian. Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

38. [x] *Iidem AA. Eutychiano Pf. P.* Excellens eminentia tua cuncta privata aedificia, quae coniuncta horreis publicis esse cognoverit, dirui ac demoliri praecipiet, ita ut ex quattuor lateribus privatorum consortio separata sint, ac libero spatio recernantur[y], ut a principio fuerant fabricata. *Dat. V. Non. Iul. Constantinopoli, Honorio A. III.*[yy] *et Eutychiano Coss.* (398.)

39. *Iidem AA. Severo Pf. U.* Aedificia, quae vulgi[z] more parapetasia nuncupantur, vel si qua aliqua[a] opera publicis moenibus[b] vel privatis sociata cohaerent, ut ex his incendium vel insidias vicinitas reformidet, aut angustentur spatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac prosterni praecipimus. *Dat. V.*[c] *Id. Oct. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

40. *Iidem AA. Eutychiano Pf. P.* Si aliquando operum publicorum petitores emergant, non nisi[d] diruta penitusque[e] distructa, et quae parum sint[ee] usui civitatum, petitoribus assignentur[f]. *Dat. Id. Dec.*[g] *Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* (398.)

41. [h] *Iidem AA. Hadriano Pf. P.* Omnia aedificia publica sive iuris templorum, intra muros posita vel etiam muris cohaerentia, quae tamen nullis censibus patuerit obligata, curiales et collegiati summotis competitoribus teneant atque custodiant, suarum non immemores fortunarum, ita ut eos nullus penitus inquietet, qui aliquem locum publicum aut per sacram anno-

— c. 36 coniungenda est cum c. 7 C. Th. de Aquaeductu (XV, 2). — c. 37. Cod. Iust. VIII, 12, 13. Go. coniungi h. c. vult cum c. 1 Cod. Iust. de Statuis et imag. (I, 24). Summ. C. Th.: „*Primae et quartaedecimae similis.*" — c. 38. Vid. c. 25 h. t., not. sup. et supr. V, 13, 36, not. sup. — c. 39. Cod. Iust. VIII, 12, 14 mut. Vid. c. 25 h. t., not. sup. et supr. VI, 4, 33, not. sup. — c. 40 coniungendam esse Go. putat cum c. 11 C. Th. de Divers. rescr. (I, 2) et cum ea concordare c. 10, 41, 42, 43 h. t. Vid. supr. V, 13, 36, not. sup. Cod. Iust. VIII, 12, 15 mut. Ri. err. c. 60. — c. 41—43. Vid. c. 40 h. t., not. sup.

Provinciarum. c) Fol. 368[b] cod. 4. Cod. Iust. *veteres firmius.* cc) Mendose Aur. Lugd. *abscribto.* d) Cod. Iust. *adscribantur.* Go. v. *deinde* negat mutandum esse in *proinde*, recte. e) Cod. Iust. *operis futuri.* f) In Cod. Iust. add. *non sterilia.* g) Cod. Iust. *quoque*, impr. Go. h) In Cod. Iust. add. *nemini excusatione, vel alia praesumptione ab huiusmodi immunitate praebenda.* Go. putat h. vv. ex Nov. Valent. V. de Pantapolis addita esse (ed. Berol. pag. 1290 sq.). i) Go. — Ri*. om. *et*, errore. k) Go.: „Id est, ab anno D. 380. qui subscriptus *legi* 20. *supr.*" l) Theodosii M. m) Ita 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Go.; Aur. Lugd. Ri. — Be. add. *ad* (*usque ad praesens tempus*), quod quidem non falsum est, neque vero necessarium. Non raro huius aetatis scriptores utuntur v. *usque* sine praepositione. Vid. supr. XI, 20, 5, not. *o* et XI, 28, 9, not. *l.* n) Be. *Regii.* o) Fol. 369[a] cod. 4. Aur. Lugd. *sumptibut — signastis*, mendose. p) 4 *quod*, rubro col. del. *d.* Mox Aur. Lugd. *Cons.* pp) Aur. Lugd. *existiment*, err. q) Cod. Iust. *operibus ornamenta, aut marmora.* r) Cod. Iust. *et ornatu.* rr) Cod. Iust. *sublimitatis tuae.* s) Cod. Iust. *sex.* t) Cod. Iust. *huiusmodi*, impr. Go. u) 4 *proprovinciarum*, a recenti manu add. *i* supr. *propro* (proprio) et ad v. *vinciarum* add. *pro* in m. (provinciarum). v) c. 13 Cod. Iust. add. *III.* et c. 1 cit. *XII.* Utroque loco Cod. Iust. *Mediolani.* x) Fol. 369[b] cod. 4. y) Ita 4, edd.; recte Go. Be. em. *secernantur.* yy) Scrib. *IV.* z) Cod. Iust. *vulgo* pro *vulgi more.* a) Cod. Iust. *alia*, non male. Defendi potest C. Th. scriptura, modo *si qua* interpretamur: *si qua parte.* b) 4 *moeniis*, a sec. man. corr. *moenibus.* Cod. Iust. *opera moenibus vel publicis operibus* (improb. Go.) *ita sociata cohaerent.* c) Cod. Iust. *VI.* d) Cod. Iust. *Si aliquando homines emergant, qui a nostra clementia opus publicum sibi praeberi postulaverint: non nisi.* e) 4 *penitusquae.* Edd. ante Be. *diruta penitus, quae distr.* Recte Be., auct. Go., ex Cod. Iust. ed. *diruta, penitusque distructa.* Sed Cod. Iust. *destructa*, recte. ee) 4 *sit.* f) Cod. Iust. *et quae parum sunt in usu civitatum, percipiant: intimandis huiusmodi rescriptis iudicio amplissimae tuae sedis.* g) c. 11 cit. *Dat. VIII. Id. Dec.* et add. *Constantinop.* h)

tationem meruerit, aut in areis vacantibus, quae nullum usum civitatibus ornatumque praeberent, insinuata auctoritate rescripti, propriis sumptibus aedificaverit. Si qua vero super huius modi locis fuerit orta dubitatio, non aliquid municipes sive collegiatos volumus sponte praesumere, sed a rectore provinciae ortam dirimi quaestionem, vel sublimem[i] consuli praefecturam, si iudicandi exegerit difficultas. Palatina sane officia ab his locis abstinere oportet, nec praebendae instructionis gratia cuiquam[k] surripiendi[l] aditum[m] reserari, cum, si quando a quopiam vacans locus aut area postulatur, consultius ad ordinarios iudices nostri mittantur affatus, ut, si neque usui[n], neque ornatui civitatis accommodum[nn] videtur esse, quod poscitur, periculo ordinis et provincialis officii, absque ullius gratiae colludio, competitori sub gestorum testificatione tradantur[o]. Pensiones autem, quae deinceps[oo] sublatae a competitoribus fuerint, rationabiliter impositas, reparationi iubemus proficere civitatis; [p]videlicet pensionibus praeteriti temporis, quae iam solenniter sacro[pp] privatoque debentur aerario. *Dat. IV. Non. Iul. Mediolano, Vincentio et Fravitta*[q] *Coss.* (401.)

42. *Iidem AA.*[r] *Eutychiano Pf. P.* Eudoxiopolitanae civitatis cives pro oblatano suam patriam[s] ergasteria condonamus. Ne quis igitur ergasteria memorata a nostra serenitate deinceps petere moliatur, eaque ratione civium, quorum censum cupimus ampliari, iura perturbet[t]. *Dat. prid. Id. Iul. Constantinopoli, Honorio A.*[u] *VI. et Aristaeneto*[v] *Coss.* (404.)

43. *Iidem AA.* *) *Hadriano Pf. P.* Petentibus loca publica ea conditione annuimus, ne quid usui[x] vel ornatibus aut commodis civitatum auferatur. Et quamquam nullum opinemur exsistere, qui contra commoda vel ornatum propriae civitatis competitorum obreptionibus conniveret[y], attamen huiusce modi rescripta non nisi ad excellentiam[z] tuam referri praecipimus; scientibus iudicibus, quod, si qui[a] deinceps surrepticia voluerit allegare rescripta[b], non nisi reprehensione existimationis suae et poena officiorum suorum his aditum praebebunt, si[c] in tradendis locis publicis, si qui forte nostra liberalitate fuerint concessi, excellentiae tuae non exspectetur auctoritas. *Dat. VIII. Kal. Oct. Ravenna, Stilicone*[d] *II. et Anthemio Coss.* (405.)

44. *Iidem AAA.*[e] *Aemiliano Pf. U.*[f] Si quando usus exegerit, vel porticus vel quaslibet[g] aedes, aetatis senio seu fortuitis concussas casibus, reparari, liceat, etiam inconsulta clementia nostra, cum reverentia[h] sui imaginem deponere vel nostram vel retro principum, reportatamque[i] post refecta aedificia loco proprio denuo collocare. *Dat. V. Kal. Iul. Constantinopoli, Arcadio A. VI. et Probo Coss.* (406.)

45. *Iidem AA.*[k] *Aemiliano Pf. U.* Omnibus tabulatis, tam his, quae intercolumniis[l] affixa sunt,

— c. 44. Cod. Iust. VIII, 12, 16. — c. 45 Go. coniungendam esse putat cum c. 46 h. t. Vid. infra not. *q*.

Fol. 370^{a} cod. 4. Ri*. *Idem RA.* i) 4, Til. *sublimi.* Aur. Lugd. *sublimen.* k) Edd. *cuique.* Go.: „Cuiquam.“ Recte, nam in 4 est *cuiq'*. Siglum *q'* nonnunquam significare *quam*, iam diximus. Vid. supr. XI, 1, 15, not. *s.* l) Go.: „Obripiendi.“ m) Fol. 370^{b} cod. 4. n) 4 *sui*, ab ant. man. supr. add. *u* (usui). nn) Aur. Lugd. *ad commodum.* o) Vid. supra XII, 1, 107, not. *cc* et XIV, 4, 4. oo) Go.: „An intelligit post impetrationem? ut sic pro *fuerint*, reponamus *fuerant?* Minime.“ p) Recte Go.. „Exceptis videlicet.“ pp) Ri*. om. *sacro.* q) 4, Til. *Fravito.* Cui. 1 — Lugd. *Fravitto.* Ri*. *Fruitta*, mendose. r) Be. inscriptioni h. et sqq. quattuor legum imperat ut addatur *et Theodosius A.*, recte; nam iam IV. Id. Ian. Arcadio et Honorio AA. V. Coss. (402.) Theodosius creatus est Augustus. Convenit cum Be. cj. c. 9 Cod. Iust. de Aedificiis privatis (VIII, 10), quae hausta est ex c. 46 h. t. et in inscr. trium imperatorum nomina gerit (*Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA.*); contra c. 16 Cod. Iust. de Oper. publ., cuius fons est c. 44 C. Th. h. t., cum vulgata C. Th. edd. scriptura consentit, ubi cod. 4 recte habet *Id AAA*. Argumento est haec discrepantia, quam negligenter vetera utriusque Codicis exempla scripta et postea edita sint. Vid. infr. inscr. c. 52 et 53 h. t., quae solius cod. 3 auxilio emendatae sunt. s) Ita 4, edd.; locum corruptum esse iam in Cui. 2, 2* significatum est asterisco ad m. legis posito. Go. reprehensis iis, qui em. *oblatando*, primum quidem cj. *pro oblatitio* s. *oblativo* (sc. auro), *pro oblatis nobis, suae patriae*, et *condonare aliquem aliquid* a Romanis dici insimulat; postea vero legi vult *pro oblata nobis sua patria* aut, quod praefert, *propter oblatam nobis suam patriam.* Cuius confirmandae caussa emendationis quamquam profert locum ex Dionis lib. LIV. ad ann. U. C. 739, pag. 537 ed. Leunclavii, tamen illa verba, quae arcte coniuncta sunt, *Eudoxiopolitanis propter oblatam patriam ergasteria condonamus*, nescio quid insulsi habent. Puto igitur scribendum esse *pro oblato nobis*, et post *nobis* unum versum excidisse, cuius negligentiae iam in aliis locis convictus est librarius codicis 4 et reus erit in aliis. Sine dubio prima omissi versus v. *auro* erat. t) 4 *perturbat*, rubro col. corr. *perturbet.* u) Fol. 371^{a} cod. 4. v) 4, Til. — Lugd. *Aristeneto.* Cui. 2 — Ri*. *Aristineto.* *) Cf. c. 42 h. t., not. *r.* x) 4 *ui*, a sec. man. supr. add. *us* (usui). y) 4, Til. — Ri*. *cohiberet.* Go. Rein. em. *conniveret* et hoc ed. Be. Cf. supra XII, 1, 71, 77. z) Vv. *ad excellentiam* a librario quidem scripta sunt, sed radendo fere deleta. a) 4 *qui*, rubro col. corr. *quis;* hoc edd. Vid. c. 46 h. t. b) 4 *scribta*, rubro col. corr. *rescribta*, recte. c) Til. — Ri*. *praebebunt. Si.* d) 4, Til. — Ri*. *Stilichone.* e) Ita 4 (*Id AAA*) et Til.; Cui. 1 — Be. Cod. Iust. *AA.* Vid. c. 42 h. t., not. *r.* f) Cod. Iust. *P. P.*, male. Vid. c. 46 h. t. g) 4 *qualibet*, rubro col. corr. *quaslibet.* h) Cum literis *tia* incip. fol. 371^{b} cod. 4. i) 4 *reportatamquae.* Til. — Lugd. *reportatam, quae.* Veram scripturam Cui. 2 hausit ex Cod. Iust. Vid. c. 40 h. t., not. *e.* k) Vid. c. 42 h. t., not. *r* et c. 44 h. t., not. *e.* l) 4, Til. — Ri*. *intercolumnis.* Recte Be.

quam his, quae superiores[m] porticus dividunt, ad formam pristinam[n] civitatis habitus revocetur; adscensibus etiam his, qui ad superiores porticus ducunt[o], tam in latiorem modum patentibus, quam pro ligneis scalis lapideis gradibus fabricandis. Ita enim et pericula incendii aberunt, et si qui casus adversi tulerint, facile amotis[p] angustiis, homines inter incendia discursus ac liberandi sui facultatem invenient. *Dat. XI. Kal. Nov.*[q] *Constantinopoli, Arcadio A. VI. et Probo Coss.* (406.)

46. *Iidem AA.*[r] *Aemiliano Pf. U.* Aedificia privatorum publicis aedibus adhaerentia sive superposita destrui tollique praecipimus. Et in posterum id aperte sancimus, ut, si qui aedificandi[s] iuxta publicas aedes animos dederit, quindecim pedum spatio interiecto inter publica ac privata aedificia ita sibi noverit fabricandum, ut tali intervallo et publicae aedes a periculo vindicentur, et privatus aedificator, velut perperam fabricati loci[t], destructionis quandoque futurae non timeat detrimentum. *Dat. XI. Kal. Dec.*[tt] *Constantinopoli, Arcadio A. VI. et Probo Coss.* (406.)

47. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio Pf. U.*[u] Quicunque locus in palatio huius urbis privatis aedificiis incommode occupatus est, is quam primum, subrutis[v] omnibus, quae in eo sunt, aedificiis, palatio reformetur[x], quod privatorum non est parietibus coarctandum. Nam imperio magna ab universis secreta debentur, ut hi tantum locum habeant habitandi, quos legitimus[xx] maiestatis nostrae usus et rei publicae disciplina delegit, in futurum etiam universis ab huius modi usurpatione prohibendis. *Dat. IX. Kal. Mart. Constantinopoli, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*[y] (409.)

48. [z] *Iidem AA. Bonosiano Pf. U.* Nihil ex his, quae instaurationi ornatibusque singulis deputavit antiquitas, nullius colore occasionis, auferri volumus. Igitur futuro proximo consulatu universa praedictae urbi[a] debitorum vectigalium illibata augmenta pervaleant. *Dat. IV. Kal. Dec. Ravenna*[b], *post cons. Varanae V. C.* (411.)

49. *Iidem AA. Herculio Pf. P.*[bb] *Illyrici.* Constructioni murorum et comparationi transvectionique[c] specierum universi sine ullo privilegio coarctentur, ita ut in his duntaxat titulis universi pro[d] portione suae possessionis et iugationis ad haec moenia*) coarctentur, quo ita demum, a summis ad infimos[e] usque sarcina decurrente, ferendi oneris non leve solatium, sed in commune omnibus profuturum communi labore curetur. Quod in partibus duntaxat Illyricianis nostram clementiam statuisse tua sublimitas recognoscat[f] *Dat. V. Id. April. Constantinopoli, DD. NN. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.*[g] (412.)

50. [h] *Iidem AA. Isidoro Pf. U.* Opus coeptum exstruatur, et porticus thermas Honorianas praecurrat acie columnarum, cuius decus tantum est, ut privata iuste negligeretur paulisper utilitas. Sed ne census sui quisquam intercepta lucra[i] deploret, sed e con-

— c. 46. Vid. c. 25 et 45 h. t., not. sup. Cod. Iust. VIII, 10, 9 om. pr. Bas. LVIII, 11, 9 et Schol. ap. Fabr. T. VI, p. 787. — c. 47. Cf. supra c. 22, 25 h. t., not. sup. Cod. Iust. VIII, 12, 17. — c. 48. Vid. supra c. 18, 32 h. t., not. sup. — c. 49 iam aderat, quamquam aliis vv. omm., aliis mutatis, in c. 4 C. Th. de Equorum coll. (XI, 17), ubi vid. not. sup. Be. ex hac c. descriptam esse putat c. 1 Cod. Iust. de Quibus muneribus (X, 48); sed potius illa c. 4 fons est c. 1 cit. Vid. supr. XI, 15, not. sup. — c. 50. In hac c. incip. P. 37 cod. 3. Vid. infra not. *i*. Go. eam concordare dicit cum c. 51 h. t.

auct. Go. (*intercolumnIs*, i. e. *intercolumniis*) rep. *intercolumniis.* m) 4 *superioris*, rubro col. em. *superiores.* n) Go. tentat *peristilinam*, sed in comm. recte tuetur *pristinam.* o) 4 *dicunt*, rubro col. em. *ducunt.* p) Cui. 2, 2*. Go. err. *amoris*, sed in exemplo Cui. 2, quo usus est Rein., videtur corr. esse *amotis.* q) Go. em. *Dec.*, ut h. c. coniungatur cum c. sq. h. t. Vid. ibi not. *tt.* Ri*. *Nnvembr.* et mox om. *et.* r) Cod. Iust. *Imppp. Arcad. Honor. et Theod. AAA.*, recte. Vid. c. 42 h. t., not. *r* et c. 44 h. t., not. *e.* s) Fol. 372[a] cod. 4. Aur. Lugd. *si quis.* In Cod. Iust. c. 9 ita incip.: *Si cui loci proprietas aedificandi iuxta publicas aedes animum dederit, is quindecim.* Ceterum Go. sine necessitate hic diversa cj.: *aedificandis*, id est aedibus excitandis, aut: *animose se dederit*, ut supr. XIII, 6, 7 in f., aut: *si cui animus steterit*, aut: *si cui* vel *cuius animo sederit*, aut: *si quid aedificandi animo sederit. Animum dare aedificandi* est voluntatem habere aedificandi, coepisse aedificare. t) Cod. Iust. *fabricato loco.* tt) Cod. Iust. *Dat. X. Kal. Nov.* (ut c. anteced. h. t., quacum hanc coniungendam esse Go. arbitratur) et om. *Constantinop.* u) Cod. Iust. *P. P.*, impr. Go. v) Ita 4, Til. — Lugd. Cod. Iust.; Cui. 2 — Ri*. err. *subruptis.* Be. iubente Go. recte rep. *subrutis.* Item corr. Rein. x) Til. — Cui. 2* *reformetur. Quod.* In tribus Cui. 2, 2* exemplis, quae inspexi, discerni nequit, utrum *reformetur* an *reformatur* ed. sit. Mox librarius suo more scripsit *cohartandum*, pro quo Go. ex Cod. Iust. rep. iubet *coarctandum.* Hoc repos. Be. Non est nisi orthographiae discrimen. Etiam in c. 49 h. t. 4, Til. — Ri*. *cohartentur*, Be. *coarct.* xx) Go. mendose *legimus.* y) Aur. Lugd. *Cons.* z) Fol. 372[b] cod. 4. a) Be.: „utrum Romae, an alii intra regionem suburbicar. urbi dubium.“ Posterius verum est. b) 4, Til. Cui. 1 *Raū* pro *Raū*, id est *Ravenna.* Vid. infr. XV, 7, 13, not. *p.* bb) Ita Be. et Cod. Iust.; 4, Til. — Ri*. *PF. Illyr.* c) 4, Til. — Ri*. *transvectionis specierum;* recte Be. auct. Go. ex c. 4 C. Th. et c. 1 Cod. Iust. citt. ed. *transvectionique.* Summ. C. Th. *Murorum constructioni et specierum deportationi omnes* etc. d) 4, Til. — Ri*. om. *pro.* Recte Be., iussu Go., ed. *pro portione;* nam hoc habent c. 4 C. Th. et c. 1 Cod. Iust. citt. *) c. 4 C. Th. et c. 1 Cod. Iust. citt. *munia.* Et hoc quidem Go. etiam h. l. coniicit. e) Ita 4, Til. — Lugd., c. 4 C. Th. et c. 1 Cod. Iust. citt.; recte igitur Be., auct. Go., ed. *infimos* pro *infirmos*, quod mendum ex Cui. 2, 2* transiit in edd. Go. — Ri*. Similiter supra c. 4 cit. *a summis sarcina ad infimos usque decurrat.* Etiam Rein. emend. *infimos.* Cf. supra XI, 16, 4 *ut primo a potioribus, dein a mediocribus atque infimis, quae sunt danda, praestentur* et ibid. paullo infra *exactionis ordine inter ditiores, mediocres atque infimos observando.* f) Vid. supra I, 10, 4, not. *r.* g) Vid. supr. XI, 17, 4, not. *d* h) Fol. 373[a] cod. 4. i) 3 *intercepta iura*, quod glossema sapere W. putat. Mox

trario cum pulchritudine civitatis etiam fortunas suas auctas esse laetetur[k], pro loco, quod[kk] quisque possederat, superaedificandi licentiam habeat. Nam in locum privati aedificii, quod in usum publicum translatum est, occupationem basilicae iubemus vetustae succedere, ut contractus quidam et permutatio facta videatur, cum dominus, qui suum dederat*) civitati, pro eo[l] habiturus sit ex publico, remota omni formidine, quod inconcusso robore et ipse habere, et quibus velit, tradere habebit liberam facultatem. *Dat. IV. Kal. Nov. Constantinopoli, Honorio IX. et*[ll] *Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

51. *Iidem AA. Anthemio Pf. P.* Turres novi muri, qui ad munitionem splendidissimae[m] urbis exstructus est, completo opere praecipimus eorum usui deputari, per quorum terras idem murus studio ac provisione tuae magnitudinis ex nostrae serenitatis arbitrio celebratur[n]: eadem lege in perpetuum et conditione servanda, ut annis singulis hi[o], vel ad quorum iura terrulae demigraverint, proprio sumptu earum instaurationem sibimet[p] intelligant procurandam, earumque[q] usu publico beneficio potientes, curam reparationis ac sollicitudinem ad se non ambigant pertinere. Ita enim et splendor operis et civitatis munitio cum privatorum usu et utilitate servabitur. *Dat. prid. Non. April. Lucio V. C.*[r] *Cos.* (413.)

52. *Imp. Theodosius A.*[s] *Severino Pf. U.*[t] Quia plurimae domus cum officinis suis in porticibus Zeuxippi[u] esse memorantur, reditus memoratorum locorum pro quantitate, quae placuit, ad praebenda luminaria et aedificia ac tecta reparanda e gratia[v] urbis huius lavacro, sine[x] aliqua iubemus excusatione conferri. *Dat. V. Id. Ian. Victore*[xx] *Cos.* (424.)

53. *Idem A.*[y] *et Valentinianus C. Constantio Pf. U.* Exedras, quae septentrionali videntur adhaerere porticui, in quibus tantum amplitudinis et[z] decoris esse monstratur, ut publicis commodis possint capacitatis ac pulchritudinis suae admiratione sufficere, supra dictorum consessibus[a] deputabit[b]. Eas[c] vero, quae tam orientali, quam occidentali lateri copulantur, quas nulla[d] a platea aditus atque egressus patens pervias facit, veterum usibus popinarum iubebit adscribi. His tamen[e] ipsis,

---

— c. 51 Go. Rein. indicari contendunt in c. 13 C. Th. de Metatis (VII, 8), ubi cons. not. sup. Vid. c. 50 h. t., not. sup. Cod. Iust. VIII, 12, 18. — c. 52. Ri*. mendose *XLII.* Cf. c. 22 h. t., not. sup. Cod. Iust. VIII, 12, 19. — c. 53 coniungenda est cum c. 3 C. Th. de Studiis liberalibus urbis Romae et Constantinopolitanae (XIV, 9), ubi vid. not. sup.

---

3 *pulcritudine* et ita semper. k) 3 *laetentur*, mendose. kk) Cave ne scrib. *quo. Pro loco, quod*, i. e. *pro loco eius, quod*, i. e. in locum eius, quod, i. e. in locum aedificii privati, quod. Vid. seqq. *) Go. in not. *dederit.* l) Recte et prob. W. 3 *pro eo.* Antecedit enim *suum*, sc. aedificium. 4, edd. *pro ea.* ll) Cui. 2 — Go. om. *et* et Aur. Lugd. *V.* m) Fol. 373[b] cod. 4. Mendose Cui. 1 *vobis* pro *urbis.* n) 4 *celeratur*, a secunda man. corr. *celebratur.* Go. pro *eadem* (id explicat *ea simul*) prop. *ea demum* vel *ea tamen.* Refutatur eius conatus codicum 3 et 4 et Cod. Iust. consonantia. o) 3 mendose *his* et mox *propio sumptu — potientur.* In Cod. Iust. om. *vel*, impr. Go. p) 4 *sibiet*, rubro col. *sibimet* in m. repon. Cui. 1 *instauratonem.* q) Cod. Iust. *eorum instaurationem — eorumque*, sententia mutata. *Earum*, sc. turrium. r) 3 om. *V. C.* Aur. Lugd. *Conss.* s) Ita 3 de sententia Go. Be. et probb. Mai., W.; nam in edd. et in Cod. Iust. est *Idem AA.*, male. Neque cod. 4 *Id AA* habet, sed *Id A.* Iam Hal. in Cod. Iust. ed. *Imp. Theodosius A.*, prob. Spangenb. t) Cod. Iust. mendose *P. P.* u) 3 *Zeusippi.* v) Codd. 3, 4, edd. ante Be. *reparandae gratia.* Cod. Iust. *reparanda, regiae huius urbis lavacro*, prob. Go., qui Cod. Iust. scriptura inductus cj. *reparanda egregiae urbis huius lavacro.* Be. ed. *reparanda* (om. *e*) *gratia.* Olim assentiebar Go., quia non raro urbes Roma et Constantinopolis honorificentissimis epithetis ab imperatoribus ornantur. Iam vero sisto in Be. cj., qui prop. *reparanda e gratia*, quod coniungatur cum vv. *conferri iub.*; nam codex 3 confirmat cod. 4 scripturam; constat autem in utroque codice singula verba iunctim, nec ullo spatio interiecto scripta esse neque discerni. Ceterum 3 *huius urbis*, ut Cod. Iust. x) Fol. 374[a] cod. 4. xx) Cod. Iust. add. *V. C.* Mox 3 (etiam in aliis locis) et Aur. Lugd. *Conss.* y) Male edd. *Id. AA.* Veram scripturam praebuit iam cod. 4, qui *Id A.* Go. et Be. in not. rep. *Imp. Theodosius A.* (vid. not. *s* anteced.), quam em. tuetur cod. 3, qui *Imp. Theodosius.* Summus Maius non dicit, utrum in cod. 3 sequatur *A.* an omittatur. Retinui, cum restituta esset inscriptio c. 52, cod. 4 scripturam. z) 3 *ac.* a) Ita 3, 4, Til.; Cui. 1 *concessibus*, unde error transiit in sqq. edd. Iam Rein. et Go. cj. *consessibus*, prob. W.; altera cj. Go. *congressibus* refutatur codicibus. b) Go. Be. requirunt *magnificentia* (Go. etiam *sublimitas*) *tua* aut *deputabis.* Mutatione non opus est, modo cogitamus, c. 3 cit. cum h. c. coniungendam priorem huius legis partem esse. Ibi in extremo scriptum est: *unicuique loca specialiter deputata assignari faciat tua sublimitas:* iam pergitur sic: *Exedras — supra dictorum consessibus deputabit* (sc. *sublimitas tua*): sequitur denique infra *Eas vero — iubebit adscribi.* Etiam vv. *supra dictorum*, sc. magistrorum s. professorum ad antecedentem huius legis partem spectant. c) Go. Be. rep. *Iis*, Rein. *Eis*, sc. exedris. Praeterea Go. prop. *Ad eas.* Iam facile caremus his cj. Vid. not. *e* sq. *Eas*, sc. exedras. d) Go. tentat *Qua nullus*, vel *ad quas nullus a platea aditus*, vel *ad quas nullum a platea aditus et egressus patamen.* Rein. *ad quas nulla a platea aditûs atque egressûs patamen.* Neque his cj. nunc opus est. Praeterea Be. addit: „T. et Cui. I. locum corruptum notarunt.“ Non hunc locum, sed quod paullo post sequitur v. *patamen* corruptum esse indicarunt. Vid. not. *e* sq. e) Locus in cod. 4 et in superioribus edd. corruptus est; sic enim se habet in cod. 4: *egressus pa | tamen ipsisq'*; a rec. manu atramento asteriscus add. est inter syll. *pa* et *tamen*, unde in Til. *pa * tamē ipsisque* editum est, in Cui. 1 — Lugd. *pa * tamen ipsisque*, denique in Cui. 2, 2* *patamen ipsisque*, retento asterisco in marg. Saeculi XVI. igitur editores asterisco significarunt locum corruptum et mancum esse. Go. demum huius mendi signo exstincto non solum ed. *patamen*, non accurate inspectis prioribus editionibus, verum etiam v. *patamen*, quod quidem ad analogiam vocabuli *foramen* confictum esse opinaretur, in Glossarium Nomicum recepit, unde illa vox transiit in Glossaria Cangii et Dirksenii. Ut Go., ita Ri. — Be. ed.

quae[f] humiliores aliquanto atque angustiores putantur, vicinarum spatia cellularum ex utriusque lateris portione oportet adiungi, ne quid aut ministris[ff] eorundem locorum desit aut populis. Sane si qui memoratas cellulas probabuntur vel imperatoria[g] largitate vel quacunque alia donatione aut emptione[gg] legitima possidere, eos magnificentia tua competens pro iisdem de publico pretium iubebit accipere. [h] *Dat. III.* [hh] *Kal. Mart. Constantinopoli, D. N. Theodosio A.* [i] *XI. et Valentiniano C. Coss.* (425.)

TIT. II. [k] DE AQUAEDUCTU. [l]

1. *Imp. Constantinus A.* [ll] *ad Maximilianum* [m] *Consularem aquarum.* [n] Possessores, per quorum fines formarum meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus *) volumus esse immunes, ut eorum opera aquarum ductus sordibus oppleti mundentur, nec ad aliud superindictae rei onus iisdem possessoribus attinendis, ne circa res alias occupati repurgium formarum facere non occurrant[o]. Quod si neglexerint, amissione possessionum mulctabuntur. Nam fiscus eius praedium[p] obtinebit, cuius negligentia perniciem formae congesserit[q]. Praeterea scire eos oportet, per quorum praedia ductus[r] commeat[s], ut dextra laevaque de[t] ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant; observante tuo officio[u], ut, si quo

---

Tit. II. C. Th., codd. 3, 4, Br. Al. eiusque codd. 5—18, 20, 21, 24—30, 32—40, 42—44, 47, Sich. Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. Aeg. *Tit. II.* Cod. Iust. XI, 42. In L. R. U. hic tit. deest. In cod. 3 scriptum esse narrat Maius *I de aquae ductu*, ubi W. reliquias superesse putat numeri *II.*, quo titulus distinctus fuerit. Ceterum W. falso scribit: „Rubricae *de aquaeductu* praemittitur in Vatic. sigla: II." De cod. 31 vid. tit. I. huius libri, not. sup. — c. 1. Cod. Iust. XI, 42, 1. Bas. LVIII, 19, 1.

---

patamen (omisso asterisco), *ipsisque.* Iure igitur Maius in Iuris Anteiustinianei Reliquiis. Romae 1823. p. XX. sq. quod hoc v. alucinatus est vituperat Gothofredum, frustra contradicente Wenckio, quasi a Cui. in Cui. 2 factum sit. Ab hoc enim asteriscum servari supra dixi. Iam ex cod. 3 perspicitur, recte in prioribus edd. asteriscum additum esse; excidit enim in cod. 4 librarii oscitatione integer versus inter *pa* et *tamen* (*tens — His*), quem primum summus Maius ex codice 3 eruit, ego vero, praecedente W. in Appendice II. Codicis Theodosiani l. c. p. 361, restitui. Ita factum est, ut corruptus locus, qui ne isto quidem substantivo admisso intelligebatur, ab omni vitio sanus esset, nec ulla ratio haberi posset eorum, quae Go. coniecisse dixi not. *c*, *d*, *ff*. Ceterum narrat idem W. praeclarum hoc Maii inventum primum innotuisse e Commentariis Parisiensibus: Thémis ou Bibliothèque du Iurisconsulte T. IV, p. 187, inde repetitum esse ab Hauboldo in Praetermissorum ad Breviar. Alaric. pertin. Promuls. I. (Lips. 1822. 4.) p. 4 sq. in nota. f) Vid. not. antec. Iam hic quoque locus cod. 3 auxilio emendatus est. ff) Go. cj. *magistris.* Emendato hoc loco clarum est *ministris* referendum esse ad *popinarum.* Vid. not. *e.* g) Mendose Aur. Lugd. *impetratoria.* gg) 3 *temptatione*, mendose et impr. W. Mox codd. Til. — Ri*. *hisdem.* h) Fol. 374 [b] cod. 4. In ima pag. est signum quatern. *MΘ.* hh) Cui. 2, 2* om. *III.* i) In cod. 3 om. *D. N.* et *A.* Mox Aur. Lugd. *Cons.*

k) Vid. supr. tit. I. huius libri, not. *aa.* l) Multi codd. *De aquaeducto.* ll) Mendose Cui. 2, 2* *Impp. Constantius A.* m) Cf. supra IX, 12, 2, not. *r.* Hoc quoque loco codices C. Th. consonant cum Cod. Iust. n) 3 *consularemaquarumpossessores* et 4 *consul* (virgula per literam *l* traiecta) *aquarumpossessores*, uterque igitur codex non discretis vv. Edd. *Cons. Aquarum possessores* etc. et Cod. Iust. *Consularem. Aquarum possessores* etc. Male Rein. in Chron. constitt. Cui. 2 ad ann. 330 ex inscript. quas edidit p. 471, n. 8 add. *Piceniani*; sed recte in eadem Chron. et ad h. c. v. *Aquarum*, quod in edd. primum v. legis est, ab ipsius legis initio ad inscriptionem trahens em. *ad Maximilianum, Consularem aquarum. Possessores* etc. Consentit hac in re cum Go. (vid. comm. c. 1 C. Th. de Bonis vacantibus [X, 8; ed. Ri. Tom. III, p. 447] et huius constitutionis), cuius vv. non inutile est hoc loco repetere: „*lex* haec Consulari Aquarum inscribitur: vox enim *Aquarum* (quod Pancirolus quoque iam recte indicavit, in *Consulari Aquarum*, in Notitia, fol. 122.) retrahenda est ad inscriptionem *legis*, et ita legendum: *Ad Maximilianum Consularem Aquarum:* Mox initium *legis* a voce, *Possessores*, deducendum: Nullus alioquin, imo falsissimus sensus hinc eliciatur, si legamus, *Aquarum possessores:* Neque enim Privati ulli publicorum Aquaeductuum possessores sunt, sed ut mox subiicitur, *per possessorum fines formarum meatus*, id est Aquaeductus, *transeunt.* Unde hoc metu Interpretes, *Aquarum possessores* hic ridicule interpretantur fundorum possessores per quos aqua labitur. Et sane Maximilianum, cui *haec lex* inscribitur, *Consularem Aquarum* fuisse, et *lex* integra ostendit, et illa nominatim verba *fin. leg. Observante tuo Officio*, etc. Consulari alioquin Aquarum inscripta est et altera *huius Cod. lex* 1. *supr. de divers. Offic.* (VIII, 7 *ad Versennium Fortunatum Consularem Aquarum* data ann. 315) et quidem eiusdem Constantini M., ubi pariter *officii Consularis Aquarum* mentio fit. Meminit etiam Notitia Imperii *Consularis Aquarum fol.* 118. (Not. Imp. Occid. Cap. IV. *Sub Dispositione Viri Illustris Praefecti Urbis Romae Consularis Aquarum*, ed. Böckingii p. 16, n. 9): quin et duae Inscriptiones de *Consulari Aquarum* extant *apud Gruterum LIV.* 6, et *CCCCLIX.* 7. Similes vero errores vocum perperam alibi positarum ad initium vero legis retrahendarum, plures *suo capite in Prolegomenis* observamus: vide interea *leg.* 1. *supr. de bon. vacant.* (X, 8. Vid. etiam supr. I, 7, 4, not. *; I, 14, 2, not. *r*, al.) Ergo Consularis Aquarum hoc aevo Constantinopoli fuit. Romae enim iam olim Curatores praeerant: de quibus vid. Frontinum *Aquaeduct. artic.* 97. *pag.* 170. *Seqq. Edit. Poleni:* ubi omnes Curatores qui ad se usque fuerunt, adnumerat." Nihil impedivit, quominus Go. secuti ad *Maximilianum Consularem aquarum. Possessores* etc. ederemus. *) Cf. Dirksen l. c. p. 515. o) Ita 3, 4; sed in cod. 4 a rec. man. supr. add. *curent*, sine dubio ex Cod. Iust. Etiam Rein. in m.: „*curent, al.*" Go. in comment. impr. *curent.* Etiam Cui. in Cod. Iust. *occurrant.* Paullo ante codd. edd. ante Be. *hisdem.* p) Cod. Iust. *praedium eius.* q) Rein. haerens in locutione *congesserit perniciem formae* cj. *forma* ɔͣ*xerit* fere ut Hal., qui in Cod. Iust. ed. *contraxerint.* Vid. Dirksen. l. c. p. 515. Legitima est cod. 4 scriptura, quam cod. 3 tuetur. r) Cod. Iust. *aquaeductus.* s) Go., etsi non vituperat *commeat*, tamen cj. *commeant;* equidem nil muto; nam cod. 3 habet *commeat.* t) Cod. Iust. *ex ipsis*, recte impr. Go. u) Id est officio Consularis aquarum. Ut gene-

tempore pullulaverint, excidantur, ne[v] earum radices fabricam formae corrumpant.[x] *Dat. XV. Kal. Iun. Gallicano et Symmacho Coss.* (330.)

2. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. Fortunatiano*[y] *Comiti R. P.* Aquaeductus, qui Daphnensi[z] palatio usum aquae praestat, quorundam aviditate tenuatur, appositis[a] maioribus fistulis, quam ex imperiali largitate meruerunt. Consensu igitur omnium in tribus locis conceptacula reparentur, et singulorum nomina modusque servandus tabulis adscribatur, et si ultra licitum aliquem usurpasse[b] constiterit, per singulos obolos librae unius auri dispendiis ingravetur. Et si sacri tenore rescripti[c] aliqui[d] certum modum aquae meruisse noscetur, non prius eidem accipiendi potestas aliquatenus tribuatur, nisi adito rectore ex ipso conceptaculo quantitatem, quam meruit, possit adipisci. *Dat.*[e] *III. Kal. Nov. Antiochiae, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* (369.)

3. *Imppp.*[f] *Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Clearcho Pf. U.*[ff] Summas quidem domus, si *) lavacris lautioribus praesententur[g], binas non amplius aquae uncias aut, si hoc amplius exegerit ratio dignitatis, supra ternas neutique possidere, mediocres vero et inferioris meriti domus singulis et semis contentas esse decernimus[gg], si tamen huiusce modi balneas easdem habere claruerit. Ceteros vero, qui mansionum[h] spatio angustiore sustentantur, ad mediae unciae usum tantum gaudere praecipimus, neque obreptionem cuiquam patere; ita ut, quod tibi paret, officium sex librarum auri mulcta feriatur, nisi prodiderit usurpantes, et is, qui fefellit, careat impetrato. *Dat. X. Kal. Iul. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

4. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Pancratio Pf. U.* Si quis de cetero[i] vetiti furoris audacia florentissimae urbis commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex aquaeductu publico derivando, sciat, eundem fundum, fiscalis tituli proscriptione[k] signatum, privatis rebus nostris[l] aggregandum. *Dat. VIII.... Constantinopoli*[m], *Timasio et Promoto Coss.* (389.)

5. *Iidem AAA.* *) *Albino Pf. U. Romae.* Eos, qui aquae copiam vel olim vel nunc per nostra indulta meruerunt, eius usum[n] aut ex castellis aut[nn] ex ipsis formis iubemus elicere, neque earum fistularum, quas matrices vocant, cursum[o] ac soliditatem attentare[p]. *Dat. V. Kal. Sept. Roma*[pp], *Timasio et Promoto Coss.* (389.)

6. *Impp.*[q] *Arcadius et Honorius AA. ad Africanum Pf. U.* Quicunque ex aquaeductu[qq] magis quam ex castellis aquae usum putaverit derivandum, etiam id, quod prius iure beneficii fuerat consecutus, amittat. In eum vero pro conditione personae conveniet severissimo supplicio vindicari, qui adversus statuta huius oraculi avidae cupiditatis noluerit frena cohibere, ut privatis indulti meatus mensura

— c. 4. Til. — Lugd. err. *III.* Cod. Iust. XI, 42, 2. Bas. LVIII, 19, 2. — c. 5. Til. — Lugd. err. *IIII.* Cf. supra IX, 16, 11, not. sup. et not. *h.* Ex hac et sq. c. conflata est c. 3 Cod. Iust. h. t. (XI, 42), mutt. vv. c. 6. Vid. infr. not. *p.* — c. 6. Til. — Lugd. mendose *V.* Vid. c. 5 h. t., not. sup.

ralis haec lex fieret, in Cod. Iust. scriptum est *observante officio iudicis.* v) Ita 3 (prob. Mai.), 4, Cod. Iust.; Til. — Be. *nec*, quod quidem Go. sustineri posse dicit, verum recte mutat in *ne.* x) Fol. 375[a] cod. 4. Mendose 3 *conrumgant.* y) 3, 4, Til. Be. *Fortunatiano.* Cui. 1 — Ri*. *Fortunaciano.* Ceterum 3 *Imp.* z) Codd. Til. — Ri*. *Dafnensi.* a) 4, Til. — Ri*. *adpotis* et Be. *appotis.* Go.: „Putet aliquis restituendum, *admotis*, vel *adpositis*: sed *adpotis*, rectum est: *Adpotis*, id est: adpotatis, ad potandum admotis," improb. Mai. Verissimum esse quod em. *adpositis*, quod etiam Rein. et, praeced. Go., Be. prop., demonstrat cod. 3; ibi scriptum est *adpositis*, prob. W. b) Ex cod. 3, prob. W.; 4, edd. *usurpare.* c) 3 *scribti*, err. d) 3, 4 *aliqui.* Rubro col. in cod. 4 repon. *aliquis.* Edd. *aliquis.* e) Go.: „An *Data*, pro Accepta, vel Reddita vel Proposita? Sequente enim demum Anno 370. Valentem Antiochiae hiemasse, testatur *Ammian. lib.* 29. *c.* 1. et *Zosim. lib.* 4. *c.* 13. Ut sic proposita fuerit haec *lex* Antiochiae, utpote quae ad eius suburbanum Daphnense spectat, et ipsa ideo *Epidaphne* cognominata." Vid. praeterea Go. in comm. h. c. c. f. Cum codd. 3 et 4 non discrepent, non puto, quicquam mutandum esse. Satis est, Go. opinionem indicasse. f) 3 *Impp.* et sic deinceps. Videtur in h. c. P. 36 cod. 3 desinere; nam quae aliae huius c. diversitates a Maio afferuntur, eae non ad hanc c., sed ad c. 4 C. Th. de Spectaculis (XV, 5) pertinent. ff) Vid. supra XII, 1, 93, not. *n.* *) Go. om. *si.* g) Fol. 375[b] cod. 4. Go. reprobat em. *latioribus praetendentur*; sed etiam quod supr. *domos* pro *domus* legi vult, eo facile caremus. Vid. supra X, 25, 1, XI, 7, 12, XIV, 17, 11. Mox Go. ad v. *neutique* ann.: *neutiquam.* gg) Til. — Cui. 2* *decernimus. Si tamen.* Go. — Ri*. *decernimus: Si tamen.* Rein. em. *decernimus; si tamen.* h) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. *mansionem.* Rein. Go. em. *mansionum*; hoc Be. ex Aur. Lugd. recepit, recte. i) 4, Til. — Cui. 2* *decetero*; rell. edd. et Rein. *de cetero.* k) Cod. Iust. *praescriptione.* Go. prob. *proscriptione.* l) Fol. 376[a] cod. 4. m) In cod. 4 deest mensis sine lacunae signo. Edd. et Cod. Iust. *VIII.* * *Constp.* Go. in Chron. p. CXXX. ed. Ri. *Dat.* pro *Reddita* accipit. Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 49, n. XXXIX. h. c. refert ad ann. 381 s. 382, quibus annis Pancratius Pf. U. Constantin. fuerit; hoc anno Proculum Pf. U. munus gessisse. Nisi consentiret Cod. Iust. cum C. Th., corrigerem *Proculo Pf. U.* *) Ri*. *AA.* n) 4 *usu.* A Cod. Iust. abest *eius.* nn) Go. — Ri*. *ut.* Aur. Lugd. *aut ipsis.* o) 4 *ursum*; libr. add. *c*, quam lit. recens manus rubris uncis inclusit. p) Cod. Iust. *attentare, vel ab ipso aquaeductu trahere.* Iam ex sq. c. in Cod. Iust., mutt. vv. additur: *Quod si quis aliter fecerit: non solum id quod prius iure beneficii fuerat consecutus, amittet: verum pro conditione quoque personae severissima poena plectetur. Dat. V. Kal. Sept. Romae, Timasio et Promoto Conss.* 389. *et PP. IV. Kal. Iun. Constantinop. Olybrio et Probino Conss.* 395. Miror factum esse, ut a Cod. Iust. conditoribus duae diversarum legum et diversorum annorum subscriptiones, tam c. 5 quam c. 6, retenta sola inscriptione c. 5, reciperentur. pp) Aur. Lugd. om. *Dat.* — *Rom.* q) Aur. Lugd. om. *Impp.* qq) 4 *ex aquaeductum*, a poster. man. del. *m.*

famuletur. *PP. IV. Kal. Iun. Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

7. *Iidem*[r] *AA. Asterio*[s] *Comiti*[t] *Orientis. Post alia:*[u] Usum aquae veterem[v] longoque dominio[x] constitutum singulis civibus[y] manere censemus, nec[z] ulla novatione turbari; ita tamen, ut quantitatem[a] singuli, quam[b] vetere licentia[c] percipiunt[d], more usque[e] in praesentem diem perdurante percipiant. Mansura[f] poena in eos, qui ad irrigationes[g] agrorum vel hortorum[h] delicias[i] furtivis aquarum meatibus abutuntur. *Dat.*[k] *Kal. Nov. Caesario*[l] *et Attico Coss.* (397.)

Ista lex tam evidens est, ut expositione non indigeat[m].

8. *Iidem AA. Messalae Pf. P.* Ex forma, cui nomen Augusta est, quae in Campania sumptu publico reparata est, nihil privatim singulorum usurpatio praesumat, neque cuiquam posthac derivandae[n] aquae copia tribuatur. Si quis autem meatum aquae ausus fuerit avertere, quinque libras auri aerario nostro inferre cogatur. Quicquid etiam ob eam fraudem ex rescripto fuerit elicitum vel qualibet arte tentatum[nn], irritum habeatur. *Dat. V. Kal. Ian. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

9. *Iidem AA. ad Flavianum Pf. U.* Ne quis Claudiam[o], interruptis formae lateribus atque perfossis, sibi fraude elicita[p] existimet vindicandam. Si quis contra fecerit, earum protinus aedium et locorum amissione mulctetur. Officium praeterea, cuius ad sollicitudinem operis huius custodia pertinebit, hac poena constringimus, ut tot librarum auri illatione mulctetur, quot[q] uncias Claudiae nostra[r] conniventia[s] eius usurpatas fuisse constiterit. *Dat. VI. Id. Nov. Mediolano, Stilicone*[t] *et Aureliano Coss.* (400.)

TIT. III.[u] DE ITINERE MUNIENDO.

1. *Imp.*[v] *Constantinus A. ad Proculum Proconsulem Africae.* Emphyteuticarii possessores, qui mansuetudinis nostrae beneficio ad extraordinaria minime devocentur, sicut[x] ceteri provinciales obsequium suum

— c. 7. C. Th., cod. 4, Cui. 2 — Be. *c.* 7. Til. — Lugd. mendose *VI.* Br. Al. eiusque codd. Sich. Aeg. *c.* 1, id est *un.* Coniungenda est cum c. 36 C. Th. de Operibus publicis (XV, 1). Cod. Iust. XI, 42, 4. Integra interpretis vv. subiectis est in codd. 6, 7, 9 — 14, 16 — 18, 20, 21, 27, 29 — 35, 38, 42 — 44; subscr. et interpr. des. in codd. 15, 25, 26, 28, 39; sola inscr. in codd. 24, 47; sola subscr. in codd. 8, 36, 37, 40. Sunt codd. in quibus quamquam et textus scriptus est et interpretis verba, tamen ipsi legi interpretationis siglum praefixum sit. Cf. ad h. c. Unterholzner l. c. T. II, p. 429, not. 833. Similis est c. 4 h. t. — c. 8. Til. — Lugd. mendose *VII.* — c. 9. Til. — Cui. 2* mendose *VIII.*

Tit. III. Cf. Nov. Theodosiana X. Neque domum divinam neque ecclesiam §. 3 (ed. Berol. p. 1302). L. R. B. tit. XVII. Cf. supra XI, 12, not. sup. — c. 1. Cod. Iust. XI, 64, 1.

r) Br. Al. codd. Sich. Cod. Iust. *Impp. Arcadius* (s. *Archadius*) *et Honorius*, sed 20 *Impp. Honorius et Theodosius.* Sich. om. *AA.* s) Multi codd. *Astirio* s. *Adstirio.* 27 *Basterio.* t) Codd. *com.* s. *com̄.* s. *comi.* s. *comiti*, nullus *cons.*, quod in Cui. 2, 2* est, recte improb. Go. u) Multi codd. om. *Post alia.* v) 10, 18 *Usumque atque veterem.* 11 *Usumfructum aque.* 14, 31 *usūq. veterem.* 33 *Usum atque veterem.* Nonn. codd., veluti 25, 28, 36, 40, 42 et L. (?) ap. Be. *vetere.* 20 *verterint* pro *veterem.* x) Fol. 376[b] cod. 4. 11 *longeque.* Multi codd. *dn̄o*, *dn̄m* et *constituto.* 11 *domino.* y) Ita 4, Til. — Lugd. R. Cod. Iust. Be.; 6, 7, 14, 29, 30 *singulis quibus manere.* 11, 15 *singulis quibuscumque manere.* 20 *singulis quibusque civibus manere.* 43 *singulis quib. q. locis manere.* In rell. codd. et edd. Sich. Cui. 2 — Ri*. *singulis quibusq.* (s. *quibusque*) *manere.* Mihi probatur *civibus:* probatum est etiam Go. z) 20 *consensimus neque.* Nonn. codd. *censuimus* et mox *notacione* pro *novatione.* a) Ita Be. ex Sich. et Cod. Iust. (falso add. T., id est Til.; is *quantitate* habet). Conveniunt cum hac scriptura codd. 13, 15, 24, 27, 33, 34; 20 *quantitas singule singuli quam veteres.* 26, 31 *quantitatis.* 37, 43 *quantitates singulis veteri.* 10, 18 *quantitati;* rell. *quantitate*, ut 4, Til. — Ri*. Recte Be. rep. *quantitatem*, etsi Go. dicit servari quoque posse v. *quantitate.* b) Haud pauci codd. *cum.* 21, alii, Sich. Cod. Iust. *veteri.* c) 4, Til. *lincentia*, sed puncto supr. prim. lit. *n* add. librarius cod. 4 corr. *licentia.* Nonn. codd. *licentiam*, ut 20. d) Nonn. codd. *percipiant*, alii *p̄cipiunt.* 15, 20 *perceperunt.* 32 *p̄ceperunt.* 26 *recipiant.* e) 10, 18 om. *more — percipiant.* Haec quoque in codd. sec. ordinis corrupte scripta sunt: *more et usque*, *mora usque*, *more eiusque* et om. *in*, *mora eosquae*, *morem*, *perdurantem*, *percipiunt*, *percipient*, *mora usq. in praesente diem perdurantem p̄cipiunt.* Sich. *usus* pro *usque.* 4, Til. — Lugd. om. *diem.* Recte in Cui. 2 rep. ex Cod. Iust. *diem.* Antea Sich. ex Br. Al. codd. edid. *diem.* f) Nonn. codd. *mensura;* alii *mansuram.* 11 om. *in eos.* g) 20 *ad iurgationem.* 25 *ad integrationes.* 28 *ad rigationes.* 47 *ad rigationem;* alii *adirrigatione.* h) 4 *hortuorum.* 31 *carvorum.* 40 *ornatorum.* i) Sich. 12, 25 *deliciis.* 38 *divitias.* 11 *furtius.* 21 *agrorum* pro *aquarum.* Magius Miscell. lib. III, cap. 8 ita legit: *ad irrigationes agrorum, vel hortorum, deliciis furtivis, aquarum meat. abut.*, recte improb. Go. k) 27 add. *X.* 47 om. *Kal. — Coss.* l) In cod. 9 add. *III.* Br. Al. nonn. codd. *atigo*, *antioco.* m) Ita plerique codd.; 6, 7 *Intpr. n̄ eget.* 20, 21, 43, alii codd. Sich. *Haec lex interpretatione non indiget.* 42 *Haec lex expositione non eget.* 11 *I. l. t. e. est expositionem non indiget.* Cui. 1 — Lugd. om. interpretis vv. n) Reposui, iubb. Go. Be. *derivandae* pro *dirivandae*, ut scriptum est in cod. 4 et in edd. Est solius orthographiae ratio. Vid. c. 4 h. t. nn) Mendose Go. *temperatum.* o) Cum literis *diam* inc. fol. 377[a] cod. 4. p) Rein. em. *inlicita*, quamquam non reprehendit vulg. scripturam propter antecedentem legem. Go. prop. *illicita* et *elicitam.* Probo *illicita.* q) Til. — Lugd. *quod.* r) Recte Rein. Go. Be. em. *nostrae.* s) 4 *cohibentiae ius.* Til. — Ri*. *cohibentia eius.* Rein. Go. em. *conniventia*, quod Be. rec. Vid. supr. XV, 1, 43, not. *y.* t) 4, Til. — Ri*. *Stilichone.*

u) Vid. tit. I. huius libri, not. *aa.* v) 4, Til. — Go. Cod. Iust. add. *Imp.* Ri. — Be. om. *Imp.* x) Cod. Iust. *devocantur munera: sicut;* neque nostram scri-

muniendis itineribus [y] impendant. Nulla enim ratione debent ab hoc, quod [z] in commune omnibus profuturum est, esse seiuncti [a]. *PP. Non. Maii Karthagine, Constantino A. V. et Licinio C. Coss.* (319.)

2. [b] *Imp. Iulianus* [c] *A. ad Avitianum Vicarium Africae. Post alia:* In muniendis viis iustissimum aequitatis cursum reliquit [d] auctoritas. Singuli enim loca debent quaeque sortiri, ut sibi consulant [dd] vel negligentia vel labore. Igitur eos loca iuxta morem priscum delegata curare oportebit etc. *Dat. VII. Kal. Nov. Antiochiae.* (362.) *Acc. XV. Kal. April. Karthagine* [e], *Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* (363.)

3. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Eusignium Pf. P.* A viarum munitione nullus habeatur immunis, et eorum praediorum actores, qui forte iniuncto onere [f] privilegiorum contemplatione parere minime voluerint, nostrae domui vindicentur. *Dat. IV. Kal. Mart. Valentiniano A. III. et Eutropio Coss.* (387.)

4. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae Pf. P.* Dudum quidem fuerat constitutum [g], ut illustrium patrimonia dignitatum ab instauratione itinerum haberentur excepta, verum propter immensas vastitates viarum certatim studia cunctorum ad reparationem publici aggeris conducibili [h] devotione volumus festinare, nulla ad instructum munitionis huiusce dignitate aut privatorum privilegiorum vi [i] qualibet studiosius appetita *). Etiam istud adiungimus, ut domos etiam clementiae nostrae, quas vetusta [k] et innumera ab huius oneris curatione privilegia vindicabant, par conditio et sollicitudo constringat; ita tamen, ut in ceteris, quae vel [kk] illustribus vel patrimonio nostro, praecedentibus edictis, beneficia fuerant attributa, intemerata permaneant. *Dat. III. Kal. Maii Mediolano, Theodoro V. C. Cos.* (399.)

5. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* Antiquatis omnibus vel personalibus rescriptis vel per annotationes elicitis, [l] per Bithyniam ceterasque provincias possessores et reparationi publici aggeris et ceteris eius modi muneribus pro iugorum numero [m] vel capitum, quae possidere noscuntur, adstringi cogantur [n]. *Dat. VII. Kal. Nov. Constantinopoli, Honorio IX.* [o] *et Theodosio V. AA. Coss.* (412.)

6. [oo] *Iidem AA. Asclepiodoto Pf. P.* Absit, ut nos instructionem viae publicae et pontium stratarumque operam, titulis magnorum principum dedicatam [p], inter sordida munera numeremus [pp]. Igitur ad instructiones reparationesque itinerum pontiumque nullum genus hominum nulliusque dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet. Domos etiam divinas ac venerandas ecclesias tam laudabili titulo libenter adscribimus [q]. Quam legem cunctarum provinciarum iudicibus intimari conveniet, ut noverint, quae viis publicis antiquitas tribuenda decrevit, sine ullius vel reverentiae vel dignitatis exceptione praestanda. *Dat. XV.* [r] *Kal. Mart. Constantinopoli, Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

— c. 2 coniungenda est cum c. 15 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 5), c. 1 C. Th. de Indulgentiis debit. (XI, 28), c. 7 Cod. Iust. de Aedif. priv. (VIII, 10) et auctore Go. cum c. 1 Cod. Iust. de Divers. praed. (XI, 69). — c. 3. Cf. c. 4 h. t., not. sup. — c. 4. Summ. C. Th.: „*Superiori contraria.*" — c. 5. Cod. Iust. X, 25, 2 mutil. Cui. in Comm. ad tres postr. Cod. Iust. libros l. c. p. 263. — c. 6 coniungenda est cum c. 25 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8) et ut Go. recte vult cum c. 35 C. Th. de Erogat. milit. ann. (VII, 4). Vid. infr. not. *r*. Depromptae sunt ex h. c. duae leges Cod. Iust. XI, 74, 4, om. fin. et I, 2, 7, mutt. vv. om. pr. et fin. Bas. LVI, 15, 4, V, 1, 4. Balsamo Paratitl. I, 2 et 3 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1252 et 1271). Leunclavius Notat. I, 63 (in Thes. Otton. T. III, p. 1491). Cf. Biener, Revis. d. Iust. Codex p. 204 (Zeitschr. f. geschichtl. Rechtsw. T. VII, p. 354).

---

pturam falsam esse dicit Go. Supra 4 *Enfyteuticarii.* y) Cod. Iust. *itineribus muniendis.* z) 4 *quo*, rubro col. em. *quod.* a) Cod. Iust. *seiungi* pro *esse seiuncti* et mox *Carthagine.* b) Fol. 377 [b] cod. 4. c) Be. vult *Iovianus*, nisi mutetur subscr. mensis; Go. autem in Chron. p. LXIII. hanc c. et rell. quae cum ea coniungendae sunt leges refert inter constitt. anni 362, recte. Vid. not. *e* sq. d) 4, Til. Cui. 1 *reliquid.* dd) „Recte, *consulere sibi negligentia* quis dicitur. *Consulendi* scilicet verbum est ex τῶν μέσων: *consulere sibi ex negligentia*, est male consulere: contra, *sibi consulere labore*, est bene consulere. — Proinde errant, qui hunc locum vitiosum putant." Go. e) Vv. *Antiochiae — Karthagine*, quae des. in cod. 4 et in edd., add. ex c. 1 C. Th. cit. Vid. supr. VIII, 1, 8, not. *q*, VIII, 5, 15, not. *g*, *h*, XI, 28, 1, not. *c*, XIV, 4, 3, not. *p*. Debebam haec vv. addere etiam subscr. c. 15 C. Th. cit. Cui. 2 — Ri*. *Salustio.* f) Go. Be. prop. *oneri*, recte, etsi neque vulgata scriptura ex cod. 4 in edd. recepta inepta est. Aur. Lugd. *forrè*, in inscr. h. c. *Impp.* g) Go. hic indicari putat c. 18 C. Th. de Extraord. sive sord. muner. (XI, 16). Aur. Lugd. *contitutum*, mendose. h) Fol. 378 [a] cod. 4. i) Ita recte Be. de cj. Go. edidit pro *in*, quod in cod. 4 et Til. — Ri*. legitur. Facile literarum ductus *ui* (*vi*) a librario depravari poterat in *in*. *) Aur. Lugd. *ad petita.* Infra *Conss.* k) 4 *vetustat*, ab antiqua manu deletur ultima lit. *t*. kk) Cui. 2 — Go. om. *vel*. l) Hinc incip. c. 2 Cod. Iust. cit. m) Cod. Iust. *possessores in reparatione p. a., et ceteris huiusmodi mun. pro iugerum* (improb. Go.) *numero.* n) Cod. Iust. *noscuntur, dare cogantur.* Sed iam Cui. emend. *adstringi cogantur.* Vid. Cui. l. c. pag. 263. o) Cod. Iust. *VIII.* et adscr. ann. 411. oo) Fol. 378 [b] cod. 4. Paullo post Ri*. *portium.* p) c. 4 Cod. Iust. cit. *instructiones — stratarumque opera titulis maiorum* (Cui. *magnorum*) *principum dedicata.* Hinc incip. c. 7 Cod. Iust. cit., quae sic scripta est: *Ad instructiones itinerum pontiumque etiam divinas domos et venerabiles ecclesias t. l. t. l. adscribimus, quia non est inter sordida munera numeratum*, et des. rell. pp) Haec onera sordidis annumerata erant c. 18 C. Th. de Extraord. sive sord. muner. (XI, 16). q) c. 4 *Domus etiam divinas* (om. *ac venerandas ecclesias*) *tam — adscribimus*, et des. seqq. 4 *aeclesias.* r) c. 35 cit. *XVI.* Scrib. *XV.*, ut coniungatur cum hac c. et c. 25 cit. Mox Ri*. 42*e*, mendose.

TIT. IV.[s] DE IMAGINIBUS IMPERIALIBUS.

1. *Imp.*[t] *Theodosius A. et Valentinianus C. Aëtio Pf. P.*[u] Si quando nostrae statuae vel imagines eriguntur, seu[uu] diebus, ut assolet, festis sive communibus,[v] adsit iudex sine adorationis ambitioso fastigio[x], ut ornamentum diei vel loco et nostrae recordationi sui probet accessisse praesentiam[y]. §. 1. Ludis quoque simulacra proposita tantum in animis concurrentum mentisque secretis nostrum numen[yy] et laudes vigere demonstrent[z]; excedens cultura hominum dignitatum superno numine[a] reservetur. *Dat. III. Non. Maii Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.* (425.)

TIT. V.[b] DE SPECTACULIS.[c]

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Magistratus et sacerdotiorum editiones, quae aut in civitatibus aut certe in his[d] debent exigi, quas delegit antiquitas, non in potestate iudicum sint, qui plerumque, dum popularem plausum alienis spoliationibus aucupantur, ea, quae in competenti loco solers diligentia praeparavit, ad alteram urbem transferri praecipiunt, sed in eorum arbitrio maneant, quorum expensis ac sumptibus[e] procurandae sunt. *Dat. VII. Kal. Maii Treviris*[f], *Modesto et Arintheo Coss.* (372.)

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*[g] *AAA. Rufino*[h] *Pf. P.* Nullus omnino iudicum aut theatralibus ludis aut circensium certaminibus aut ferarum cursibus[i] vacet, nisi illis tantum diebus, quibus vel in lucem editi vel imperii sumus sceptra sortiti, hisque, ut ante meridiem[k] tantum solennitati pareant, post epulas[l] vero ad spectaculum redire desistant. §. 1. In quo tamen omnes, sive iudices sive privati, nihil penitus auri praemio dandum esse cognoscent, quod solis licet consulibus, quibus erogandi moderationem vitae meritis[m] permisimus. §. 2. Illud etiam praemonemus, ne quis in legem nostram[n], quam dudum tulimus, committat, nullum solis die populo spectaculum[o] praebeat, nec[oo] divinam venerationem confecta solennitate confundat[p]. *Dat. XIII. Kal. Iun. Heracleae*[q], *Honorio NB. P. et Evodio V. C. Coss.* (386.)

3. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. P.* [qq]Nemo iudicum ex quacunque civitate in aliud oppidum vel ex provinciae solo equos curules, aurigas[r] cives tentet traducere, ne, dum popu-

---

Tit. IV. Go. concordare dicit tit. Cod. Iust. de Statuis et imaginibus (I, 24) et tit. C. Th. de His, qui ad statuas confugiunt (IX, 44). — c. 1. Cod. Iust. I, 24, 2 om. fin. Baron. ad ann. 348, n. 35.

Tit. V. Cod. Iust. XI, 40. — c. 1 concordat, ut Go. dicit, cum c. 3 et 4 h. t. Vid. c. 3, not. sup. — c. 2 extrema pars similis est c. 1, 20, 23 C. Th. de Feriis (II, 8). Vid. c. 22 eod., not. *z.* — c. 3. Vid. c. 1 h. t., not sup. Summ. C. Th.: „*Similis primae.*“ Go. h. c. cum c. 1 et 4 h. t. concordare dicit. Cod. Iust. XI, 40, 5. Bas. LIV, 5, 5, LIV, 37, 5. Balsamo Paratitl. I, 3 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1271 ibique not. Leunclavii in marg.).

---

s) Vid. tit. I. h. libri, not. *aa.* t) Go. — Be. Cod. Iust. *Impp.*, err. u) 4 *PP* et hic et in sq. c. Til. — Go. Be. Cod. Iust. *P. P.* s. *Pf. P.* Ri. Ri*. *P. F.* uu) Cod. Iust. *sive diebus.* v) Fol. 379[a] cod. 4. x) Cod. Iust. *fastidio;* Go. prob. *fastigio.* y) Cod. Iust. *vel loco nostrae recordationis sui pr. acc. praesentia*, et des. sqq. Best, Rat. emend. leg. c. 27 pag. 291 ita h. l. em.: *Fastigio, ut ornamentum diei vel loco ex nostra, recordationis vi, probet accessisse praesentia* vel ita: *ut ornamentum dies vel locus ex nostrae recordationis sibi probet accessisse praesentia*, improb. Ri. Aptum videbatur etiam Go. in not. h. c. supra pro *nostrae* prop. *nostri* et h. l. *praesentia;* neutrum tamen necessario mutandum esse concedit, recte. Proba est nostra scriptura, dura quidem aliquantum, sed recte defensa a Rittero. Vid. T. V, pag. 391, not. *h.* De Cod. Iust. diversa scriptura cf. Herrmanni editio, not. 9—12, unde neque Cod. Iust. libros mss. et edd. a C. Th. omnino recedere perspicitur. yy) Go. mavult *nomen.* z) Go. — Ri*. *demonstret*, mendose. a) Recte Go. Be. prop. *dignitatem — numini.* Infra om. Go. *Coss.*

b) Vid. tit. I. h. libri, not. *aa.* c) Cod. Iust. *De Spectaculis, et Scaenicis, et Lenonibus*, conflatis tribus titulis, hoc, septimo et octavo. d) Ita 4, edd. Go.: „Id est urbibus, Municipiis et Civitatibus aliis, praeter Metropolitanas. Quid si ita hic legamus: *aut certe in locis debent exigi, quos*, etc. *ut infr. in competenti loco?* vel, *aut certe urbib.*“ Be.: „fort. *locis* aut inser. aut pro *his* ponend., et deinde *quae del.*“ Nil muto. V. *civitatibus* pro *metropolibus* accipio, quo fit, ut vv. *aut certe in his* rell. civitates significentur, quae metropoles non sunt. Mox Ri*. *siut qui.* e) Fol. 379[b] cod. 4. *Procurandae*, sc. editiones. f) 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* g) Recte Be. rep. iubet *Valentinianus, Theodosius et Arcadius.* h) Go. Be. potius *Cynegio* quam *Rufino*, qui demum Theodosio et Arcadio impp. anno 392 praefectus praet. factus sit, h. c. inscribi volunt. Opinatur etiam Go. motus c. 18 C. Th. de Cohortalibus (VIII, 4) et c. 12 C. Th. de Scenicis (XV, 7), Rufino Pf. P. inscriptis et datis Heracleae in eadem urbe, hanc c. anno 394 tribui posse aut anno 376, si quidem hic Rufinus idem *Pf. U.* sit, ad quem data est c. 3 Cod. Iust. de Off. praef. urb. (I, 28). Sed nimium ab his cj. discrepat et inscr. et subscr. h. c., ut rem in ambiguo relinquere satius ducam quam coniectura explicare. i) Go. em. *incursibus*, quam vocem ferarum pugnis et dimicationibus, commissionibus propriam esse contendit. k) 4 *meridie.* l) 4, Til. *aepulas.* m) Val. *emeritis.* n) Haec lex periit. Sine dubio fuit in tit. C. Th. de Feriis (II, 8). o) 4, Til. — Lugd. *nullum solis diei populo spectaculo*, mendose. Cui. 2 — Be. Vales. *nullus solis die populo spectaculum.* Equidem restitui *nullum* ex cod. 4, quod Go. etiam probatum est; ablativi autem pro accusativo positi in libris vetustis tot aderant exempla, ut iure retinuisse mihi videar *spectaculum* ex emendata recent. edd. scriptura. Huic §. similes sunt c. 20 et 23 C. Th. de Feriis (II, 8). oo) Go. in not. *ne.* p) 4 *confundat̄.* q) 4, edd. ante Be. *Heracliae.* qq) Fol. 380[a] cod. 4. r)

laribus plausibus intemperate[s] serviunt[t], et publicarum rerum statum fatigent, et festivitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam; ita ut, si quis hanc violaverit iussionem, poena teneatur ea, quae legum violatores persequitur. *Dat. VIII. Id. Aug. Constantinopoli, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*[u] (409.)

4. *Imp. Theodosius A. Isidoro Pf. P.*[v] *Illyrici.* Delphorum[x] curiae facultates novis damnis frequenter attritas[y] relatio tui culminis intimavit. Ideoque praeceptis ad universas Illyrici civitates iudicesque transmissis notum omnibus faciat, nullum penitus spectacula oportere solennia urbis aeternae populis exhibere, sed unumquemque civium intra propriam civitatem debere solitae devotionis officia, prout patrimonii sui vires patiuntur, implere; gravissimae[z] poenae interminatione proposita non solum contra eos, qui huius modi functiones crediderint exigendas, sed etiam contra ordinarios ubique rectores[a]. *Dat. X. Kal. Maii Constantinopoli, Victore V. C. Cos.*[b] (424.)

5. *Idem*[bb] *A. et Valentinianus C. Asclepiodoto Pf. P.* Dominico, qui septimanae totius primus est dies, et natali[c], atque Epiphaniorum[d] Christi, Paschae etiam et quinquagesimae[e] diebus, quamdiu coelestis lumen lavacri imitantia novam sancti baptismatis lucem vestimenta testantur[ee], quo tempore et commemoratio[f] apostolicae passionis[g], totius Christianitatis magistrae, a[h] cunctis iure celebratur, omni theatrorum[i] atque circensium voluptate per universas urbes[k] earundem populis denegata, totae Christianorum ac fidelium mentes dei cultibus occupentur[l]. Si qui etiam nunc vel Iudaei impietatis amentia, vel stolidae paganitatis errore atque insania detinentur, aliud esse supplicationum[m] noverint tempus, aliud voluptatum. Ac ne quis existimet, in honorem numinis nostri veluti maiore quadam imperialis officii necessitate compelli[n], et, nisi[o] divina religione contempta spectaculis operam praestat[p], subeundam forsitan sibi nostrae serenitatis offensam, si minus circa nos devotionis ostenderit, quam solebat, nemo ambigat, quod tunc maxime mansuetudini nostrae ab humano genere defertur, cum virtutibus dei omnipotentis ac meritis universi[q] obsequium orbis impenditur. *Dat. Kal. Febr. Constantinopoli, Theodosio A.*[r] *XI. et Valentiniano C. Coss.*[s] (425.)

TIT. VI.[t] DE MAIUMA.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Caesario Pf. P.* Clementiae nostrae placuit, ut maiumae provincialibus laetitia redderetur[u], ita tamen, ut servetur honestas, et verecundia castis moribus perseveret. *Dat. VII. Kal. Maii Constantinopoli, Arcadio IV.*[v] *et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

— c. 4. Vid. c. 1 et 3 h. t., not. sup. In hac c. incipere videtur P. 31 cod. 3. Vid. not. *y*. — c. 5. Baron. ad ann. 425, n. 5 et 6. Nonn. vv. h. t. transierunt in c. 7 Cod. Iust. de Feriis (III, 12), quae coagmentata est ex c. 18. 19 C. Th. de Feriis (II, 8) et ex hac c. Vid. infr. not. *h*. Ad eam scripsit commentarium Brissonius. In hac c. incipit P. 26 cod. 3. Vid. infra not. *q*.

Tit. VI. Cod. Iust. XI, 45. — c. 1 Cod. Iust. XI, 45, 1. Baron. ad ann. 399, n. 28.

In Cod. Iust. add. *bestias, histriones.* s) Ita Be. auct. Go. ed. ex Cod. Iust., ubi *intemperanter*. 4, Til. — Ri*. *intemerate*, impr. Go. Similiter infra XV, 9, 2 *inconsulta plausorum insania.* t) Aur. Lugd. *serviant.* u) Go. om. annum. v) 4 *PF.* Til. Cui. 1 *PF*, Aur. Lugd. *P. F.* Rell. *PF. P.* x) 4, Til. — Ri*. *Delforum.* Rein. cj. quidem *Adelforum*, sed recta ei videtur lectio *Delphorum.* y) 3 *adstrictas*, mendose. z) Fol. 380[b] cod. 4. Ri*. mendose *gratissimae.* a) 3 *restores*, mendose. b) Aur. Lugd. *Conss.* Go. et Ri*. *Coss.* bb) 3 *Imp. Theodosius et.* Ri*. om. *et.* c) Ita 3 et Be. auct. Go., recte et prob. Mai. 4, Til. — Ri*. *natale.* d) 4 *ephifaniorum.* Cod. Iust. *epiphaniarum.* Vid. Go. in comment. h. c., Ammian. Marcell. XXI, 2, 5 (ed. Wagner. Tom. II. p. 398) et Dufresne, Glossar. mediae et infim. Latinit. Tom II. p. I. Basil. 1762. fol. p. 54 sub v. Epiphania. e) 3 (nam Maius diversitatem scripturae tacet), 4, Til. Cui. 1 *quinquagessimae.* ee) Rein. cj. *gestantur.* f) 4 *commemoratione.* g) Pro *passionis* Rein. cj. *divisionis*; recte tamen animum revocat a cj. Errore Go. *potius* pro *totius.* h) Ita recte et consentientibus cod. 3 et Cod. Iust. scriptum est in edd.; 4 *magistre a*, sed atramento add. asteriscus inter *magistre* et *a*. Haec vv. transscripta sunt in c. 7 Cod. Iust. cit., ubi inter alia haec leguntur: *dies etiam natalis atque epiphaniarum Christi, et quo tempore commemoratio — celebratur.* i) 4 *theathrorum*, emend. *theatrorum.* Ri*. *omnis.* k) 3 *urbis.* l) 3, 4, Til. — Ri*. *occupantur.* Be. de cj. Go. ed. *occupentur*, et ita em. est rubro col. in cod. 4, recte. Insitus est igitur error ipsi Codici Th. m) Cum literis *cationum* incip. fol. 381[a] cod. 4. n) Go. vult *se compelli*, bene quidem, sed adversantibus codd. o) 3 *et ne si.* p) 3 (nam hic quoque Maius nihil notat), 4, Til. — Ri*. *praestat.* Be. de cj. Go. ed. *praestet.* Restitui ex codd. *praestat*, in quo si ab huius aetatis scriptoribus post *nisi* ponitur, non est cur offendamus. Cod. 3 scriptura non dubito, quin vera non sit: *et ne, si* (vid. not. antec.) — *praestat, subeundam — offensam — nemo ambigat:* in qua *nemo* idem sit atque *ullus* et *ne nemo* interpretandus *ne ullus.* Scio quidem in nonnullis locis v. *nullus* pro *ullus* aut *ullus* pro *nullus* accipi. Vid. supra VII, 8, 10, not. *o*, VII, 20, 2, not. *g* et *, XIII, 6, 10, not. *p*. Sed si quis huius loci ordinem eō modo constituit, et orationis membra truncat et sententiam pessum dat. q) 3 *universi*, prob. Mai. 4, edd. *universis.* Iam Go. Rein. em. *universi.* Huic v. a Mai. in m. adscrib. P. 26 (scil. cod. 3). Ceterum Til. — Cui. 2* supra *ambigat. Quod.* r) Ex cod. 3, qui *Aug.* 4, edd. om. *A.* Praeterea cod. 3 *X* habere W. notat; verum W. fallitur. s) 3 *C. I. Coss.*

t) Vid. tit. I. h. lib. not. *aa.* u) Cod. Iust. *reddatur.* v) 3 *III*, impr. W. Infra Aur. Lugd. *Cons.*

2. *Iidem AA. Aureliano Pf. P. Post alia:* [x] Ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum restrictione tristitia [y] generetur. Illud vero, quod sibi nomen procax licentia vindicavit [z], maiumam*), foedum atque indecorum spectaculum, denegamus. *Dat. VI. Non. Oct. Constantinopoli, Theodoro V. C. Cos.* [a] (399.)

TIT. VII. [b] DE SCENICIS [c].

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Viventium Pf. U.* [d] Scenici et scenicae, qui in ultimo vitae, ac [e] necessitate cogente interitus imminentis, ad dei summi sacramenta properarunt, si fortassis evaserint, nulla posthac in theatralis spectaculi [f] conventione revocentur. Ante omnia tamen diligenti observari ac tueri [g] sanctione iubemus, ut vere et in extremo periculo constituti id pro salute poscentes, si tamen antistites [h] probant, beneficii consequantur [i]. Quod ut fideliter fiat, statim eorum ad iudices, si in praesenti sunt, vel curatores urbium singularum desiderium perferatur; quod [k] ut inspectoribus [l] missis sedula exploratione [m] quaeratur, an indulgeri his necessitas poscat extrema suffragia. *Dat. III. Id. Febr. Treviris* [n], *Gratiano A. II. et Probo V. C.* [o] *Coss.* (371.)

2. *Iidem AAA. ad Iulianum Proconsulem Africae.* Ex scenicis natas, si ita se gesserint, ut probabiles habeantur, tua sinceritas ab inquietantium fraude direptionibusque [p] summoveat. Eas enim ad scenam de scenicis natas aequum [pp] est revocari, quas vulgarem vitam conversatione [q] et moribus exercere et exercuisse constabit. *Dat. VIII. Id. Sept. Magontiaci, Gratiano A. II. et Probo Coss.* [r] (371.)

3. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Hesperium Proconsulem Africae.* Non invidemus, sed potius cohortamur amplectenda [s] felicis populi studia, gymnici ut agonis spectacula reformentur. Verumtamen cum [ss] primates viri populi studiis ac voluptatibus grati esse cupiant, promptius permittimus, ut [t] integra sit voluptas, quae volentium celebretur impensis [u]. *Dat. VI. Id. Mart. Treviris* [v], *Valente V. et Valentiniano AA. Coss.* (376.)

4. [vv] *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Paullinum Pf. U.* Mulieres [x], quae ex viliori sorte progenitae spectaculorum debentur obsequiis, si scenica officia declinarint, ludicris ministeriis deputentur, quas necdum tamen consideratio sacratissimae religionis et Christianae [xx] legis reverentia suae fidei mancipavit; eas enim, quas melior vivendi usus vinculo naturalis conditionis evolvit, retrahi*) vetamus. Illas etiam feminas liberas a contubernio scenici praeiudicii **) durare praecipimus, quae mansuetudinis nostrae

---

— c. 2. Baron. ad ann. 399, n. 28.

Tit. VII. Cod. Iust. XI, 40. Vid. supr. tit. V. not. *c.* — c. 1. Baron. ad ann. 371, n. 128. Bou. l. c. p. 755. Lab. l. c. p. 211. — c. 2 partim concordare Go. arbitratur c. 4 h. t. — c. 3. Cod. Iust. XI, 40, 1. Hanc legem Balsamonem Go. dicit intelligere in Photii Nomocanone Tit. XIII, c. 21. In ea incipit P. 41 cod. 3. — c. 4 partim repetitur c. 9 h. t. Eam recte vult Go. coniungi cum c. 5 h. t. Vid. infr. not. *yy.* Cf. c. 2 h. t., not. sup.

---

x) Fol. 381 [b] cod. 4. y) 4 *tristitiae,* mendose. Rubro col. emend. *tristitia.* z) 4, Til. — Ri*. *vindicabit.* 3 *vindicavit*, quod Be. ed. de cj. Go. et prob. Mai. W., recte. Cf. supra X, 15, 2, not. *p*, XI, 20, 6, not. *r*, alii loci. In Cui. 1 v. *licentia* videtur mendose se habere. *) Ri*. *Maiuma.* Go. legi posse dicit *maiumae.* a) Aur. Lugd. *Conss.* Go. — Ri*. *Coss.*

b) Vid. tit. I. h. libr. not. *aa.* c) Vid. tit. V. h. libr. not. *c.* In Codd. 3, 4, Til. — Ri*. ubique legitur *Scaenicis*, *Scaena* etc. d) Corsini Viventium in Seriem Pf. U. recepit, nulla tamen, nisi h. leg. auctoritate fultus. Equidem cum Go. et Be. rescrib. puto *Pf. P.*, quod et argumento legis et tempori convenit. Consentiunt Bou. Lab., qui sic: „Praefectum urbis. Mendose quidem; nam, hoc ipso anno 371, Galliarum praefecturam adhuc gerebat Viventius; et Ampelius erat Praefectus urbis. Ideo hanc legem ad Gallias pertinere arbitramur.“ e) cod. 3, prob. W.; similiter sed mendose 4 add. *ad.* edd. om. *ac.* f) Ita etiam cod. 3, quare non probo Go. cj., qui aut v. *in* tolli vult (prob. Be.) aut legi *in theatralia spectacula.* *In* est pro *occasione:* occasione theatralis spectaculi conventionis, i. e. si homines conveniunt ad theatrales ludos spectandos. Verum est Go. coniecturam commendari usu v. *conventionis.* Summ. C. Th. *in scenam non debere revocari.* g) 3, 4, Til. — Cui. 2*. Ri. — Be. *tueri.* Go. *teneri*, err. Nam in not. haec habet: „*Tueri*, inquit, passive: Nisi putet quis legendum (quod omnino existimo) *ac quaeri:* ita mox in fine, *sedula exploratione quaeratur.*“ Go. errore seducti non dubito, quin Bou. Lab. ediderint *teneri.* De v. *tueri* vid. supra XII, 1, 153. Cf. etiam XIII, 10, 8 v. *profiteretur.* h) 3 *antistitis*, mendose. i) Miror 3 et 4 mendose habere *consequentur.* Error igitur insitus est in ipso C. Th. k) Go. em. *quo dein.* In cod. 3 excid. *quod — quaeratur*, quod W. factum esse putat per negligentiam librarii, et similitudinem vv. *perferatur*, et *quaeratur.* l) Fol. 382 [a] cod. 4. m) 4 *exproratione*, rubro col. em. *exploratione.* n) 3 *Treviris.* 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* Lab. om. *Trev.* o) Ex cod. 3; 4, edd. om. *V. C.* p) 3 *direptionisque.* pp) 4 *aequm.* q) 3 *conversationem*, literam W. dicit ex antecc. iteratam esse. r) Pro vv. *Grat. — Coss.* in 3 tantum est *Conss.*; nempe consulum, W. ait, in antec. lege scriptorum nomina iterare noluit librarius. Vid. infra not. *h*, *i.* Aur. Lugd. *Cons.* s) Ita 3, 4, edd. et Cod. Iust.; Go. vult *ad amplectenda.* ss) Go. cj. *quo.* Vid. not. sq. t) Til. — Cui. 2* *cupiant*, *promptius permittimus*, *ut* et Cod. Iust. *cupiant: promptius perm.* Go. — Be. *cupiant promptius*, *permittimus*, quo modo recte interpungitur, si cum Go. restit. *quo* (vid. not. *ss*) — *cupiant promptius*, *perm.* Id vero fieri debere nego: *promptius permittimus*, quia *non invidemus*, *sed potius cohortamur.* u) 3 *expensis*, quod eodem redit. Cod. Iust. *voluntas sit*, *quae volentium celebratur impensis.* v) 3, 4, Til. — Ri. *Triu.* Ri*. *Triv.* Be. *Trev.* Cod. Iust. *Trever.* vv) Fol. 382 [b] cod. 4. In extrema pag. est numerus quatern. *N.* Mox codd. edd. in h. et sq. c. *Paulinum.* x) 3 *Mulieris*, mendose. xx) 4 *Chistianae*, a librario add. *r* supr. *i.* 3 *reverentiae*, mendose. *) 3 *trahi*, mendose. **) Go. cj. *a contubernii scaenici praeiudicio*, sed ipse se

beneficio expertes muneris turpioris[y] esse meruerunt. *Dat. V.*[yy] *Kal. Maii Mediolano, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

5. *Iidem AAA. ad Paullinum Pf. U.* Quisquis thymelicam ex urbe venerabili, immemor honestatis, abduxerit eandemque in longinqua transtulerit*), seu etiam intra domum propriam, ita ut voluptatibus publicis non serviat, retentarit, quinque librarum auri illatione**) mulctetur. *Dat. V. Kal. Maii Mediolano, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.* (380.)

6. *Iidem AAA. ad Valerianum*[z] *Pf. U.* Equos, quos ad solenne certamen vel mansuetudinis nostrae largitio subministrat vel diversorum ex amplissimo ordine magistratuum[zz], hactenus ad copiam providendos serenitas nostra decrevit, ut, quicquid illud*) est, quod palmarum numero gloriosum, et celebratis utrimque victoriis nobile congregatur, spectaculis potius urbanae plebis inserviat, quam praedae atque compendio deputetur**). Quisquis igitur ex eo, quod vel serenitas nostra vel ordinarii consules vel praetores[a] in huiusce modi tribuunt voluptates, quamlibet commodis compendioque privato derivandam duxerit esse iacturam[aa], unius auri librae condemnatione mulctatus, largitionibus nostris cogatur esse munificus. *Dat. VIII.*[b] *Kal. Maii Treviris*[bb], *Eucherio*[c] *et Syagrio Coss.* (381.)

7. *Iidem*[cc] *AAA. ad Valerianum Pf. U.* Eos[d], qui[e] agitandi munus exercent, illustris auctoritas tua nullis, praeter[f] circense certamen, affici noverit oportere[g] suppliciis. *Dat. VIII. Id. Maii*[h] *Eucherio et Syagrio Coss.* (381.)

8. *Iidem AAA. ad Valerianum Pf. U.*[i] Scenae mulier si vacationem religionis nomine postularit, obtentu quidem petitionis veniae non desit, verum si post, turpibus volutata[k] complexibus, et religionem, quam expetierit, prodidisse[l] et gerere, quod officio desierat, animo tamen scenica detegetur[m], retracta[n] in pulpitum[o], sine spe absolutionis ullius ibi eo usque permaneat, donec anus ridicula, senectute deformis, nec[p] tunc quidem absolutione potiatur, cum aliud quam casta esse non possit. *Dat. VIII. Id. Maii Aquileia*[q], *Syagrio et Eucherio Coss.* (381.)

9. *Iidem AAA. Herasio Proconsuli*[r] *Africae.* Quae-

— c. 5. Vid. c. 4 h. t., not. sup. — c. 6 Go. coniungendam esse recte putat cum c. 7, 8 h. t. et cum c. 2 C. Th. de Equis curul. (XV, 10). Vid. infr. not. *b*, *bb*. Cod. Iust. XI, 40, 3 mut. et mutil. — c. 7. Vid. c. 6 h. t., not. sup. Cod. Iust. XI, 40, 2. Bas. LIV, 5, 2. Schulting. ad Paulli Sent. V, 26, 2 in Iur. Antei. p. 521. Summ. C. Th.: „*Similis superiori.*“ Sed. vid. ibi not. *c*. — c. 8. Vid. c. 6 h. t., not. sup. P. 48 cod. 3 incipit in hac c. Vid. not. *l*. — c. 9. Vid. c. 4 h. t., not. sup.

---

revocat, recte; adversantur codices et c. 9 h. t. y) 4 mendose *numeris turpiores esse*, a rec. manu em. *muneris turpioris esse*, ut est in c. 9 h. t. Mox 3 *meruerint;* sed etiam in c. 9 h. t. legitur *meruerunt.* yy) 3 *VI;* 4, edd. *VIII.* Cum incertus sit numerus, restitui iubb. Go. et W. ex c. sq. *V.*, ut c. 4 et 5 inter se coniungantur. 3 om. *Med.* Infra 4, edd. ante Be. *Theod. II.* Mai. diversae scripturae mentionem non facit, ut et in cod. 3 videatur *Theod. II.* scriptum esse. Recte Be. auct. Ri. rest. *Theod. I.*, ut in c. sq. dicitur. *) 3 *transtulit;* supra 4 *tymelicam* et Ri*. *eanque* (pro *eandemque*). **) Fol. 383[a] cod. 4. Go. — Ri*. h. c. adscrib. ann. 389. z) 3 *Uerianum*, sed in sq. c. *Ualerianum.* zz) sc. largitio. *) 4 *lud*, rubro col. em. *illud.* **) Hinc incip. c. 3 Cod. Iust., quae ita scripta est: *Quisquis equos, quos vel serenitas nostra, vel ordinarii Consules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendiumque privatum abduxerit, unius librae auri condemnatione multetur.* a) Aur. Lugd. *praeteros.* Mox 3 *voluptatis.* aa) Go. cj. *iuncturam*, non male quidem (Cf. Dirksen. Manuale. v. Iunctura), sed obstantibus codd. b) c. 2 *X.* Scrib. *VIII.* 3 *Mart.*, mendose. Vid. not. sq. bb) Vid. not. *v* antec., sed Cod. Iust. *Treu.* Go. in Chron. *Trid.* (Tridentum) cj., quia c. 8 h. t. et c. 2 cit. *Aquileiae* datae esse dicuntur. Fortasse subscr. mutila est deletis vv., quae acceptam esse significabant legem: *Dat. VIII. Kal. Maii Aquileia. Acc. VIII. Id. Maii Treviris.* Iam vero C. Th. conditores brevitatis studium ita decepit, ut cum se breves putarent esse debere, fierent obscuri et subscriptionem confunderent, quod v. *Acc.* et diem, quo lex accepta esset, deleverunt quidem, retinuerunt autem in diversis, in quae divisa est c., frustis diversorum oppidorum nomina. Errasse conditores apparet ex c. 7., ubi locus non solum in C. Th. sed in Cod. Iust. etiam omissus est. c) 3 *Eucerio.* Ita eum codicem habere et deinceps, auctor est Mai. Go. — Ri*. *Cons.* cc) Cod. Iust. nomina imperatorum habet. d) 4 *Equos*, rubro col. del. *qu*, recte; nam 3 et Cod. Iust. *Eos.* Etiam Bas. l. c. ἡνίοχοι. e) Fol. 383[b] cod. 4. f) Ita 3, 4, edd. et Cod. Iust.; sed Hal. Cui. *propter*, impr. Go. et Spangenb. Cf. ad h. l. Go. in comm. et Schulting. l. c. Cui. l. c. pag. 368: „In agitatores, inquit, praef. urbi coercitionem non habere, nisi si quid circa equestre certamen deliquerint. Haec est Graecorum interpretatio.“ Recte. g) „Sic etiam Vatic., inquit W.; conspirans cum L. 2. C. Iust. *de spectac.* (XI, 40). Edd. ante Be. *pertinere*, quod tuebatur *Gothofr.*“ Mai. quoque improb. *pertinere.* Coniecerat praeterea Go. *per te iure.* In cod. 4 est *pertinere*, sed recte Be. ex Cod. Iust. rest. *oportere*, quod cod. 3 confirmatur. h) Cf. not. antec. *b*, *bb*. 3 om. *Eucherio et Syagrio.* Vid. supra not. *r*. Post *Coss.* Go. — Ri*. add. *A.* i) 3 pro inscr. *Dat. ad quem supra.* Vid. supra not. *r*. k) 4 *voluptata*, rubr. col. del. est *p*. l) 3 *prodisse;* „sed huiusmodi, ait Mai., syllabarum defectus alibi quoque observavi in codice.“ V. *prodisse* a Mai. adscrib. P. 48. (cod. 3). m) 3 *detegitur.* Etiam hoc rectum est. n) Ita 3, probb. Mai. et W. Vid. c. 4 h. t. *retrahi.* Go. quoque in not. *retracta.* 4, edd. *detracta*, non impr. quidem Go., sed impr. Mai. o) 4 *puplitum*, a rec. man. em. *pulpitum.* p) Til. — Cui. 2* *deformis. Nec.* Be. *de formis ; nec.* Go. *deformis, Nec* et „Ita, inquit, locus hic est interpungendus.“ Edidi ex Ri. Ri*. *deformis, nec.* Recte Go. vituperat Petitum, qui in Comm. in Leges Atticas p. 75 h. vv. ita invertit: *permaneat anus ridicula, donec senectute deformis.* q) 4, Til. — Ri*. *Aquila.* Be. *Aquilae.* 3 *Aquil*, traiecta linea per *l*, ut legi possit *Aquileia.* Hoc iam proposuerat Go. Similiter infra XV, 10, 2 cod. 4 et edd. *Aquil.*, quo compendio cod. 4 librarius utitur quotiescunque scribit *Aquileiam.* Vid. supr. not. *b*, *bb*. Addit Go.: „Ceterum omitti non oportet, hoc ipso Anno Episcopum eodem nomine Aquileiensem Valerianum fuisse, quo Praefectus hic Vrbis. Aur. Lugd. *Cons.* r) 4, Til. — Lugd. siglum praefecti urb. habent, male et impr. W. In Cui. 2 tacite corr. *Proc.*, iam consentiente

cunque ex huius modi [s] faece progenitae scenica officia declinare [t], ludicris ministeriis deputentur, quas necdum tamen sanctissimae religioni [tt] et in [u] perenne servandae Christianae legis secretorum reverentia suae fidei vindicarit. Illas etiam feminas liberatas contubernio scenici praeiudicii durare praecipimus, quae mansuetudinis nostrae beneficio expertes muneris turpioris esse meruerunt. *PP. Karthagine, V. Kal. Sept. Eucherio et Syagrio Coss.* (381.)

10. *Iidem* [v] *AAA. Cynegio Pf. P.* Fidicinam nulli liceat vel emere vel docere vel vendere vel conviviis aut spectaculis adhibere. Nec cuiquam ad delectationis desiderium [x] erudita feminea musicae artis studio liceat habere mancipia. *Dat. VIII. Kal. Iul. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone* [y] *Coss.* (385.)

11. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino Pf. P.* Nulla mima gemmis, nulla sigillatis sericis [z] aut textis utatur auratis. His quoque vestibus noverint abstinendum, quas [a] Graeco nomine a latino crustas [b] vocant, in quibus alio [c] admixtus colori puri rubor [d] muricis inardescit. Uti sane iisdem scutulatis [e] et variis coloribus sericis [f], auroque sine gemmis collo, brachiis, cingulo non vetamus. *Dat. XI. Kal. Oct. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.* (393.)

— c. 10 meminit Baronius ad annn. 385, n. 37. — c. 11 Go. coniungendam esse putat c. 3 Cod. Iust. de Vestibus holoveris (XI, 8), quod ut concedam, a me impetrare non potest.

cod. 3. Quoties cod. 4 librarius in siglo *procons.* erraverit, vid. supr. XI, 16, 1, not. *m*, XVI, 2, 46, not. *b*. Ceterum 3 *Erasio*. s) Fornerius, Rer. Quot. Lib. III, c. 12 et Lib. V, c. 29 (Ottonis Thes. T. II, p. 208) prop. *Quaecunque ex humiliori foece*, recte impr. Go. et adversantibus codd. V. *huiusmodi* positum esse Go. coniicit pro *cuiusmodi*, id est, quacunque tandem, et provocat ad c. 134 C. Th. de Decurion. (XII, 1), ubi vid. not. *tt*. Ita quoque in c. 4 h. t., unde haec transscripta sit, dici *ex viliori sorte*. Locus in ambiguo non est, si cogitamus in lege, quae huius c. fons est, antecessisse sententiam hic omissam, qua contineretur mulierum hic commemoratarum definitio ac descriptio. t) Ita 3, 4, edd. Corrector cod. 4 *declinare* infinitivum esse opinatus, rubro col. asteriscum post *declinare* posuit, quasi excidisset v., unde Til. — Lugd. *declinare*, * *ludicris*, et Cui. 2, 2* *declinare*, *ludicris*, collocato in m. asterisco. Fornerius l. c. V, 29 cj. *declinarint* ex c. 4 h. t. *Declinare* est pro *declinavere*, quod reponi vult Go. tt) An *religionis?* Cf. c. 4 cit. u) Fol. 384 [a] cod. 4. 3 om. *in*. 4 *perennae*, emend. rubro col. Infra Aur. Lugd. *Cons.* v) Recte Go. Be. corr. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius*. Cum in utroque cod. *Iidem* scriptum sit, error videtur insitus esse ipsi C. Th. Mox 3 *conbibiis*, i. e. *conviviis*. x) Ita 3, probb. Mai. et W. 4 *aut delectationis desiderium* et add. asteriscus rubro col., unde Til. — Lugd. *aut delectationis desiderium * erud.* Ut sanaret locum Cui. in Cui. 2 tacite ed. *desiderio;* itaque in Cui. 2 — Be. *aut delectationis desiderio* legitur, quae scriptura defenditur quidem a Go., mendosa vero videtur Be., denique etiam Mai. improbatur. Recte fere Fornerius l. c. III, 11 em. *ob delectationis desiderium*. y) *V. C.* add. 3. Aur. Lugd. mendose *A. Ir&.* z) Til. — Cui. 2* *sigillatis, sericis*, improb. Go., quo auctore locus hic sine commate legendus. a) 4 *quos*, rubro col. em. *quas*. b) 4, edd. *a latino crustas*, mendose. Multiplices sunt h. l. et diversae emendationes. Alii tentant *Graeco nomine ac Latino*, alii *crossotas* (κροσσοτὰς), quarum meminit Clemens Alexandrinus Paedag. II, 10, p. 149 ed. Heinsii; deinde Fornerius l. c. III, 11 *crostas* legit ἀπὸ τῆς χρώσεως, tinctura; porro coniicit, sed impr. Go., Petav. in Themistii Orat. II. p. 626 γρῦτα, quasi vestium genus illud indicetur quasi frivolum ac reiiculum, quod a specie sive veste principali reiiciatur; tum Rein. prop. *Graeco nomine latini* (similiter Salmas. ad Treb. Poll. Claud. 17 Tom. II, p. 410 et Be. *a Gr. nom. Latini*) κρουτὰς i. e. σπαθητὰς, pavitenses, bene condensatas a v. κρούειν i. e. concutere. Denique Go. a variegatis marmorum crustis vocabulum ad vestimenta translatum esse ratus, ut crusta vestis dicatur, ubi alteri colori admixtus est purpureus, falsi suspicionem a scriptura h. l. removere studet eamque mutandum esse negat. Nostro tempore in cod. 3 inventum est *aletino*, quod mendosum dicit Mai. Sed tamen W. in suppl. Append. II. editionis Cod. Theod. p. 363 Graecum vocabulum hic positum fuisse coniiciens et inhaerens codicis 3 scripturae, ita legendum esse putat: *quas Graeco nomine* ἀληθινοχρώστας (aut si malis ἀληθίνῳ χρῶστας) *vocant*, i. e. purpura tinctas, vero colore, seu, ut statim appellantur, *in quibus alio admixtus colori puri rubor muricis inardescit*, probb. Batavis in Bijdrag. l. c. p. 356. Postea W. in Observationum ad Iurisprudentiam Elegantiorem facientium triga Lips. 1825. 4. p. 27—29. (Opusc. Acad. p. 242 sq.) hanc caussam retractans corrigit sententiam suam ita, ut scribat ἀληθινόχρωτας, quia in huiusmodi compositis Graeci non χρωστον dicant, sed aut χρωτον aut χροον. Quum certum sit et antecedentibus vv. *Graeco nomine* conveniens, pro Latino verbo Graecum exigi, Stieberus, doctissimus Wenckii Opusculorum editor Praef. p. L—LII. ἀληθινοκρούστας cj. Agi enim in hoc loco non de purpureis vestibus, vero colore tinctis, holoveris, sed de iis, *in quibus alii admixtus colori puri rubor muricis inardescit*. Vestes ἀληθινόχρωτας esse holoveras; ἀληθινοκρούστας autem esse eas, quarum stamen percussum sit pectine purpureum filum trahente sive quae subtemen habeant vero colore tinctum, cum stamen sit alius coloris, rubri quidem, sed non purpurei. Nam verbo κρούειν pulsare, pellere, etiam texere significari; dici etiam ἀνάκρουστος et σύγκρουστος et similiter Latina lingua *percutere, concutere*, apud nos *einschlagen, Einschlag* in re textoria. Cum igitur dicatur *in quibus alii adm. colori puri rubor mur. inard.*, non intelligi purpuram alio colore mixtam ac depravatam, sed fila puro murice infecta stamini viliore colore tincto intexta. Vid. Salmas. l. c. et ad Flav. Vopisc. Aurelian. c. 46 Tom. II, p. 564, Hesych. sub v. σπαθατὸν et σπάθημα et Fr. Iacobs, Anthol. Gr. vol. XI, p. 334. Car. Beierum Stieberus l. c. dicit ἀληθινοκρόκας coniecisse, i. e. vestes, quae ἀληθινὴν κρόκην purpureum subtemen habeant. Equidem non dubito Stiebero accedere. c) Go. Be. em. *alii*, prob. Stiebero l. c. p. 242, not. *. Nil muto, cum in utroque codice sit *alio*. Recte Go. asseverat esse locos, in quibus *alio* pro *alii* usurpetur. Similiter XVI, 2, 31 *ipso*. Mox Aur. Lugd. *coloti*. d) 4, Til. — Ri*. *robur;* recte Vales. et Be. ed. *rubor*, ita enim habet 3. Maius non dubito, quin iure vituperet Go., qui *robur* scriptum esse antiqua et proba scriptura contendat pro *rubor*. Mox codd. Til. — Ri*. *hisdem*. e) Fol. 384 [b] cod. 4. Idem et Til. — Ri. *sculatis*, nulla sententia. Ri*. *scutlatis*, ut emend. Go., qui dicit *scutlatis* pro *scutulatis* esse, prob. Fornerio l. c. Cum iis consentit cod. 3, qui *scutlatis* habet, prob. Mai. et W. Be. recte ed. *scutulatis*. Ita habet etiam Vales. f) 3 *siricis*. Vales. *et versicoloribus* pro *et variis coloribus*.

12. *Iidem AAA. Rufino*[g] *Pf. P.*[gg] Si qua in publicis porticibus vel in his civitatum locis, in quibus nostrae solent imagines consecrari, pictura pantomimum veste humili[h] et rugosis sinibus agitatorem aut vilem offerat*) histrionem, illico revellatur[hh], neque unquam posthac liceat in loco honesto inhonestas annotare personas. In aditu vero circi, vel in theatri prosceniis ut collocentur, non vetamus[i]. §. 1. His illud adiicimus, ut mimae[k], et quae[l] ludibrio corporis sui quaestum faciunt, publice habitu earum virginum, quae deo dicatae sunt, non utantur[m], et ut nulla femina, nec puer thymelici consortio imbuantur, si Christianae religionis esse cognoscitur. *Dat. III. Kal. Iul.*[n] *Heracleae, Arcadio A. III. et Honorio A. II. Coss.* (394.)

13. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Diogeniano V. C. Tribuno voluptatum.* Mimas diversis annotationibus[o] liberatas ad proprium officium summa instantia revocari decernimus, ut voluptatibus populi ac festis diebus solitus ornatus deesse non possit. *Dat. VI. Id. Febr. Ravenna*[p], *Constantio V. C. Caes.* (414.) *Acc. a tribuno volupt. X. Kal. Febr. Karthagine, post cons. Honorii IX. et Theodosii V. AA. Coss.* (413.)

TIT. VIII.[q] DE LENONIBUS.

1. *Imp. Constantinus A.*[r] *ad Severum Pf. U.*[s] Si quis feminas, quae se dedicasse venerationi Christianae legis sanctissimae dignoscuntur, ludibriis quibusdam subiicere voluerit, ac lupanaribus venditas faciat vile ministerium prostituti[ss] pudoris explere, nemo alter easdem coëmendi habeat facultatem, nisi aut hi, qui ecclesiastici esse noscuntur, aut Christiani homines demonstrantur, competenti pretio persoluto. *Dat. IV. Non. Iul. Hierapoli, Placido et Romulo Coss.**) (343.)

2. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P.* Lenones patres et dominos, qui suis filiis[t] vel ancillis peccandi[u] necessitatem imponunt, nec iure frui dominii, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali[v] placet eos[x] indignatione subduci, ne potestatis iure frui valeant[y], neve quid eis ita

— c. 12 coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Off. com. Orient. (I, 13), c. 18 C. Th. de Cohort. (VIII, 4), c. 139 C. Th. de Decurionibus (XII, 1) et sec. Go. c. 31 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). Cod. Iust. XI, 40, 4 om. § 1, I, 4, 4 om. fin. et princip. Vid. not. *i*, *k* et *m*. Collectio eccl. const. I, 4, 4. Balsamo, Paratitl. I, 3. Fabrotus, Not. ad Coll. eccles. const. I (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1273, 1266, 1396). — c. 13 Go. videtur coassanda esse cum c. 176 C. Th. de Decurion (XII, 1), male.

Tit. VIII. Cf. tit. V. h. libri, not. *c*. Nov. Theod. XVIII. de Lenonibus (ed. Berol. p. 1257). — c. 1. Vid. c. 2 h. t., not. sup. — c. 2 Cod. Iust. XI, 40, 6, I, 4, 12 interpol. Bas. LX, 38, 1. Schol. *a*, *b*, *c* (ap. Fabr. T. VII, p. 683). Balsamo, Paratitl. I, 3 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1271). Labbeus, Obs. et Emend. in Synops. Bas. Lib. LX, p. 218. Coll. eccles. constitt. I, 4, 12 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1274). Biener, Revis. d. Iustin. Codex (Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. T. VII, p. 358). Berlin 1833. 8. p. 208. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*"

g) Ita codd. Til. — Cui. 2* et Cod. Iust. utroque loco; Go. — Be. *ad Rufinum.* Cod. Iust. utraque c. nomina imperatorum habet. gg) In c. 1 cit. add. *Orientis.* h) 3 *pictura humili veste pantomium* (sic). *) Filesacus, Select. II, p. 134 cj. *referat*, improb. Go. hh) 4 *ilico revelatur.* i) Hic desinit c. 4 Cod. Iust. h. t. k) Hinc incip. c. 4 Cod. Iust. de Episcop. aud. (I, 4). l) Err. Go. — Be. *qui.* 4 *lubrio*, ab ant. man. supr. add. *de* (*ludebrio*). Deinde Go. — Ri*. *questum.* m) 4 *utentur*, em. rubro col. *utantur.* 3 om. *et.* Seqq. des. in Cod. Iust. c. 4 de Episcop. aud. n) Utroque loco Cod. Iust. *Iul.* Quid habeat 3 nescio, cum Mai. non indicet, quo loco aut quibus vv. finiatur folium cod. 3. An *Iun.?* Vid. supr. VIII, 4, 18, not. *l* et c. 139 cit., not. *k.* o) Literis *tationibus* inc. fol. 385[a] cod. 4. p) 4, Til. *Rū.* Cui. 1. Cui. 2 — Be. *Rum.*, male explicato siglo *Rū*, quo in cod. 4 significatur *Rav.* i. e. *Ravenna.* Vid. supr. XV, 1, 48; infra XV, 14, 13, not. *k* et XVI, 5, 55, not. Optime igitur Go. rep. vult *Rav.*, quamquam mutata sententia in Chron. const. anni 413 et 414 *Rom.* em., ut in Aur. Lugd. editum est. Etiam Rein. Be. corr. *Rav.* Perturbatam esse totam subscriptionem apparet ex eo, quod anno 413 h. c. dicitur accepta esse, posteriore demum anno data. Go. igitur et Be. subscript. inverso ordine hoc modo emendant: *Dat. VI. Id. Febr. Rum.* (leg. *Rau.*) *post consulatum Honorii IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (413.). *Acc. a Tribuno volupt. X. Kal. Febr. Karthagine* (*Constante et*) *Constantio V. C.* (*VV. CC.*) *Cos.* (*Coss.*) (414.). *Caes.* autem mendose a librario pro *Cos.* scriptum esse facile intelligitur.

q) Vid. tit. I. h. libri, not. *aa.* Go. et Ri. *Lenonibis*, err. r) Go. em. *Constantius;* Be. *Impp. Constantius et Constans AA.* Satis est solius Constantii nomen ponere. Vid. supr. I, 5, 4, not. *c*, VIII, 18, 5, IX, 21, 5 et 6, XI, 1, 4 et 5, XI, 9, 2, XII, 1, 40 — 42, XVI, 8, 6, XVI, 9, 2. s) Ita 4, edd. Quia Severus his coss. praefecturam urbis Romae non gessit, sed Aconius Catullinus, neque Roma Constantio subiecta erat, Go. et in not. et in Chron. const. h. anni *P. P.* (praef. praet.) corr., Be. aut *PPf. U.* aut *Pf. P.* Addit autem Go.: „Quid si Severus *P. V.* Constantinop. fuerit?" Sed nondum Praefectum urb. Constantinopoli institutum fuisse, recte monet Corsini l. c. p. 204, cui prob. em. *P. P.* ss) 4, Til. — Lugd. *praestituti.* Cui. in Cui. 2 repos. *prostituti*, quod in seqq. edit. receptum est. Cf. Firmicus VI, 31 pag. 170. *) Go. — Ri*. *Cons.* t) Cod. Iust. utroque loco et Forner. l. c. p. 209 *filiabus;* infra *ancillis filiabusque.* Go. tuetur *filiis*, nec quicquam mutat, recte. u) Fol. 385[b] cod. 4. v) Be. cj. *tales.* Vid. not. sq. Sed Cod. Iust. consentit cum cod. 4. x) Male 4, Til. — Lugd. Be. *hac* et peius Cui. 2 — Ri*. *hanc.* Cod. Iust. Rein. *eos.* Go. h. l. ita restituit *Igitur tali placet hosce indignationi subiici* (vel *subdi*) *ut nec*, etc. ut ita dispescatur vox *subduci*, vel *subdi ut*, vel mutetur in *subIci.* „Omnis scilicet, inquit, sermo et comminatio in parentes et dominos hic dirigitur." Be. retento v. *hac* cj. *tales.* Vid. not. antec. Melius coniecisset *hos* pro *hac.* Rest. *eos* ex Cod. Iust. Ceterum difficultas latet in v. *subduci*, id est *arceri, abduci, removeri*, sc. lenones patres et dominos tali indignatione (i. e. poena) proposita arceri ab imponenda filiabus et ancillis peccandi necessitate. y) 4, Til. — Ri*. *nec — valeat*, *ne.* Recte Be., auct. Go.,

possit acquiri. *Sed* ancillis filiabusque, si velint, conductisve pro paupertate personis, quas sors damnavit humilior, episcoporum liceat, iudicum etiam defensorumque implorato suffragio omni miseriarum necessitate absolvi [z], ita ut, si insistendum eis lenones esse crediderint vel peccandi ingerant necessitatem invitis, non amittant solum [a] eam, quam habuerant [b], potestatem, sed proscripti poenae [c] mancipentur [d] exilii, metallis addicendi publicis; quae minor poena est, quam si praecepto lenonis cogatur quispiam coitionis [e] sordes ferre, quas nolit. *Dat. XI. Kal. Maii Felice et Tauro Coss.* (428.)

TIT. IX. [f] DE EXPENSIS LUDORUM.

1. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Senatum.* Nulli privatorum [g] liceat holosericam vestem sub qualibet editione largiri. Illud [h] etiam constitutione solidamus, ut, exceptis consulibus ordinariis, nulli prorsus alteri auream sportulam, diptycha [i] ex ebore [k] dandi facultas sit. §. 1. Cum [l] publica celebrantur officia, sit sportulis nummus argenteus, alia materia diptychis. Nec maiorem argenteum [m] nummum fas sit expendere, quam qui formari solet, cum argenti libra una in argenteos sexaginta dividitur; minorem dare volentibus non solum liberum, sed etiam honestum esse permittimus. *Dat. VIII.* [n] *Kal. Aug. Heracleae* [o], *Richomere et Clearcho Coss.* [p] (384.)

2. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Anthemio Pf. U.* [pp] Cunctos iudices admonemus, ut ludorum quidem, quibus moris est, intersint festivitati et oblectamentis favorem eliciant [q] populorum, verum expensarum non excedant duorum solidorum librata impendia, nec [qq] inconsulta plausorum insania curialium vires, fortunas civium, principalium [r] domus, possessorum opes, rei publicae robur evellant. Exceptis alytarchis [rr], syriarchis, agonothetis [s], itemque asiarchis et ceteris, quorum nomen votiva festivitatis solennitas dedicavit [t]. *Dat. V. Kal. Mart. Constantinopoli, Honorio VIII. et Theodosio III. AA.* [tt] *Coss.* (409.)

TIT. X. [u] DE EQUIS CURULIBUS.

1. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Ampelium Pf. U.* Palmatii atque Hermogenis equis [v], quos in curulis certaminis sorte vel contentionis incertum vel annorum series vel diversa ratio debiles fecit, ex horreis fiscalibus alimoniam praeberi decrevimus, equos vero Hispani sanguinis vendendi solitam factionariis copiam non negamus. §. 1. Illud quoque sinceritas tua praecipiat observari, ne Graecorum equorum nomina, qui hinc missi fuerint, commutentur. *Dat.* [x] *Kal. Ian. Gratiano A. II. et Probo Coss.* [y] (371.)

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Valerianum Pf. U.* Equos voluptatibus profuturos nequaquam Campanorum [z] populus assequatur, quam si duo millia modiorum fabae per singulas factiones stabulorum [a] in urbe venerabili necessaria antiqua et solenni praebitione [b] contulerint. *Dat. X.* [c] *Kal. Maii Aquileia, Syagrio et Eucherio Coss.* (381.)

Tit. IX. Cod. Iust. XI, 41. — c. 1 Go. coniungit cum c. 1 Cod. Iust. de Senatus consultis (I, 16). Symmachi Ep. X, 28; II, 46; IV, 8.

Tit. X. Cf. supr. X, 6. Go.: „Huic *Titulo*, et *duobus proximis* congruit Ambrosii locus *lib.* 2. *offic.* 21." — c. 2. Cf. c. 6 C. Th. de Scenicis (XV, 7), not. sup.

---

ex c. 6 Cod. Iust ed. *ne — valeant;* debebat praeterea ex Cod. Iust. corr. *neve.* Etiam Rein. — Fornerius l. c. corr. *ne — valeant, neve.* z) Ita scripta est Cod. Iust. c. 12 cit.: *Si lenones patres et domini suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint, liceat filiabus et ancillis, episcoporum implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolvi*, et seq. subscr. a) c. 6 Cod. Iust. cit. *amittant non solum.* Go. prob. C. Th. scriptura. b) Cod. Iust. l. c. *habuerint.* c) Ita recte Be. ex c. 6 Cod. Iust.; 4, Til. — Ri*. *poena.* Sed etiam Rein. em. *poenae.* d) 4 *pancipentur*, rubro col. corr. *mancipentur.* e) 4, Til. Cui. 1 *choitionis.*

f) Vid. tit. I. h. libri, not. *aa.* Cod. Iust. *De e. l. publicorum.* g) Fol. 386 [a] cod. 4. Ibi est *olosericam.* h) Fugitivam hanc partem legis esse Go. putat. i) 4, edd. *dyptica* et infra *dypticis.* k) Go. in comm. eos vituperat qui cj. *aere* pro *ebore.* l) Go.: „*Sed cum.*" m) 4 *argeum*, ab ant. man. supra add. *nte* (argenteum). n) c. 1 Cod. Iust. cit. *VII.* o) 4, Til. — Ri*. *Heracliae.* Go. in not. *Heracleae.* p) Ri*. *Cons.* pp) Go. Rein. in Chron. const. Cui. 2 em. *Pf. P.* Vid. supr. VII, 4, 30 et 31. q) 4 *eliceant*, rubr. col. corr. *eliciant.* qq) Go. mavult *ne.* r) Fol. 386 [b] cod. 4. Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *fortunas civium principalium, domus possessorum opes reipublicae robur evellant*, improb. Go. Aur. Lugd. *fortunas civium principalium, domus possessorum, opes reipublicae robur evellant.* rr) 4 *alytharcis, syriarcis.* Til. *alytharchis.* Cui. 1 — Go. *agonothethis.* s) Go. om. interpunctione prop. *syriarchis agonothetis.* t) 4, Til. — Ri*. *dedicabit;* Be., iub. Go., rep. *dedicavit*, recte. Solet librarius *b* loco *v* scribere. Vid. infra XV, 14, 7, not. *m*, supra XIII, 1, 6, XIII, 3, 7 et 11. Antea Cui. 1 err. *festinitatis.* tt) 4, Til. — Ri*. om. *AA.*

u) Cf. tit. I. h. libri, not. *aa.* v) 4, Til. — Ri*. *Palmatis adque Hermogenis equos.* Go. ex vulg. scriptura c. 1 C. Th. de Grege dominico (X, 6) em. *PalmatIs* (i. e. *Palmatiis*) — *equis.* Itaque Be. ed. *Palmatiis — equis.* Altera praeter illam cj. Go. est *Palmatii — equis*, ut etiam Rein. emend. Ego vero hic puto leg. esse *Palmatii*, a Palmatio, homine, cuius nomen equis impositum est, ut etiam *Hermogenis* equi nominantur. Alia ratio est in c. 1 cit., nam ibi sermo est de *Hermogenianis* et *Palmatiis equis.* Facile praeterea librarius mutare poterat v. *Palmatii* in *Palmatis.* Mox 4 *currulis.* x) Go. *Dat.* pro *Acc.* s. *PP.* habet, quia biduo post (*III. Non. Ianuar.*) ludi Circenses de more exhibendi erant: cuius rei ut sit testimonium, cf. iubet Libanium de Kalendis Ianuariis ed. Morell. T. II. Oper. p. 180. y) Aur. Lugd. Go. — Ri*. *Cons.* z) Fol. 387 [a] cod. 4. Infra Ri*. err. *modorium.* a) Recte negat Go. corr. esse *per singula stabula factionum.* b) 4, Til. — Ri*. *praebitioni.* Be., auct. Go., recte ed. *praebitione.* c) Vid. c. 6 cit., not. *b - c.*

TIT. XI.[d] DE VENATIONE FERARUM.

1. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Mauriano*[e] *Comiti domesticorum et vices agenti magistri militum.* Occidentorum leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquando[f] sinimus quemquam calumniam formidare[g], cum et salus nostrorum provincialium voluptatis[h] nostrae necessario praeponatur, et haec ipsa propria voluptatis intercludi minime[i] videatur, quandoquidem occidendi feras, non venandi venumdandique licentiam dederimus. Occidendi igitur memoratas[k] feras, et[l] ducibus et officiis eorum conventis, cunctis licentia tribuatur. *Dat. XIII. Kal. Iun. Constantio et Constante VV. CC. Coss.* (414.)

2. *Iidem AA.* *) *Monaxio Pf. P.* Praesidalis[m] officii Euphratensis deploratione comperimus, [n]eos, qui transductioni ferarum a[o] duciano officio deputantur, pro septem vel octo diebus, contra legationum[p] formam, tres vel quattuor menses in Hieropolitanam urbem[q] residentes, post expensas tanti temporis etiam caveas exigere, quas nulla praeberi consuetudo permittit. Ideoque praecipimus, bestias[r], quae ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus[rr], quam septem diebus intra singulas civitates retineri; scientibus ducibus et eorum officiis, si quid contra haec commissum fuerit, quinas se libras auri fisci viribus illaturos[s]. *Dat. V. Kal. Oct.*[t] *Constantinopoli, DN. Honorio A. XI. et Constantio II. V. C. Coss.* (417.)

TIT. XII.[u] DE GLADIATORIBUS[v].

1. *Imp. Constantinus A. Maximo Pf. P.*[x] Cruenta spectacula in otio civili et domestica quiete non placent. Quapropter, qui[y] omnino gladiatores esse prohibemus[z], eos, qui forte delictorum caussa hanc conditionem atque sententiam mereri consueverant, metallo[a] magis facies inservire, ut sine sanguine suorum scelerum poenas agnoscant. *PP. Beryto, Kal. Oct. Paullino et Iuliano Coss.* (325.)

2. *Imp.*[aa] *Constantinus A. et Iulianus C. ad Orfitum Pf. U.* Universi, qui in urbe Roma gladiatorium munus impendunt, prohibitum esse cognoscant, sollicitandi auctorandos milites vel eos, qui palatina sunt praediti dignitate; sex[b] auri librarum mulcta imminente, si quis contra tentaverit. Sponte etiam ad munerarium adeuntes per officium sublimitatis tuae ad magistros equitum ac peditum, aut eos, qui gubernant officia palatina, oneratos ferreis vinculis mitti conveniet, ut huius legis statuto palatii[c] dignitas a gladiatorio detestando nomine vindicetur. *Dat. XVI. Kal. Nov. Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II. Coss.* (357.)

3. *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Populum. Post alia:* Si quos e gladiatorio ludo ad servitia senatoria transisse[d] constabit, eos in extremas solitudines amandari[e] decernimus. *Dat. et PP. Romae*[f], *Caesario et Attico Coss.* (397.)

Tit. XI. Cod. Iust. XI, 44. Cf. tit. X. h. libri, not. sup. — c. 1. Conflata est c. 1 Cod. Iust. h. t. (XI, 44) ex h. et sq. c. hoc modo, ut a conditoribus retenta sit solius quidem c. 1 inscriptio, sed utriusque c. subscriptio, multa autem legum vv. omissa sint. Vid. infr. not. g, r, s. c. 2. Cf. c. 1 h. t., not. sup. et supr. VII, 11, 2, not. sup. et not. *m*.

Tit. XII. Cod. Iust. XI, 43. Cf. tit. X. h. libri, not. sup. — c. 1 Cod. Iust. XI, 43, 1 trunc. Cf. Eichstadius ad David. Ruhnken. lect. acad. de Antiq. Rom. partic. XX, p. 8. — c. 2. Baron. ad ann. 357, n. 83. — c. 3. Vid. supra XIV, 10, 2, not. sup. et not. *l*.

---

d) Vid. tit. I. h. libri, not. *aa*. Mox Aur. Lugd. *venxtione*. e) Go. in comm. h. c. cj. *Maurino*. Maurinus comes, Orosio VII, 42. teste missus est contra Heraclianum tyrannum et occidit Marcellinum tribunum ad Carthaginem. f) Cod. Iust. *aliquam*, optime. Go. cj. *aliquam inde*, vel *aliquam ideo*, neque vero negat, *aliquando* servari posse. g) Rell. h. c. vv. des. in Cod. Iust.; sequitur enim post v. *formidare* fragmentum c. 2 h. t.: *Bestias autem, quae*. Vid. infr. not. *r*. h) Go. Rein. Iuret. em. *voluptati*, recte. Sed etiam in ipsa lege apud Go. legitur *voluptati*. i) Iuretus, Rein. corr. *propriae voluptatis intercludi nomine*, impr. Go. Is em. *voluptas*, recte, nisi quis legi velit *videantur*. k) Cui. 2, 2* *memorata*. l) Go. deleri vult particulam *et*, sine ratione. *) Ri*. add. *ad*. m) Go. *Praesidialis;* 4, Til. — Ri*. *Eufratensis*. n) Fol. 387[b] cod. 4. o) Go.: „Vel *e*." Neque hoc puto recte em. esse. Non officiales ducis, sed ab officio, i. e. cura eius, deputabantur, qui feras transducerent. p) Recte Go. negat *delegationum* leg. esse. q) Be. em. *in Hierapolitana urbe*, recte quidem, sed moris est eius saeculi, quo lex data est, nonnunquam ut *in* construatur cum accusativo, ubi ablativum ponere solemus. Vid. infr. XVI, 5, 58; contra ablativus ponatur, ubi accusativo utimur: *procedere in publico* pro *procedere in publicum* ap. Lamprid. in vit. Commodi cap. VIII. Imitati sunt in hac re Romani Graecos. *Hieropolitana civitas* dicitur etiam supra XIII, 11, 9. r) Iam sqq. illa pars c. 1 Cod. Iust. cit., quae ex h. c. deprompta est: *Bestias autem, quae*. 4 *qui*, rubro col. em. *quae*. rr) Aur. Lugd. (p. 471) om. *plus*, etsi in imo marg. p. 470 collocatum est. s) Cod. Iust. *civitates detineri praecipimus: violatoribus eorum quinas libras auri fisci iuribus illaturis*. Sequuntur deinceps et subscr. c. 1 et subscr. c. 2 h. t. t) Vid. c. 2 cit., not. *m*.

u) Vid. tit I. h. libri, not. *aa*. v) In Cod. Iust add. *Penitus Tollendis*. x) Go. *Propraefecto Praetorio* leg. esse putat. Vid. supr. XII, 1, 10, not. *e*, VII, 20, 4, not. *d* et quae Böcking contra Go. disputat in annot. ad Notit. Dignit. in part. Orient. p. 125. y) Cod. Iust. om. *qui*. z) Seqq. absunt a Cod. Iust. a) Fol. 388[a] cod. 4. Infra Be. Cod. Iust. *Beryti* et 4, Til. — Be. Cod. Iust. *Paulino*. aa) Ita 4, Til. — Lugd.; Cui. 2 — Be. *Impp*. Go. err. *Constantinus*. b) 4 *ex*, rec. man. em. *sex* in marg. c) Go. addi vult *et militiae;* antecedunt enim etiam *milites*. d) 4 *transsisse* et incip. fol. 388[b] cum v. *constabit*. e) 4, Til. — Lugd. *emendari*, impr. Go.; Cui. 2 — Be. *amandari* de cj. Cuiacii. f) Vid. c. 2 cit., not. *l*. Ri*. post *Coss*. add *A*.

TIT. XIII.[g] DE USU SELLARUM.

1. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Claudio*[gg] *Pf. U.* Exceptis plebeiis scenicis et qui[h] spectaculo suo[i] praebuit populo materiam voluptatis et tabernariis, ceteris omnibus usum sellarum et sedendi ac conveniendi in publicum tribuimus facultatem. *Dat. VIII.*[k] *Kal. Ian. Constantinopoli, Arcadio IV. et*[kk] *Honorio III. AA. Coss.* (396.)

TIT. XIV.[l] DE INFIRMANDIS HIS, QUAE[m] SUB TYRANNIS AUT[n] BARBARIS GESTA[o] SUNT.

1. *Imp. Constantinus*[p] *A. ad Constantium Pf. P.* Remotis Licinii[q] tyranni constitutionibus et legibus, omnes sciant, veteris iuris et statutorum nostrorum[r] observari debere sanctionem. *PP. XVII. Kal. Iun.*[s] *Crispo III. et Constantino*[t] *III. Caess.* *) *Coss.* (324.)

2. *Idem A. ad universos Provinciales.* Tyranni[u] et iudicum eius gestis infirmatis, nemo per calumniam velit[uu] quod sponte ipse[v] fecit evertere[x], nec quod legitime gestum est[y]. *Dat. prid. Id. Febr.*[z] *Paullino et Iuliano Coss.* (325.)

3. *Idem A. Antiocho Praefecto Vigilum* *). Quae tyrannus[a] contra ius rescripsit, non valere praecipimus; legitimis eius rescriptis minime impugnandis. *Dat. VIII.*[b] *Id. Iul. Roma, Constantino A. VII. et Constantio Caes. Coss.* (326.)

4. *Idem A. ad Senatum.* Super his, qui ex senatoribus ad navicularium munus a tyranno[bb] deiecti sunt, ac[c] restitui suis natalibus deprecantur, placuit vestrae sanctitati iudicium[d] examenque mandare, ut vos eligatis, qui splendori vestro patrimonii viribus et honestate vivendi[dd] et natalium dignitate respondent. Incongruum est enim tantae dignitatis arbitrium alteri potius, quam vestris suffragiis sententiisque committere. Eorum autem, quos ut dignos elegeritis *), nomina Pf. urbis nobis insinuet, ut vestrum iudicium comprobemus. *Dat.* **) *Id. Iul. Constantino A. VII. et Constantio*[e] *C. Coss.* (326.)

5. [f]*Imp. Constantius A. et Constans*[g] *C. ad universos Provinciales et Populum.* Quae tyrannus[gg], vel eius iudices contra ius statuerunt, infirmari iubemus, reddita possessione expulsis, ut qui vult ab initio agat. Emancipationes autem et manumissiones et pacta sub eo facta et transactiones valere oportet. *Dat. III. Non. Nov. Mediolano, Constantio A.*[h] *V. et Constante*[i] *Coss.* (352.)

6. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Trifolio Pf. P.* Nullus sibi honorem audeat vindicare, quem tyrannica[k] concessit audacia, sed ad pristinum statum damnata praesumptio revocetur. *Dat. X. Kal. Oct. Aquileia, Theodosio A. II. et Cynegio Coss.* (388.)

7. *Iidem AAA. Trifolio Pf. P.* Omne iudicium, quod vafra mente conceptum, iniuria[l], non iura red-

---

Tit. XIV. C. Th., cod. 4 (sin. num.), Til. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Be. *Tit. XIV.* Br. Al. eiusque codd. 5 — 18, 20, 21, 24 — 30, 32 — 40, 42 — 44, 46, Sich. Aeg. *Tit. III.* L. R. U. *Tit. II.* De cod. 31 vid. tit. I. h. libri. In codd. 45 et 48 numerus non est additus. Go. opinione concordant duo tituli C. Th., tit. *de Bonis proscriptorum* (IX, 42) et tit. *de Poenis* (IX, 40). — c. 1. Baron. ad ann. 324, n 4. — c. 2. Baron. l. c. — c. 3 Go. cum c. 4 h. t. coniungendam esse putat. Vid. infr. not. *b.* Baron. l. c. — c. 4. Vid. c. 3 h. t., not. sup. — c. 5. Baron. ad ann. 353, n. 32. Vid. c. 8 h. t., not. sup. — c. 6. Baron. ad ann. 388, n. 67. — c. 7. Baron. ad ann. 388, n. 68.

---

g) Vid. tit. I. h. libri, not. *aa.* Aur. Lugd. *cellarum,* sed in ind. tit. *sellarum.* gg) Vid. supra VI, 4, 29, not. *y.* h) 4 *Exceptis plebeis scaenicis* (ita etiam Til. — Ri*.) *et quis;* a rec. man. corr. *qui.* i) Rein. Go. em. *sui,* ut est in l. 2, §. 5 D. de His, qui not. inf. (III, 2) *spectaculum sui praebiturus,* neque vero Go. *suo* falsum esse contendit. k) Go. in Chron.: „al. *VII.*" kk) Ri*. om. *et.*

l) Cf. tit. I. h. libri, not. *aa.* m) Nonn. codd. *qui.* n) 20 *vel.* Sich. *ac,* sed in ind. tit. *aut.* 5 om. *aut — sunt.* o) 12 *distracta sunt.* p) Cui. 2, 2* *Constantius,* err., quem Rein. tollit. q) 4, Til. — Ri*. *Licini.* Go.: „*LicinI,* id est Licinii; quae orthographia *huius Codicis.*" De eodem et proximas tres leges intelligendas esse, recte Be. dicit. Vid. not. *u* et *a.* r) 4 *nostrorum nostrorum;* quorum v. ultimum del. rubr. col. s) Go. in Chron. prop. *Ian.* t) Rein. corr. *Constantio.* Aur. Lugd. om. *et Constantino III.* Mox ibi scribitur *Cons.* *) Ita 4, Til. — Lugd. et Be.; Cui. 2 — Ri*. *Caes.* u) Licinii. Infra Aur. Lugd. *infirmitatis.* uu) 4 *velid.* Til. — Ri*. *vel id.* Recte Be. de cj. Go. ed. *velit,* quod consentaneum est orthographiae codicis. Vid. not. *y* sq. et infra XVI, 8, 19, not. *h.* v) Ita 4; *ipse sponte* est in Til. — Cui. 2*. Ri. — Be.; Go. om. *ipse.* x) Fol. 389[a] cod. 4. y) In cod. 4 post *est* add. asteriscus rubro col. Eodem loco est asteriscus in edd. Til. — Cui. 2* (*est.**). Putabant enim primi editores scriptura *vel id* inducti (vid. not. *uu*), deesse aliquid in extrema lege. Iam oratio absoluta est. z) Go. in Chron. h. c. *Nicomediae* datam esse putat. 4, edd. *Paulino.* *) Go. mendose *Virgil.* a) Go. in comm. probat hanc c. neque a Constantio datam esse, neque de Maxentio tyranno agere: datam esse potius a Constantino contra Licinium. b) Etsi h. c. nomen *Antiochi Pf. vigilum* inscriptum est, proxima c. 4 *ad Senatum* data, tamen Go. aut hic deleri vult *VIII.* aut *VIII.* suppleri in subscr. c. sq., ut utraque c. inter se coniungatur. Id fieri posse, nego. bb) Licinio. c) 4 *hac,* rubro col. del. *h.* d) 4 *iudicum,* rubro col. emend. *iudicium.* dd) Go. em. *honestate vivendi natalium dignitati respondent,* qua em. opus non est. *) Go. err. *elegeretis.* **) Vid. supra not. *b.* e) Ri. Ri*. *Constantino,* err. f) Fol. 389[b] cod. 4. g) Ri. propter Socratem II, 28 corr. *Constantius.* Videtur igitur in omnibus ann. 352, 353 et 354 subscriptionibus sententia Ri. corrigendum esse *et Constantio C.* gg) Intell. Magnentium. h) Aur. Lugd. *H.,* mendose. i) Be. addi vult *Caes.,* recte. Go. refert h. c. ad ann. 354 (*Constantio A. VII. et Constante Caes. III. Coss.*), quo Magnentius penitus devictus erat et occisus. k) Recte Go. Be.: „Maximi, de quo et ss. 2 legg." l) Go. rep. vult *iniuriam,* et Be. *iniuriam*

dendo, Maximus, infandissimus tyrannorum, credidit[ll] promulgandum, damnavimus[m]. Nullus igitur sibi lege eius, nullus*) iudicio blandiatur. *Dat. VI. Id. Oct. Mediolano, Theodosio A. II. et Cynegio Coss.* (388.)

8. [n] *Iidem AAA. Constantiano Pf. P. Galliarum.* Omnes, qui tyranni[nn] usurpatione provecti cuiuslibet acceperunt nomen illicitum dignitatis, codicillos atque epistolas et promere iubemus et reddere. Iuris quoque dictionem atque sententias, quas promere nequiverunt, qui iudicum nomen habere non potuerunt[o], ex omnibus publicorum monumentorum scriniis iubemus auferri, ut, abolita auctoritate gestorum, nullus his iudicatis conetur inniti, quae et tempore et auctore delentur. Exceptis his tantum negotiis atque in sui integra firmitate mansuris, quae conventionibus pactisque finita sunt, si dolo metuve caruerunt. His quoque pariter exceptis, quae donatio transtulit, mancipatio[p] liberavit, contulit manumissio praemia[q] meritae[r] servitutis, quia in his omnibus voluisse sat iuris est. *Dat. XIX. Kal. Febr. Mediolano, Timasio et Promoto*) VV. CC. Coss.* (389.)

9. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Andromacho* [s] *Pf. U.* [t] Valeat omnis emancipatio[u] tyrannicis[v] facta temporibus; valeat a dominis concessa libertas; valeat celebrata et actis quibuslibet inserta donatio; valeat deficientium omne iudicium; valeat universa venditio; valeant sententiae iudicum[vv] privatorum (convelli enim iudicium non oportet), quas partium elegit assensus et compromissi[x] poena constituit; valeant conceptae solenniter pactiones; valeant scripturae, quibus aut fides rerum aut ratio probatur aut debita[xx]; valeant apud quemlibet habitae spontaneae professiones; valeat deposita super instituenda lite testatio; valeat impetratio iuris communium liberorum; valeat procuratio scaevis mandata temporibus; datus tutor vel curator obtineat firmitatem; valeat in sponsam perfecta largitio; doli ac vis et metus inchoata actio in tempus legitimum perseveret; bonorum amissa[y] possessio, et affectus[z] adeundae hereditatis obtineat et interdicti[a] beneficium non amittat[b]; valeat in[c] integrum restitutionis petitum auxilium; valeat vindicatio, identidem[cc] desiderata tribuatur; locatio et conductio inviolabilem obtineant firmitatem; interdicti beneficia tempora infausta non mutilent; postulata inofficiosi actio et immodicarum donationum rescissio petita servetur; beneficia[d] transacta non titubent; sacramento terminata permaneant; pignoris atque fiduciae obligatio perseveret[dd]. Stent denique omnia, quae in placitum sunt deducta*) privatum, nisi aut circumscriptio subveniet, aut vis aut terror ostenditur. Funestorum tantum consulum nomina iubemus aboleri, ita ut his reverentia in lectione recitantium tribuatur, qui tunc in Oriente annuos**) magistratus victuris perpetuo sunt fascibus auspicati; tempus vero ipsum, ac si non fuerit, aestimetur, si quidem [e] tunc temporis omissa[ee] aliqua praescriptio taciturnitatis

— c. 8. Bou. l. c. p. 761. Summ. C. Th.: „*Quintae similis.*“ — c. 9. Err. Ri*. *c.* 4.

vel *iniurias*, recte, etsi neque ex ablativo *iniuria* inepta sententia eruitur. Miror in Aur. *vaframente*, in Lugd. *vafra mente* esse. ll) Ita 4, Til. — Ri*.; Be. *crediderit.* m) 4, Til. — Ri*. *damnabimus.* Be. de cj. Go. recte ed. *damnavimus.* Vid. supr. XIII, 1, 6, not. *b*, XIII, 3, 7, not. *d*, XIII, 3, 11, not. *i*, XV, 9, 2, not. *t*. *) Ri*. *nullius*, err. n) Fol. 390 [a] cod. 4. Ap. Bou. imperatorum nomina rep. sunt ex c. 6 h. t. nn) Maximi. o) 4, Til. — Cui. 2* *potuerunt.* Iam Rein. corr. *potuerunt*, ut a Go. — Be. et Bou. editum est. p) Go. Be. ex c. 5 h. t. (*Emancipationes autem et manumissiones*) et quia statim de manumissione sermo est, em. *emancipatio* et hic et in sq. c., recte. Vid. not. *u* sq. Accedit etiam v. *liberavit.* q) Go. in not. *praemio*, sine necess. r) Go. em. *emeritae.* Recte se habet *meritae*, id est bene meritae, dignae, quae propter merita tolleretur. *) Ri. err. *Promote.* s) Go. vult *Pf. P.* Vid. supr. II, 12, 6, not. *g*, VIII, 8, 7, not. *f*, XI, 28, 3, not. *f*. t) Fol. 390 [b] cod. 4. In ima pag. est signum quatern. *NA.* u) Ita 4, Summ. C. Th., Til. — Lugd.; Cui. 2 — Be. *mancipatio*, mendo ex Cui. 2 in posteriores edd. translato. Vid. not. *p* antec. v) Go. Be.: „Eugenii.“ vv) 4 *iudicium.* Til. — Cui. 2* *iudicum privatorum. Convelli e. i. n. oportet, quas.* Primus uncis inclusit vv. *convelli — oportet* Go., qui: „Ita, inquit, interpuncto hoc loco nihil hic immutandum videatur: quamquam adhuc malim *quos*, vel *quod.*“ x) Go. *compromissa.* xx) 4 *debitu*, rubro col. em. *debita.* y) Go. cj. *admissa*, sed mavult *omissa*, quamquam et *amissa* eadem sententia servari posse non negat. Best, Rat. emend. leg. cap. XXVII, §. 15 tuetur *admissa*, impr. et cj. *omissa*, et vulg. script. *amissa*, cum species antecedentes omnes agant de iure, quod alicui ex actu valido competat, neque vero de eo, quod amiserit, bonorumque possessio iungatur affectui adeundae hereditatis atque interdicti beneficio. Summ. C. Th. *perdita*, quo cod. 4 scriptura confirmatur, quam veram esse puto. *Bonorum possessio amissa*, videlicet tyranni usurpatione amissa, quae propter tyrannidis infaustum tempus peti non poterat, itaque amissa erat. Valeat igitur bonorum possessio, si amissa est et quamquam amissa est, valeat ac si petita esset. z) Fol. 391 [a] cod. 4. a) Best l. c. tentat *edicti*, id est Hadriani, quod lege 3 Cod. Iust. de Edicto D. Hadriani tollendo (VI, 33) sublatum sit. Potius sermo esse videtur de interdicto quorum bonorum. b) Go.: „An *amittatur?* minime.“ c) A cod. 4 abest *in*, sed add. rubro col. cc) Go.: „Recte *identidem.*“ d) Best l. c. cj. *beneficio*, quo concinnius opponatur v. *sacramento*, quod sequitur. Transigere beneficio idem esse atque amice placideque controversias componere; sacramento indicari strepitum iudiciorum litiumque certamina. Dubito an v. *beneficii*, nemine apposito, cuius beneficio, in cuius gratiam transactio facta sit, ea sit significatio. Summ. C. Th. *facta beneficia.* dd) 4, Til. — Lugd. *perseverent.* Cui. in Cui. 2 tacite corr. *perseveret*, recte. *) 4 *deductam*, rubro col. del. *m.* **) 4 *annuus.* Ri*. *mutitent* — *Orientis* — *victoris*, mendose. e) Fol. 391 [b] cod. 4. ee) Go. em. *sic quidem ut tunc temporis ob omissa aliqua*, impr. Best. l. c. §. 16, qui tentat: *Siquidem, tunc temporis. omissa aliqua praescriptio taciturnitate sit*, *etiam* etc. Aur. Lugd. *taciturnitati*, utrum consilio an errore, nescio. Be. infra rep. esse videtur *nunc possit*, salvis reliquis. Cave, ne quid mutes; nihil dicitur nisi quod regula continetur: „agere non valenti non currere praescriptionem,“ quippe cum ei, qui Eugenii tyranni tempore, illis con-

etiam de*) illis, quae confirmavimus, non possit opponi. *Dat. XI. Kal. Maii Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* **) (395.)

10. *Iidem AA.*[f] *Eulogio Comiti R. P.* Qui tyranni Maximi[ff] secuti iussionem fundos perpetui iuris non ab ordinariis iudicibus, sed a rationalibus acceperunt, eorum amissione plectantur, atque ad rem privatam denuo revertantur. *Dat. VI. Kal. Maii Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

11. *Iidem AA. Andromacho Pf. U.* *) Fas est, sequi nos paternae dispositionis arbitrium, atque ideo universos cuiuslibet ordinis viros, de quibus lex nostra reticuerat, ad veniam volumus pertinere, et beneficia inopinantibus ultro deferimus; sancientes hac lege, ne is **), qui tyranni[g] tempore militavit, vel etiam qualibet administratione donatus est, aut honoraria dignitate perfunctus, vel quicunque in aliquo honore diversis locis[gg] aut exactionibus praefuerunt, notam infamiae sustineant, aut deformi vocabulo polluantur. Quibus eas tantum dignitates valere decernimus, quas ante tyrannicum tempus habuerunt. *Dat. XV. Kal. Iun. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

12. *Iidem AA. Eusebio Pf. P.* His, quos tyrannici*) temporis labes specie dignitatis infecerat, inustae maculae omnem abolemus infamiam. Cunctis igitur statum**) priorem, sine cuiusquam loci aut ordinis exceptione, tribuimus, ut utantur omnes iure communi, teneant statum veteris dignitatis, ita ut nihil sibi ex his, quos adepti fuerant, honoribus blandiantur. *Dat. XV. Kal. Iul.*[h] *Mediolano, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

13. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Hadriano Pf. P.* Heracliani vocabulum nec privatim, nec publice ulla memoria teneat, ideoque summovenda esse censemus, quaecunque sub eo gesta esse dicuntur. Libertates quoque (quoniam certum est, scelere eius solennitatem[i] consulatus esse pollutam) in melius revocamus, sciatque dominorum voluntas, iterandum esse, quod illo auctore advertit stare non posse. Semel tamen mutatae conditionis beneficium implendum esse praecipimus, et ita repeti manumissionum consuetudines nunc iubemus, ut nullus sub hac occasione incipiat nolle, quod voluit. *Dat. III. Non. Aug. Ravenna*[k], *post cons. Honorii IX. et Theodosii V. AA. Coss.* (413.)

14. *Iidem AA.*[l] *Constantio*[m] *Comiti et Patricio.*[n] Sub clade barbaricae depopulationis[o], si qua aut per fugam[p] aut per congregationem[q] infelicium populorum[r] indigne invidioseque commissa sunt, ad invidiam placatarum legum[s] a callidis litigatorum[t] obiectionibus non vocentur[u]. Habeant omnium[v] criminum impunitatem, qui evadendi fortisan non habuerant facultatem, nisi eos eadem[x] crimina iuvissent; non enim crimen dicitur, quod[y] mortis adegit[z] impulsus. Ex quo animadvertere[a] cunctos litigatores congruum est[b], si quid depraedationis agnoverint[c], se recepturos, si tamen, in eorum,

— c. 11 et 12 Go. coniungit, etsi diversis magistratibus inscriptae sunt et die inter se differunt. Vid. infra not. *h*. — c. 13. Baron. ad n. 413, n. 4. — c. 14. C. Th., cod. 4, Til. — Be. *c.* 14. Br. Al. eiusque codd. Sich. Aeg. L. R. U. *c.* 1, id est *un.* Integra cum interpr. est in codd. 6—18, 20, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 45, 46; inscr. et textus in codd. 24, 30, 31; textus et subscr. in codd. 25, 26, 37; solus textus om. in codd. 27—29, 32- 36, 38—40, 42—44; sola pars c. adest in cod. 48. Ceterum Go. h. c. fugitivam esse contendit et rep. in tit. C. Th. de Indulg. crim. (IX, 38). In cod. 26 interpr. h. c. iterum scripta est post cap. CV. Leg. Burg. *de Bovibus*, sequitur deinde ex Paullo Interpr. tit. de Instit. (II, 8) eamque Lex Salica.

sulibus iure suo non usus sit, non currat praescriptio; nam totum illud tempus, *ac si non fuerit*, aestimatur; sistitur igitur s. quiescit praescriptio intra hoc tempus. *) Go. non vult del. *de.* Infra Ri*. *confirmamus.* **) Aur. Lugd. *Olib. et Probin. Cons.* f) Ita 4, Go. — Be.; Til. — Cui. 2* *AAA.* ff) Sunt, qui h. c. ad Eugenii tyrannidem pertinere nomenque *Maximi* glossema esse existiment, recte improb. Go. *) Vid. not. *s* antec. **) 4 *his*, rubro col. emend. *is.* g) *Eugenii*, de quo et sq. const. Summ. C. Th. *Veniam rescriptis impensam omnibus hominibus absque his qui aut militaverint* etc., quod pugnat cum C. Th. gg) Fol. 392[a] cod. 4. Infra Aur. Lugd. *Olibrio.* *) *Eugenii.* **) Ri*. mend. *statim.* h) Super. c. *Iun.* Alteruter in utraque c. Go. opinione mensis rep. est aut *Iul.* aut *Iun.* Aur. Lugd. *Olib. et Prob. Cos.* i) Fol. 392[b] cod. 4. Aur. Lugd. paullo ante *celere.* k) 4, Til. *Rū.*, id est *Ravenna.* Vid. supr. c. ult. C. Th. de Scenicis (XV, 7), not. *p.* Cui. 1, 2, 2*. Go. *Rum.*, pro quo Rein. *Rav.* rep. vult, Go. aut *Rom.* aut *Rav.* Aur. Lugd. Ri. Ri*. *Rom.* Be. recte *Rav.* Cf. etiam supra IX, 40, 21, not. *d.* l) In Br. Al. codd. ap. Sich. *Honorii et Theodosii* nomina ex antec. c. huc translata sunt. Nonn. codd. *AAA.* m) 6, 7, 10, 16, 18 et alii codd. *Constantino.* 42 *Constantinio.* 8, 12 *Contio.* Vid. c. XIX. Sirmond. n) Nonn. codd. *comite*, alii *ppo* pro *patricio.* 38 om. *et Patricio.* o) 21, Sich. (neque vero 6, ut Be. refert) *barbarica, et depopulationis.* p) 6, 7, 13, 14, 16 *per famulis* et 8, 12, 17 *pro famulis*, utrumque mendose. q) 12 *pro congregatione.* r) 6, 7, 14, 16 *imperatorum*, inepte. Mox nonn. codd. *comes sunt* pro *commissa sunt* et 20 *invicio sequi commissa sunt ad invitiam.* s) Go. em. *pacatarum* consentanea est v. *rerum*, quod est pro *legum* in codd. 8, 11 — 14, 17, 20, Cui. 2 — Be.; sed optime scriptum est in codd. 4, 6, 7, 9, 10, 15, 16, 18, 21, Sich. — Lugd. *legum.* Placatae hic dicuntur leges propter indulgentiam criminum hac lege concessam. t) 8 *ac.* 11, Cui. 2, 2*. Go. om. *a*, bene, etsi neque vulgata scriptura falsa est. *A callidis litigatorum obiectionibus* est pro *obiectionibus callide factis a litigatoribus* aut pro *propter callidas litigatorum obiectiones.* Sich. *litigatoribus.* Falso Ri. Be. dicunt, etiam 20 habere *litigatoribus.* 11 *abiectionibus.* 9 *obiectione.* u) 10, 18 (om. v. *non*), R. Go. in not. *revocentur.* v) 6, 7 *omnes.* 8, 12, 16, 17 *oms* s. *omns*, id est *omnes.* 14 *omnis.* x) 6, 7 *facultatem quod eos.* 8, 14, 16, 17 *facultatem quodsi eos.* 10, 18 *facultatem si eos eadem crimina non iuvissent.* 11 *easdem.* Vetat Go. v. *iuvissent* mutari in *inuoluissent*, recte. y) 11 *quem.* Go. vult *quo.* z) 10, 18, R. in m. *egit.* 20 *adicit.* Nil muta. Similiter dicitur *adigere sacramentum* pro *adigere ad sacramentum.* a) 20 *animadverterit — qd deprecationis agnoverint — sed tamen in eorum qui pulsaverint facultatibus habundare vel residere* etc. 11 *cunctis* et infra *resedere.* b) Cum vv. *est si quid* incip. fol. 393[a] cod. 4. c) 6 — 8, 13, 14, 16 *agnoverunt.* d) 6 — 10, 13 —

quos pulsaverint[d], facultatibus abundare aut residere id, potuerint comprobare[e]. *Dat.*[f] *Kal. Mart. Ravenna, D. N.*[g] *Theodosio A. VII.*[h] *et Palladio V. C.*[i] *Coss.* (416.)

Interpretatio. *Quicunque*[k] *hostium terrore compulsus, dum*[l] *mortem timet excipere, ad depraedandum se cum hostibus*) fortasse coniunxerit, non propter hoc*[m] *vocetur*[n] *ad crimen, quod pro conservanda vita fecit invitus. Sane si quid apud eum de praeda resederit*[o] *et residuum invenitur, quod evidenter agnoscitur*[p], *hoc solum reddere domino sine calumnia compellatur.*

TIT. XV.[q] QUORUM[r] USUS INTERDICTUS EST.

1. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Bulefo- rum*[s] *Consularem Campaniae.* Nulli prorsus nobis insciis atque inconsultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur. *Dat. III. Non. Oct. Altino*[t], *divo Ioviano et Varroniano Coss.*[u] (364.)

Tit. XV. Cod. Iust. XI, 46. Cf. Nov. Valent. IX. de Reddito iure armorum (ed. Berol. l. c. pag. 1301). — c. 1 coniungenda est cum c. 2 C. Th. Quibus equorum usus (IX, 30). Cod. Iust. XI, 46, 1.

16, 18, 21 (neque vero 20, quod Ri. et Be. affirmant), Sich. *pulsaverunt.* e) 9 *corroborare.* f) In cod. 20 add. *XVI.* 11 om. *Dat. Kal. Mar.* g) Nonn. codd. Sich. *DD NN.* 20 *ravenna domno.* Sich. *Ravennae.* 8 om. *D. N. — V. C.*, 36, 40 *D. N. Theodosio A.* et 38 *et — Coss.* Ab aliis codd. abest *V. C.* aut *V. C. Coss.* h) In nonn. Br. Al. codd. pro hoc numero scriptum est *VI* aut *III.* 20 om. *VII.* i) Multi Br. Al. codd. *vic coss.* aut *c̅c̅ coss.* aut *c̅c̅ coss.* Vid. not. g antec. 11 om. *C. Coss.* k) 10, 18 *Si quicumque.* l) In cod. 11, neque vero in cod. 20, ut Ri. asserit, et ap. Sich. add. *timorem atque.* *) Go. *hostibus male fortasse.* m) 11 om. *hoc.* n) Nonn. codd. secundi ordinis, Sich. Cui. 1 — Lugd. *vocatur.* o) 20 *Sine si quid* (om. *apud*) *eam de praeda residerit.* 11 *re sedederit.* p) Hoc quoque loco nonn. codd. Br. Al. Sich. Cui. 1 — Lugd. *cognoscitur.* Mox multi *dominum.*

q) Vid. tit. I. h. libri, not. *aa.* r) Videtur desse v. *armorum.* Cod. Iust. *Ut armorum usus inscio principe interdictus sit.* s) Cod. Iust. *Bulephorum.* t) Cod. Iust. *Altini*, ut Be. u) In cod. 4 add.: *FL·* (sic!) *THEOD·* (cum virgula traiecta per literam *D*) *LIB· XV, EXPL· INCIP· LIB· XVI.*

CODICIS THEODOSIANI[a]

LIBER DECIMUS SEXTUS.

TIT. I. DE FIDE CATHOLICA *).

1. *Impp.*[b] *Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.*[c] Quisquis seu[d] iudex seu apparitor[e] ad custodiam templorum[f] homines Christianae religionis apposuerit, sciat, non saluti[g] suae, non fortunis esse parcendum[h]. *Dat. XV. Kal. Dec. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.* (365.)[i]

2. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*[k] *AAA.*[l] *Edictum ad Populum urbis Constantinopolitanae*[m]. Cunctos populos[n], quos clementiae nostrae regit temperamentum[o], in tali volumus religione versari[p], quam divinum[q] Petrum apostolum *) tradidisse Romanis religio usque ad[r] nunc ab ipso insinuata declarat, quamque pontificem Damasum[s] sequi claret et Petrum Alexan-

---

Lib. XVI. non integrum esse in cod. 4, demonstravi in Summariis Codicis Theodosiani p. IX. sq. Supplevit eum Cuiacius in Cui. 1 ex ignoto codice. Inveni quidem totum librum XVI. in cod. 11 (Reg. Paris. 4406. Cf. Hauboldus in Promuls. cit. p. 10 et in Opp. T. II, p. 907), neque vero hunc codicem in Cui. 1 editionem adhibitum fuisse puto (vid. Summaria Codicis Theodosiani p. X. sq.) a Cuiacio, sed in Cui. 2. Subsidia, quae emendando huic libro cod. 11 parantur, augentur Palimpsesto Taurinensi, membranis Vaticanis et praeterea codd. 15 (cf. Witte, de Guil. Malmesburiensis codice diss. p. 27 sq. Haubold. Opp. T. II, p. XC. not. et p. CXXXVI, not. **), 50, 51, quibus omnibus ita utor, ut non solum diversitatem scripturae afferam, verum etiam de singulis const., adsint an desint, disseram. Itidem cod. 8 nonnullas habet leges ad Breviarium Alarici non pertinentes. Denique haec et illa lex recepta est in codices iuris canonici atque scriptores ecclesiasticos. Inter hos Labat totum librum ex Cui. 1 (add. annorum numeris) transtulit in Conciliorum Galliae Collect. T. I, p. 690 — 755 praefixo titulo: *Codicis Theodosiani Liber Decimus Sextus. In Hoc Conventu Cum Aliis Promulgatus.* Etenim paullo ante scripserat (p. 687): *Conventus Episcoporum Et Procerum Regni Gothici In Gallia, Cuius consensu theodosianus codex publici iuris factus est, et Alarici regis auctoritate confirmatus* (!). Restat, ut dicam, deesse quidem in ea parte codicis 11, quae ipsius Codicis Th. librum XVI. comprehendit, leges illas secundi tituli de Episcopis, ecclesiis etc., quae in Br. Al. receptae sunt, reperiri autem in eiusdem codicis fol. 5, omissis ubique numeris legum, quas numerabo eo ordine, quo deinceps scriptae sunt (vid. etiam tit. VII. not. sup.); reliquae Br. Al. leges bis sunt in cod. 11, et in ipso Codice Th., sed sine interpretatione, et in fol. 42, ubi altera pars est libri XVI. a Visigothis in brevem summam contracti.

Tit. I. 4, 8, 15, 50, 51, edd. *Tit. I.* 11 *Tit. II* (vid. sq. tit. not. sup.). Inde explicantur, quae Cui. in m. Cui. 2, 2* notat: „*In vetustis exēplaribus hic titulus secūdus est huius libri.*“ Go. quoque hunc titulum in Codice Vesontino *secundum* esse dicit. Estne cod. 11 celeberrimus ille codex Vesontinus, ex quo Paulli Sententias Cui. supplevit? Cod. Iust. I, 1. — c. 1. Codd. 4, 8, 11, edd. *c.* 1. In codd. 15, 50, 51 deest h. c. Eam Go. coniungendam esse putat cum c. 8 C. Th. de Poenis (IX, 40) et cum c. 8 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3), falso. Vid. infr. not. *i.* Baron. ad ann. 365, n. 43. — c. 2. Codd. 4, 8, 11, edd. *c.* 2. 15, 50, 51 *c.* 1. Praeterea inveni h. c. in codd. Reg. Paris. 1454 (fol. 139[b]), 1455 (fol. 70[a]), 3842, 3848; Oxon. Colleg. Orielensis B. 4, 5. Coniungenda est cum c. 25 C. Th. de Episcopis (XVI, 2), concinit autem et conferenda est cum c. 3 h. t. et cum c. 6 C. Th. de Haeretic. (XVI, 5). Memorat eam Sozomenus VII, 4, Theodoretus V, 2 et ipse Theodosius, ut Go. opinatur, in c. 7 C. Th. de Haereticis (XVI, 5). Cod. Iust. I, 1, 1. Bas. I, 1, 1. Anselm. Lucens. II, 2. Cod. vet. canon. (Quesn.) c. 54 in ed. Lugd. 1700. fol. Tom. II, p. 112 et in S. Leonis Opp. ed. Ballerin. T. III, p. 393 sq. Baron. ad ann. 380, n. 2. Blondell. de Primat. p. 198.

---

a) Til. *Theodosiani Codicis.* 15 *Lib. XV.* Vid. supr. tit. de Const. princ. (I, 1), not. *e* et tit. de Iurisdict. (II, 1), not. *r.* Numeri titulorum huius libri des. in cod. 4. *) Cod. Iust. *De summa trinitate, et fide catholica, et ut nemo de ea publice contendere audeat.* b) Ri. Ri*. om. *Impp.* et 11 *et.* c) Ri. Ri*. Be. om. *Pf. U.*, sed Be. add. in not. 8 *Simacū.* 11 *Symmacum ppm.* d) 11, Cui. 2 — Ri*. om. *seu.* e) 8 *apparator.* f) 11 *temporum.* Go. ann.: „Paganorum scilicet“ et vetus manus in Til. ed., quam possideo: „*ethnicorum.*“ g) 8 *salute.* 11 *salutis.* h) 11 *parendum.* i) 8 om. *Dec.* et *Valente AA. Coss.* et 11 *Coss.* Ut coniungatur h. c. cum c. 8 de Poen. et c. 8 de Pistor. citt., Go. rep. vult *XVIII. Kal. Febr.*, praesertim cum mense Nov. et Dec. huius anni Valentinianus, huius legis auctor, non Mediolani, verum Parisiis constiterit. Codices non confirmant Go. opinionem. Fortasse superiori tempore lex facta est, posteriori data. k) 4 *Thed.* l) Til. — Lugd. *AA.* Cod. vet. can. l. c. *Imperatorum Gratiani Valentiniani et Theodosii Augustorum.* Seqq. inscriptionis vv. des. in c. 25 cit. Cod. Iust. om. *Edictum.* m) *Constantin.* om. in cod. 8. 11 *Constantinopolitano.* Fol. 393[b] cod. 4 incip. cum v. *Cunctos.* n) 8 *Cunctus populus.* o) Cod. Iust. *regit imperium.* p) 50, 51 *versare.* q) Nonn. Cod. Iust. edd. *divum.* *) Hinc in exemplo Cui. 2, quo usus est Rein., excisa sunt sex folia (p. 481 — 492), et pergitur cum v. *motu* c. 2 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). r) Restitui *ad*, quod 4, 50, 51, cod. vet. can. Til. — Lugd. Lab. Bal. habent et scripturam Cod. Iust. *usque adhuc* interpretatur. 8, 11, Cui. 2 — Be. *usque nunc*, prob. Go. Etiam Orosius VII, 29 *usque ad nunc.* s) 8 *Damas-*

driae[ss] episcopum, virum apostolicae sanctitatis; hoc est[t] ut secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam patris et filii et spiritus sancti unam deitatem[u] sub parili[v] maiestate et sub pia trinitate credamus. §. 1. Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosque[x] iudicantes haeretici dogmatis infamiam sustinere, nec conciliabula eorum[xx] ecclesiarum nomen accipere[y], divina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex coelesti arbitrio sumpserimus, ultione[z] plectendos. *Dat. III. Kal. Mart. Thessalonica*[a], *Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.*[b] (380.)

3.[c] *Iidem AAA. ad Auxonium Proconsulem Asiae*[d]. Episcopis tradi[e] omnes ecclesias mox iubemus, qui unius maiestatis atque virtutis patrem et filium et spiritum sanctum confitentur, eiusdem gloriae, claritatis[f] unius, nihil dissonum profana divisione facientes, sed trinitatis ordinem, personarum assertionem[g] et divinitatis unitatem[h]; quos constabit communione[i] Nectarii[k] episcopi Constantinopolitanae ecclesiae, Timothei nec non[l] intra Aegyptum Alexandrinae urbis, episcopos[m] esse sociatos; quos etiam in Orientis partibus Pelagio[n] episcopo Laodicensi et Diodoro episcopo Tarsensi: in Asia nec non proconsulari[o] atque Asiana dioecesi Amphilocio[p] episcopo Iconiensi[q] et Optimo episcopo Antiocheno[qq]: in Pontica[r] dioecesi Helladio[s] episcopo Caesariensi et Otreio Meliteno[t] et Gregorio episcopo Nysseno[u], Terennio[v] episcopo Scythiae[x], Marmario[y] episcopo Martianopolitano communicare constiterit. Hos[z] ad[a] obtinendas catholicas ecclesias ex communione et consortio probabilium sacerdotum oportebit admitti: omnes autem, qui ab eorum, quos commemoratio[b] specialis expressit, fidei communione[c] dissentiunt, ut manifestos haereticos ab ecclesiis expelli, neque his penitus posthac obtinendarum ecclesiarum pontificium facultatemque[d] permitti, ut verae[e] ac Nicenae[f] fidei sacerdotia casta permaneant, nec post evidentem[g] praecepti nostri[gg] formam malignae locus detur astutiae[h]. *Dat. III.*[i] *Kal. Aug. Heraclea*[k], *Eucherio et Syagrio Coss.* (381.)

— c. 3. Codd. 4, 11, edd. *c.* 3. 15, 50, 51 *c.* 2. Meminit sec. Go. h. c. Socrates V, 8, Sozomenus VII, 9, Facundus lib. IV. pro Defens. trium capit. pag. 34 Tom. X. Bibl. Patr. max. et rursus lib. XI, cap. 3 init. pag. 92. Baron. ad ann. 381, n. 74.

sum. ss) Cod. vet. can. *Alexandriae urbis.* t) 11, Cui. 2 — Ri*. om. *hoc est.* Mox Aur. Lugd. *disciplinam e-|evangelicamque.* u) 50, 51 *unam veritatem sub.* Ante Til. Cui. 1. Cui. 2, 2* *spiritussancti.* v) Cod. Iust. *pari,* ut 11. x) 11 *suesanosque — infantiam.* 50, 51 *vaesanosque.* xx) Aur. Lugd. *earum.* y) Cod. Iust. om. *nec — accipere.* 8 *accipere et divina.* 50, 51 *accipere sed divina.* z) 11 *motum nostrique — ultionem.* a) Cod. Iust. cod. vet. can. *Thessalonicae.* b) 4, 15, 50, 51, Til. — Lugd. Lab. Bal. *Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.* 11 *Gratiano et Theod. AA.* et om. *Coss.* Cui. 2 — Be. Cod. Iust. *Gratiano V. et Theodosio I.* (Cod. Iust. om. *I.*) *AA. Coss.* Scripsi cum codd. 4, 15, 50, 51, Lab. Bal. *Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.*, quae est subscript. c. 25 cit. Aur. Lugd. *Cons.* c) Fol. 394[a] cod. 4. d) 11 *Auxionum.* 15 *Id aug ausonio proc. Africae* et 50 *ad Ausonium Proc. Afrc*, male. 51 om. *ad — Asiae.* e) 11 *tradidi.* 15 inverso ordine *Eps tradi mox omnes ecclesias iubemus qui unius maiestatis et virtutis.* Edd. ante Be. *adque virtutis*, ut 4. f) 11 *caritatis* et mox *prophana.* g) In cod. 15 glossa interlin. add. *praedicantes.* 50, 51 *adsertione.* h) 15, 50, 51 *unitate.* i) Go.: „Quidam mallent *communioni*, sed et hoc ferri potest.“ 11 *constavit communione.* k) 4, Til. — Lugd. Lab. *Nectari.* Cui. 2 — Ri*. *NectarI.* 11 *Necteri.* l) 15 *eccle nec non Timotheo;* quo nihil opus esse dicit Go., qui ita a nonnullis inverti ordinem narrat. Similiter esse infra *in Asia nec non proconsulari.* Vid. not. o sq. Melius procedit oratio in cod. 15 quam in cod. 4, edd.; sed cum *nec non* pro *etiam* habeatur, locum tenere potest, quo collocari solet *etiam.* Til. — Cui. 2*. Lab. *Timothei, nec non.* m) Ita 4, 11, Til. — Lugd. Be., improb. Go. 15 *epi,* id e. *episcopi*, ut Go. putat legendum esse, nisi quis reponat *Timotheo.* 50, 51 *epis.* Cui. 2 — Ri*. Lab. *episcopo.* Be. nihil mutandum esse dicit et inter se iungenda vv. *quos — episcopos constabit.* Ex codice 15, a quo non multum differunt codd. 50, 51, videtur restituendum esse *episcopi.* Neque opus est propter *quos* legere *episcopos*, cum iam supra nominati sint episcopi. n) Seqq. usque ad vv. *Optimo episcopo* des. in cod. 11. o) 15 *Tarcensi nec non etiam in Asia proconsulari.* 50, 51 *Tharsensi.* Til. — Lugd. Lab. *Tarsensi in Asia, nec non.* Mox 50, 51 *diocesi.* Vid. infra not. *r.* p) 15 *amphiloco* et om. *episcopo — Antiocheno.* q) 4, Til. *Icoensi.* qq) 4, 50, 51 *Anthioceno,* sed em. in cod. 4 rubro col. Til. — Cui. 2*. Lab. *Antiocheno in P. dioecesi, Hell.* r) 4 *Pontico*, rubro col. em. *Pontica.* 4, 11, 50, 51 *diocesi.* s) 11 *Elladio.* Aur. Lugd. *Hellodio.* t) 11 *Caesariensi ieiotrei omelite Gregorio.* 15 *mileteno.* u) 4, Til. — Ri*. Lab. *Nyseno.* 11, 15 *Niseno.* 50, 51 *Nireno.* Be., auct. Go., ed. *Nysseno.* v) 11 *Terenio.* 15 *Tirrenio.* 50 *Terrenio.* Go. Be. em. *Terentio*, ut Go. teste habet cod. Aniciensis. Cf. Sozomen. l. c., Nicephor. XII, 13 et Facund. l. c. Ceterum quemadmodum Aegyptiaca, Orientis, Asiana et Pontica dioeceses enumeratae sunt, ita Go. hoc loco verba illa supplenda videntur esse ex Sozomeno *in Thracia.* x) 11 *Siciae.* 15 *Scithiae.* 50, 51 *Schytiae.* y) 11, 50, 51 *Martario.* 15 *Machario.* Codd. edd. *Marcianop.* z) Fol. 394[b] cod. 4. a) 11 *constituerint hos ab.* Mox 11 *omnis.* b) 4 *commeratio*, em. rubro col. c) 4, Til. — Lugd. Lab. *fide communionis.* 11 infra *posthec.* d) Go.: „Al. *Potestatemque:* imo et sine copula *potestatem:* vide *Carrionem d. loco* (I. Emend. c. 9), qui hanc vocem ex Glossemate irrepsisse censet; et vero a MS. suo id abesse ait.“ Quem codicem intelligat, ignoro. e) Go.: „In nonnullis male, *vere.*“ Hoc habent 50, 51. f) Go.: „In *Vet. Cod.* pro *ac Nicenae*, scriptum *agnitae:* male.“ 11 habet *agnitae.* Innotuitne hic codex Go.? Vid. infr. XVI, 2, 11, not. *g*, XVI, 2, 12, not. *p*, XVI, 2, 23, not. *c.* 50, 51 *Nicene.* g) 15, 50, 51 *evidentis.* gg) Mendose Cui. 2, 2* *nosti.* h) 15 *maligne detur astutie locus.* 11 *maligne.* i) 11 *IIII.* Eodem die data est c. 6 C. Th. de Sepulc. viol. (IX, 17) et c. 87 C. Th. de

4. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Eusignium*[l] *Pf. P.* Damus copiam colligendi his, qui secundum ea sentiunt, quae temporibus divae memoriae Constantii[m], sacerdotibus convocatis ex omni orbe Romano[n], expositaque fide, ab his ipsis, qui dissentire noscuntur, Ariminensi concilio, Constantinopolitano etiam confirmata[o], in aeternum[p] mansura decreta sunt. Conveniendi etiam, quibus iussimus[q], patescat arbitrium; scituris his[r], qui sibi tantum[s] existimant colligendi copiam contributam[t], quod, si turbulentum quippiam contra nostrae tranquillitatis[u] praeceptum faciendum esse tentaverint, ut[v] seditionis auctores pacisque turbatae ecclesiae[x], etiam maiestatis capite ac sanguine sint supplicia[y] luituri[yy]. Manente nihilo minus eos supplicio, qui contra hanc dispositionem nostram obreptive aut clanculo supplicare tentaverint. *Dat. X. Kal. Febr. Mediolano, Honorio NB. P. et Evodio Coss.*[z] (386.)

TIT. II.[a] DE EPISCOPIS, ECCLESIIS ET CLERICIS [b].

1. *Imp. Constantinus A.* . . . .[c] Haereticorum factione comperimus ecclesiae catholicae clericos ita vexari, ut nominationibus seu susceptionibus aliquibus, quas publicus mos exposcit, contra indulta sibi[cc] pri-

— c. 4 deest in codd. 15, 50, 51. 4, 11, edd. *c.* 4. Vid. c. 1 sq. tit., not. sup. Ex postrema h. c. parte exscripta est c. 1 C. Th. de His, qui super relig. contendunt (XVI, 4). Vid. infr. not. *r.* Commemorari eam dicit Go. ab Ambrosio in ep. XXXII. ad Valentinianum h. c. auctorem et in ep. XXXIII. (s. XIII. et XIV. ed. Paris. 1614.), Sozomeno VII, 13, Rufino II, 16, Gaudentio in Praefat. serm. ad Benevolum. Baron. ad ann. 386, n. 4. Praeterea Go. in comm. h. c.: „Facessant, inquit, Fr. Balduini suspiciones, *lib.* 2. *de Institut. Histor. p.* 123. et in *lib.* 3. *Victoris Utic. p.* 165. quasi haec *lex* expungenda sit, ceu mala fide et insidiose hunc in *Codicem* Theodosianum intrusa."

Aur. Lugd. Go. — Ri*. *qui*. b) Til. *intantum*. c) 50, 51 *fuit derelictum ut neque*. d) 4 *donatio*, in m. flavo col. add. *ne* (donatione). 11 *donationem vel extremo iuditio vel*. e) 4, 11, 51, Til. — Ri*. *hisdem*. 50 *isdem*. Lab. et Be. *iisdem*. Praeterea 11 *hee*. 15 *he* et 50, 51 *hae* pro *eae*. f) 11 *dominationem*. Go. infra *iucio* et 50 *reliquendum*. g) Ita 4, 11, 50, 51, edd. et Lab.; Go. Be. em. *quid*, quod et Vales. in m. habet. Coustant: „hoc est, *si qui* (ceu *si aliqui*) *earum*," recte. Idem videtur Go. in mente habuisse, qui sic: „*γρ. quid*, quamquam et hoc retineri potest. Nisi forte *qui*, pro *aliqui* hic sustineri posse putet quis." 15 *Ceterum si ad earum, quarum voluntate percipiunt, successionem* etc., bona quidem sententia, neque vero sine suspicione correctionis, si quidem librarius codicem emendare voluerit. h) 11 *successione*. i) 50, 51, cod. Coislin. ap. Coust. *ecclesia*. Cum vv. *in ecclesiis* inc. fol. 401 b cod. 4. Cf. ad h. subscr. Go. in comment. et Biener, Geschichte der Novellen Iustinians. Berlin 1824. 8. p. 29, not. 62 et pag. 31, not. 65. k) Ita 11. Coust. *Romanis*; rell. *Rom.* aut *Rom̄*, ut 4. l) 11, Cui. 2 — Be. *IV*. 15 om. *III. Kal. Aug.* m) 15, 50, 51 om. *III.* et 11 *Coss.* n) 11 *ppm* et Cui. 2, 2* *Pf. P.*, recte impr. Go. Mox 4, Til. — Ri*. *Hii*. Infra 11 *ecclesie* — *ante hortum* et om. *Coss.* o) Cf. doctissimus Böcking in Annot. ad Notit. Orient. p. 152. 11 *Paulinum pp̄m presidem Ephyri nove*. p) Go. intelligit c. 20 h. t. q) Go. vult *ut*; sed etiam 11 habet *et*, neque opus est emend. *) 11 *hac*. r) 4 *triū*. 11 *treveris*. Til. — Lugd. Lab. *Triu*. Cui. 2 — Ri. *Treu*. Ri*. Be. *Trev*. 11 om. *Coss.* Go.: „Forte *Trid.*, id est, Tridenti." s) 11 inverso ordine *Imp̄ Valentinianus Gratianus et Valens*. 34 om. *Valens*. t) Nonn. codd. *Arthemio*. 20 *Artemio episcopo*. 38 om. *Artemio* — *Episcopis*. u) Ita 12, 13, 21, Sich. in m.; 4, rell. edd. *Euridico*. 11 *eoredico*. 16 *curidico*. 20, Sich. *Cordico*. In aliis codd. scriptum est *Euredio, Euderico*. 25 om. *Eurydico* et 42 *Eurydico* — *Episcopis*. v) 28, 36, 40 *oppido*. x) Multi codd. *Gerasio*. 33 *Grasio*. 34 *Grassio*. Ap. Sich. et ut Go. dicit, in aliis codd. et in veteri huius Codicis Chronologia (id est Cui. 2) est *Gerasino*. 28, 36, 40 om. *Gerasimo* — *Episcopis*. y) 11 add. *minores*, err. pro *mores*, quod reponere voluit librarius pro *mos*, quia infr. codex habet *obtinendi sunt*. Illud aegre fert Go. a nonnullis reponi, quos qui sequitur, mox corrigat necesse est *sunt* pro *est* et *iidem* pro *idem*. Sed vid. not. *a* sq. z) Hic inc. fol. II. cod. 2. 20 *id est in negotiis etclesiasticis*. a) 4, 11, 50, 51, Til. — Ri*. Bou. Lab. *obtinendi sunt*; sed cod. 2 *obtinendos est* (quod W. recte dicit idem esse atque *obtinendus est*) et Br. Al. codd. Bar. Sich. Be. *obtinendus est*, recte et probb. Go. (quem Be. secutus est) W. P. Hoc quidem durum esse videtur Go., quare, assentiente nisi me fallit Lab. in m., em. *eidem* — *obtinendi ius sit*; sed praeterquam quod ej. illa superflua est, omnes codices ei adversantur. b) Bou. *quae* ex Go. ann. c) Solus cod. 11 *quibus dampnandis sensibus*, impr. Go., quasi usus sit hoc codice. Vid. supr. XVI, 1, 3, not. *f*, XVI, 2, 11, not. g et 12, not. *p*. 20 *quibus dissensionibus*. d) Nonn. codd. *levibusquae*. 20 om. *que*. 21 *levib' q̄*. e) 8 *ad religionē*. 11 *ac religionis*. f) 6, 10, 12 — 14, 16 — 18, 21 *observandam*. 8 *observanda*. g) 6 — 10, 13, 14, 16 — 18, 21, 25 *pertinentiam*. 12 *pertinentium*. h) Ita 2, 4, 11, 15, hac sola differentia, quod in cod. 11 *ita* est pro *et a*. Sed in Br. Al. plerisque codd. hic locus corrupte scriptus est; nam 6, 7, 16 habent *suis a se ediocesios*. 8, 14, 17 *suis et a suis*. 10 *suis a se aedioceseos*. 13 *suis a se ex sui dioceseos*. 18 *suis a se dioeceseos*. 20 *suis et ad suae diocesiseos*. 12 om. *et* et 21 *et a suae dioeces*, sed indicatur spatium. 25 *diocese obsidionis aud.* Ceterum 11, 50 *dioceseos*. i) Fol. 402 a cod. 4 inc. cum v. *synodis*. k) 9 *audiatur*. kk) 4, Til. *acti*. l) 20 om. *extraordinariisque*. m) *audien-*

Dat. XVI.[n] *Kal. Iun.*[o] *Treviris, Valente V.*[p] *et Valentiniano AA. Coss.* (376.)

INTERPRETATIO. *Quoties ex qualibet re ad religionem pertinente*[q] *inter clericos fuerit nata contentio, id specialiter observetur, ut*[r] *convocatis ab episcopo dioecesanis presbyteris, quae in contentionem*[s] *venerint, iudicio terminentur*[t]. *Sane si quid opponitur criminale, ad notitiam*[u] *iudicis in civitate, qua agitur, deducatur, ut ipsius sententia vindicetur, quod probatur criminaliter fuisse commissum.*

24. *Iidem AAA. ad Catafronium....*[v] Presbyteros, diaconos, subdiaconos atque exorcistas et lectores, ostiarios etiam et omnes perinde, qui primi sunt[x], personalium munerum[y] expertes esse praecipimus[z]. *Dat. III.*[a] *Non. Mart. Gratiano A. IV.*[aa] *et Merobaude Coss.* (377.)

25. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA.....*[b] Qui divinae legis sanctitatem aut nesciendo confundunt[bb] aut negligendo violant et offendunt, sacrilegium committunt. *Dat. III. Kal. Mart. Thessalonica, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.*[c] (380.)

26. *Iidem AAA. ad Tuscianum Comitem Orientis.* Universos, quos constiterit*) custodes ecclesiarum esse vel sanctorum[d] locorum, ac religiosis obsequiis deservire, nullius attentationis molestiam sustinere decernimus[e]. Quis enim eos capite censos[f] patiatur esse devinctos, quos necessario intelligit supra memorato[g] obsequio mancipatos? *Dat. prid.*[h] *Kal. April. Constantinopoli*[i], *Eucherio*[k] *et Syagrio*[l] *Coss.* (381.)

27. *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano Pf. P.*[m] Nulla nisi[n] emensis sexaginta[o] annis[p], cui votiva domi proles sit[q], secundum praeceptum apostoli ad diaconissarum consortium transferatur.[r] Tum[s] filiis suis curatore[t], si id aetas poscit, petito, bona sua idoneis sedula religione gerenda[u] com-

---

— c. 24. 2, 4, edd. c. 24. 11 c. 21. Vid. c. 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Cod. Iust. I, 3, 6 nonn. omm. Bas. III, 3, 5. Baron. ad ann. 377, n. 15. — c. 25. 2, 4, edd. c. 25. 11 c. 22. Vid. c. 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Fide Cathol. (XVI, 1), cui titulo eam Go. ut fugitivam vindicat. Cod. Iust. IX, 29, 1. Bas. LX, 45, 16. Baron. ad ann. 380, n. 3. — c. 26. 2, 4, edd. c. 26. 11 c. 23. 15, 50, 51 c. 17. Vid. c. 1, 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Cod. Stuttgart. cit. cod. Scor. III, Z, 19, cod. Vindob. iur. can. n. 38 fol. coll. can. bibl. Caroli de Savigny III, 26. Hincmar. l. c. T. II, p. 319. Anselm. Luc. IV, 15. Decr. Grat. cau. XXIII, qu. 8, c. 23, §. 1. Baron. ad ann. 381, n. 16. — c. 27. 2, 4, edd. c. 27. 11 c. 24. Vid. c. 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Huic c. derogatur c. 28 h. t. et Nov. Martiani de Testamentis cleric. (ed. Berol. p. 1366). Sozomenus VII, 16. Cod. Iust. I, 3, 9 mut. princ. rec. Coll. eccles. constitt. I, 39 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1254). Leunclav. Notat. I, 13 (in Thesaur. Otton. III, 1476). Fabrotus Not. ad Coll. eccles. constitt. I. (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1387). Eam Go. coniungendam esse putat cum c. 121 C. Th. de Decurion. (XII, 1). Vid. infr. not. *x*. Baron. ad ann. 390, n. 67 — 69. Vid. c. sq. h. t., not. sup.

---

tia omnes codd., praeter 13, 15, qui *audienda*, quod primus Seldenus l. c. ex cod. 15 edidit, probb. Go. Bou. Hebenstreit. (diss. I. Hist. iurisd. eccl. p. 41), et Be. rest., recte. Sich. — Ri*. Lab. Bou. *audientia.* n) 8, 10, 12, 15, 50, 51 *XV.* 24 *XVII.* Multi codd. *VI.* 28, 30 — 32, 35, 36, 39, 40 om. *XVI.* Sich. *XIII.*, sed in marg. *XVI.* o) 20 *mr̄.* 33, 34 *Sept.* 40 *Oct̄.* Codd. *Triu.*, ut Til. — Lugd. Lab. aut *Trev.*, ut Ri*. Be. aut *Triviris* aut, ut 11, 16 *Treviris.* Sich. Cui. 2 — Ri. *Treu.* Nonn. codd. om. *Treviris.* p) Go. cj. *Valente VI. et Valentiniano II. Coss.* (378.), sed ne unus quidem codex habet *VI.* 50, 51 *Valente et Valentiniano A. V. Coss.* Multi codd. Sich. om. *V.*, *AA.* et *Coss.* s. *AA. Coss.* q) 6, 7, 10, 11, 18, 20, 42, alii codd. *pertinentem* et nonn. *infra.* Aur. Lugd. *pertinent.* Supra 11 om. *re.* r) Nonn. codd. *et* et mox multi *ad epō dioecesianis* s. *diocesianis.* 20 *diocisanis.* s) 11 *contentiones*, alii *contentione*, ut 9, 13, 20, 21, 42. t) 6, 7, 13, 21 *venirent iudicio terminetur.* 20 *terminetur.* Rell. des. in cod. Paris. 4278. u) 7 *notitia.* v) Cod. Iust. *Cataphronium.* 11 *Castafronium.* Ubique deest dignitas. Go. eum Vicar. Italiae fuisse opinatur. Cf. supra VIII, 5, 31, XI, 10, 2. Cod. Iust. nomina imperatorum habet. x) Cod. Iust. om. *et omnes — sunt.* Cf. Dirksen l. c. p. 339. 11 *qui primis sunt.* y) 11 *numerum.* z) 11 *praecoepimus.* a) 11 *IIII.* aa) Ita 2, 11, Cod. Iust., probb. P. W.; 4, edd. *III.*, sed Go. Be. Val. in not. emend. *IV.* 2 om. *A.* et 11 *Coss.* b) Magistratus neque in codd. neque in edd. nominatur, nec ullum quidem lacunae est signum. Solus Go. eam quinque punctis indicat. In Cod. Iust. add. *Eutropio Pf. P.*, rectius vero in c. 2 C. Th. de Fide catholica (XVI, 1), quacum haec c. coniungenda est, *Edictum ad populum urbis Constantinopolitanae.* 11 *Imp.* bb) Cod. Iust. *omittunt*, improb. Go. Bas. l. c. *συγχέουσιν.* c) Cod. Iust. *Thessalonicae.* 11 *Gratiano et Theodiaa* et om. *A. V.* et *Coss.* *) 11, codd. Stuttg. Scor. *constituerit.* d) 11 om. *esse vel sanctorum.* Cod. Scor. *sacrorum locorum aut rel. obs. deservire nullius autem patroni molestiam.* e) Cod. Scor. Ans. *decrevimus.* Seqq. om. Hincm. Ans. Decr. Grat. codd. Stuttg. Scor. Sav. f) Go.: „Verba haec, inquit, sollicitari non oportuit.“ 11 *capite census.* 15 *censu capitis* et 50, 51 *capitis censu*, aeque bona sententia. g) Go. — Ri*. *supramemorato.* Cum literis *rato* inc. fol. 402[b] cod. 4. 11 *mancipatus.* h) 15 *II.* i) 11 add. *āāā Datiano ppō.* k) Aur. Lugd. *Encherio.* 51 *Euchirio.* l) 15, 50, 51 *Siagrio.* 11 om. *Coss.* m) 11 *Archadius — Datiano ppo.* Ri*. *Tatiano PR. P.* n) 11 *emensi* et om. *nisi.* Scrib. hic *emensis* passive, ut supr. I, 21, 1. o) Cod. Iust. *quinquaginta*, male et impr. Go. Cf. Paullus I. ad Tim. c. 5, v. 9, Go. in comm. h. c. Leunclav. l. c. Dirksen l. c. p. 342, qui non solum testibus veteribus scriptoribus probant *sexaginta* scribendum esse; verum etiam Graecos et Codicis Iust. codices habere h. v. demonstrant. Vid. Herrmann. ad c. 9 cit., not. 3. Denique Iustinianei Codicis Summa Perusina a doctissimo Heimbachio in Anecd. T. II, p. 1 — 144 nunc primum edita Lipsiae 1840. docet in Cod. Iust. reponendum esse *sexaginta.* Ita enim scriptum est ibi: *Diaconissa LX. annorum fiat.* Cf. Heimbach l. c. Proleg. p. XXVI. p) 4 *anis*, rubro col. supra add. *n* (annis). q) Cod. Iust. om. *cui — sit.* r) Seqq. des. in Cod. Iust. s) Go. — Ri*. *Cum*, mendose et impr. P. et W. t) 4 *curatoressiīd* etc., sed rubro col. exstinguitur prior litera *s* (curatoresi). 11 *curatores id aetas possit petitos.* u) Go. non opus esse dicit em. *regenda;* recte. Omnes codi-

mittat, ipsa tantum praediorum suorum reditus consequatur, de quibus servandi, abalienandi, donandi[uu], distrahendi, relinquendi, vel quoad[v] superest, vel cum in fata concedit et libera ei voluntas est[x], integra sit potestas. Nihil de monilibus et supellectili[y], nihil de auro, argento ceterisque clarae domus insignibus sub religionis defensione[z] consumat, sed universa integra in liberos, proximos vel in quoscunque alios, arbitrii sui existimatione, transscribat. Ac[a] si quando diem obierit, nullam ecclesiam, nullum clericum, nullum pauperem scribat heredes[b]. Careat namque necesse est viribus, si quid[c] contra vetitum circa personas specialiter comprehensas fuerit *) a moriente confectum. Immo, si quid ab his morienti fuerit extortum, nec tacito fideicommisso aliquid clericis in fraudem venerabilis sanctionis[d] callida arte aut probrosa cuiuspiam[e] conniventia deferatur; extorres sint[f] ab omnibus, quibus inhiaverant[g], bonis. Et si quid forte per epistolam, codicillum, donationem, testamentum, quolibet denique detegitur genere conscriptum erga eos, quos hac sanctione summovimus, id nec in[h] iudicium devocetur, sed vel ex intestato is, qui sibi competere intelligit, statuti[i] huius definitione succedat; si quis se agnoscit[k] filium, si quis probat propinquum[l], si quis denique vel casu vel iudicio pro solido, pro portione heres, legatarius, fideicommissarius apertis deprehenditur codicillis, fruatur fortunae munere, conscientiae suae fructu[m], et summotis his *) atque deiectis in[n] hereditariis corporibus[o] potestate utatur heredis[p]. §. 1. Feminae, quae crinem[q] suum contra divinas humanasque leges instinctu persuasae professionis absciderint[r], ab ecclesiae foribus arceantur. Non illis fas sit, sacrata[s] adire[t] mysteria, neque ullis supplicationibus mereantur veneranda omnibus altaria frequentare; adeo[u] quidem, ut episcopus, tonso capite feminam si introire permiserit, deiectus loco etiam ipse cum huius modi contuberniis arceatur: ac[v] non modo si fieri suaserit, verum etiam si hoc ab aliquibus exigi, factum denique esse quacunque ratione compererit, nihil sibi intelligat opitulari. Hoc absque dubio emendandis pro lege erit, emendatis pro consuetudine, ut illi[vv] habeant testimonium, isti incipiant timere iudicium. *Dat. XI.*[x] *Kal. Iul. Mediolano,*[y] *Valentiniano A. IV. et Neoterio V. C.*[z] *Coss.* (390.)

28. *Iidem AAA. Tatiano Pf. P.* Legem, quae de diaconissis[a] vel viduis nuper est promulgata[b], ne quis videlicet clericus neve sub ecclesiae nomine mancipia, supellectilem[c] praedam *), velut infirmi sexus dispoliator[d], invaderet et, remotis affinibus ac propinquis, ipse sub praetextu catholicae disciplinae se ageret[e] viventis[f] heredem, eatenus animadvertat[g] esse revocatam, ut de omnium chartis, si iam nota est[h], auferatur, neque quisquam aut litigator ea sibi utendum, aut iudex noverit exsequendum. *Dat. X. Kal. Sept. Veronae, Valentiniano A. IV. et Neoterio*[i] *Coss.* (390.)

— c. 28. 2, 4, edd. c. 28. 11 c. 25. Vid. c. 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Memorat eam Martianus in Nov. de Testamentis cleric. (ed. Berolin. p. 1366). Baron. ad ann. 390, n. 71. Cf. c. 122 C. Th. de Decurion. (XII, 1), not. sup. et not. *e*. Summ. C. Th.: „*Superiorem evacuavit.*"

oes habent *gerenda.* uu) Aur. Lugd. om. *donandi.* v) 11 *vel a quo superest.* x) 2 (nam P. nihil monet), 4 *est.* 11 *ē* pro *est.* Vulgata igitur scriptura confirmatur omnibus codicibus. Be. iubente Go. edidit *et*, bene quidem, neque vero inepta est codicum scriptura, modo haec inter se coniungantur *vel cum in fata concedit et libera ei voluntas est*, scil. *testandi.* Reposui igitur *est*, paullulum mutata interpunctione, quae haec est ap. Til. — Ri*. Lab. *concedit, et libera ei voluntas est, integra sit potestas* et ap. Be. *concedit, et libera ei voluntas et integra sit potestas.* y) 4, Til. Cui. 1 *superlectili.* Cf. ad h. l. Novella Martiani cit. z) 11 *defensionē.* a) 4, Til. om. *Ac*, quod falsum non est. 11 *hac*, id est *ac*, quam v. primum in Cui. 1 receptam tuetur cod. 2. b) Cum literis *des* incip. fol. 403[a] cod. 4. c) 11 *sicut.* *) 4 *conpraehensasefuerit*, rubro col. del. *e* ante *fuerit.* d) Go.: „*Huius.*" e) 4 *cuiuspia*, rubro col. supr. add. *m* (cuiuspiam). Go.: „Forte, Iudicis." Codd. Til. — Ri*. Lab. *conhibentia.* Be. suad. Go. ed. *conniventia*, recte. f) 11 *diferatur extorrens sit.* Go.: „Excludantur. Neque mutanda est haec vox in *exsortes*," recte. g) 11 *omnibus inhiaberant* et om. *quibus.* h) 4, Til. — Lugd. Lab. om. *in.* 11 *in iuditio.* Etiam 2 videtur habere *in*, cum P. non dicat h. v. deesse. i) 11 *sed vel ex testatis qui sibi conpigere intellegit statui.* k) 11 *conoscit.* l) 11 om. *si quis probat propinquum.* Go.: „*si quis se probat.*" m) 11 *fructum.* *) Go.: „*Aliis.*" n) *in* deerat in cod. 4, sed supr. add. est a librario. o) Cum literis *ribus* incip. fol. 403[b] cod. 4. p) 11 *heredes*, quod fere accedit ad Go. cj. *utantur heredes.* Vulgata script. recte se habet. q) Ita 4, 11 (ubi *criñ*), Cui. 2, 2*. Go. Be. Lab. Rell. edd. *crimen*, inepte et impr. Cramero, Opp. p. XXII., quamquam, cum P. taceat, qui Ri*. ed. usus est, etiam in cod. 2 videtur scriptum esse *crimen*, non *crinem.* Sed cf. Go. in comm. h. c. r) 11 *legis — abscinderint.* s) Ri*. *sacra.* t) 4, Til. *adita*, mendose. u) 4, Til. *ideo*, male. v) 11 *deiectos — contubernus arceatur hac.* vv) Go.: „Est hic metathesis, nam vox *illi*, refertur ad proximum; *isti* ad remotius." x) 11 *XII.* c. 121 C. Th. cit. *XV.* Vid. ibi not. sup. y) Cod. Iust. *Mediolani*; 4, edd. *Med.*; 11 ut nos. z) Ex cod. 2. Rell. om. *V. C.* 2, 4, 11, Til. — Ri*. Lab. *Neotherio.* 11 om. *Coss.* a) 4, 11, edd. Lab. *Legem quae diaconissis.* Iam Go. Be. em. *Legem, quae de diaconissis* et sic quidem cod. 2, in quo add. *de.* b) Intelligitur c. 27 h. t. iisdem coss. *XI. Kal. Iul.* data. c) 4 *superlectilem.* Til. *superletilem.* Cui. 1 — Lugd. *suppellectilem.* Cum literis *lectilem* inc. fol. 404[a] cod. 4. *) Go.: „Est qui tentet *praedia*: Quod probandum non est." d) 11 *veluti infimiusexudis spoliatos* et mox *hac* pro *ac.* e) 4, 11, Til. *agere.* 2 (P. enim nihil notat), edd. rell. et Lab. *ageret*, recte: *ne quis clericus — supellectilem praedam — invaderet et — se ageret viventis heredem.* f) Go.: „Recte habet haec vox: neque mutanda in *continentis*, quod idem tentabat." Quis ille sit, ignoro. g) Be. cj. *animadvertas*, obstantibus codicibus. *animadvertat*, sc. gravitas tua, auctoritas tua. Cf. supra XV, 1, 53. h) 11 *actenus animadvertat esse revocatum ut de omnium chartis suam iam nota est.* i) Codd. Til. — Ri*. Lab. *Neotherio.*

29. *Impp. Arcadius*[k] *et Honorius AA. Hierio*[l] *Vicario Africae.* Quaecunque[m] a parentibus nostris diversis[n] sunt statuta[o] temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas[p] ecclesias praecipimus. Nihil igitur a privilegiis immutetur, omnibusque[q], qui ecclesiis serviunt, tuitio deferatur[r], quia[s] temporibus nostris addi potius reverentiae cupimus quam ex his, quae olim praestita[t] sunt, immutari. *Dat. X. Kal. April. Mediolano*[u], *Olybrio et Probino Coss.*[v] (395.)

30. *Iidem AA. Theodoro*[x] *Pf. P. Post alia:* Non[y] novum aliquid praesenti sanctione praecipimus, quam illa, quae[z] olim videntur indulta, [a]firmamus. Privilegia igitur[b], quae olim reverentia religionis obtinuit, mutilari[c] sub poenae etiam[d] interminatione prohibemus, ita ut hi quoque, qui ecclesiae[e] obtemperant, his, quibus ecclesia, beneficiis perfruantur.[f] *Dat. prid.*[g] *Kal. Febr. Mediolano, Caesario et Attico Coss.* (397.)

31. *Iidem AA. Theodoro Pf. P.*[h] Si quis[i] in hoc genus sacrilegii proruperit[k], ut in ecclesias catholicas irruens sacerdotibus et ministris vel ipso[l] cultui locoque[m] aliquid importet iniuriae, quod geritur[n], literis ordinum, magistratuum et curatorum[o] et notoriis[p] apparitorum, quos stationarios appellant, deferatur in notitiam[q] potestatum, ita ut vocabula eorum, qui agnosci potuerint, declarentur. Et si per multitudinem commissum dicetur[r], si non omnes, possunt tamen aliquanti cognosci, quorum confessione sociorum nomina publicentur. Atque ita provinciae moderator[s] sacerdotum et catholicae ecclesiae *) ministrorum, loci quoque ipsius et[t] divini cultus iniuriam capitali in convictos *) sive[u] confessos reos sententia noverit vindicandam[v], nec exspectet, ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui[vv] sanctitas ignoscendi solam[x] gloriam dereliquit. Sitque[y] cunctis non solum liberum, sed etiam[z] laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris

— c. 29. 4, edd. *c.* 29. 11 *c.* 26. 15, 50, 51 *c.* 18. Vid. c. 1, 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Cod. Scor. III, Z, 19, cod. Vindob. iur. can. n. 38 fol. cod. Stuttg. cod. coll. can. Caroli de Savigny III, 27. Capit. (Ben. Lev.) VI 114, VII, 477. Hincmar. II, 319. Anselm. Luc. IV, 16. Decr. Grat. cau. XXV, qu. 2, can. 20 pr. Baron. ad ann. 395, n. 50 (30?). Sozomenus VIII, 1. Vid. c. 30 h. t., not. sup. — c. 30. 4, edd. *c.* 30. 11 *c.* 27. 15, 50, 51 *c.* 19. Vid. c. 1, 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 21 C. Th. de Extraord. s. s. muner. (XI, 16) et similis esse recte dicitur a Go. non argumento solum, sed etiam verbis c. 22 C. Th. eod. Cod. Vindob. iur. can. n. 38, cod. coll. can. Caroli de Savigny III, 27, cod. Stuttg. Capit. (Ben. Lev.) VI, 112, 368, VII, 285. Epist. Gregorii P. IV. Anselm. Luc. IV, 17. Decr. Grat. Dist. XII, c. 2 et cau. XXV, qu. 2, can. 20, §. 1. Baron. ad ann. 397, n. 66. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" — c. 31. 4, edd. *c.* 31. 11 *c.* 28. 15, 50, 51 *c.* 20. Vid. c. 1, 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 20 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3). Deprompta est una cum c. 46 C. Th. de Haereticis (XVI, 5) ex c. XIV. Sirmond. Est etiam in Monum. veteribus ad historiam Donatistarum spectantibus add. ad S. Optati de Schismate Donatistarum lib. VII. ed. Lud. Ell. Dupin. Antverpiae 1702. fol. p. 208. Cod. Iust. I, 3, 10 mut. Coll. eccles. const. I, 3, 10 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. Tom. II, p. 1254). Balsamo Paratitl. I, 2 (l. c. p. 1249). Fabrotus Not. ad Coll. eccles. const. I. (l. c. p. 1388). Cod. Scor. III, Z, 19, Capit. VI, 115, 406. Gregorii M. ep. XIII, 45. Hincmar. l. c. II, 319 (ex c. XIV. Sirmond.). Coll. can. Ans. ded. III, 221. Anselm. Luc. III, 93, IV, 23. Baron. ad ann. 398, n. 22.

11 om. *Coss.* k) 11 *Imp. Archadius.* Cod. Scor. *Archadius.* l) 15 om. *AA.* 50 *Higerio.* m) 11 *Quacumque.* n) 11 *diversa.* o) 15 *statuta sunt.* Cod. Scor. *constituta.* p) 11 *sacrassanctas.* 15 om. *sacro.* q) Capit. Ans. cod. Scor. om. *que.* 50 *omnibus quibus qui.* Mox cod. Scor. *deserviunt.* r) 11 *deferantur.* s) Ita 4, 15, 50, 51, Til. — Ri*. Lab. Capit. Hincmar. Anselm. Decr. Grat.; 11, Be. *qui.* Melius *quia;* nam imperator de ratione, neque vero de auctore legis loquitur. Ceterum Til. *deferatur. Quia.* Cui. 1 — Ri*. *deferatur: Quia.* t) 11, cod. Scor. *praestituta.* u) 15 *Ravenn.* v) 11, 15, 50 *Olibrio.* Cui. 2, 2* *Cons.* 11 om. *Coss.* x) 11 *Theodero.* 15 *praeposito* et om. *Post alia.* y) 15, 50, 51, cod. Stuttg. Ans. Decr. Grat. cau. XXV, qu. 2, can. 20, §. 1 add. *tam.* Be. excidisse putat *tam,* quam v. Go. teste nonnulli hic infarciunt. z) 4 *q'*, rubro col. corr. *quae.* 11 *que.* a) Fol. 404[b] cod. 4. b) Til. — Lugd. Lab. *firmamus privilegia. Igitur.* c) 11 *mutilaris*, sed videtur del. esse litera *s.* 50 *mutilare,* rec. man. em. *mutilari.* d) 15 *etiam sub poena.* e) 11 *ecclesiam.* f) 11 *ecclesiae.* 15, 50, 51, Anselm. Decr. Gr. l. c. *obtemperant, ipsius beneficiis perfruantur.* g) 15, 50, 51 *III.* 11 om. *Coss.* h) Coll. *Ans.* ded. *prbro.* Ans. (III, 93) *Papae.* 15 *Idem Augusti ei praeposito.* c. XIV. Sirm. *Theodoro Viro Inl. Pf. P.* Cod. Iust. habet nomina imperatorum. i) c. XIV. Sirm. *Si quisquam.* k) Ans. (III, 93) *irruperit.* 11 om. *ut* et Aur. Lugd. *in* post *ut.* l) 4, 11, 50, 51, cod. Scor. Til. — Ri*. Lab. Hincm. Capit. Ans. (IV, 23) et non solum edd. verum etiam libri mss. Cod. Iust. (cf. Herrmann ad c. 10 Cod. Iust. cit., not. 6) *ipso:* quare non intelligo Be., qui ad v. *ipsi*, quod ex nonnullis Cod. Iust. edd. reposuit, haec annotat: „vulg. *ipso.* Ita in capitularibus quidem, sed non in C. Th. vel Iust." *Ipso* antiqua forma pro *ipsi.* Similiter *alio* pro *alii* supr. XV, 7, 11, not. c. Gregor. l. c. et c. XIV. Sirmond. *ipsi.* Coll. Ans. ded. *vel in ipso culto* (cultu) *locoque*, ut libri aliquot Cod. Iust. m) 11 *locoquae.* 4 *locoq' aliquod inportet iuriae;* ab ant. man. flavo col. add. *in* super *iuriae.* Til. Cui. 1. Lab. *aliquod,* ut 4. n) c. XIV. Sirm. *geretur.* Cod. Iust. Coll. Ans. ded. cod. Scor. Greg. *geritur*, *a provinciae rectoribus animadvertatur. Atque ita* et om. *literis — publicentur.* Til. — Cui. 2*. Lab. Be. *geritur literis.* o) c. XIV. Sirm. *curatoris.* Supra 11 *magistratum.* p) 11, Cui. 2, 2*. Hincm. *notariis*, ut olim in c. XIV. Sirm., improb. Go. q) 11 *notitia.* r) 50, c. XIV. Sirm. *dicitur.* s) 11 *provintie maderator.* *) *ecclesiae* deest in codd. et vulg. edd. c. XIV. Sirm. Cf. XVI, 2, 4. t) 11 om. *et.* 15, 50, 51 *ministrorum quoque loci ipsius et.* *) Fol. 405[a] cod. 4. 11 *quovictos.* u) c. XIV. Sirm. *vel.* Cod. Iust. *seu.* v) Ita Cod. Iust. Ans. (IV, 23) et c. XIV. Sirm. Greg.; 4, 11, 15, 50, 51, Til. — Be. Lab. Coll. Ans. ded. *vindicandum.* Ans. (III, 93) *iudicandum.* vv) c. XIV. Sirm. add. *sacerdotii.* x) Ita 15, Hincm. c. XIV. Sirm.; rell. *soli.* Iam Go. Be. prop. *solam.* 15 *solam ignoscendi gloriam.* Cod. Iust. om. *soli.* Ans. cod. Scor. c. XIV. Sirm. *derelinquit.* y) 11 *sicque.* Cod. Iust. cod. Scor. om. *non solum — sed etiam.* z) Ita 15, 50,

iniurias veluti publicum crimen[a] persequi, ac[aa] de talibus reis ultionem mereri[b]. Quod si multitudo violenta civilis[c] apparitionis exsecutione et adminiculo ordinum possessorumve non potuerit praesentari[d], quod[dd] se armis aut[e] locorum difficultate tueatur[f], iudices Africani armatae[g] apparitionis praesidium, datis ad virum spectabilem comitem Africae literis, praelato legis istius tenore deposcant[h], ut rei talium criminum non evadant. *Dat. VII. Kal. Maii Mediolano*[i], *Honorio A. IIII.*[k] *et Eutychiano Coss.* (398.)

32. *Iidem AA.*[l] *Caesario Pf. P.* Si quos forte episcopi deesse sibi clericos arbitrantur, ex monachorum numero rectius ordinabunt; non obnoxios publicis privatisque[m] rationibus cum invidia teneant, sed[mm] habeant iam[n] probatos. *Dat. VII.*[o] *Kal. Aug. Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.*[p] (398.)

33. *Iidem AA. Eutychiano*[q] *Pf. P.* Ecclesiis[r], quae in possessionibus, ut assolet, diversorum, vicis[s] etiam vel quibuslibet[t] locis sunt constitutae, clerici non ex alia possessione vel vico, sed ex eo[u], ubi ecclesiam esse constiterit, eatenus[v] ordinentur, ut propriae capitationis[vv] onus ac sarcinam recognoscant; ita ut pro magnitudine vel[x] celebritate uniuscuiusque vici ecclesiis certus, iudicio episcopi, clericorum numerus ordinetur. *Dat. VI.*[y] *Kal. Aug. Minizo,*[z] *Honorio A. IV.*[a] *et Eutychiano Coss.*[b] (398.)

34. *Iidem AA. Sapidiano Vicario Africae*[c]. Si ecclesiae venerabilis[d] privilegia cuiusquam fuerint vel temeritate violata vel dissimulatione neglecta, commissum quinque librarum auri, sicut etiam prius constitutum est[e], condemnatione plectatur[f]. Si quid igitur contra[g] ecclesias vel clericos[h] per obreptionem vel ab haereticis vel ab huiusce modi[i] hominibus fuerit contra leges impetratum[k], huius sanctionis auctoritate vacuamus[l]. *Dat. VII.*) Kal. Iul. Brixiae, Theodoro V. C.*[m] *Cos.* (399.)

— c. 32. 4, edd. c. 32. 11 c. 29. Vid. supr. IX, 40, 16, not. sup. et not. *z* et c. 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Baron. ad ann. 398, n. 74 (77?). — c. 33. 4, edd. c. 33. 11 c. 30. Vid. c. 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 16 C. Th. de Poenis (IX, 40), c. 3 C. Th. de His, qui ad ecclesias (IX, 45), c. 57 C. Th. de Appellat. (XI, 30) et sec. Go. cum c. 32 h. t. Cod. Iust. I, 3, 11. Bas. III, 3, 6. Anselm. Luc. IV, 24. — c. 34. 4, edd. c. 34. 11 c. 31. 15, 50, 51 c. 21. Vid. c. 1, 2, 9, 12, 13, 23 h. t., not. sup. Cod. coll. can. Carol. de Savigny III, 28, cod. Stuttg. et cod. Vindob. iur. can. n. 38 fol. Cod. Iust. I, 3, 13 mutil. Capit. (Ben. Lev.) VI, 116, 389. Hincm. l. c. II, p. 320. Synod. Tricassina ann. 878 cap. 1 et 2. Ans. Luc. IV, 18. Decr. Gr. cau. XXV, qu. 2, can. 20, §. 2. Baron. ad ann. 399, n. 82.

51, c. XIV. cit. Ans. Hincm.; rell. *sed et.* 11 *laudabilem — iniuriam.* c. XIV. Sirm. *fact. s. aut m. atr. i.* a) Cod. Iust. *crimen publicum*, ut c. XIV. Sirm. aa) Til. *iniurias, vel, uti publicum crimen, persequi ac.* 11 *hac.* b) c. XIV. cit. *mereri, ut hac saltem ratione, quod agi adversum se per episcopum non posse confidit, ex aliorum accusationibus malorum audacia pertimescat. Et si multitudo.* c) Cod. Iust. Ans. (IV, 23) *violenta a civilis.* 50 *violenta ac civilis.* d) Cod. Iust. Ans. (IV, 23) *flagitari*, improb. Go. dd) Go.: „Non mutandum in *sed.*" 11 *sed.* e) 15, 50, 51 *ac.* 15 *armis ac difficultate locorum.* f) 11 *ueatur.* Ans. (IV, 23) c. XIV. cit. *tueantur.* Seqq. ita scripta sunt in Cod. Iust. et ap. Ans. l. c. *tueatur, praesides provinciarum etiam militari auxilio per publicas literas appetito, competentem vindictam tali excessui imponere non morentur.* g) 11 om. *armatae.* Idem mox *exspectabilem.* h) c. XIV. cit. *deposcent.* i) Cod. Iust. Greg. l. c. Ans. (III, 93) *Dat. VI.* et *Mediolani.* 15, 50, 51 *Mart.* k) Ita Cod. Iust. Similiter 11, Coll. Ans. edd: *Honorio ā IIII et Euthiciano* et om. *Coss.* in cod. 11. 15 *Honorio ā III et Eutitiano.* 50, 51 *Honorio ā III et Eutyciano.* 4, Til. — Be. *Honorio III.* Iam Go. et Be. em. *IV.*, qui numerus et ap. Gregorium est et apud Lab.; Be. addi iussit etiam *A.* c. XIV. *Dat. XVIII. Kal. Febr. Ravennae, DD. NN. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.* (412.) Vid. infr. quae dixi ad subscr. eius c. Apud Ans. (IV, 23) om. subscr., deest etiam ap. Hincm. l) 11 *āāā.* m) Fol. 405[b] cod. 4. 11 *privatisquae.* Til. — Lugd. *ordinabunt non — rationibus, cum.* Go. eos reprehendit, qui pro *non* cj. *ne.* mm) Go.: „Male apud Baronium *si.*" n) 11 *habeant etiam.* Teste Go. sunt, qui habeant *etiam.* o) Scrib. *VI.* Vid. c. 16 cit., not. *a, b.* p) 11 *Honorio āā IIII et hiciano* et om. *Coss.* q) 11 *Euticiiano.* r) Cod. Iust. Ans. *In ecclesiis*, quo nil opus esse dicit Go. s) 11 *vices.* t) Go.: „*Similibus.*" Mox 11 *constitute.* u) Go.: „Loco scilicet." 11 *vel vicos sed ex eo vico ecclesiam.* v) Cod. Iust. om. *eatenus.* vv) 4 *capitationes*, rubro col. em. *capitationis.* x) In 11 deest *vel.* y) Reposui *VI.* ex cod. 11, quare del. ea, quae supr. IX, 40, 16, not. *a* scripta sunt: *et c.* 33 — *lege.* Etiam Cod. Iust. *VI.* Rell. *III.* Sed Go. in not. em. *VI.*, ut est in legibus cum h. c. coniungendis. z) 11, Cui. 2, 2* *Nizo.* Be. *Minizi.* Cf. c. 16 cit., not. *b.* a) 4, Til. — Lugd. Lab. om. *IV.* Repos. est *IV.* in Cui. 2 ex cod. 11. b) 11 *et Euthiciano*, om. *Coss.* Aur. Lugd. *et Euthyciano Cons.* c) Cod. Iust. om. *Africae.* 11 *Id est A. Sap.* d) Cod. Iust. *Si venerabilis ecclesiae.* e) Cod. Iust. om. *sicut — est.* Hanc constitutionem a se non reperiri dicit Go. f) Cod. Iust. *plectetur*, et des. sqq., pariter atque apud Hincm. et Ben. Lev. g) 15, 50, 51 om. *contra.* h) 15, 50, 51 *ecclesiis vel clericis.* i) Ita 4, 15, 50, 51, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2*. Go. Lab.; 11, edd. rell. *huiusmodi.* Fol. 406[a] cod. 4 inc. cum v. *hominibus.* k) 15, 50, 51 *fuerat contra leges imperatum.* Go. nonnullos dicit em. *fuerat*; qui sint nescio. 11 *legis.* l) Ita 4, 15, 50, 51, Til. — Lugd. Lab.; 11, Cui. 2 — Be. *damnetur.* Ceterum 11 *huic sanctiones auctoritate dampnetur.* Quod Go. dicit, in cod. Til. et in illis edd. inveniri *vacuetur* vel *vacuamus*, verum non est. *) Cod. Iust. *VI. Kal.* m) 4 *Brxiae.* 11 *Theod vicario.* 15 *Theodosio Augusto Cons.* 50, 51 *Brixia et Theodosio Conss.* 4, Aur. Lugd. *Conss.* Go. *V. Coss.*, om.

35. *Iidem AA. Hadriano Pf. P.*[n] Quicunque[o] residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco[p] detrusus et nomine, si aliquid vel contra custodiam[q] vel contra quietem publicam[qq] moliri[r] fuerit deprehensus, rursusque sacerdotium petere[s], a quo videtur expulsus[t], procul ab ea[u] urbe, quam infecit[v], secundum legem[x] divae memoriae Gratiani, centum milibus vitam agat[y]. Sit ab eorum coetibus separatus[z], a quorum est societate discretus[a], sitque huius modi[b] personis, tenore huius legis, illicitum, sacra nostra adire[c] secreta[d], et impetrare rescripta[e]; omnibus abiectis[f] per culpam sacerdotio[g] personis, quae[h] impetrata sunt, infecta[i] permaneant: sciturís[k] his, quorum defensione nituntur, absque sui[l] reprehensione non futurum, si hoc eis pollicentur[m] suffragium, qui divinum non videntur meruisse iudicium[n]. *Dat. prid.*[o] *Non. Febr. Ravenna*[p], *Stilicone et Aureliano Coss.* (400.)

HAEC LEX INTERPRETATIONE non indiget.[q]

36. *Iidem AA. Pompeiano Proconsuli*[r] *Africae.* Quicunque catholicae religionis clerici intra eum modum[s], unde victus emendi vendendique[t] usum lege praefinitum[u] exercent, ab auraria pensione habeantur immunes. §. 1. Ab his quoque, quos a publici laboris actu[v] et gradus clericatus et, quod non minus est, sanctior vita[x] defendit, praecipimus temperari. Nec enim ullum eorum, qui excepti legibus probabuntur[y], subiacere patiamur[z] iniuriae etc. *Dat. prid. Id. Iul.*

— c. 35. 4, Til. — Be. Lab. *c.* 35. 50, 51, Br. Al. eiusque codd. Sich. *c.* 4. Vid. c. 1 h. t., not. sup. Hausta est ex c. II. Sirmond. et coniungenda cum c. 24 C. Th. de Feriis (II, 8). Cod. Iust. I, 3, 14 mut. Bas. III, 1, 1. Hincm. l. c. II, p. 710. Baron. ad ann. 400, n. 20. Integra cum interpr. vv. est in codd. 6 — 14 (sed 11 in ea sola parte, quae Br. Al. exhibet. Vid. c. 2, 12, 23 h. t., not. sup.), 16 — 18, 20, 21, 27, 29 — 31, 33 — 35 (sed in 34 cum interpr. siglo), 38, 42; tota lex deest in codd. 15, 24, 32, 37, 39, 43, 44; inscr. deest in cod. 26, ubi textui interpr. siglum add. est. In codd. 28, 36, 40 inscriptio, subscr. et interpretis vv. conflata sunt cum textu c. 39 h. t. hoc modo, ut inscr. c. 39 desit, subscriptio non desit, adsint igitur duarum c. subscriptiones, huius c. et c. 39 cit.; subscr. et interpr. vv. des. in cod. 25. — c. 36. 4, edd. *c.* 36. 11 *c.* 32. 15, 50, 51 *c.* 22. Vid. 1, 2, 9, 12, 13, 23, 35 h. t., not. sup. Baron. ad ann. 401, n. 15. Summ. C. Th.: „*VIII similis.*"

C. Ri. Ri*. *Coss.* n) In Br. Al. codd. et in Sich. ed. imperatorum nomina ponuntur. Nonn. codd. *archadius, adriano, adiano.* 20 *ariano* et *philippo* pro *Pf. P.*; alii *praeposito* pro *Pf. P.* c. II. Sirm. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius*, ubi del. est *et Theodosius*, etsi in edd. consules anni 405 add. sunt. Vid. infr. not. *p.* o) Nonn. codd. *Quecumque.* p) Nonn. codd. *locū retrusus.* 11 *detrusus quae sacerdotium et nomine.* 16 om. *detrusus — contra.* 20 *detrusus est.* Nonn. codd. *numine* et supra *ab ep. loco.* Cod. Iust. *loco et nomine detrusus.* q) Go.: „Tentet quis hic, *castimoniam.*" c. II. Sirm. *sententiam.* 50 add. *publicam.* 6 — 8, 10, 12, 14, 17, 21, 25, Cod. Iust. om. *vel* post *aliquid.* qq) 50, c. II. Sirm. om. *publicam.* Cod. Iust. om. *contra* ante *quietem.* r) Multi Br. Al. codd. *mulieri* pro *moliri.* 11 *morili.* Nonn. codd. (veluti 6) om. *rursus* vel *que* post *rursus.* s) Cod. Iust. *petere sacerdotium.* 10 *sacerdotium pertinere.* 11 *sacerdotium p̄cere praetereaquo.* Alii secundi ord. codd. *sacerdotium praeterea quod videtur* s. *sacerdotium propterea quod* (vel *quo*) *videtur*, *sacerdotium praetereatque.* t) c. II. Sirm. *exclusus.* u) 10, 18, 50 om. *ea.* Nonn. codd. *orbe* s. *orbem* pro *urbe.* v) c. II. cit. *quam indignus infecit.* Cod. Iust. *quam conturbaverit.* 11 *quam fecit.* 25 *quamquam inficit.* x) 18 om. *legem.* Nonn. codd. *divinae* aut *divini.* Cod. Iust. om. *secundum — Gratiani.* y) *eo* ins. L. (?) dicit Be. In 42 a sec. manu add. *et.* Cod. Iust. *agat. Nec nostra adeat secreta* et om. *Sit — sacra.* z) 9 *superatus.* 20 *seperatus.* a) 11 *decretus.* In c. II. add. *careat urbe, quam tenuit, segregetur a plebe, quam mentitus vitae praeceptor infecit.* b) 11, 25, 34, 50, 51 *huiuscemodi.* c. II. cit. *sit huius modi.* c) 4, 6, 7, 9 — 11, 14, 16, 18, 21, 27, 29 — 31, 33, 34, 38, 42 *personis inlicitum tenore s. n. adire* et om. *huius legis*, sed in 4 a rec. man. supr. *tenore* add. *temere* et asteriscus niger; unde Til. *personis inlicitum temere * sacra* etc. similiter atque cod. 13; 20, 25, Sich. *personis inlicitum tenere sacra nostra, adire.* 26 *personis illicitum tenore sacramenta adire.* Hincm. 50, 51 *personis illicitum huius legis tenore s. n. adire*, qui ordo verborum propius accedit ad cod. 4 et Br. Al. codd. scripturam. 12 om. *personis — illicitum.* Videtur igitur Cui. 1 scriptura, quae a reliquis editoribus recepta est, reposita esse ex c. II. cit. 13 *decreta* pro *secreta.* d) Seqq. mutata sunt in Cod. Iust. *nec impetrare rescripta speret, sed etiam impetratis careat; defensoribus etiam eorum indignationem subituris.* Vid. not. *y* antec. e) Nonn. codd. et Hincm. *scripta.* 12 *impetrato scripto.* 31 *secreta etiam p̄scripta.* 38 *impetrare secreta.* f) 4 *abectis*; ab antiqua man. emend. *abiectis.* 6 — 8, 10, 11, 14, 16, 18, 25, 31, 33, 34, 38 *adiectis.* 26 *eiectis.* 42 et L. ap. Be. *obiectis.* g) 6 — 8, 16, 21, 25, 30, 34, 38 *sacerdotium.* 10, 18 *sacerdotii.* 13, 20, Sich. *sacerdotum.* h) 11, 34 *quaeque.* 27 *quoque.* i) Nonn. codd. *sunt et infecta* aut *sunt ineffecta.* k) 6 — 8, 14, 16, 17, 21 *sciturі his*, sed 16 *hi.* 10, 18 *sciturii quorum.* Alii codd. *scitur his* aut *sciturі si is* aut *sciturus.* Sich. *sciturís hiis*, sed in m. *sciturі hii.* l) 11 *usui.* Mox in nonn. codd. om. *si* aut *eis.* m) c. II. cit. *si his polliceantur*; nonn. codd. *publicentur.* 16 *pollicetur.* n) 50, 51 *metuisse iudicium.* 11 om. *non.* Cum subscript. h. c. inc. fol. 406[b] cod. 4. In ima pag. add. signum quaternionis *NΓ.* o) 8 om. *prid. Febr.* et 38 *Non. Febr.* Nonn. codd. *Dat. III.* p) Sich. Cod. Iust. *Ravennae.* 6 — 8, 10, 16, 18, 42 om. *Rav.* 20 *Feba rū.* Multi codd. *Stillicone*, ut Sich. aut *Stilichone*, ut 4, Til. — Ri*. Cod. Iust. Lab.; alii *Auriliano.* c. II. Sirm. *Stilicone II. consule*, sed edd. in tit. de Episcopali iudicio habent consules anni 405. Vid. quae ad c. II. Sirmond. de illa subscriptione a me dicta sunt. 11 om. *Coss.* q) Go. — Ri*. add. *vel eget* uncis inclusa. 11 *haec lex expositione non egit.* Cui. 1 — Cui. 2*. Lab. om. *Haec — indiget.* r) Ita 11, Cui. 2 — Be.; 4 *p̄u.* Til. — Lugd. *P. V.* Vid. XI, 16, 1, not. *m*; XV, 7, 9, not. *r*; infra c. 38, 46 h. t. s) 11 *modo.* 15 *Quicunque religionis catholicae clerici emendi vendendique usum intra modum lege praefinitum exercent.* t) 50, 51 *vendendive.* u) 11 *legem prefinitum.* v) 50, 51 *auctu.* x) 11 *vitam.* y) 15, 50, 51, Go. in not. *probantur.* z) 4, Til. — Be. *patiamur iniuriae* et 11 *paciantur iniuria*, sed 15, 50, 51, Lab. Go. in not. *patimur*, etsi Go. tuetur *patiamur.* Correxit autem Blume in Coll. LL. Mos. et Rom. V, 3, ad quem locum provocat

Mediolano, post cons. Stiliconis[a] *et Aureliani VV. CC.*[b] (401.)

37. *Iidem AA. et Theodosius A.*[c] *Studio Pf. U.* Quoniam personae ad inquisitionem perpetrati incendii[cc], ut tui culminis suggestio patefecit, nequeunt inveniri, clericos carceris custodia relaxamus, ita ut[d] navibus impositi ad lares proprios revertantur. [e]Nec proscriptionis periculo domus*) careant, quas episcopos vel clericos peregrinos post publicationem[f] edictorum et nostrae serenitatis affatus probabitur suscepisse; pari forma servanda, si qua domus cives clericos[g] nova ac tumultuosa conventicula extra ecclesiam celebrantes susceperit[h]: ad observandos[i] si quidem seditionis aditus id nostro sedit[k] arbitrio, ut omnes episcopi et clerici[l] peregrini ab hac sacratissima urbe pellantur. *Dat. IV.*[m] *Kal. Sept. Constantinopoli, Honorio A. VI.*[n] *et Aristaeneto*[o] *Coss.* (404.)

38. *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA.*[p] *Porphyrio*[q] *Proconsuli*[r] *Africae. Post alia:* Privilegia, quae ecclesiis et clericis legum decernit[s] auctoritas, hac quoque praeceptione sancta et inviolata permanere decernimus. Atque hoc ipsis praecipuum ac singulare[t] deferimus, ut, quaecunque de nobis, ad ecclesiam tantum[u] pertinentia[v], specialiter fuerint impetrata[x], non per coronatos[y], sed per advocatos[z], eorum arbitratu, et iudicibus innotescant et sortiantur effectum[a]. Sacerdotes vero provinciae erunt solliciti, ne, sub hac scilicet[b] privilegii[c] excusatione, etiam contra eorum utilitatem[d] aliquid[e] his inferatur[f] incommodum. *Dat. XVII.*[g] *Kal. Dec.*[h] *Romae, Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss.*[i] (407.)

39. *Iidem AA.*[k] *Theodoro Pf. P.*[l] Quemcunque clericum[m] indignum officio suo episcopus iudicaverit et[n] ab ecclesiae ministerio[o] segregaverit, aut si qui[p] pro-

---

— c. 37. 4, edd. *c.* 37. 11 *c.* 33. Vid. c. 2, 9, 12, 13, 23, 35 h. t., not. sup. Cod. Iust. I, 3, 15 mut. Coll. eccles. const. I, 3, 15. Balsamo Paratitl. I, 1. Fabrot. Not. ad Coll. eccles. const. I. (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1254, 1242, 1389). Baron. ad ann. 404, n. 54. — c. 38. 4, edd. *c.* 38. 11 *c.* 34. 15, 50, 51 *c.* 23. Vid. c. 2, 9, 12, 13, 23, 35 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 41 C. Th. de Haeret. (XVI, 5). Capit. (Ben. Lev.) VI, 388. Hincmar. l. c. II, 328. Decr. Grat. cau. XXV, qu. 2, can. 1. Summ. C. Th.: „*Superioribus similis.*" Baron. ad ann. 407, n. 41. — c. 39. 4, Til. — Be. Lab. *c.* 39. Br. Al. eiusque codd. (etiam 11, 50, 51; sed 11 in ea sola parte, quae Br. Al. complectitur) Sich. *c.* 5, sed 15 *c.* 6 et codd. 24, 28, 32, 36, 37, 39, 40, 43, 44 *c.* 4. Vid. c. 1, 2, 9, 12, 13, 23, 35 h. t., not. sup. Hausta est h. c. ex c. IX. Sirmond. Coniungenda est cum c. 45 C. Th. de Haeret. (XVI, 5), neque vero cum c. 8 Cod. Iust. de Episc. aud. (I, 4), ut Go. vult. Vid. infra not. *i.* Commemoratur et confirmatur c. 53, §. 1 Cod. Iust. de Episcopis (I, 3). Fabiani P. ep. II. Stephani P. ep. II. (Knust l. c. p. 54, 57). Integra cum interpr. est in codd. 6, 7, 9—14, 16—18, 20, 21, 50, 51; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 24, 30—32, 35, 39, 43; textus et subscr. in cod. 37; subscr. et interpr. in codd. 25 (ubi textus interpretationis signum prae se fert) et 26; solus textus in codd. 8, 27, 29, 33, 34, 38, 40, 42, 44; sola interpr. in cod. 15. De codd. 28, 36, 40 vid. c. 35 h. t., not. sup.

Go., *patimur* pro *patiamur*, quod cod. Berol. (olim Pith.) et ed. Pith. habent. a) 4, 11, edd. ante Be. *Stilichonis.* 50, 51 *Stilliconis.* 11 om. *post cons.* b) 11, 15 om. *VV. CC.* 50, 51 *Vic. Cons.* 4 *Aureliano.* c) Addidi *et Theodosius A.* ex Cod. Iust.; iam Be. flagitavit h. vv. 4, edd. om. *et Theodosius A.* cc) 11 *incendi.* d) 11 *relaxamus id ut.* e) Hinc incipit c. 15 Cod. Iust. cit. hunc in modum mutata: *Conventicula illicita extra ecclesiam in privatis aedibus celebrari prohibemus, proscriptionis domus periculo imminente, si dominus eius in ea clericos nova ac tumultuosa conventicula extra ecclesiam celebrantes susceperit* et des. rell. *) 11 *domos.* f) Fol. 407[a] cod. 4. g) 11 *suscipisse — servando si qua domos cives clericis.* h) Ita 4, 11, Til. Cod. Iust.; Cui. 1 — Be. Lab. *susceperint*, male. i) Ita 4, 11, edd.; Go.: „Sustineri potest: etsi forte alius malit *obserandos*" (sic recte Ri. Ri*.; nam Go. mendose *observandos*). c. 39 h. t. *aditus obstruatur.* k) 11 *sedet.* l) Go. — Ri*. add. *et*, mendose. Vide supra *episcopos vel clericos peregrinos.* m) 28, 36, 40, Cod. Iust. *III.* n) Ita 11 et Be.; sed 4, Til. — Lugd. *Honorio VII.* et Cui. 2 — Ri*. Lab. *Honorio VI.* o) 11 *Aristeneco* et om. *Coss.*, ut fere ubique. 4, Til. — Lugd. Go. — Ri*. Lab. *Aristeneto.* Cui. 2, 2* *Aristineto.* p) Rep. *Iidem AAA.* Vid. c. 37 h. t., not. c. Similiter 15 *Id. aug.* 11 *Imp. Archadius — AA.* q) 11, 50, 51 *Porfirio.* 4, Til. — Ri*. *Porfyrio.* r) 4 *pū.* Til. — Lugd. *P. V.* Vid. c. 36 h. t., not. *r.* 15 *consuli* et 50 *cons.* s) Ita 4, 15, 50, 51, Hincm. Lab. Til. — Lugd.; 11, Cui. 2 — Be. *decrevit.* Ceterum 4 *q*˙, rubro col. add. *ae* (quae). 11 *que — legem* et mox *ac.* t) 4 *singularem*, rubro col. del. *m.* 11 *hac.* u) Go.: „Forte Ecclesiae statum et defensionem." v) 50, 51 *pertinentium.* x) 11 om. *impetrata.* y) Go.: „Est qui tentet *honoratos* (sic est in m. Cui. 2, 2*). Ego aliquando tentabam *Corporatos:* verum detinenda lectio ista." z) 4, edd. *ab advocatis.* 11 *ab advocatos.* 15, 50, 51, Hincm. *per advocatos.* a) 11 *effectu.* 15, 50, 51, Hincm. *innotescat et sortiatur effectum.* b) Fol. 407[b] cod. 4. c) 11 *privilegiis.* d) 11 *eorum arbitratu et iudicibus utilitate aliquid.* e) Go.: „Non mutandum in *aliquod:* aliquid incommodum: incommodum adiective." f) 11 *inferantur.* g) 4, Til. — Lugd. Lab. *VII.* 15, 50, 51 *XIIII.* 11, Cui. 2 — Be. *XVII.*, ut c. 41 cit. h) 11 *Sept.* 15, 50, 51 *April.* Cui. 2, 2* om. *Dec.* i) 11 om. *Coss.* et 15 *AA.* 50, 51 *Ā.* k) Recte Go. Be. reponi volunt *Impp. Honorius et Theodosius AA.*, convenienter siglo *Id. AA.*, quod in codd. 4, 11, 15 reperitur et duorum, non plurium impp. siglum est. Hanc opinionem confirmat c. 45 cit., quae cum h. c. coniungenda est atque solis *Honorio et Theodosio impp.* tribuitur. Edd. *Id. AA.* Verum etiam inscr. c. IX. Sirmond. *Impp. Arcadius et Honorius* mendosa est. Br. Al. codd. et Sich. c. 38 imperatores nominant, sine dubio hac de caussa, quia compositores Br. Al. nesciebant explicare siglum *Id. AA.* 11 *Item.* 50 *AAA.* Ceterum nonn. Br. Al. codd. habent *Theud. et Archadius.* l) c. IX. cit. *II. Pf. P.* et c. 45 cit. *Pf. P. II.* 20 *Pfū.* Sich. *PF. V.*, impr. Ri., sed Sich. in m. *PF. P.* 8 om. *Theodoro Pf. P.* Nonn. codd. *Theudoro* et *p̄posito* pro *Pf. P.* m) 9, 11, 26, 28, 36, 40 *Quicumque clericum.* 24 *His quemcunque.* Ri. — Be. *clericorum*, err.; omnes enim codd. habent *clericum.* n) 4, 11, 40, 50, 51, Til. — Lugd. Lab. om. *et.* o) 11 *ministeria*, alii codd. *ministerium.* Sich. *segregaverit. Aut.* p) 4,

fessum[q] sacrae religionis obsequium[r] sponte dereliquerit, continuo eum curia sibi[s] vindicet, ut liber illi[t] ultra ad ecclesiam recursus esse non possit, et pro hominum qualitate et quantitate[u] patrimonii vel[v] ordini suo vel collegio civitatis adiungatur[x]: modo ut quibuscunque apti erunt[y] publicis necessitatibus obligentur, ita ut colludio[z] quoque locus non sit. Per singulos igitur[a] binae librae auri inferendae aerario nostro a decemprimis curialibus exigantur[b], si aliquibus[c] illicitam conniventiam[d] et colludia foeda praestiterint[e], hominibusque improbissimis[f] ab omnibus officiis militiae[g] aditus obstruatur[h]. *Dat. V.*[i] *Kal. Dec. Ravennae*[k], *Basso*[l] *et Philippo*[m] *Coss.* (408.)

INTERPRETATIO. *Quemcunque*[n] *clericum episcopus suus malae vitae esse probaverit et eum de gradu suo pro morum pravitate deiecerit, vel si ipse clericus sua voluntate professionem reliquerit clericatus*[nn], *continuo a iudice curialibus adiungatur, ut*[o], *si ita et natalibus et facultatibus est idoneus, cum inter ipsos curiales officium suum implere compellat. Si autem infima*[p] *persona est, inter collegiatos eum observare, vel ad quae*[q] *aptus fuerit, in publico servire lex ista constituit, ita ut*[r] *huius modi personae a curialibus quolibet colludio nullatenus excusentur. Quod si factum fuerit, pro singulis personis curiales binas libras auri fisco a*[s] *se noverint inferendas.*

40. [t]*Impp. Honorius et Theodosius AA. Melitio*[u] *Pf. P.* Placet, rationabilis[v] consilii[x] tenore perpenso[y], destricta[z] moderatione praescribere[a], a quibus specialiter necessitatibus ecclesiae urbium singularum[aa] habeantur immunes. Prima quippe[b] illius usurpationis contumelia depellenda est, ne praedia usibus coelestium secretorum dicata[c] sordidorum munerum fasce[d] vexentur. Nullam iugationem[e], quae[f] talium privilegiorum sorte gratulatur,

— c. 40. 4, edd. c. 40. 11 c. 35. 15, 50, 51 c. 24. Vid. c. 1, 2, 9, 12, 13, 23, 35, 39 h. t., not. sup. Hausta est ex c. XI. Sirmond. Cod. Iust. I, 2, 5. Bas. V, 1, 4. Pii P. ep. II. et Urbani P. ep. (Knust l. c. p. 44, 50). Cap. (Ben. Lev.) V, 339; VI, 117, 385. Ans. Luc. IV, 21 mut. Decr. Grat. cau. XVI, qu. 1, can. 40. Baron. ad ann. 412, n. 8.

rum, ii computantur, ac si nihil desit; denique numerantur constitutiones sequentis tituli, quasi non illius, sed huius tituli leges sint. Ita apparet, librarium secutum esse ordinem, quem invenerit. Til., qui cod. 4 edidit, eandem lacunam eundemque ordinem habet, peccavit autem operarius, qui asteriscum, quo lacuna indicaretur, post v. *non* c. 15 cit. posuerit (*habere conventum nō * ire*). Debebat eum ponere post *reverendissimorum*. Vid. Summ. C. Th. p. X. Cuiacius in Cui. 1 supplevit lacunam. Quo codice usus sit, nescio; dubito autem, num cod. 11 usus sit (vid. Summ. C. Th. p. X. sq.), quem demum in Cui. 2 videtur adhibuisse. Ceterum in codd. et edd. *reverentissimorum*. Vid. supr. XVI, 2, 42, 43. c) 11 *lis antestitum*. d) Cui. 2, 2* *dissentiunt ab Ecclesia, proculdubio*. e) 11 *IIII*. f) Codd. Cui. 1 — Ri*. Lab. *Aristeneto*. 11 om. *Coss*.

g) Vid. c. 6 antec. tit., not. *b*. gg) Cod. Iust. *De Haereticis et Manichaeis et Samaritis*. h) 15 *ad archilianum*. Similiter 50, 51 *ad Darchilianum*. Ans. Cod. Iust. *ad Gracilianum*, sed nonn. edd. *ad Dracilianum*. Cf. Witte (Richter's Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft. Tom. I, p. 19). Dignitas deest non solum in C. Th. eiusque codd., verum etiam in Cod. Iust. Cf. c. 1 C. Th. de Usuris (II, 33) et epistolam Constantini ad Macarium episcopum Hierosolymitanum (in Vita Constantini III, 30 sq., ap. Socratem I, 9, Theodoretum I, 17), ex quibus locis Go. colligit add. esse *Agentem Vices Pf. P. per Orientem*. Be. addi vult *PPf. P.* et Rein. *agentem vices Pf. P.* Cod. Iust. ms. Pl. 1 add. *p̄fectum p̄turio*. Ut lacunae indicium esset, add. puncta. i) 2 *contemplatione legis*, verbo huc tracto e sqq. k) Ita 2, 11, 15, 50, 51 et Cod. Iust., qui sic: *Haereticos non solum his*. Edd. *non tantum*. Ceterum 11, 50, Cui. 1. Cui. 2, 2* *scismaticos*. l) 11 *voluimus*. m) Seqq. usque ad v. *Gerasto* des. in cod. 11. Cod. Iust. *volumus, sed adversis muneribus* etc. n) Cui. 1. Cui. 2, 2* *subici*, ut 50, 51. Go. — Ri*. *sublci*. o) 15 *Febr.* oo) Cui. 1 — Ri*. Lab. *Generasto*. Be. Cod. Iust. *Generasti*. Go. propter Draciliani mentionem, qui Palaestinae vicinisque provinciis praefecti praet. vice praefuit, em. *Gerae asto* (proposita in Gera civitate). Geram enim prope Pelusium in Maraeotide proxime ad Palaestinam fuisse. Cj. etiam *Genezareto* (pro *Tiberiade*), improb. autem *Geraesto*. Denique sistit in em. *Gerae-asto* et suppl. *Dat. Romae* (*Dat. Romae et PP.* etc.). 2, 50, 51 *Gerasto*; similiter 15 *Gerasio*. Reposui igitur flagitante Wittio l. c. *Gerasto*, quod fere concinit cum Go. cj. Etiam cod. Pist. ap. Herrmann. in ed. Cod. Iust. l. c., not. 9 habet *Gerasti*. p) 50 *Constantino*. Siglum *C.*, quod desiderant Go. et Be., addidi ex codd. 15, 50, 51. In edd. deest *C.*, ut in cod. 11 et in Cod. Iust. 11 *cons̄*. q) 11 *Id. ãaã ad*. r) Dignitas deest in codd. et in edd. Go. Bassum Vicarium Italiae putat hoc anno fuisse propter c. 1 Cod. Iust. Si quis eam, cuius tutor (IX, 10). Rein. in Chron. const. Cui. 2: „*P. U.* potius *Vic. Ital.*" Be. suppl. *Pf.* vel *PPf. P.* Vid. Go. in Prosopogr. v. *Bassus*. Primus ego puncta posui lacunae caussa. s) Ex cod. 2, prob. W.; 11, edd. om. *adeo*. t) Go. displicet cj. *perdamnatos*. u) 11 *his que petier̄ cr. m. largiendi. Itaque ecclesiae* (et om. *suae*) — *sepulchri* — *praecepimus ea scilicet quaeque ex* — *tempore*. Cui. 1 — Lugd. *exempto*. v) 11 et Cui. 1 *ratione providendum erit*. Aur. — Cui. 2* *ratione, providendum erit*. Rell. edd. *ratione. Providendum erit*. Go. cj. *Proin videndum erit* aut *Porro videndum erit*. Be. excidisse putat *sed* vel *at* aut similem v. Iam quale vocabulum deesse senserat Go., tale adest in cod. 2, qui *Sane providendum erit*. Itaque secutus sum cod. 2. x) 11, edd. *IX*. Quia Constantinus hoc tempore usque ad V. Kal. Oct. Romae constitit et V. Kal. demum Roma profectus esse dicitur in Calendario Constantinianeo, Go. vult *IV.* aut *prid.*, ut coniungatur h. c. cum c. 3 Cod. Iust. de Precibus imp. off. (I, 19), quod falso opinatur fieri posse, cum c. 3 cit. *Romae* data sit *VIII. Kal. Oct.* et *ad populum*, haec *Spoleti ad Bassum*. Re-

Kal. Oct. Spoleti[y], *Constantino A. VII. et Constantio C.*[z] *Coss.* (326.)

3. *Impp. Valentinianus et Valens AA.*[a] *ad Ampelium Pf. U.*[b] Ubicunque Manichaeorum conventus vel turba huius modi reperitur, doctoribus gravi censione mulctatis[c], his quoque, qui[d] conveniunt, ut infamibus atque probrosis[e], a coetu[f] hominum segregatis, domus et habitacula, in quibus profana institutio[g] docetur, fisci viribus[h] indubitanter adsciscantur[i]. *Dat. VI. Non. Mart. Treviris, Modesto et Arintheo Coss.*[k] (372.)

4. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Hesperium Pf. P.*[l] Olim pro religione catholicae sanctitatis, ut coetus haeretici usurpatio conquiesceret[m], iussimus[n], sive in oppidis sive in agris extra ecclesias, quas nostra pax obtinet, conventus agerentur, publicari loca omnia, in quibus falso[o] religionis obtentu altaria locarentur. Quod sive[p] dissimulatione iudicum[q] seu profanorum[r] improbitate contigerit, eadem erit ex utroque pernicies. *Dat. X.*[s] *Kal. Maii Treviris, Valente V.*[t] *et Valentiniano AA. Coss.* (376.)

5. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hesperium Pf. P.*[u] Omnes[v] vetitae legibus et divinis et[x] imperialibus[y] haereses perpetuo conquiescant.[z] Quisquis opinionem plectibilibus[a] Dei

— c. 3. 2, 11, edd. *c.* 3. 8 *c.* 1, i. e. *c. un.*, sed aucta suppl., quod etiam cod. 2 habet. Vid. infr. not. *c*. Cf. Baron. ad ann. 372, n. 111 — 113. Go. h. c. memorari putat infr. in c. 3 de Apostatis (XVI, 7), recte. Vid. infr. not. *c* et c. 3 cit., not. *f*. In cod. 2 nihil praeter h. c. scriptum esse videtur. — c. 4. 11, edd. *c.* 4. 15, 50, 51 *c.* 2. Cf. not. sup. h. tit. et c. 6 antec. tit., not. *b*. Baron. ad ann. 376, n. 12. Apud Lab. bis est una cum c. sq.; inter constitutiones libri XVI. (p. 709 sq.) et seorsum ad ann. 378 (p. 251 sq.). — c. 5. Cod. Iust. I, 5, 2 trunc. Nam inscriptionem quidem h. c. et subscript. et primam sententiam habet c. 2 cit. (vid. not. *z*), maximam vero partem coagmentata est ex c. 24 et 28 h. tit., ubi vid. Bas. I, 1, 22. Ans. Luc. XII, 69. Cf. infr. not. *e*. Baron. ad ann. 379, n. 11. Cf. c. 4 h. t., not. sup. et tit. VI. sq., not. sup.

posui *VII.* ex cod. 2. y) 11 *Spoliti* et infra *consule.* z) *C.* addidi ex cod. 2; deest in cod. 11 et in edd.; iam Go. et Be. addi volunt *C.* In Chron. constitt. Cui. 2, 2* male translata est h. c. ad ann. 354, impr. Rein. a) Go. Rein. Rel. l. c. p. 445 et Be. add. volunt *et Gratianus A.*, dissentientibus codd.; 11 *Imp. Valentinus et.* b) Ita 2, 8; sed 11, edd. *Pf. P.*, impr. Go. Rein. in Chron. const. Cui. 2 et Be., qui corr. *P. V.*, prob. ut videtur W. c) 11 *multatis domos et abitacula.* Edd. *multatis, domus;* excid. igitur intermedia vv.: *his quoque — segregatis.* Primum ea inveni in cod. 8 (fol. 122 ª) sic scripta: *his quoque qui conveniunt ut infamibus atque probrosis adetu* (leg. *a coetu*) *hominum segregatis.* Cf. Haubold. in Promuls. cit. p. 21 (Opp. T. II, p. 925 et Schröter l. c. p. 334). „Sermo est, inquit Hauboldus, de Manichaeis puniendis. Lex, quoad ad hunc diem innotuit, in solos doctores eosque, qui habitacula ad docendum praebuerant, animadverterat. Nunc nec, qui ad audiendum convenerant, a poenis immunes fuisse, cognovimus." Quae ego in cod. 8 reperi, eadem, sed partim mutila partim melius scripta reperit P. in cod. 2: *multatis his quoque conveniunt ut infamibus adque . . . . . sis coetu hominum segregatis domus et habitacula.* Locum P. ita em. et suppl.: *doctoribus gravi censione multatis, his quoque, qui conveniunt, ut infamibus adque famosis, coetu hominum segregatis, domus et habitacula* etc. „Doctores, inquit, erant multa plectendi, ceteri e coetu infamia notandi." W. (in Append. II. edit. C. Th. p. 365), qui lacunam, quae adhuc erat, ex ὁμοιοτελεύτοις ortam esse putat, prob. P. em. Haec vero addit: „Iamque manifestum est quae lex sit intelligenda infr. L. 3. *de apostatis* (XVI. 7.), ubi *Valentinianus* I. poenam statuisse dicitur in Manichaeorum sectatores. Nam ut hucusque legebatur nostra in solos animadvertisse videbatur doctores." Omisit ibi W. codicem 8 commemorare, quem errorem corr. in edit. Hauboldi Opp. l. c., not. *yy*. Quid illorum virorum doctorum annot. addam, non habeo; ex utroque autem codice locus a me ita restitutus est, ut est editus. d) *qui* deest in cod. 2, suppl. a P., recte et prob. W. e) 2 *adque . . . . . sis.* W. quattuor asteriscis lacunam indicat. P., prob. W., em. *atque famosis.* Praetuli cod. 8 scripturam. f) 8 *adetu*, in quo inest praepositio *a*, omissa illa in cod. 2, et v. *coetu*, quod viderat Haub. et P. ed. ex cod. 2. Scripsi igitur *a coetu.* P. et W. om. *a.* g) Ita 2, probb. P. et W.; 11, edd. *institutione.* h) 2 *fisco iuribus*, permutatione, inquit W., solemni. i) 11 *adsciscitantur.* Aur. Lugd. *adciscantur.* k) 2, 8, 11, Cui. 1 — Ri. *Treu.* Ri*. Lab. Be. *Trev.* Mox 11 *Arinteo* et om. *Coss.* l) 11 *Imp. — ad Esperium ppm.* 15 *AA. Hesperio Praeposito.* Vid. infra not. *t*. m) 11 *ut coetus heretici usurpationis conquiescere*, in quo partim inest scriptura cod. 15 *ut usurpatio cetus heretici conquiesceret* et codd. 50, 51 *ut coetus heretici usurpatio conquiesceret.* Edd. *coetus haereticae usurpationis conquiescerent.* Substitui codd. 50, 51, a quibus paullulum recedit cod. 15, scripturam vulgatae, quae neque sententia cum nostra comparari potest, neque codicibus, quibus uti licuit, confirmatur. n) 15 add. *quod.* o) 11 *sive oppidis se in agris — gerentur publicari loca enim omnia in quibus false.* p) 15 *quodsi seu.* q) Go.: „Quidam substituunt *Iudaeorum*, male." Mirum etiam in codd. 50, 51 esse *iudeorum.* r) Recte Go. impr. cj. *pro officiorum.* s) 11, Lab. (p. 251) om. *X.* Mox codd. 50, 51 *Treueris;* 11, 15, Cui. 1 — Ri. *Treu.;* Ri*. Lab. Be. *Trev.* t) Ita 15, 50, 51. Numerus deest in cod. 11 et in edd. Go. aut *V.* addi vult (376.) aut legi *Valente VI. et Valentiniano II. Coss.* (378.) Hoc praefert, quia Hesperius post ann. 376 praefectus praetorio factus est, et quia v. *olim*, quod ab initio positum est, si quidem de lege sua loqueretur, uti non potuisset Gratianus exeunte demum superiore anno 375 ad imperium, mortuo patre, cooptatus. Cum Go. consentiunt Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 24, n. VI., Lab. l. c. et Be. Nihilo secius rep. *V.* et ann. 376, quem Go. — Be. om. (utroque loco Lab. adscr. ann. 378). Primum enim commendatur numerus ille tribus codicibus; deinde id commodi habet, ut post v. *Valentiniano* nihil add. sit; praeterea ratio, quae ducitur ex v. *olim*, non sufficit ad reiiciendam codicum scripturam inter se consentientium, praesertim cum v. *iussimus* non sit necesse referri ad solum Gratianum; denique errorem quaero in dignitate Hesperii, quam siglo *PC* (proconsulis), non *P̅O̅* expressam fuisse existimo. Facilis autem est horum siglorum confusio et crebra. Fuit hoc tempore Africae proconsul Hesperius. 15 om. *AA.* et 11 *Coss.* Periit lex, quae in h. c. nominatur. u) 11 *Imp. — ad Sperium ppm.* Lab. (p. 710) *Impp.* v) Ri. err. *Omnis.* x) *et* deest ap. Ri. Ri*. Ans.; Cod. Iust. Lab. (p. 251) *legibus divinis et imperialibus.* Dirksen l. c. p. 350. y) Cod. Iust. Ans. add. *constitutionibus.* z) A Cod. Iust. reliqua absunt. a) Cui. 1 — Lugd. *plectibilius.* Cui. 2, 2* *plectilibus*, ut 11.

profanus imminuit, sibi tantummodo nocitura sentiat, aliis obfutura non pandat. Quisquis redempta venerabili lavacro corpora reparata morte tabificat, id auferendo[b], quod geminat, sibi solus talia noverit[c], alios nefaria institutione non perdat. Omnesque perversae istius superstitionis magistri pariter et ministri, seu illi sacerdotali assumptione episcoporum nomen infamant, seu, quod proximum est, presbyterorum vocabulo religionem mentiuntur, seu etiam se diaconos, cum nec Christiani quidem habeantur, appellant, hi conciliabulis damnatae dudum opinionis[d] abstineant. Denique antiquato[dd] rescripto, quod apud Sirmium[e] nuper emersit, ea tantum super catholica observatione permaneant, quae perennis recordationis pater noster et nos[f] ipsi victura[ff] in aeternum aeque[g] numerosa iussione mandavimus. *Dat. III. Non. Aug. Mediolano*[gg]. *Acc. XIII. Kal. Sept. Ausonio et Olybrio Coss.*[h] (379.)

6. *Iidem AAA. Eutropio Pf. P.*[i] Nullus[k] haereticis mysteriorum locus, nulla ad exercendam[l] animi obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiamsi quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab huius modi hominum genere[m] impetratum est[n], non valere. §. 1. Arceantur cunctorum haereticorum[o] ab illicitis congregationibus turbae. Unius et summi Dei nomen ubique celebretur; Nicaenae[oo] fidei, dudum a maioribus traditae et divinae religionis testimonio atque assertione firmatae, observantia semper mansura teneatur; Photinianae labis[p] contaminatio, Ariani[q] sacrilegii venenum, Eunomiae[r] perfidiae crimen et nefanda monstruosis nominibus auctorum[s] prodigia sectarum ab ipso etiam aboleantur auditu[t]. §. 2. Is autem Nicaenae[u] assertor fidei et[v] catholicae religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum et Christum filium Dei[x] unum[y] nomine confitetur, Deum de Deo, lumen de[z] lumine: qui spiritum sanctum, qui[a] id, quod ex summo rerum parente speramus[b], accipimus, negando non violat: apud quem, intemeratae fidei sensu, viget incorruptae[c] trinitatis indivisa[d] substantia, quae[e] Graeci assertione verbi οὐσία[f] recte credentibus dicitur. Haec profecto nobis magis probata, haec veneranda sunt. §. 3. Qui vero iisdem[g] non inserviunt[h], desinant affectatis dolis alienum verae religionis nomen assumere, et suis apertis criminibus denotentur. Ab omnium[i] summoti ecclesiarum limine penitus

— c. 6. Cod. Iust. I, 1, 2 nonn. omm. Bas. I, 1, 2. Ans. Luc. XII, 72 multis omm. Sozomenus VII, 6. Theodoretus V, 16. Cedrenus p. 317 ed. Reg. Cod. coll. Oriel. (Oxon.) B. 4, 5; cod. Reg. Par. 1455 fol. 70 et 3848 [a]; cod. vet. can. (Quesn.) c. 54 (in S. Leonis Opp. ed. Lugd. 1700. T. II, p. 113 et ed. Baller. T. III, p. 394). Baron. ad ann. 381, n. 8.

Go. tacite corr. *plectibilibus*, quod transiit in edd. Ri. — Be. Lab. et, si quidem Go. et Lab. fides haberi potest, significat crimina, castigatione digna, plectibilia dogmata et ritus, criminosàs opiniones et haereses. *Plectilibus* recte se habere non puto. Neque enim contenderim, significari *plectilibus* syllogismos artificiosos, fallaces, quibus simplices homines inducantur, ut aliquid credant verum esse, quod falsum est, tanquam sententia haec sit: Quisquis haereticus artificiosa institutione falsam opinionem Dei s. de Deo, qua Dei maiestas minuitur, propagat, sibi etc. Lab. (p. 251) *opinionem Dei*, *plectibilibus*. *Opinionem dei*, inquit, i. e. opinionem de deo s. rebus divinis. Nonnulli reponendum putabant *placabilis Dei*, improb. Go. b) 11 *abificat id offerendo*. Vv. *reparata morte* explic. Lab. *iterato baptismo*. c) Be. putat deesse *auferre* aut *nocere*. Nihil deest. *Sibi noverit*, *non aliis*, alios non doceat, nec sua institutione perdat. Similiter supra: *sibi tantummodo nocitura sentiat*, *aliis non pandat*. d) 11 *ministris seu illis sacerdotalia* — *prb̄thorum* — *religione menciuntur* — *hii conciliabolis dampnate dudum oppinionis*. Ri. *Diacanos*. dd) Ri*. *antiquo*. e) 11 *Syrmium*. Go. putat h. c. eandem esse, cuius meminerint Socrates V, 2, 4; Sozomenus VII, 1; Suidas v. Γρατιανὸς et Ioannes Antiochenus in Excerptis Constantinianis pag. 846. Commemoratur etiam infr. XVI, 6, 2, ubi dicitur ad Nitentium data esse. f) Go. cf. iubet c. 1, 2 C. Th. Ne sanctum baptisma (XVI, 6) et c. 4 h. tit. ff) „A vivendo, non a vincendo." Go. g) Go.: „Atque." *Aeque* recte dictum est. Comparat enim imperator h. c. cum antiquato rescripto et cum legibus suis, quas vid. not. *f* commemoratas. gg) Cod. Iust. *Mediolani* et om. *Acc.* — *Sept.* h) 11 *Auxonio* et *Olibrio* et om. *Coss.* i) 11 *Idem AAA. Eutrop p̄p̄o.* Quesn. *praeposito* et pon. in cod. vet. can. imperatorum nomina. k) Cui. 1 — Lugd. *Nullos haereticos*, ut 11, recte impr. Go. l) Cod. Iust. *exercendam*, prob. Go., etsi non negat C. Th. scripturam, *exercendi*, quam 11 et edd. habent, defendi posse. Rep. *exercendam*. Etiam Ball. *exercendam*. m) 11 *gerere*. n) Cod. Iust. *sit*. o) *haereticorum* deest in cod. 11. oo) Cui. 1 — Cui. 2* hic et infra §. 2 *Nicenae*. 11 *turbe* — *Nicene*. p) 11 *tradite et divine* — *adserciones firmate observantie* — *Fociniane labes*. Cui. 1 — Lugd. *Focinianae*. Cui. 2 — Ri*. cod. vet. can. *Fotinianae*. In Cod. Iust. om. *Photinianae* — *auditu*. q) 11, cod. vet. can. *Arrianis*. Cui. 1 — Go. *Arriani*. r) 11 *venenum est unomie*. Go.: „Seu *Eunomianae*," quod Lab. recep. sine dubio ex cod. vet. can. *Eunomianus* in rell. h. t. legibus et apud Graecos. s) Cui. 1 — Lugd. Lab. om. *auctorum*. 11, Cui. 2 — Be. et Cod. Iust. add. *auctorum*. t) 11 *auditus*. Aur. Lugd. *aditu*. u) 11 *Nicene* et mox *catholice*. Vid. supra not. *oo*. v) 11, Cui. 1 — Lugd. Lab. om. *et*. Est igitur *et* in Cui. 2 repositum ex Cod. Iust., sed abesse potest. x) Ri. Ri*. *Deum*. y) Cod. Iust. cod. vet. can. *uno*. z) 11, Ball. *lumen ex lumine*. a) Cod. Iust. *sanctum*, *quem ex summo*. Ita etiam Bas. Quesn. *Quique id quod*. Cod. Vind. ap. Ball. ut C. Th. Go. Ball. em. *a quo id quod*. Idem vult Be., recte. Vid. not. sq. b) Cod. vet. can. add. *et*. Cod. Iust. *et speramus et accipimus*. Iam Go. v. *et* non opus esse dicit, postquam a Ball. corr. supr. *a quo id quod*. c) 11 *intemerate f. s. v. incorrupte*. Cod. Iust. *sensus viget, et incorr.* Go. *sensu* melius videtur. d) 11 *indivisus*. e) 11 *qui*. Cod. Iust. *quae graeco verbo*. f) 11 *usia*. In m. Cui. 2, 2* ὀμουσία, pro quo Be. scrib. esse monet ὁμοουσία. Cod. vet. can. *omousia*. Sed vid. Go. in comm. h. c. Coustant. l. c. p. 497 (Damasi I. ep. IV.) et p. 548, not. *d* (epist. X. Hieron. ad Damasum) et Dirksen. l. c. p. 333 sq. g) 11, Cui. 1 — Ri*. Ball. *hisdem*. Quesn. *his nominibus non*. Cod. Iust. *non iisdem*. h) Cui. 1 — Lugd. Lab. *serviunt*. Rell. edd. *inserviunt*, ut 11, Cod. Iust. Mox 11 *vere*. i) Cod. Iust. *denoten-*

arceantur, cum omnes haereticos illicitas agere intra oppida congregationes vetemus, ac, si quid eruptio[k] factiosa tentaverit, ab ipsis etiam urbium moenibus exterminato furore propelli iubeamus[l], ut cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicaenam fidem tenent, catholicae ecclesiae[m] toto orbe reddantur. *Dat. IV. Id. Ian.*[n] *Constantinopoli, Eucherio et Syagrio*[o] *Coss.* (381.)

7. *Iidem AAA. Eutropio Pf. P.*[oo] Si qui[p] Manichaeus[q] Manichaeave ex die latae dudum legis[r], ac primitus a nostris parentibus, in quamlibet personam[s] condito testamento vel cuiuslibet titulo[t] liberalitatis atque specie donationis transmisit proprias facultates, vel quisquam ex his aditae per quamlibet successionis formam[u] collatione ditatus est, quoniam iisdem sub perpetua iustae[uu] infamiae nota testandi ac vivendi iure Romano omnem protinus eripimus facultatem, neque eos aut relinquendae aut capiendae alicuius hereditatis habere sinimus potestatem, totum fisci nostri viribus[v] imminentis indagatione *) societur. Sive id marito sive propinquo aut cuilibet bene merito sive etiam filiis, quos tamen vitae eius **) et criminis facinora sociata coniungant, sive etiam per interpositam quamlibet personam profuturum[vv] eidem, quae tali[x] hominum genere et grege reperitur, illicita liberalitate provenerit[xx], caduci titulo vindicetur. §. 1. Nec in posterum tantum huius emissae[y] per nostram mansuetudinem legis forma praevaleat, sed in praeteritum etiam, quicquid talium personarum aut proprietas reliquit, aut successio[yy] habuit, usurpatio fiscalis commodi persequatur. Nam licet ordo coelestium statutorum secuturis[z] post observantiam sacratae constitutionis indicat, neque actis[a] obesse consueverit, tamen, quoniam et[b] quid consuetudo, [c] obstinationis pertinax natura, mereatur, in hac tantum, quam specialiter vigere volumus, sanctione iustae sensu instigationis agnoscimus, eos, qui, etiam post legem primitus datam, nequaquam ab illicitis et profanis coitionibus[d] refrenari divina saltem monitione potuerint, tanquam in ipsius depictae[e] legis iniuriam veluti sacrilegii reos tenemus;[f] severitatem praesentium statutorum non tam[g] ad constituendae, sed ad ulciscendae legis sanximus exemplum, ita ut nec defensio temporis prosit. §. 2. His tantum filiis paternorum vel maternorum bonorum successio deferatur, qui, licet ex Manichaeis orti, sensu tamen et affectu propriae salutis admoniti ab eiusdem vitae professionisque[h] collegiis pura semet dediti religione demoverint[i], tali immunes a crimine. §. 3. Illud etiam huic adiicimus[k] sanctioni, ne in conventiculis oppidorum, ne in urbibus claris consueta feralium mysteriorum sepulcra constituant, a conspectu celebri[l] civitate[m] penitus coerceantur. Nec se sub simulatione fallaciae[n] eorum scilicet nominum, quibus plerique, ut cognovimus, probatae fidei et propositi castioris dici ac signari volent[o], maligna fraude defendant; cum

— c. 7 indigitari putat Go. in c. 9 h. t. et coniungendam esse cum c. 1 C. Th. de Apostatis (XVI, 7), quae est *Dat. VI. Non. Maii.* Cf. codex can. Eccl. Afric. can. 93 (Harduin. Conc. Tom. I, p. 917, 918). Sozomenus VII, 12 et Baron. ad ann. 381, n. 80.

---

tur, atque ab omni. Quesn. *aperte criminibus denudentur. Ab omnium ergo summoti.* Mox 11 *congregationis.* k) 11, Cui. 1 — Ri*. *ereptio.* Be., auct. Go., ex Cod. Iust. rep. *eruptio*, recte. Etiam in cod. vet. can. est *eruptio* et apud Lab. l) Cod. Iust. cod. vet. can. *iubemus.* Antecedunt autem *cum — vetemus.* m) 11 *ortodoxis — Nicenam fidem tenent catholice fidei.* Aur. Lugd. om. *ecclesiae.* Vid. not. sq. n) Go. negat h. c. ante concilium Constantinopolitanum, his coss. a mense Maio usque ad VII. Id. Iul. habitum, datam esse. Legi igitur vult *Iun.* aut *Iul.* pro *Ian.* Illud confirmatur cod. vet. can., ubi scriptum est *Iduum Iuniarum*, sed ap. Ball. *Iduum II. Iuniarum.* Reciperem *Iun.*, nisi ita h. c. recentior fieret sequenti lege. Accedit quod Cod. Iust. cum cod. 11 et edd., ubi *Ian.* est, concinit. Male tamen Aur. Lugd. *IIII. Id. Ecclesiae* (vid. not. anteced.) *Ian. CP.* o) 11 *Siagrio* et om. *Coss.* Cod. Iust. *Fl. Eucherio et Fl. Syagrio Conss.* Aur. Lugd. *Eucherio Cos.* (om. *et Syagrio*). oo) 11 *Eutropio epo.* p) 11, Aur. Lugd. *quis.* q) Ri. Ri*. *Manichaeos*, mendose. r) Go. indigitari putat c. 2 C. Th. de Fide cathol. (XVI, 1). s) 11 *in qualibet persona.* t) Ri. — Be. om. *titulo.* Mox 11 *spetiae — quicquam.* u) Go.: „Inversa locutio, pro *aditae successionis per quamlibet formam.*" 11 *adite* et mox 11, Cui. 1 — Ri*. *hisdem.* uu) Go. probabiliter cj. *inustae* (iustae). Cf. c. 1 C. Th. de Inoff. test. (II, 19), c. 1 C. Th. de Secund. nuptiis (III, 8), ubi idem error librarii cod. 18 deprehenditur, c. 85 C. Th. de Decurion. (XII, 1) et c. 40 C. Th. de Episcop. (XVI, 2). v) 11 *toto fisci nostri nos viribus.* Lab. *imminenti.* *) Go.: „Accusatione." **) Go. in not.: „Eiusdem." vv) 11 *coniungent siue etiam filiis quos tamen* (ex super.) *per inpositam quamlibet personarum profuturum.* Cui. 1 — Ri*. *profuturam.* Iam Go. em. *profuturum*, quam em. 11 tuetur et Be. rec. et ante Be. Lab. x) 11 *que tali* pro *quae tali*, nam ubique fere *e* pro *ae* ponitur in cod. 11. Ita confirmatur Go. cj., qui pro *qui e tali*, quod Cui. 2 — Be. et Lab. habent, prop. *quae tali.* Id restitui. Cui. 1 *qui etati* et Aur. Lugd. *qui aetati.* xx) 11 *pervenerit.* y) 11 *nec in postremum tantum huius emisse.* yy) 11 *cessio.* z) 11 *secutoris.* Go. — Ri*. Lab. *post, observantiam.* a) Go.: „Est qui *ante actis* reponat: quo nil opus. *Acta*, sunt ante acta, praeterita." b) Go.: „Id est, *etiam*, vel retrahenda haec vox ad vocem pertinax." Illud malo. c) Be. inseri vult *et*, sine necess. Vid. not. anteced. Mox 11 *iuste.* d) 11 *cohibitionibus.* Mox 11, Cui. 2 — Ri*. *saltim*; Go. corr. *saltem* in not. e) 11 *depicte.* Go. ann.: „An *Depictae*, id est, oculis omnium subiectae, propositae, manifestae, publicae? An *despectae?* An *dictae?*" Non opus est cj. *Depictae* idem est atque scriptae. f) Go. ins. vult *et.* g) Ita 11, Cui. 1 — Lugd. Lab.; Cui. 2 — Be. *tantum.* Mox 11 *constituende sed ad hulciscende legis sancximus.* h) 11 *professionisquae.* i) 11 *dimoverint*, ut Go. scribi vult. k) 11, Cui. 1. Cui. 2, 2*. Ri*. *adicimus.* Go. Ri. *adIcimus.* l) Go.: „Non admitto nonnullorum emendationem hic, *celebris.*" m) Go. em. *civitatibus.* Fortasse sufficit *civitatis.* n) 11 *fallatia.* Go.: „Est qui malit *fallaci*, quod non admitto." o) Go. cj. *volunt* aut *vellent.* Illud prob.

praesertim nonnulli ex his Encratitas[oo], Apotactitas, Hydroparastatas vel Saccophoros nominari se velint[p], et varietate nominum diversorum velut religiosae professionis officia mentiantur. Eos enim omnes convenit[q] non professione defendi nominum, sed notabiles atque exsecrandos haberi scelere sectarum. *Dat. VIII. Id. Maii Constantinopoli, Eucherio et Syagrio*[r] *Coss.* (381.)

8. *Iidem AAA. ad Clicherium Comitem Orientis.* Nullum Eunomianorum atque Arianorum[s] vel ex dogmate Ethi[t] in civitatibus[u] vel agris fabricandarum ecclesiarum copiam habere praecipimus[v]. Quod si temere ab aliquo id praesumptum sit[x], domus eadem, ubi haec constructa fuerint, quae construi prohibentur, fundus etiam vel privata possessio protinus fisci nostri viribus vindicetur, atque omnia loca fiscalia statim fiant, quae sacrilegi huius dogmatis vel sedem receperint[y] vel ministros. *Dat. XIV.*[z] *Kal. Aug. Constantinopoli, Eucherio et Syagrio Coss.* (381.)

9. *Iidem AAA. Floro Pf. P.* Quisquis Manichaeorum vitae solitariae falsitate coetum bonorum fugit, ac secretas urbes[a] eligit pessimorum, ita ut profanator atque corruptor catholicae, quam cuncti suspicimus[aa], disciplinae legi subiugetur, ut intestabilis vivat[b], nihil vivus impendat illicitis, nihil moriens relinquat indignis, omnia suis non moribus[c], sed naturae restituat, aut proximis, si deerit legitima successio, melius regenda dimittat, aut fisci dominio, deficiente agnatione[d], sine fraude molitionis intelligat obligata. Haec de solitariis. §. 1. Ceterum quos Encratitas prodigiali[e] appellatione cognominant, cum Saccophoris sive[f] Hydroparastatis refutatos iudicio, proditos crimine[g] vel in mediocri vestigio facinoris huius inventos, summo supplicio et inexpiabili poena iubemus affligi, manente ea conditione de bonis, quam omni huic officinae imposuimus, a latae dudum legis exordio. Sublimitas itaque tua det inquisitores, aperiat forum, indices[h] denuntiatoresque sine invidia delationis accipiat. Nemo praescriptione communi exordium accusationis huius infringat[hh]. Nemo tales occultos cogat latentesque conventus: agris[i] vetitum sit, prohibitum moenibus, sede[k] publica privataque damnatum. §. 2. Ac summa exploratione rimetur, ut, quicunque in unum Paschae diem non obsequenti religione convenerint, tales[l] indubitanter, quales hac lege damnavimus, habeantur. *Dat. prid. Kal. April. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.* (382.)

10. *Iidem AAA.*[m] *Constantiniano*[n] *Vicario dioeceseos Ponticae.* Tascodrogitae[o] a sedibus quidem suis minime propellantur, ad nullam tamen ecclesiam haereticae superstitionis turba conveniat, aut si forte convenerit[p], a conventiculis suis sine ulla[q] mora propulsetur. *Dat. XII. Kal. Iul. Constantinopoli, Merobaude*[r] *II. et Saturnino Coss.* (383.)

11. *Iidem AAA. Postumiano Pf. P.* *) Omnes omnino, quoscunque diversarum haeresum **) error exagitat, id est[s] Eunomiani, Ariani[t], Macedoniani, Pneumatomachi[u], Manichaei, Encratitae, Apotactitae, Saccophori[v], Hydroparastatae[x], nullis circulis coeant, nullam colligant multitudinem, nullum[xx] ad se populum trahant, nec ad imaginem ecclesiarum parietes[y] priva-

— c. 8. Baron. ad ann. 381, n. 80. — c. 9. Cf. Baron. ad ann. 381, n. 80 et ad ann. 382, n. 69. — c. 11. Sozomenus VII, 12. Baron. ad ann. 383, n. 34. Cf. Gregorii Nazianzeni ep. 71 (s. 68) ad Postumianum. In h. c. inc. P. 29 cod. 3. Vid. not. *v*.

Be., recte. oo) Lab. in m. interpretationis caussa: „Continentes (*Encrat.*), Renuntiantes (*Apotact.*), Aqua sola utentes (*Hydroparast.*)." p) 11 *engratias, apotacticas — saccoforas nominari se vellint.* Edd. ante Be. *saccoforos* aut *Saccoforos.* q) 11 *conveniant* et infra *haberis.* r) 11 *Siagrio* et om. *Coss.* s) 11 *Idem — Eunumianorum atque Arrianorum.* Cui. 1 — Go. *Arrianorum.* t) 11, Cui. 1 — Lugd. Lab. *et hi*, sed in m. Cui. 1 — Lugd.: „*forte Aelii*," mendose pro *Aetii*, quod etiam Go. Lab. prop., recte. Cui. 2 — Be. *Ethi* compulsis literis, i. e. *Ethii.* u) 11 *civitates.* v) 11 *praecepimus.* x) 11 *si* et mox *que.* y) 11 *huius et dogmatis — recaeperint.* z) 11 *Dat. IIII Kl Agi — Siagrio* et om. *Coss.* a) Go. em. *turbas*, ut coetus bonorum publici opponantur secretis pessimorum turbis. Alios dicit tentare *sedes;* utrumque ferri potest. *turbae* est etiam in c. 6 h. t. §. 1. Similiter infra §. 1 *occultos latentesque conventus.* 11 *elegit.* aa) 11 *suscipimus.* Go.: „*Suspicimus* recte: neque mutandum in *suscipiunt.*" b) 11 *intestabilis iubeat.* c) Go. suspic. *motibus*, neque vero temere mutare vult. d) 11 *fisci domini deficietur ac natione.* Aur. Lugd. *domino.* e) 11 *engratias proditiali.* Ri*. *prodigali.* Mox 11 *saccoforis* et edd. ante Be. *saccoforis* s. *Saccoforis.* f) 11 *sicut.* g) In 11 add. *vel in crimine.* Infra ibi *officine inposuimus a late* legitur. h) 11, Aur. Lugd. *iudices*, male et improb. Go. Nihilo secius apud Go. editum est *iudices*, negligentia operar. 11 *senuntiatoresque.* hh) Go. *refringat.* i) Go. ins. vult *id*, quo facile caremus. k) 11 *fide.* l) Go. *convenerin, ttales.* 11 *ac* pro *hac* et in subscr. *Siagrio*, om. *Coss.* Aur. Lugd. *Cos.* m) Be. addi vult h. et sq. c. *et Arcadius A.*, dubito anne recte, quamquam is his consulibus XVI. Kal. Febr. Augustus creatus est. n) Go. h. l. vult *Constantiano*, in quo sibi non constat. Vid. supra VII, 18, 7, not. *u*. 11, Cui. 1 *dioceseos.* o) 11 *Trascodroce.* Cui. 1 — Ri*. *Tascodrocitae.* Lab. Be. *Tascodrogitae* ex Go. not. Go.: „alibi *Ascodrogitae.*" In mente habet c. 65 h. tit. p) 11 *ecclesia — conveniat.* q) Ita 11, Cui. 1 — Lugd. Lab.; Cui. 2 — Be. *aliqua.* r) 11 *Merobaudo* et om. *Coss.* *) Go. h. et sqq. novem constitutionibus *Valentinianum, Theodosium et Arcadium* inscribi vult. Vid. not. *m* antec. et not. *c* sq. Lab. Cui. 2 — Be. *Posthumiano.* Vid. infr. XVI, 7, 2. 11 *Idem aaa Constantiniano Posthuminiano ppo.* **) Aur. Lugd. *heresium.* Vid. c. 14 h. t., not. *f.* s) 11 *idem* pro *id est.* t) 11, Cui. 1 — Go. *Arriani.* u) 11 *Macedonia nineū* | *athomaci manichei engratite apotactite.* Go. — Ri*. *Macedoniani Pneumatomachi.* Nam haec in not. habet Go.: „*Macedoniani — Pneumatomachi:* Ita continue legendum: Iidem enim Macedoniani et Pneumatomachi." v) 3 *saccopori.* 11, Cui. 1 — Ri*. *saccofori* s. *Saccofori.* x) 3 *ydroparastatae.* 11 *hydroparastate.* xx) Mendose Go. *nullam.* y)

tos ostendant, nihil vel publice vel privatim, quod catholicae sanctitati officere possit, exerceant. Ac si qui exstiterit, qui tam evidenter[z] vetita transscendat, permissa omnibus facultate[a], quos rectae observantiae cultus et pulchritudo delectat, communi omnium bonorum conspiratione pellatur. *Dat. VIII. Kal. Aug. Constantinopoli, Merobaude II. et*[b] *Saturnino Coss.* (383.)

12. *Iidem*[c] *AAA. Postumiano Pf. P.* Vitiorum institutio Deo atque hominibus exosa, Eunomiana[d] scilicet, Ariana[e], Macedoniana, Apollinariana[f] ceterarumque sectarum, quas verae religionis venerabili cultu*) catholicae observantiae fides sincera condemnat, neque publicis, neque privatis aditionibus[g] intra urbium atque agrorum ac villarum loca aut colligendarum congregationum aut constituendarum ecclesiarum copiam praesumat[h], nec celebritatem perfidiae suae vel solennitatem dirae communionis exerceat, neque ullas creandorum sacerdotum usurpet atque habeat ordinationes. Eaedem[i] quoque domus, seu in urbibus seu in quibuscunque locis passim turbae[k] professorum ac ministrorum talium colligentur, fisci nostri dominio iurique subdantur, ita ut hi, qui vel doctrinam vel mysteria conventionum talium exercere consueverunt, perquisiti ab omnibus urbibus ac locis, propositae legis vigore constricti expellantur a coetibus, et ad proprias, unde oriundi sunt, terras redire iubeantur, ne quis eorum aut commeandi ad quaelibet alia loca aut evagandi ad urbes habeat[l] potestatem. Quod si negligentius ea, quae serenitas nostra constituit, impleantur, et[m] officia provincialium iudicum et principales urbium, in quibus coitio[n] vetitae congregationis[o] reperta monstrabitur, sententiae[p] damnationique subdantur. *Dat. III. Non. Sept.*[pp] *Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.* (383.)

13. *Iidem AAA.*[q] *Cynegio Pf. P.* Eunomiani, Macedoniani, Ariani[r], nec non Apollinariani[s] inter sacrae[t] religionis officia pro suis erroribus famosa sunt nomina. Omnes itaque, qui harum[u] professionum vel pontificium sibi[v] vel ministerium vindicarunt[x], qui se fugati[y] nominis asserunt sacerdotes, quique in criminosa religione ministrorum sibi nomen[yy] imponunt, qui docere se dicunt, quod aut nescire aut discere[z] sit dedecorosum, omnibus huius urbis[a] latebris indagine curiosiore perspectis, sine ulla gratiae interventione pellantur; in aliis locis vivant, ac penitus a bonorum

---

— c. 12. Baron. ad ann. 383, n. 35. Vid. c. 19 h. t., not. sup. Go. eam indicari putat c. 24 h. t., ubi vid. not. *yy*.
— c. 13. Baron. ad ann. 384, n. 38. Cf. Sozomenus VI, 26, infr. not. *b* et c. 19 h. t., not. sup.

11, Cui. 1 — Lugd. *pariter.* Cui. in Cui. 2 corr. *parietes*, quod habent sqq. edd. et cod. 3 confirmat. Mox 11 *hac.* z) Cui. 1 *evidenta.* Aur. Lugd. *evidentia.* 3, 11, Cui. 2 — Be. recte *evidenter.* Paullo supra Lab. *si quis.* a) 11 *vetiata transcendant p. o. facultatem quos recte.* Go. non admittit v. *accusandi*, quod hic nonnulli addendum esse putant. b) Go. Ri. Be. om. *et* et 11 *Coss.* c) Be. h. et sqq. quattuor constitutiones tribuit *Valentiniano*, *Theodosio et Arcadio*, Rein. solam c. 14 iisdem impp. Etsi Go. (vid. not. * antec.) et Be. recte sentiunt, tamen h. em. codd. 3, 4, 11 non confirmant. Error igitur iam Codici Theodosiano insitus est. Cui. 2 — Be. Lab. *Posthumiano.* Vid. not. * anteced. d) 11 *exosseum nomina.* e) 3 add. *et.* 11, Cui. 1 — Go. *Arriana.* 11 *Machedon.* f) Ita recte 3, Cui. 2 — Be. Lab.; 11 *Apolliniriana;* Cui. 1 — Lugd. *Apolliriniana.* *) 3 *ratione*, ut Maio videbatur, pro *cultu.* An *veneratione?* g) Sec. Go. sunt, qui reponant *coitionibus*, recte impr. Go., nam 3, 11 *aditionibus.* h) 11 *se sumat.* i) 11 *eadem.* k) Edd. *seu in urbibus, seu in agris, in quibus passim turbae.* 3 *seu in urbibus seu in quibuscumque locis Paschae turbae;* ad quae W.: „Vitium igitur in h. l. latet. Sed utrum *Paschae* mentio h. l. opportuna sit, aliis inquirendum permitto.“ 11 *seu in urbibus seu* (om. *in agris*, quod est in edd.) *in quibus pascet urbe* (i. e. *pascae turbae*). Videtur igitur rep. esse *paschae.* Sed quamquam codices v. *paschae* habent, tamen quominus recipiatur impedimento est et sententia et constructio verborum. Puto igitur v. *paschae* ex siglo *pass̅* ortum esse, pro quo aliquis scripserit *pasc̅*, id est *pasce.* Unde vulg. script. edita sit, nescio, sed quin cod. 3 scriptura, si ita emendatur: *seu in urbibus seu in quibuscunque locis passim turbae*, bona sit et forte praeferenda vulgatae, quae neque cod. 11 nititur, non dubito. Infra etiam *perquisiti ab omnibus urbibus ac locis.* l) 11 *comeandi ut quilibet — habeant.* m) Ita 3, prob. W.; 11, edd. om. *et.* n) 11 *coitione.* o) 3 *conversationis.* p) 11 *sequenti emendationiquae.* Cui. 1 — Lugd. *sequentiae damnationique.* Cui. 2 — Be. Lab. *sententiae*, plane ut 3. pp) 11 *Decbr.* Infra om. *Coss.* q) Vid. c. 12 h. t., not. c. r) 11 *Idem* (om. *AAA.*) *Cynegio ppo Canomiani Machedoniani Arriani.* Etiam Cui. 1 — Go. *Arriani.* s) 11, Cui. 1 *Apolliriani.* Aur. Lugd. *Apollirаniani.* Cum 3 consentiunt Lab. Cui. 2 — Be., quae habent *Apollinariani.* t) 3 *interversa sacrae*, de qua scriptura W. amplius deliberandum esse putat. 11, edd. *inter sacrae.* Reciperem *interversa*, nisi interverteretur orationis progressus. An *inter diversa?* Cf. c. 14 h. t. pr. u) 11 *qui arum.* v) Cui. 1 — Lugd. Lab. om. *sibi.* Cui. 2 — Be. add. *sibi* ex cod. 11. Etiam cod. 3 add. *sibi.* Ceterum annot. h. l. a Maio P. 28 cod. 3. x) Go.: „Vel de novo vindicarunt, post legem superiorem, vel *retinuerunt.*“ y) Ita 3, 11, edd. Go. cj. *fucati*, non male quidem, sed contra codd. auct. *Fugati*, id est damnati et expulsi ab urbibus et locis nominis. yy) Go. om. *nomen.* z) Ita 3, 11, Cui. 1. Cui. 2 — Be.; sed Aur. Lugd. *dicere* pro *discere* et Cui. 2, 2* in m. Lab. *scire* pro *nescire* et 11 *decorosum.* Go., metathesin hic admissam esse putans, em. *quod aut nescire aut dediscere sit decorosum*, aut *quod haud nescire aut discere sit dedecorosum*, quo redire Cui. em. *scire* dicit. Illud praefert et addit: „Sane Baronii lapsus hic est, qui putavit haec verba ipsorum haereticorum esse, nempe iactare solitos, *se ea docere*, *quae dedecorosum sit nescire.*“ Alterutrum mutandum est et fortasse quidem v. *nescire* cum Lab. et Cui. in *scire*, nisi quis ex c. 24 h. t. paullulum audacter rep. *aut docere aut discere.* Etenim imperatori hoc videtur dedecorosum esse. a) 11, Cui. 1 — Lugd. Lab. om. *urbis.* Unde Cui. in Cui. 2, quam rell. edd. sequuntur, ediderit *urbis*, nescio. Sed cod. 3 habet *urbis.* b) *Kal.*, quod operariorum negligentia excid. in Ri. Ri*., deest etiam in cod. 3. Go. prop. *XV. Kal.*, ut h. c. con-

congressibus separentur. *Dat. XII. Kal.*[b] *Febr. Constantinopoli, Richomere et Clearcho*[c] *Coss.* (384.)

14. *Iidem AAA.*[d] *Cynegio Pf. P.* Apollinarianos[e] ceterosque diversarum haeresum[f] sectatores ab omnibus locis iubemus inhiberi, a moenibus urbium, a congressu[g] honestorum, a communione sanctorum;[gg] instituendorum clericorum non habeant potestatem; colligendarum congregationum vel in publicis vel in privatis ecclesiis careant facultate. Nulla his[h] episcoporum faciendorum praebeatur auctoritas; ipsi quoque episcopi, nomine destituti, appellationem huius dignitatis[i] amittant*). Adeant loca, quae hos[k] potissimum, quasi vallo, quodammodo[kk] ab humana communione secludant. His etiam[l] illud annectimus[m], ut supra memoratis omnibus adeundi atque interpellandi serenitatem nostram aditus denegetur. *Dat. VI.*[mm] *Id. Mart. Thessalonica, Theodosio A. II. et Cynegio*[n] *Coss.* (388.)

15. *Iidem AAA.*[o] *Trifolio Pf. P.* Omnes diversarum perfidarumque sectarum, quos in Deum miserae vesania conspirationis[p] exercet, nullum usquam sinantur[q] habere conventum, non inire[qq] tractatus, non coetus agere secretos[r], non nefariae praevaricationis altaria manus impiae[s] officiis impudenter attollere, et mysteriorum simulationem ad iniuriam verae religionis[t] aptare. Quod ut congruum sortiatur effectum, in specula sublimitas tua fidissimos quosque[u] constituat, qui et cohibere hos possint et deprehensos offerre iudiciis, severissimum, secundum praeteritas sanctiones, et Deo supplicium[v] daturos et legibus. *Dat. XVIII.*[x] *Kal. Iul. Stobis*[xx], *D. N. Theodosio A. II. et Cynegio V. C.*[y] *Coss.* (388.)

16. *Iidem AAA.*[z] *Cynegio*[a] *Pf. P.* Nonnullos Arianorum[b] formam[c] nostrarum talem proferre iussionem[d] comperimus, ut his liceat usurpare, quae suis[e] videantur utilitatibus convenire. Qua sublata[f] sciant, nullam huius modi iussionem e nostro sacrario profluxisse. Quicquid itaque fuerit ab his pro eorum commoditate prolatum[g], ut falsi reus[h] teneatur[i], qui deinceps ea circumtulerit[k]. *Dat. V.*[l] *Id. Aug. Constantinopoli*[m], *Theodosio A. II. et Cynegio*[n] *Coss.* (388.)

17. *Imppp.*[nn] *Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano Pf. P.* Eunomiani spadones[o] nec

---

— c. 14 fortasse coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Nuptiis (III, 7) et c. 5 C. Th. ad L. Iul. de Adult. (IX, 7). Vid. c. 2 cit., not. *k* et c. 19 h. t., not. sup. Baron. ad ann. 388, n. 57. — c. 15. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 15. De cod. 4, Til. vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b*. Baron. ad ann. 388, n. 58. Vid. etiam supr. XVI, 4, 1, not. sup. — c. 16. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 16. 4 (ubi numeri romani singulis legibus a recentiori manu atramento additi sunt), Til. *c.* 7 C. Th. de His, qui sup. relig. contendunt (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b*. Baron. ad ann. 388, n. 59. — c. 17. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 17. 4, Til. *c.* 8 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b*. Coniungenda est cum c. 16 C. Th. de Cohort. (VIII, 4). Commemoratur et abrogatur c. 23 h. t. Vid. c. 23, 25, 31, 34, 36 h. t., not. sup. Baron. ad ann. 389, n. 49.

---

iungatur cum c. 5 C. Th. de Auro coronario (XII, 13) et c. 23 C. Th. de Oper. publ. (XV, 1). c) 11 *Ricomere et Clearco*, om. *Coss.* 3 *Ricomere et Clearcho V. Conss.*, ubi W. excidisse dicit *C.*, ut esset: *viro clarissimo*, recte. d) Etiam Rein. h. l. em. *Imppp. Val. Th. et Arcad.* Vid. c. 12 h. t., not. *c*. e) Cui. 2, 2*. Go. *Apollinarios.* Aur. Lugd. *Apollirianianos.* f) Aur. Lugd. *haeraesium.* Vid. c. 11 h. t., not. **. g) Aur. Lugd. *congressibus.* gg) Cui. 1 — Lugd. *sanctorum instituendorum*, om. interpunct. h) Ita codd.; edd. *iis.* Supra 11 *facultatem.* i) 3 *dignitatis huius*, inverso ordine. 11 *appellationum huius dignitas.* *) 3 *admittant.* k) 3, 11 *his*, non *hos*, ut W. de 3 scribit. kk) 3 *quodam.* l) Ri. — Be. add. *et.* m) Ita 3, 11 (*adnec.*); edd. *nectimus.* mm) Vid. c. 2 cit., not. *k*. n) In sq. c. add. *V. C.* 11 om. *Coss.* o) Vid. c. 12 h. t., not. *c*. p) 11 *perfidiarumque — vesania a conspirationis.* q) Cui. 1 — Lugd. *sinant;* sed 3, 11, Cui. 2 — Be. Lab. *sinantur.* Cum vv. *habere conventum* pergitur in cod. 4 et ap. Til. Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b*. qq) 4 *ire*, Til. *nō * ire tractatus.* Vid. XVI, 4, 6, not. *b*. r) 11 *secretus.* s) Ita codd. edd., sed Go. — Ri*. *altaria, manus.* Go., cui h. l. impeditus esse videtur, prop. *non ad nefariae praevaricationis altaria manus impias officiis impudenter attollere.* Nil muta. Sententia est: nemo erigat altaria nefariae haereseos officiis manus impiae, id est manibus impiis suis. Est enim impium haereticorum officium, si manu sua altaria erigunt. Et hoc iam senserat, sed respuerat Go. t) 4; Til. *iniuriamve religionis.* 11 *simulationum.* Go. in not. *agitare* aut *actitare* pro *aptare.* u) 4 *quoque.* v) 11 *praeteritus — supplitio.* 4, Til. *daturus.* x) 4, Til. *XVIIII.* 11 *VIII.* xx) 3 *Sto.iis.* Mai. suppl. *Stodiis.* y) Sigla *D. N.* et *V. C.* des. in cod. 3 et in 11 *V. C. Coss.* Ceterum 11 *donā Theod. āā et.* z) Vid. c. 12, not. *c*. a) Go. mavult *Tatiano*, quia Cynegio paullo ante defuncto successerit Tatianus inde a mense Iunio. Be. in subscr. *Dat.* pro *Acc.* s. *Redd.* accipiendum esse putat. Idem iam ante Be. opinati sunt Baron. et Go. in comm. h. c., quia Theodosius hoc tempore non fuit Constantinopoli. Ceterum cum inscr. h. c. incip. fol. 413[b] cod. 4. b) 3, 11, Til. — Go. *Arrianorum*, sed 4, rell. edd. *Arianorum.* c) 11, Cui. 2 — Ri*. om. *formam*, cum paullo post codd. et Til. — Ri*. Lab. *iussionem* habeant; sine dubio hic erratum est et in Theodosiano quidem Codice. Puto legendum esse *formarum*, etsi non nego, v. *iussionum*, quod Rein. Bar. rest. voluerunt et Be. recepit, bonam sententiam habere. *Formae* sunt regulae, imperatorum legibus comprehensae. Aur. Lugd. *nostrorum.* d) Rest. *iussionem*, propter consonantiam codicum. Vid. not. *c*. e) 4, 11, Til. — Lugd. Lab. *his;* sed 3 *suis*, ut Cui. 2 — Be. f) 11 *quas oblata sciant nullum.* g) 3 *probatum.* A Mai. h. l. adscr. P. 25 cod. 3. h) 11 *reos.* i) 3 *teneantur*, mendose. k) 11 *circumdetulerit.* l) 3, 4, Til. — Lugd. Lab. Go. in Chron. *V.* 11, Cui. 2 — Be. *VI.* Go. hic errorem esse dicit in Chron. Mutari enim vult mensem, ut h. c. Cynegio tribui possit; sed non vidit, ita everti ordinem constitutionum. Vid. supra not. *a*. m) Memorabile est *Constantinopoli* deesse in cod. 3. Vid. not. *a* antec. n) In c. 15 add. *V. C.* 11 om. *Coss.* nn) Iidem imperatores sunt, qui inde a c. 12 h. c. inscrib., ubi vid. not. *c*. o) Cf. ad h. v. Go. amplissima dissertatio in comm. h. c. Petitus, Obs. II, 7 cj. *speudiones*, i. e. mendaces, recte impr. Go. 11, Cui. 2, 2* in m. *hispadones*, unde Go. em. *Histapodes* vel *Histopodes* (Pederectis.

faciendi, nec adipiscendi habeant licentiam testamenti. Quod circa omnes, quos vivos lex invenerit, volumus custodiri, nec quemquam praeteritae cuiuspiam voluntatis privilegio defensari, cum, seu facta prius testamenta seu infecta[p] doceantur, post hanc nostri oraculi sanctionem non habeant possidendi licentiam, non petendi, non etiam relinquendi[q] heredem nomine principali, non fideicommissario[r], non legatario, non tacito fideicommisso, vel quamcunque in huiusce modi negotiis nuncupationem iuris ordo constituit: sed omnia, quae talium esse vel futura esse[s] constiterit, ut caduca fisci nostri viribus vindicentur. Nihil ad summum[ss] habeant commune cum reliquis. *Dat. III.*[t] *Non. Maii Mediolano, Timasio et Promoto Coss.*[u] (389.)

18. *Iidem AAA. Albino Pf. U.*[uu] Quicunque sub nomine Manichaeorum mundum sollicitant, ex omni quidem orbe[v] terrarum, sed[x] quam maxime de hac urbe pellantur, sub interminatione iudicii[y]. §. 1. Voluntates autem eorundem, quin imo ipsae etiam facultates[z], populo publicatae nec vim testamentorum teneant, nec derelinqui *) per eos aut iisdem[a] fas sit. Nihil ad summum *) his sit commune cum mundo. *Dat. XV. Kal. Iul. Roma*[b], *Timasio et Promoto Coss.* (389.)

19. *Iidem AAA. Tatiano Pf. P.* Hi, qui scaevi dogmatis[c] retinent principatum, hoc est episcopi, presbyteri, diaconi atque lectores[cc], et qui[d] clericatus velamine religioni[e] maculam conantur infligere, sub cuiuslibet haeresis sive erroris nomine constituti, ex[f] funestis conciliabulis, seu intra urbem seu in suburbanis esse videantur, omni modo propellantur. *Dat. VI. Kal. Dec. Mediolano, Timasio et Promoto Coss.*[g] (389.)

20. *Exemplum sacrarum literarum*[h]. Haereticorum polluta contagia[i] pelli urbibus, vicis[k] proturbari ac nullis penitus iubemus patere[l] conventibus, ne in quoquam loco[m] sacrilega cohors talium hominum colligatur. Nulla eorum perversitati vel publica conventicula vel latentiora[n] erroribus[o] secreta tribuantur. *Dat.*

— c. 18. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 18. 4, Til. *c.* 9 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b.* Baron. ad ann. 389, n. 62. Cf. etiam Sozomenus VII, 14 in f. et Rufinus XI, 17 et c. 20 h. t., not. sup. — c. 19. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 19. 4, Til. *c.* 10 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b.* Baron. ad ann. 389, n. 75. Go. eam indicari putat c. 3 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4), ubi vid. not. *d,* et concordare cum c. 12, 13, 14 h. t. — c. 20. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 20. In cod. 4 inscr. h. c. a librario rubro colore ita scripta est, ut novus titulus incipere videatur, eodem colore in m. a librario scriptum est et quadratis quidem literis *De Hereticis.* Is qui postea ad singulas constitt. numeros addidit, hanc c. neglexit numerare; idem factum est in Til. ed., ubi numerus deest. Sed Summariorum scriptor plerumque leges, si quam nominat, ita numerat, ut seriem non interrumpat. Ego in posterum eum, qui legum numeros in cod. adscripsit, vv. „rec. man." designabo. In 11 coniungitur inscr. cum vv. legis, estque tota c. continuo versu ita scripta, ac si cohaereat cum antec., tamen, cum aliquantulum spatii inter utramque relictum sit, non turbari apparet seriem constitutionum in cod. 11. Hanc legem et c. 18 h. t. Ambrosium respexisse in epist. 81 (s. 7 edit. Paris.) ad Syricium P. Go. putat. Baron. ad ann. 391, n. 15.

Erectipedes), quippe qui pedes sursum statuerint baptizandis, impr. Salmasio. Nil muta. Est contumeliosa appellatio Eunomianorum. Similibus contumeliis solebant legum exceptores haereticos contaminare. Vid. c. 20 h. t. Paullo aliter Cui. in Observ. XVII, 24, cui v. *spadonum* attingere videtur imperator quam qui de haereticis scripserunt turpitudinem Eunomianorum erubescunt proferre in medium. Cf. Ritter, Praef. T. VI, P. I, p. ult. p) 4, Til. — Lugd. Lab. *infacta.* 11, Cui. 2 — Be. *infecta,* ut 3. Ceterum infra 11 *oraculis.* q) 11 *relinqui.* r) Cum literis *sario* inc. fol. 414[a] cod. 4. s) 4, Til. *futurae se.* Go. *constituerit* pro *constiterit.* ss) Go. cj. *ad summam* hic et in sq. c., sine necess. Est pro *in summum.* t) 3, 11 *IIII;* 4, edd. *III.*, ut c. 16 de Cohort. cit. u) 11 hic et in sqq. c. *Tymasio et Pr.* et om. *Coss.* uu) 11 *ppo.* Sunt etiam apud Go., qui habeant *P. P.*, recte improb. Go. v) 4, Til. *urbe;* rell. *orbe,* recte, quamquam haec sibi opposita dici possunt: *ex omni urbe — quam maxime de hac urbe pellantur.* Expulsionis ab omni terra non desunt exempla. Cf. Severus Sulpitius in Hist. Sacr. lib. II. et infr. c. 34, 65, §. 2 h. t. x) 11 *ad*, i. e. *at.* y) Go.: *Iudicii,* capitalis scilicet. z) 3 *facultatis.* *) Go.: „*Derelinqui quid.*" a) Codd. Til. — Ri*. *hisdem.* *) Vid. not. *ss* antec. b) 11 *Rome.* Be. *Romae.* 3, 4, Til. — Go. *Rom.* Vid. not. *u* antec. c) Codd. Til. — Ri*. *Hii.* 11 *Hii qui se evi docmatis.* Etiam 4 *docmatis.* Rein. *saevi.* cc) Go. *Principatum, (hoc est, Episcopi, Presbyteri, Diaconi,) atque Lectores et.* d) 3 *et si qui*, non male et 4 *diacones* (a rec. man. corr. *diaconi*) *adq' lectores et qui.* 11 *et quis.*

e) Fol. 414[b] cod. 4. In ima pag. add. *NΔ* numer. quatern. 11 *religione.* Aur. Lugd. *religionis.* Mox 4 *conatur*, sed a librar. supr. add. *n* (conantur). Mox codd. *heresis* idque constanter, et 11 *errores.* f) Ita 3, Cui. 2 — Be.; 4, 11, Til. — Lugd. Lab. *et.* g) „In subscriptione, inquit W., Vatic. (3) simpliciter: *conss.*, quia repetendi erant e L. 18." Recte. Etenim des. in 3 vv. *Timasio et Promoto.* Cf. XV, 7, 7. De cod. 11 vid. not. *u* antec. h) Cf. not. sup. h. c. i) 11 *contacta.* k) 3 *vicis*, prob. Mai. et W. Idem olim prop. esse narrat Go.; rell. *vicinis.* Utrumque defendi potest. Illud, si spectamus h. c. edictum esse; pertinere igitur ad omnes subditos, quorum interfuerit scire, ab orbe terrarum expulsos esse haereticos; dici etiam infr. *ne in quoquam loco sacrilega cohors talium hominum colligatur.* Hoc, quia lex inprimis de Manichaeis agere et supplendae c. 18 h. t. caussa data esse videtur, qua maxime de urbe Roma pelluntur Manichaei. Iam vero, cum residerent in urbibus vicinis, id est in dioecesi et praefectura urbis Romae, imperator eos vult hoc edicto, cui pariter atque c. 18 Roma subscripta est, ex illis quoque urbibus removeri. Ut oratio flueret, ex cod. 3 restitui *vicis*, quod Go. non improbabile videtur, etsi *vicinis*, praeter cod. 4, etiam codex 11 tuetur. Vid. c. 18, not. *v.* Edd. *urbibus vicinis, proturbari.* l) Go.: „Eas urbes: alioquin parere, id est, *apparere* scriberem vel *latere.*" Nil muta. m) Cui. 2, 2*. Go. *ne quoquam sacrilega cohors* et om. *in* et *loco.* Etiam 11 om. *loco.* n) Ita 3, prob. W.; *latentiora* opponuntur *publicis;* sed 4, edd. *latiora.* Iam Go. tentat *latentiora,* etsi probare videtur *latiora.* 11 *perversitate*—

XIII.[p] *Kal. Iun. Roma, Tatiano et Symmacho VV. CC. Coss.*[q] (391.)

21. *Iidem AAA.*[r] *Tatiano Pf. P.* In haereticis erroribus quoscunque constiterit vel ordinasse clericos[s] vel suscepisse officium clericorum, denis libris auri viritim mulctandos esse censemus: locum sane, in quo vetita tentantur, si conniventia[t] domini patuerit, fisci nostri viribus aggregari. Quod si id possessorem[u], quippe clanculum gestum, ignorasse constiterit[v], conductorem eius fundi, si ingenuus est, decem auri[x] libras fisco nostro inferre praecipimus, si servili faece descendens[y] paupertate sui poenam damni ac[z] vilitate contemnit, caesus fustibus deportatione damnabitur. Tum[a] illud specialiter praecavemus, ut, si villa dominica[b] fuerit seu cuiuslibet publici iuris, et conductor et*) procurator licentiam dederint[c] colligendi, denis libris auri proposita condemnatione mulctentur. Verum si[d] quos talibus repertos obsecundare mysteriis ac sibi usurpare[e] nomina clericorum iam nunc proditum fuerit, denas libras auri exigi[f] singulos et inferre praecipimus. *Dat.*[g] *XVII. Kal. Iul. Constantinopoli, Arcadio A. II.*[h] *et Rufino Coss.* (392.)

22. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius*[i] *AAA. Victorio Proconsuli*[k] *Asiae.* Haeretici neque episcopi faciendi potestatem, neque episcoporum confirmationes licitas habeant. *Dat. XVII. Kal. Maii Constantinopoli, Arcadio III. et Honorio II. AA. Coss.*[l] (394.)

23. *Iidem AAA.*[ll] *Rufino Pf. P.* Eunomianis, ne caperent[m] aliquid vel relinquerent testamento,[n] legem[o] dudum credidimus promulgandam; quam quidem nunc consilio pleniore[p] revocamus. Vivant iure communi, scribant pariter ac scribantur[q] heredes. *Dat. XII.*[r] *Kal. Iul. Hadrianopoli, Arcadio III. et Honorio II. AA. Coss.* (394.)

24. *Iidem AAA. Rufino Pf. P.* Haereticorum dementia nec ulterius conetur perpetrare, quae[s] repererit, nec illicita habere concilia: nusquam profana

— c. 21. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 21. 4 *c.* 12, sed rec. man. et Til. *c.* 11 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Commemorari hanc c. Go. docet ab Augustino lib. III. contra Cresconium c. 47, p. 314 (T. IX. ed. Bened.), in ep. 68 ad Ianuarium (s. 88 ed. Bened.), in Concil. Carthag. ann. 404 eo canone, qui in cod. Africano 93 est (ap. Hard. Tom. I, pag. 918) et in edicto Hunnerici regis apud Victorem Vitensem lib. IV. de Persecutione Vandalorum cap. 2. Baron. ad ann. 392, n. 25. Cf. c. 22, 24, 26, 39 h. t., not. sup. et not. *x.* — c. 22. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 22. 4 *c.* 13, sed rec. man. et Til. *c.* 12 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*“ Vid. c. 24, 26 h. t., not. sup. Baron. ad ann. 394, n. 4. — c. 23. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 23. 4 *c.* 14, sed rec. man. et Til. *c.* 13 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Contraria octavae*“ (17 h. t.). Cf. c. 25, 27, 36 h. t., not. sup. Go. h. c. infirmari dicit c. 25 cit., sed confirmari c. 27 h. t. — c. 24. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 24. 4 *c.* 15, sed rec. man. et Til. *c.* 14 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Duodecimae et XIII* (21 et 22 h. t.) *similis.*“ H. c. pars, om. principio, infarta est Cod. Iust. I, 5, 2. Vid. c. 5, 28 h. t., not. sup. Bas. I, 1, 22. Ans. Luc. XII, 69. Baron. ad ann. 394, n. 4. Vid. c. 26 h. t., not. sup.

latior erroribus. o) 4 *etroribus,* sed em. a sec. manu. p) Ita 3, 11; 4, edd. *XIV.* Go. *Dat.* pro *proposita, reddita* accipit, quia Theodosius his coss. Mediolano, ubi principio anni constitit, Constantinopolin se contulit, neque Romae commoratus est. q) 11 *Symago* et om. *VV. CC. Coss.* Ri*. *Simmacho.* Lab. add. ann. 381, err. r) Go. Be., inducto nomine *Valentiniani*, qui Id. Maii his coss. vita decesserat, reponi volunt *Impp. Theodosius et Arcadius AA.* Cum codd. consentiant, lex videtur facta esse aut vivo Valentiniano aut eo tempore, quo nescirent Constantinopoli, Valentinianum in Gallia interfectum esse; data autem mortuo Valentiniano, quod mihi probabilius est, quam errorem in ipso C. Th. quaerere, spectato potissimum brevi intervallo, quod intercedit inter mortem Valentiniani et diem, quo lex data esse dicitur. s) 11 *cleros.* t) Codd. Til. — Ri*. *conhibentia.* u) 4 *quod si is possionem*, et add. asteriscus atramento, quasi lacuna hic sit, ab antiqua manu, fortasse ipsius librarii, praeterea sup. lit. *ss* add. *ses* (possessionem), unde Til. ed. *quod si is possessionem, * quippe.* Cui. 1 — Lugd. *quod si id possessorem, * quippe.* 3, 11, rell. edd. *quod si id possessorem, quippe*, om. asterisco; recte; nihil enim deest. Mox 11 *gessum.* v) Cum literis *terit* incip. fol. 415[a] cod. 4. x) 4, Til. om. *auri.* 11 *decim.* y) 11 *praecipimus* (om. *si*) *servili fece discendens.* z) 3 *hac* et est h. l. apud Mai. P. 32 cod. 3. Go.: „*Paupertate ac vilitate sui poenam* etc. ita nonnulli legunt, et verba sequentia huc retrahunt.“ Codices inter se non differunt, nisi quod 4 *paupertatem* habet, ubi *m* del. a rec. manu. a) 4, Til. — Lugd. *Cum.* 3, 11, rell. edd. *Tum.* b) 3 *domina.* *) Be. prop. *aut*; codd. adversantur. c) Ita 3 (sed 3 *dedirint*), 11, prob. W.; 4, edd. *dederit.* d) Go.: „*Verum etsi,*“ sed codd. simpliciter *si*, quod nullo modo displicet. e) 3 *usurpatos*, vitio, ut W. recte opinatur, a praecedente *repertos* tracto. f) 4 *egi*, a rec. man. em. *exigi.* g) 11 om. subscriptionem. h) Ita 3, prob. W. Iam Go., quem Be. sequitur, prop. hunc numerum pro *III.*, ut ex cod. 4 editum est in Til. — Be. Ante me Lab. ed. *II.* ex Go. not. Ceterum accessit *A.* ex cod. 3, ubi add. *aug*; in rell. deest *A.*; sed in not. est etiam apud Be. i) 4, 11, edd. *Iidem AAA.* 3 non solum h. l., sed etiam in seq. c. *Impp. Theod. et Honor. Aug.*, prob. W., modo adiiciatur *Arcadius.* Cum ex his appareat, quae fuerit C. Th. scriptura, rest. *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius*, quos iam Go. et Be. iusserant inscribi c. 22 — 24 h. t. k) 4 *p̄ū.* Til. *P. V.* Cui. 1 — Lugd. Lab. *P. C.* Rell. *Proc.* Vid. supra XI, 16, 1, not. *m*; XV, 7, 9; infr. c. 28, 41, 54, 55 h. t. l) 11 *Constpl Honorio II. et Archadio III. āā.* Go. in Chron. ad *XVII.* ann.: „X. al. VII.“ ll) 4 om. *AAA.* Vid. not. *i* anteced. m) 4 *caparent*, rubr. col. em. *caperent.* 11 *caperint* — *relinquerint* — *credimus promulganda.* n) Fol. 415[b] cod. 4. o) Vid. c. 17 h. t. p) Go. cj. *pensiore*, neque vero mutari vult quicquam. q) 4 *scribant pariter adscribantur.* Til. *scribant, pariter adscribantur.* 11 *hac.* r) 3, 4, Til. — Lugd. Lab. *XII.* 11 *XVI* — *adrıano p̄p̄ Archadio* et om. *Coss.* Cui. 2 — Be. *XV.* de cj. s) Go. cj. *ne ulterius* et *per-*

praecepta vel docere vel discere. Ne[t] antistites eorundem audeant fidem insinuare[u], quam non habent, et[v] ministros creare, quod[x] non sunt. Ne[y] per conniventiam iudicantum omniumque, quibus per constitutiones[yy] paternas super hoc cura mandata est, eius modi audacia negligatur et crescat. *Dat. VII. Id. Iul. Constantinopoli, Arcadio*[z] *III. et Honorio II. AA. Coss.* (394.)

25. *Impp. Arcadius et Honorius AA.*[a] *Rufino Pf. P.* Omnes poenas, cuncta supplicia, quae sanctionibus divae recordationis genitoris[b] nostri adversum haereticorum sunt pertinacem spiritum[c] constituta, nostro etiam decreto reparantes[d] decernimus, [e]quicquid etiam his est contra meritum delinquentum, spe[f] correctionis, speciali quadam[ff] sanctione concessum, id[g] irritum esse. §. 1. Eunomianorum vero perfidam[h] mentem et nequissimam sectam speciali commemoratione damnamus, statuimusque, omnia, quae[i] contra illorum vesaniam decreta sunt, illibata custodiri: illud addentes, ne quis memoratae sectae militandi aut testandi[k] vel ex testamento sumendi habeat facultatem, ut sit [l]omnibus commune damnum, quibus etiam communis est religionis furor; cessante videlicet, si quid a patre nostro quibusdam fuerat super testandi iure beneficio speciali concessum. *Dat. III.**) *Id. Mart. Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.*[m] (395.)

26. *Iidem AA.*[n] *Rufino Pf. P.* Ne quis haereticorum, quos iam leges innumerae divi genitoris nostri continent, audeat coetus illicitos[o] congregare, profanaque[p] mente omnipotentis Dei contaminare mysterium, nec publice[q] nec privatim, nec in secreto nec palam. Nemo audeat[r] episcopi sibi nomen adsciscere[s] vel ecclesiasticum ordinem eorumque sanctissima nomina pollutis mentibus usurpare. *Dat. III.*[t] *Kal. April. Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

27. *Iidem AA.*[u] *Caesario Pf. P.* Conficiendorum testamentorum dari Eunomianis praecipimus potestatem, et concedi[v] id, quod divi genitoris nostri data nuper praeceptio continebat[vv]. *Dat. VIII. Kal. Iul.*[x] *Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

28. *Iidem AA.*[y] *Aureliano Proconsuli*[z] *Asiae.* Haereticorum vocabulo continentur et latis adversus eos sanctionibus debent succumbere, qui vel levi argumento a[a] iudicio catholicae religionis et tramite detecti fue-

---

— c. 25. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 25. 4 *c.* 16, sed rec. man. et Til. *c.* 15 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Similis octavae* (17 h. t.), *XIIII* (23 h. t.) *contraria adversus Eunomianos.*" Cf. c. 31 et 34 h. t., not. sup. Eam indicari et confirmari dicit Go. ab Arcadio in c. 13 C. Th. de Paganis (XVI, 10) et quoad Eunomianos ab eodem c. 27 h. t., a Theodosio iun. c. 49 h. t. Baron. ad ann. 395, n. 8. In h. c. terminatur P. 32 cod. 3, vid. infr. not. *b*. — c. 26. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 26. 4 *c.* 17, sed rec. man. Til. *c.* 16 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Baron. ad ann. 395, n. 9. Summ. C. Th.: „*XII* (21 h. t.), *XV* (24 h. t.) *et XIII* (22 h. t.) *similis.*" Eam indicari putat Go. in c. 13 C. Th. de Paganis (XVI, 10). — c. 27. 11, Cui. 1 — Be. Lab. c. 27. 4 *c.* 18, sed rec. man. Til. *c.* 17 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supra XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Similis XIIII* (23 h. t.)." Cf. c. 34, 36 h. t., not. sup. — c. 28. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 28. 4 *c.* 19, sed rec. man. Til. *c.* 18 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Cod. Iust. I, 5, 2, §. 1. Vid. c. 5, 24 h. t., not. sup., ex quibus legibus et h. c. c. 2 cit. conflata est. Baron. ad ann. 395, n. 10.

---

reptare pro *perpetrare*, utrumque sine necess. et contra codd. auct. Lex non integra esse videtur. c. 2 cit. Cod. Iust., praemissa c. 5 h. t. parte, sic pergit, verbis ex h. c. depromptis: *et nemo ulterius conetur quae repererit profana.* Aur. Lugd. *qua.* 11 *repperit.* t) Cod. Iust. *Nec.* 11 *antestites.* Til. *antistes*, ut 4. Cui. 2, 2* *audeat.* u) 11 *minuare.* v) Lab. om. *et.* x) Ita codd. et edd. ante Be. Is ex Cod. Iust. rep. *qui.* Ne offendaris neutro genere, cf. XV, 7, 8 *anus — aliud quam casta esse non possit* et I, 20, 2 *id quod esse dicuntur, esse non desinant.* Boni quoque Cod. Iust. libri mss. habent *quod.* Aliter Bas. μηδὲ ὑπηρέτας χειροτονεῖν αὐτοὶ μὴ κεχειροτονημένοι (nec ministros creare, cum ipsi creati non sint). y) Codd. Til. — Lugd. Lab. *ne.* Cui. 2 — Be. Cod. Iust. *nec.* Rest. *ne.* Codd. edd. ante Be. *conhibentiam* et Cod. Iust. *iudicantium.* yy) Vid. c. 12 h. t. z) 11 *Dat. VI — Archad.* etc. et om. *Coss.* a) Ita 3, prob. W. Idem iam prop. Go. et Be. pro *Iidem AAA.*, quod 4, Til. — Be. Lab. habent, ut non solum h. c. emendetur, sed multo magis inscr. quattuor seqq. c. b) 3 *genitores*, et videtur hic aut in proximis vv. P. 32 cod. 3 terminari, cum Mai. diversae scripturae nullam posthac faciat mentionem. c) 11, Cui. 2 — Be. *adversus — pertinaces spiritus.* d) 4, Til. *separantes.* e) Fol. 416[a] cod. 4. Ri*. mend. *Quiquid.* f) 4, Til. *spes corruptionis.* 11, Cui. 1 — Ri*. *spes correctionis.* Be. de cj. Go. rep. *spe*, recte. Etiam Lab. ed. *spe.* Ceterum Ri*. *delinquentium*, ut 11. ff) Mendose Cui. 2, 2* *quadem.* g) 4, Til. add. *in.* h) 4, 11 *perfidiam*, sed in 4 rubro em. *perfidam.* Mox 11 *sectem.* i) In 4 add. *de*, sed del. rubr. col. Mox 11 *vaesania.* k) 4, Til. *sectandi.* 11 *memorati sunt e militandi — habeant.* l) 11 *ut sitam*, unde Cui. 2 — Be. *ut sit iam.* Delevi igitur *iam*, quod deest in 4, Til. — Lugd. et Lab. *) 11 *IIII.* m) 11 *Olibrio et Probino* et om. *Coss.* Ri*. *Olibrio.* n) Ita scripsi hic et in tribus seqq. c. propter ea, quae dicta sunt ad c. 25 h. t., not. *a*. 4, 11, edd. *AAA.* o) 4 *inlicitus*, rubro col. em. *inlicitos.* p) 11 *profanaquae.* q) 4 *publicae*, rubro col. del. *a.* r) Fol. 416[b] cod. 4. s) 11 *aciscere.* t) 11, Cui. 2 — Be. *IV.* Mox 11 *Olibrio*, denique om. *Coss.* u) Vid. c. 25 h. t., not. *a*, c. 26, not. *n* et infr. not. *x*. 4, 11, edd. *AAA.* v) 4, Til. *concedendi.* Mihi probatur vulg. scriptura. vv) 11 *preceptione continebit.* Cf. c. 23 h. t. x) Aut *Ian.* Go. vult emendari, Caesario Pf. P. non ante V. Kal. Dec., quo die interfectus esse dicitur Rufinus, aut *Rufino Pf. P.* h. c. inscribi. Illud praefert. 11 *Olibrio et Pr.* et om. *Coss.* y) Vid. c. 25 h. t., not. *a* et c. 26, not. *n*. 4, 11, edd. *AAA.* z) 4 *p̄u.* Til. *P. V.* Vid. c. 22 h. t., not. *k*. a) 4, Til. — Lugd. Lab. om. *a.* Cum 11, Cui. 2 — Be., ubi add. *a*, consentit Cod. Iust. Cf. infra XVI, 10, 13 *a catholicae religionis dogmate deviare contendunt*, et Go. in comm., qui recte defendit v. *vel* non-

rint deviare[b]. Ideoque experientia tua[c] Euresium haereticum nec in numero sanctissimorum antistitum habendum esse cognoscat. *Dat. III. Non. Sept.*[d] *Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

29. *Iidem AA.*[e] *Marcello Magistro officiorum.* Sublimitatem tuam investigare praecipimus[f], an aliqui haereticorum vel in[g] scriniis[h] vel inter agentes in rebus vel inter[i] palatinos cum legum nostrarum iniuria audeant[k] militare; quibus, exemplo divi patris nostri, omnis[l] et a nobis negata est militandi facultas. Quoscunque[m] autem deprehenderis culpae huius[n] affines, cum ipsis, quibus[o] et in legum nostrarum et in religionum excidium conniventiam[p] praestiterunt, non solum militia eximi, verum etiam extra moenia urbis huiusce[q] iubebis arceri. *Dat. VIII.*[r] *Kal. Dec. Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.* (395.)

30. *Impp. Arcadius et*[s] *Honorius AA. Clearcho*[t] *Pf. U.* Cuncti haeretici procul dubio noverint, omnia sibi loca huius urbis[u] adimenda esse, sive sub ecclesiarum nomine teneantur, sive quae[v] diaconica appellantur[x] vel etiam decanica[y], sive in privatis domibus vel locis[z] privatis, fisco nostro accorporandis. §. 1. Praeterea omnes clerici haereticorum ex sacratissima urbe pellantur, neque his finibus[a] liceat convenire. §. 2. Ad hoc interdicatur his omnibus, ad litaniam faciendam[b] intra civitatem, noctu vel interdiu[c], profanis coire[d] conventibus; statuta[e] videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tuae[f], si quid huius modi fieri vel in publico vel in privatis aedibus concedatur. *Dat. V. Non. Mart. Constantinopoli, Arcadio*[g] *IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

31. *Iidem AA. Caesario Pf. P.* Doctores auctoresque Eunomianorum facinoris investigati clericique maxime[h], quorum furor tantum suasit[i] errorem, e civitatibus pellantur extorres. *Dat. XI. Kal. Maii Constantinopoli*[k], *Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

32. *Iidem AA. Caesario Pf. P.* Ne[l] Eunomianorum[ll] tanta dementia perseveret, sublimis magnificentia tua omni[m] studio auctores doctoresque Eunomianorum[n] investigare festinet; clericique eorum maxime, quorum furor tantum suasit[o] errorem, de *) civitatibus pellantur extorres et humanis coetibus segregentur. *Dat. X. Kal. Maii*[p] *Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* (396.)

— c. 29. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 29. 4 *c.* 20, sed rec. man. Til. *c.* 19 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Baron. ad ann. 395, n. 11. — c. 30. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 30. 4 *c.* 21, sed rec. man. Til. *c.* 20 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Cod. Iust. I, 5, 3 mut. Bas. I, 1, 23. Ans. Luc. XII, 70. Baron. ad ann. 396, n. 9. — c. 31. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 31. 4 *c.* 22, sed rec. man. Til. *c.* 21 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Iisdem verbis iteratur in c. 32 h. t., quae uno die recentior est. Nihilo secius eas inter se coniungendas esse nego. Sunt quidem eiusdem legis fragmenta, a compositoribus C. Th. ex diversis exemplaribus descripta et errore in eodem titulo repetita, neque vero diversae sententiae. Summ. C. Th.: „*Similis VIII* (17 h. t.) *et XVI* (25 h. t.)." Vid. c. sq., not. sup. et c. 36 h. t., not. sup. Socrat. V, 24 et Sozomen. VII, 17. — c. 32. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 32. 4 *c.* 23, sed rec. man. Til. *c.* 22 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 31 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Baron. ad ann. 396, n. 10. Vid. c. 34 et 36 h. t., not. sup.

nullis otiosum visum et supervacaneum. b) Cod. Iust. *Haereticorum autem vocabulo — succumbere debent — deviare*, et des. sqq. c) 11 *experientiae tuae* et infr. *antestitum*. Baron. l. c. nomen *Euresii* asterisco notavit, quasi in eo error subesset. Sed vid. Go. in comm. d) 11 *Febr. Constpl. Olibrio*. Ri*. *Olybio*, err. e) Vid. c. 25 h. t., not. *a* et c. 26, not. *n*. 4, 11, edd. *AAA*. f) 11 *praecepimus*. g) 4, Til. om. *in*. h) 11 *criminis*. i) Fol. 417[a] cod. 4. 11 *agentes vel in rebus vel in palatinos*. k) 11 *audeat*. l) 4, Til. — Lugd. Lab. *omnis*. 11, Cui. 2 — Be. *omnibus*. Neutrum quidem falsum est, sed plus auctoritatis habet codex 4 quam 11. m) 11 *quodcunque*. n) Go.: „Alias *huic*." 4 *adfinis*, rubro col. em. *adfines*. o) Go. em. *qui his*, recte. Summ. C. Th. *cum eis, qui subrepticie eis concesserunt*. p) 4, edd. ante Be. Lab. *conhibentiam*. Be., auct. Go., ed. *conniventiam*. 11 *cohibentium* et mox *militiae*. q) 11, Cui. 2 — Ri*. om. *huiusce*, sed Go. in not. suppl. *huius*. Mox 11 *archeri*. r) Go.: „Al. *IV*." Hoc habet 11, qui praeterea *Olibrio et Pr.* et om. *Coss*. s) Ri. om. *et*. 11 *Imp. Archad. et Honorius Clearco ppo*. Scrib. *Iidem AA*. Vid. c. 25 h. t., not. *a*. t) „Fort. *Claudio*, cui Pf. U. all. hoc anno legg. inscriptae. Praeter hanc vero alia non habetur ad Clearchum data ante a. 399." Be. Sed Cod. Iust. non differt. Nihil igitur muto. u) Cod. Iust. om. *huius urbis*. v) In Cod. Iust. deest *quae*. x) 11 om. *appellantur*. Go. cj. *appellentur*, ut est in Cod. Iust. y) 4, Til. *decanonica*, impr. Go. in comm. 11 *diaconica*. z) Seqq. ita mutata sunt in Cod. Iust. *vel locis huius modi coetibus copiam praebere videantur; his aedibus vel locis privatis ecclesiae catholicae vindicandis. Ad hoc* etc. a) 4, Til. om. *finibus*, quod additur in Cui. 1 — Be. Lab., sed commode abesse potest. 11 *linibus*. b) 11 *laetanias faciendum*. Cf. Dirksen l. c. p. 350. In Cod. Iust. om. *intra civitatem*. c) 4, 11, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Go. Lab. *interdie*. Cod. Iust. *nocte vel die*. d) Fol. 417[b] cod. 4. 11 *cohire*. e) Til. — Cui. 2* *conventibus statuta* sine interpunct. f) In Cod. Iust. add. *vel praesidale quinquaginta*. g) 11 *Archadio* et om. infr. *Coss*. h) 4, Til. *maximi*. 11 *Iidem AAA. Caessario Ppo Doctoresque Eunumtanorum — clerique maxime*. i) 11 *suasi*. Go. cj. *terrorem*, neque vero insistit huic cj. Ceterum Til. Cui. 1. Cui. 2, 2*. Go. *tantum*. Edidi e cod. 4, Til. Cui. 1 — Lugd. Lab. *e* pro *ex*, quod ex 11 in Cui. 2 — Be. manavit. c. 32 *de*. 11 *extorrens*. k) Seqq. desunt in cod. 4 et ap. Til., sed Til. *Constantinop.**. 11 *Mai* (om. *Constantinop.*) *Arcadio — AA ss Constpl*. l) 11 *Nec*. ll) 11 add. *investigari*. m) 11 *omnis*. n) 4 *Eunominorum*, rubro col. supr. *i* add. *a*. o) 11 *festinat clerique — tantam suasi*. Vid. not. *i* antec. *) c. 31 h. t. *e*. p) Til. *Kal.**

33. *Iidem AA. Eutychiano*[pp] *Pf. P.* Doctores Apollinariorum tota maturitate praecipimus ex aedibus[q] carae nobis abscedere civitatis, ita ut, si obumbrati latebris abire[r] neglexerint, occultos coetus, ut aestimant, habituri, ea loca vel domus, quibus praedictos[s] congregaverint, fisci rationi[t] nectantur. *Dat. Kal. April. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.* (397.)

34. *Iidem AA. Eutychiano*[u] *Pf. P.* Eunomianae superstitionis clerici seu Montanistae consortio vel[v] conversatione civitatum universarum atque urbium expellantur. Qui si forte in rure degentes aut populum congregare aut aliquos probabuntur inire conventus, perpetuo deportentur; procuratore[x] possessionis ultima animadversione punito, domino possessione privando, in qua his consciis ac tacentibus infausti damnatique conventus probabuntur agitati. Si vero in qualibet post publicatam solenniter[y] iussionem urbe deprehensi aut aliquam celebrandae superstitionis gratia ingressi domum probabuntur, et ipsi ademptis bonis ultima animadversione plectantur, et domus, in qua ea sorte, qua[z] dictum est, ingressi, nec statim a domino[a] dominave domus expulsi ac proditi fuerint, fisco sine dilatione[b] societur. §. 1. Codices sane eorum[c], scelerum omnium doctrinam ac materiam continentes, summa sagacitate mox quaeri ac prodi[d] exserta auctoritate mandamus, sub adspectibus[e] iudicantum incendio mox cremandos. Ex quibus si qui forte aliquid qualibet occasione vel fraude occultasse[f], nec prodidisse convincitur, sciat, se velut noxiorum codicum et maleficii crimine conscriptorum retentatorem[g], capite esse plectendum. *Dat. IV. Non. Mart. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano*[h] *Coss.* (398.)

35. *Iidem AA.*[i] *Dominatori Vicario*[k] *Africae.* Noxios Manichaeos exsecrabilesque[l] eorum conventus, dudum iusta[m] animadversione damnatos, etiam speciali praeceptione[n] cohiberi decernimus. Quapropter quaesiti[o] adducantur in publicum, ac detestati[p] criminosi congrua et severissima emendatione resecentur.[q] In eos etiam[r] auctoritatis[s] aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda provisione[t] defendent.[u] *Dat. XVI. Kal. Iun. Mediolano, Theodoro V. C. Cos.*[v] (399.)

36. *Iidem AA. Eutychiano*[x] *Pf. P.* Eunomianis poenam[y] adimendae testamenti factionis peregrinorum-

— c. 33. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 33. 4 *c.* 24, sed rec. man. Til. *c.* 23 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Baron. ad ann. 397, n. 57 (68?). — c. 34. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 34. 4 *c.* 25, sed rec. man. Til. *c.* 24 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 36 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Octavae* (17 h. t.), *sextae et decimae* (25 h. t.) *ac IIXX* (27 h. t.), *III et XX* (32 h. t.) *similis.*“ Cf. Philostorgius XI, 5 et Nicephorus XIII, 1. Baron. ad ann. 393, n. 78. — c. 35. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 35. 4 *c.* 26, sed rec. man. Til. *c.* 25 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Fortasse coniungenda est cum c. 6 C. Th. de Off. procons. (I, 12), quae in eundem fere diem incidit. Tum vero in c. 6 cit. leg. *p. C.*, i. e. *post consulatum Honorii A. IV. et Eutychiani Coss.* Cf. supr. XII, 9, 3, not. sup. Cod. Iust. I, 5, 4, §. 7. Vid. infr. not. *q*. Bas. I, 1, 24. Ans. Luc. XII, 71. Baron. ad ann. 399, n. 81. — c. 36. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 36. 4 *c.* 27, sed rec. man. Til. *c.* 26 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Summ. C. Th.: „*Haec varia est. In capite IIII et X* (23 h. t.) *et VIII et X* (27 h. t.) *similis et VIII* (17 h. t.) *contraria. In fine quintae et vicesimae* (34 h. t.) *similis, XXIII* (32 h. t.) *et XXII* (31 h. t.).“

et om., ut in cod. 4, *Maii.* 11 *Archadio* etc. et om. *Coss.* Aur. Lugd. *Cons.* pp) Mendose Cui. 2, 2* *Entychiano.* 11 *AAA. Euticiano.* q) Go. non male cj. *sedibus.* „An, inquit, *sedibus:* ut ita litera S. occasione praecedentis vocis exciderit: neque enim hac lege tantum de domibus, sed etiam de aliis locis agitur.“ 11 *edibus*, qui hoc loco sic: *Doctores Apollinariorum totam maturitatem praecipimus ex edibus care nobis civitates abscedere.* Cui. 2, 2* *harae.* r) Fol. 418[a] cod. 4. s) 11 *occultus* — *estimant* — *domos quibus predictos.* t) 4, Til. *fisca ratione.* 11, Cui. 1 — Ri*. Lab. *fisci ratione.* Go. cj. *rationi*, quod Be. rec., recte. Mox 11 *ss* pro *Coss.* u) 11 *Idem AAA. Euticiano.* v) 4 *consortiove*, rubro col. *l* add. supr. *ve* (vel). 11 *Eunomiane s. cleri seu Montanis tui* — *forte inruere* — *probabantur.* x) 4 *procuratores*, rubro col. *s* deletur. y) 11 *sollemnitatem.* z) 11 *probantur et ipsi ademptus* — *domos qua ea sorte in qua.* a) Fol. 418[b] cod. 4. b) Ri. — Be. *delatione*, male. Vid. c. 39 h. t. c) Aur. Lugd. om. *sane eorum.* Mox 11 *materia.* d) 4 *proditi*, rubro col. del. *ti.* 11 *prodidi.* e) Cui. 2 — Be. add. *eorum.* Delevi *eorum*, cum desit in Til. — Lugd. Lab. et in utroque codice, 4 et 11, et commode desit. Go. ita quidem interpretatur h. l.: „sub aspectibus *eorum*, Eunomianorum scilicet, cremari eos iubet Arcadius: *Iudicantum incendio: Iudicantum*, id est, Iudicum — *Iudicantum incendio*, id est imperato per iudices incendio,“ sed ei etiam in mentem venit tollere v. *eorum* et haec vv. coniungere *sub adspectibus iudicantum.* Ita etiam Summ. C. Th. *in conspectu iudicum.* Rein. ad v. *iudicantum:* „Potest tolerari: sed aliud subesse odoror: quid vero, nondum constitui.“ f) 11 om. *occultasse.* g) Cui. 2, 2* *conscribtorem retentatorum, capite* et Go. — Ri*. *conscribtorum, retentatorum, capite*, mendose. Transiit *retentatorum* ex cod. 11 in Cui. 2. Recte tamen Rein. em. *conscribtorum retentatorem.* h) 11 *Euticiano* et om. *Coss.* Aur. Lugd. *Cons.* i) 11 *AAA.* k) Go. Be. volunt *Proconsuli* propter c. 2 Cod. Iust. de Appar. proc. (XII, 56); sed vid. supr. I, 12, 6. l) 11 *execrabilesquae.* m) 4, 11 *iuxta*, sed in 4 rubr. col. em. *iusta.* n) Go.: „Hac.“ 11 *cohibere.* o) Aur. Lugd. *quae siti.* p) Bar. *detestiti*, sed in m. *detestati.* Go. tentat *detecti*, neque vero mutat *detestati;* interpretatur enim h. v. inter ceteros maxime detestabiles. Etiam Lab. in m. *detecti.* q) Seqq. in c. 4 Cod. Iust. cit. recepta sunt, ubi efficiunt §. 7. r) Fol. 419[a] cod. 4. s) Cod. Iust. add. *nostrae*, improb. Go. t) Go. non vult em. *proditione*, recte; nam *provisio* significat commentum, machinationem (ut Dirksen explicat in Manual. Latin.) sive potius curam, cautelam, defensionem. u) Cui. 1 — Lugd. Lab. *defendant.* Cod. Iust. *defendunt.* Bar. *detentant*, in m. *defensant* vel *defendunt.* 4, 11 *defendent*, ut Til. Cui. 2 — Be. v) 11 *Theodoro vic* et om. *Cos.* Aur. Lugd. *Conss.* Go. Lab. Ri. *Coss.* x) 11

que[yy] mutandae conditionis remittimus. Patimur, eos et donandi[z] e suis facultatibus, ut velint, et dono rursus ab aliis accipiendi habere liberam potestatem. §. 1. Conciliis vero abstineant, coetus illicitos derelinquant et sciant, sibi interdictas esse collectiones aut poenas paratas: ita ut fundi procurator vel domus urbanae villicus, in quibus profana mysteria fuerint celebrata, ultimo supplicio feriantur, ipsaque possessio et domus fisco vindicetur, si sciente domino et non prohibente nostrae iussioni fuerit obnisum. §. 2. Praeterea ministri sceleris, quos falso nomine suo antistites vocant, si in collectione aliqua fuerint comprehensi, deportentur[a], omnibus bonis ablatis. *Dat. prid. Non. Iul. Constantinopoli,*[b] *Theodoro V. C. Cos.* (399.)

37. *Iidem AA. Hadriano Pf. P.*[c] Rescriptum, quod Donatistae a Iuliano tunc principe impetrasse dicuntur, proposito programmate[d] celeberrimis in locis volumus anteferri, et gesta[e], quibus est huiusce modi allegatio inserta, subnecti, quo omnibus innotescat et catholicae confidentiae[f] stabilita constantia et Donatistarum desperatio fucata[g] perfidia. *Dat. V.* *) *Kal. Mart. Ravenna, Stilicone*[h] *et Aureliano Coss.* (400.)

38. *Iidem AA. et Theodosius A. Edictum.*[i] Nemo Manichaeum, nemo Donatistam, qui praecipue, ut comperimus, furere non desistunt, in memoriam revocet. Una sit catholica veneratio, una salus[k] sit, trinitatis par sibique[l] congruens sanctitas expetatur[m]. Quod si quis audeat interdictis sese illicitisque miscere[n], et praeteritorum innumerabilium constitutorum[o] et legis nuper[p] a mansuetudine nostra prolatae laqueos non evadat, et si turbae[q] forte convenerint seditionis, concitatos[r] aculeos acrioris commotionis non dubitet exserendos[s]. *Dat. prid. Id. Febr. Ravenna, Stilicone*[t] *II. et Anthemio Coss.* (405.)

39. *Iidem AAA. Diotimo*[u] *suo salutem.* Donatistae superstitionis haereticos, quocunque[v] loci, vel fatentes vel convictos, legis[x] tenore servato poenam debitam absque dilatione persolvere decernimus. *Dat. VI. Id. Dec. Ravenna, Stilicone II. et Anthemio Coss.*[y] (405.)

40. *Iidem AAA. Senatori Pf. P.*[z] Quid de Donatistis[a] sentiremus, nuper ostendimus[b]. Praecipue tamen Manichaeos vel Phrygas[c] sive Priscillianistas[d] me-

— c. 37. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 37. 4 *c.* 28, sed rec. man. Til. *c.* 27 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Baron. ad ann. 362, n. 265 et ad ann. 400, n. 21. In Monum. vet. ad hist. Donat. spectantibus ed. Dupin. l. c. p. 209. — c. 38. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 38. 4 *c.* 29, sed rec. man. Til. *c.* 28 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 3 C. Th. Ne sanctum baptisma (XVI, 6) et secund. Go. cum c. 4 et 5 eod., quae eodem quidem die, sed Hadriano datae sunt. Meminit huius edicti Honorius in c. 2 C. Th. de Religione (XVI, 11), meminerunt etiam, ut Go. putat, patres Africani triennio post can. 99 cod. Afric. (ap. Harduin. T. 1, p. 922) et Auctoritas Consularium Idatio subdita. Cf. c. 39 h. t., not. sup. et c. 40, not. *b*. Dupin. l. c. p. 215. Baron. ad ann. 405, n. 27. — c. 39. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 39. 4 *c.* 30, sed rec. man. Til. *c.* 29 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. et c. 40 h. t., not. *b*. Baron. ad ann. 405, n. 28. Dupin. l. c. p. 219. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*" Go. cf. iubet ep. 50 (s. 185 ed. Bened.) ad Bonifacium; ep. 68 (s. 88 ed. Bened.) n. 7; ep. 166 (s. 105 ed. Bened.) n. 4 ad Donatistas; contra literas Petiliani lib. II, c. 83; ep. ad Crispinum 173 (s. 66 ed. Bened.); Possidonium in v. Augustini c. 12 et alios locos, c. 21 h. t., not. sup. nominatos. — c. 40. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 40. 4 *c.* 31, sed rec. man. Til. *c.* 30 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Extrema pars c. similis est c. 4, §. ult. C. Th. Ne sanctum baptisma (XVI, 6). Cod. Iust. 1, 5, 4 omm. nonn. Bas. I, 1, 24. Anselm. Luc. XII, 71. Cf. Cui. Observatt. XII, 30 et Herrmanni ed. Cod. Iust. c. 4 cit., not. sup. Baron. ad ann. 407, n. 2, 3. Go.: „eandem, inquit, prolixe expendit Iustus Meierus, qui adversus Schoppii classicum scripsit, *a pag.* 151. *ad p.* 185. ultima tamen sententia, quae incipit *Perferri* (Praeferri), omissa seu intacta." Indicatur, ut Go. putat, in c. 48 et 49 h. t. Vid. c. 48, not. *l* et 49, not. *tt*.

Idem AAA. Euticiano. y) Ita 4, Til. — Lugd. Lab.; 11 *poenas adimenda*, unde Cui. 2 — Be. *poenas*. yy) 4 *peregrinorumquae.* z) 11 *dominandi*; infra *coetos* et *domos urbane vilicus.* Etiam 4, Til. — Lugd. *vilicus.* a) 11 *obnixum praeterea ministris cleri — antestites — deportantur.* b) Fol. 419[b] cod. 4. 11 *Theodoro vic* et om. *Cos.* c) 11 *Idem AAA. Adriano Ppo.* Etiam Lab. *Adriano.* d) 11 *principem — procramate.* e) Go.: „*Iudicum.*" f) 4 *confidentiaeststabilita*, sed corr. rubr. col. g) Go. recte eos impr., qui em. *fugata.* Habent hoc Cui. 2, 2* in m. ex cod. 11 et Bar.; Be. prop. *desperatio et fucata perfidia*, bene. *) Go. in Chronol. *Prid.* h) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. Lab. *Stilichone.* Aur. Lugd. *Stilic.* 11 om. *Coss.* i) 4 *Id aaa Edictum.* Til. — Lugd. Lab. *Idem AAA. Edictum.* 11 *Idem AAA Theod a Edictum*, unde in Cui. 2, 2* et sqq. edd. vera scriptura restituta est. k) 11 *Ne Manicheos — fuere — salis.* Etiam Ri*. *fuere.* l) 11, Cui. 2 — Ri*. *sibi.* m) 4, Til. — Lugd. *expectatur.* n) 11 *interdictis esse inlicitisquem miscere.* o) Go. *constitutionum.* p) Go.: „Lex ab Honorio antea lata adversus Manichaeos, Donatistas." q) 4, Til. om. *laqueos — turbae.* Cui. 1 — Lugd. Lab. *evadet.* r) Go. em. *concitator*, quod Lab. rec. Non opus est em., si interpungitur post *seditionis*, et iunguntur vv. *turbae seditionis*, quod feci suad. Be.; in edd. enim *convenerint, seditionis concit.* Sed probabilis est Go. cj., praesertim cum sequatur *dubitet.* Cf. Digest. XXXXIX, 1, 16 *latrones vel seditionum concitatores.* 11 *agrioris.* s) Cum literis *serendos* incip. fol. 420[a] cod. 4. t) 4, Til. Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. Lab. *Stilichone.* 11 om. *Coss.* u) 11, Cui. 2, 2* *Diodimo.* Fuit *proconsul Africae.* Vid. supr. XI, 30, 62. In c. 2 C. Th. de Relig. (XVI, 11) vulgo *Diotimius* appellatur. v) 11 *quorumcumque.* x) *Theodosianae.* Cf. c. 21 h. tit. y) 11 *Antemio* et om. *Coss.* 4, edd. ante Be. Lab. *Stilichone.* z) 4 *pu.* Til. *P. V.*, improb. Go. Cod. Iust. *Iidem* (i. e. Arcad. et Honor.) *et Theodosius AAA.* a) 11 *Donatis.* b) Go. putat indicari c. 38, 39 h. t. et c. 4, 5 C. Th. Ne sanctum baptisma (XVI, 6). Cod. Iust. *Manichaeos seu Manichaeas vel Donatistas meritissima severitate persequimur.* Ri. ad h. l. Cod. Iust. cf. iubet Cornelii van Bynkershoek Observ. Iur. Rom. lib. I, cap. 12. c) 4, Til. — Ri*. *Frygas.* 11 *Frigas.* d) 4, 11,

ritissima severitate persequimur[c]. Huic itaque hominum[f] generi nihil ex moribus, nihil ex legibus sit commune cum ceteris[g]. §. 1. Ac primum quidem volumus esse publicum crimen, quia, quod in religione divina committitur[h], in omnium fertur iniuriam. §. 2. Quos bonorum etiam publicatione persequimur; quae[i] tamen cedere iubemus proximis quibusque personis, ita ut adscendentium vel descendentium vel venientium ex latere cognatorum usque ad secundum gradum, velut in successionibus[k], ordo servetur. Quibus ita demum ad[l] capiendas facultates esse ius patimur, si non et ipsi pari conscientia polluuntur. §. 3. Ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate et successione, quolibet titulo venientes. §. 4. Praeterea[m] non donandi[n], non emendi, non vendendi, non postremo contrahendi cuique[o] convicto relinquimus facultatem. §. 5. In mortem quoque inquisitio tendit.[p] Nam si in criminibus maiestatis licet memoriam accusare defuncti, non immerito et hic debet subire iudicium[q]. Ergo et suprema illius scriptura irrita sit, sive testamento sive codicillo, sive epistola sive quolibet[r] genere reliquerit voluntatis, qui aut[s] Manichaeus aut Phryga[t] aut Priscillianista[u] fuisse[v] convincitur; hoc quoque casu[x] eadem illa[y] circa gradus superius comprehensos conditione servata: alioquin nec filios exsistere *) aut adire permittimus, nisi a **) paterna pravitate discesserint. Delicti enim veniam poenitentibus damus[z]. §. 6. Servos etiam[a] extra noxam[b] esse volumus,[c] si, dominum sacrilegum reverentes[d], ad ecclesiam catholicam servitio fideliore transierint. [e] §. 7. Praeferri[f] huius modi hominum coetus domino, etsi non communione criminis implicato, sciente tamen, nec prohibente contraxit, patrimonio nostro societur. Ac si dominus ignoravit[g], actor vel procurator possessionis, coercitus plumbo, perpetuo[h] metallorum operi deputetur, conductor, si idoneus[i] est, deportabitur. §. 8. Rector provinciae, si haec crimina[k], dissimulatione vel gratia, delata distulerit, aut convicta neglexerit, sciat, se mulcta viginti librarum auri feriendum. Defensores quoque et principales urbium singularum, nec non et officia provincialia decem librarum auri poena constringet, nisi in his, quae a iudicibus super hoc praecepta fuerint, exsequendis et sagacissimam[l] curam et solertissimam operam commodarint. *Dat. VIII. Kal. Mart. Roma*[m], *Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss.* (407.)

41. *Iidem AAA.*[n] *Porphyrio*[o] *Proconsuli*[p] *Africae.* Licet crimina[q] soleat poena purgare, nos tamen pravas hominum voluntates admonitione[r] poenitentiae volumus emendare. Quicunque igitur haereticorum, sive Dona-

— c. 41. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 41. 4 *c.* 32, sed rec. man. Til. *c.* 31 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 38 C. Th. de Episcopis (XVI, 2), neque vero c. 43 h. t., ut Go. vult. Baron. ad ann. 407, n. 41. Dupin. l. c. p. 221.

Til. — Cui. 2* *Priscilianistas.* e) 11 *persequitur.* f) 11 *omnium.* g) Cod. Iust. *commune sit cum ceteris.* h) 11 *committimur.* Cod. Iust. Lab. *in religionem divinam*, non male. i) 4, 11, Til. *qui* et 11 *caedere* — *discendentium* — *conatorum.* Sententia *quae* — *polluuntur* om. in Cod. Iust., partim vero legitur in Bas. Cf. Herrmann ad c. 4 cit., not. sup. et Dirksen l. c. p. 351 et Cui. l. c. k) Literae *nibus* primae sunt fol. 420[b] cod. 4; in ima pag. legitur signum quaternionis *N*Є. l) 11 *de* pro *ad.* m) 4, 11 *ab omni liberalitatis et successionis quolibet titulo venientes praeterea.* Til. *ab omni liberalitatis, et successionis quolibet titulo. Venientes praeterea*, improb. Go. Cui. 2, 2* *ab omni liberalitatis, et successionis quolibet titulo venientes. Praeterea*, improb. Go., sed Rein. em. *venientis.* Cui. 1 — Lugd. Go. — Be. *ab omni liberalitate et successione, quolibet titulo veniente* (Cui. 1 — Lugd. interp. post *liberalitate*, neque vero post *successione*). *Praeterea* etc. Videtur Cuiacius hanc scripturam invenisse in eo codice, ex quo librum XVI. integrum primus edidit. Sed praestat legere *venientes* cum codd. 4 et 11. Go. admittit em. *ab omni liberalitate et successionis quolibet titulo venientis.* n) 11 *donendi.* Cui. 1 *no emendi.* o) Cod. Iust. *cuiquam.* p) Ita codd. Til. — Ri*. Lab.; Be., de cj. Go., ed. *tendat.* Similiter Cod. Iust. *tendatur.* Ferri potest *tendit.* q) 11 *iuditio.* r) In Cod. Iust. add. *alio.* s) 11 *quia ut.* Go.: „*Voluntatis*, sustineri potest." Vid. infra not. *v.* t) 4, Til. — Ri*. *Fryga.* 11 *Friga.* u) 4, 11, Til. — Cui. 2* *Priscilianista.* v) Go. om. *fuisse.* Cod. Iust. *voluntatem, qui Manichaeus fuisse convincitur. Sed nec filios heredes eis exsistere* et om. *hoc* — *alioquin*, quae vero in Bas. leguntur. Cf. Dirksen l. c. et Herrmann l. c. et Cui. l. c. x) 11 om. *casu.* y) 11 *illi.* 4 *grados*; em. rubro col. *) Go.: „Apparet, *filios existere* ἁπλῶς dici, pro filios haeredes existere (vid. supr. not. *v*): ut proinde non debuerint nonnulli hunc locum de mendo suspectum facere." **) Ri*. om. *a.* z) Hic in Cod. Iust. inseritur sententia ex c. 35 h. t. deprompta, ubi vid. not. *q.* a) Cod. Iust. *servos insuper.* b) 4 *nosxam*, em. rubro col. *noxam.* c) Fol. 421[a] cod. 4. d) 4, Til. *revertentes.* 11, Cui. 1 — Lugd. Lab. *reverentes*, impr. Go., cui displicet etiam, quod cj. *fugientes.* Cui. 2 — Be. *revelantes*, de cj. ut videtur Cuiacii. Cod. Iust. *evitantes.* Reposui *reverentes*, i. e. metuentes, detestantes sacrilegium s. haeresin domini, quod concinit cum Cod. Iust. et cum Bas., ubi φεύγοντας. e) Seqq. des. in Cod. Iust. f) Til. — Lugd. *transierint, praeferri.* Cui. 2, 2* *transierint, perferri.* Go. — Ri*. *transierint. Perferri.* Lab., de cj. Go., *transierint. Praedium quod huiusmodi*, recte, etsi 4, 11 *praeferri* habent. Go. hoc quoque cj. *Praeterea domus quae* vel *Praeter id, cuiusmodi domus hominum.* g) 4, Til. — Be. *ignorabit*, sed a sec. man. in cod. 4 corr. *ignorauit*, i. e. *ignoravit*, quod 11 habet, Be. cj., Lab. edidit, ego quoque restitui. h) 4, 11 *perpetui*, rubro col. in cod. 4 em. *perpetuo.* i) Ita 4, 11, edd.; P. Burgius, Elect. I, 15 et post eum alii cj. *ingenuus*, quod Lab. edidit. Cf. c. 21 et 65 h. t. Sed Go. in comm. h. c. multis verbis defendit v. *idoneus.* k) 11 *ad dissimulationem.* Til. — Lugd. *crimina dissimulatione, vel gratia delata distulerit.* Cui. 2, 2* *crimina dissimulatione vel gratia, delata distulerit.* Go. — Ri*. *crimina dissimulatione, vel gratia, delata distulerit.* Lab. non interpungit. l) 11 *sanctissimam operam commodarent* et om. *curam et solertissimam.* m) Cod. Iust. *Romae*; rell. *Rom.* 11 om. *Coss.* n) 4 *Id aaa.* 11, Til. — Go. Lab. *Idem AAA.*, recte. Ri. — Be. *AA.* o) 4, 11, Til. — Ri*. *Porfyrio.* p) 4 *pu.* Til. — Lugd. Lab. *P. V.* Vid. c. 22 h. t., not. *k.* q) Fol. 421[b] cod. 4. r) 11 *admonitionem.* s) 11 *fidem meritumque omnes*

tistae sint sive Manichaei vel cuiuscunque alterius pravae opinionis ac sectae, profanis ritibus aggregati catholicam fidem et ritum, quem per omnes homines cupimus observari[s], simplici confessione susceperint, licet[t] adeo inveteratum malum longa ac diuturna meditatione nutriverint, ut etiam legibus ante latis videantur obnoxii: tamen hos, statim ut fuerint Deum simplici religione confessi, ab omni noxa absolvendos esse censemus, ut ad omnem reatum, seu ante contractus est, seu postea[u], quod nolumus, contrahitur, etiamsi maxime[v] reos poena videatur urgere, sufficiat ad abolitionem[x], errorem[y] proprio damnavisse iudicio, et Dei omnipotentis nomen, inter ipsa quoque pericula requisitum, fuisse complexum, quia nusquam debet in miseriis[yy] invocatum religionis deesse[z] subsidium. Ut[a] igitur priores, quas statuimus, leges in excidium sacrilegarum mentium omni exsecutionis urgeri iubemus effectu, ita hos[b], qui simplicis fidem religionis, licet sera confessione, maluerint[c], censemus datis legibus non[d] teneri. Quae ideo sanximus, quo[e] universi cognoscant, nec profanis hominum studiis deesse vindictam, et ad rectum redundare[f] cultum, legum quoque adesse suffragium. *Dat. XVII. Kal. Dec. Roma, Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss.*[g] (407.)

42. *Impp. Honorius et Theodosius AA. Olympio Magistro officiorum et Valenti Comiti domesticorum*[h]. Eos, qui catholicae sectae sunt inimici, intra palatium militare prohibemus, ut[i] nullus nobis sit aliqua ratione coniunctus, qui a nobis fide et religione discordat. *Dat. XVIII. Kal. Dec. Ravenna, Basso et Philippo Coss.*[k] (408.)

43. *Iidem AA.*[kk] *Curtio Pf. P.* Omnia, quae in Donatistas, qui et Montenses[l] vocantur, Manichaeos sive Priscillianistas vel in gentiles a nobis generalium legum auctoritate[m] decreta sunt, non solum manere decernimus, verum in exsecutionem[n] plenissimam effectumque deduci, ita ut[o] aedificia quoque vel horum vel Coelicolarum etiam, qui[p] nescio cuius dogmatis novi conventus habent, ecclesiis vindicentur. Poena vero lege proposita veluti convictos[q] tenere debebit eos, qui Donatistas se[r] confessi fuerint, vel catholicorum communionem refugerint scaevae religionis obtentu[s], quam-

— c. 42. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 42. 4 *c.* 33, sed rec. man. Til. *c.* 32 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Go. eam coniungendam esse putat cum c. 43, 44 h. t. et cum c. 19 C. Th. de Paganis (XVI, 10), etsi inscriptionibus et subscriptionibus diversae sint. Dicit praeterea, eam indicari c. 48 h. t. (cf. c. 48, not. *l*), sed abrogatam esse ab Honorio test. Zosimo V, 46. Baron. ad ann. 408, n. 16. — c. 43. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 43. 4 *c.* 34, sed rec. man. Til. *c.* 33 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 42 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 19 C. Th. de Paganis (XVI, 10), una cum qua deprompta est ex c. XII. Sirmond. Indigitatur in c. 52 h. t. Pars legis infarta est c. 12 Cod. Iust. de Iudaeis (I, 9). Vid. infr. not. *o*. Bas. I, 1, 42. Go. h. c. et c. 44 et 46 h. t. indicari putat c. 19 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8). Baron. ad ann. 408, n. 24. Dupin. l. c. p. 221.

homines cupimus observari. Cui. 2 — Be. male *fidem et meritum, quae omnes homines cupimus observare.* t) 4 *liceat*, rubr. col. del. *a.* u) Go.: „*Contrahetur.*" v) Rubro col. in cod. 4 em. *maximi.* x) 11 *suffitia.* 4 *obolitionem*, rubro col. em. *abolitionem.* y) Etsi recte Cui. 2 — Be. Lab. *errorem*, tamen 4, 11, Til. — Lugd. *errorum*, ut construendum sit, *ad abolitionem errorum, proprio*, quod propter antec. *ut ad omnem reatum* minus aptum est. Errore Go. dicit, in Lugd. editione esse *eorum.* yy) 4, 11, Til. — Lugd. Lab. *miseris.* Cui. 2 — Be. *miseriis.* Praetuli *miseriis* propter praepos. *in.* z) Fol. 422[a] cod. 4. a) 11 om. *Ut*; idem mox *lege ineexcidium.* b) 4, 11, Til. — Lugd. *his*, mendose, sed 11 *iubemus effici vita his.* c) 4, Til. — Lugd. *qui simplicis fide religionis, licet sera confessione maluerint.* 11 *qui simplicis fidē religionis licet sera confessionem maluerit.* Cui. 2 — Be. Lab. *qui simplicis fide religionis, licet sera, confessionem maluerint*, quam scripturam Go. sanam esse putat, neque mutandam in *confessione uti maluerint*, dissimulans, quam impedita sit oratio, et quam incongrue v. *sera* coniungatur cum antec. *fide.* Emendavi igitur, adhibito utroque codice, *qui simplicis fidem religionis, licet sera confessione, maluerint.* Supra *catholicam fidem — simplici confessione susceperint.* d) 11 om. *non.* e) 4 *sancximus.* 11 *Que ideo sancximus quae.* f) Ita codices, edd. Go. em. *redeunti* vel *redundanti* pro *redeundi*, et impr. docti alicuius em. *redituris.* Be. prop. *redundantibus* vel *redeuntibus.* Vulgatā scriptura videtur defendi posse. *Redundare* idem est atque proficere, pertinere. Dicit imperator, proficere vero cultui, si sciant homines, poenitentibus non deesse veniam legis, aut veri cultus esse, ignoscere poenitentibus. Sed tamen nolo negare, in v. *redundare* mendum inesse. g) 11 *legumque adesse — Romam* etc. et om. *Coss.* Go. videtur supplere subscr. ex c. XII. Sirmond. h) 11 *Olimpio — demesticorum.* i) Ab 11, Cui. 2 — Ri*. abest *ut* et abesse potest. k) Go. videtur subscriptionem emendare ex c. XII. Sirmond. kk) 4 om. *AA.* l) 4 *Monteses.* Mox 4, 11, Til. — Cui. 2 * *Priscilianistas.* In c. XII. Sirmond. haec praecedunt: *Profanos haereticorum spiritus superstitionemque gentilium vel sola quidem religiosorum virorum sacerdotum Dei in observandis sollicitudo criminibus, sedulitas in monendo, auctoritas in docendo, emendare debuerat. Nec nostrarum tamen legum scita cessarunt, quae in Dei omnipotentis cultum, poenae etiam terrore proposito, reducerent deviantes, ignaros quoque in ministeria divina formarent. Sed nimirum ipsa vis mali, humana pariter ac divina permiscens, deceptos plerosque persuasionibus pravis, tam in praesens, quam in futurum impellit exitium: et Deo simul ac nobis perdit infelicium vitas, quas et hic legibus dedit et illic cogit ferre iudicium. Compulsi igitur Donatistarum pertinacia, furore gentilium, quae quidem mala desidia iudicum, conniventia officiorum, ordinum contemptus accendit, necessarium putamus iterare, quae iussimus. Quapropter omnia, quae in* etc. m) Fol. 422[b] cod. 4. n) 11 *verum etiam exequutionum.* Aur. Lugd. *veurm.* o) Sqq. usque ad v. *vindicentur* infarta sunt c. 12 Cod. Iust. cit.: *aedificia autem eorum, quae nescio cuius novi dogmatis c. h., e. v.* p) 4, 11, edd. *quae.* Reposui *qui* ex c. XII. Sirm., quod sententia postulat et iam Be. prop. Go. videtur v. *quae* ad *aedificia* referenda esse, quo relata est etiam in Cod. Iust. q) 4, 11, Til. — Lugd, Lab. *convinctos.* Veram scripturam, quam habet c. XII. Sirmond., rest. Cui. in Cui. 2. 11 *teneri.* r) 11 *Donatistas esse confessi.* s) c. XII. Sirm. *vel catholicorum sacerdotum*

vis Christianos esse se simulent[t] etc. *Dat.*[u] *XVII. Kal. Dec. Romae, Basso et Philippo Coss.* (408.)

44. *Iidem AA. Have Donate karissime nobis*[v]. Donatistarum haereticorum, Iudaeorum[x] nova atque inusitata detexit[y] audacia, quod catholicae fidei velint sacramenta turbare. Quae pestis atque[yy] contagionis si latius[z] emanet ac profluat. In eos igitur, qui aliquid, quod sit catholicae sectae contrarium adversumque, tentaverint*), supplicium iustae animadversionis exprومi praecipimus. *Dat. VIII. Kal. Dec. Ravenna*[a], *Basso et Philippo Coss.* (408.)

45. [b]*Iidem AA. Theodoro Pf. P. II.* Defensorum, curialium omniumque officiorum specula custodiat[c], ne quis intra aliquam civitatem vel ulla territorii parte secreta, qui ab ecclesiae catholicae[d] sacerdote dissidet, illicitae[e] coitionis habeat facultatem. Ipsa etiam loca iuri publico sociari, seclusa omni excusatione[f], censemus, et proscriptos eos in exsilium detrudi, qui audent disputare ea et asserere, quae institutio divina condemnat. *Dat. V. Kal. Dec. Ravenna,*[g] *Basso et Philippo Coss.* (408.)

46. *Iidem AA. Theodoro Pf. P. II.*[h] *Post*[i] *alia:* [k]Ne Donatistae vel ceterorum vanitas haereticorum aliorumque error[l], quibus catholicae communionis cultus[m] non potest persuaderi, Iudaei atque gentiles, quos vulgo paganos appellant, arbitrentur, legum ante adversum se datarum[n] constituta tepuisse[o], noverint iudices universi, praeceptis eorum[p] fideli devotione parendum, et inter praecipua[q], quicquid adversus eos decrevimus, non ambigant[r] exsequendum. Quod[s] si quisquam iudicum loco[t] conniventiae exsecutionem prae-

— c. 44. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 44. 4 *c.* 35, sed rec. man. Til. *c.* 34 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 42, 43 h. t., not. sup. Baron. ad ann. 408, n. 27. Augustini ep. ad Donatum s. 127 (100 ed. Bened.). Dupin. l. c. p. 222 et Balduinus in Historia Carthag. Collationis ap. Dupin. l. c. p. 365. — c. 45. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 45. 4 *c.* 36, sed rec. man. Til. *c.* 35 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 46 h. t., not. sup. Vid. supr. IX, 40, 20, not. *bb*, I, 16, 14, not. *i*, VII, 21, 4 et IX, 42, 22, quae leges, c. 20 excepta, paucis diebus distant ab h. c. Coniungenda est cum c. 39 C. Th. de Episcopis (XVI, 2), ubi vid. not. sup. Dupin. l. c. p. 223. Baron. ad ann. 408, n. 28. — c. 46. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 46. 4 *c.* 37, sed rec. man. Til. *c.* 36 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 43 h. t., not. sup. Reperitur h. c. una cum c. 31 C. Th. de Episcop. (XVI, 2) in c. XIV. Sirm. Baron. ad ann. 409, n. 12. Dupin. l. c. p. 223. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*“

scaevae religionis obtentu communionem refugerint. 11 *sceue* et 4 *scevae.* t) 11 om. *se.* In c. XII. Sirm. iam sequitur ea pars legis, ex qua facta est c. 19 C. Th. de Paganis (XVI, 10). u) Go. in Chron., quia hoc tempore Honorius Ravennae constitit, et Theodorus Pf. P. erat mense Novembri, non Curtius, cj. *Redd.* pro *Dat.* et *Feb.* pro *Dec.* Sed neque c. 19 C. Th. de Paganis (XVI, 10) cum hac constitutione coniungendae subscriptio differt, neque Go. sibi constat, cum in not. h. c. provocet ad subscriptionem c. XII. Sirmond., ad quam quidem recte provocat, haec autem ita se habet: *Dat. VIII. Kal. Decembris Romae* (407.). *Proposita Karthagine in foro sub programmate Porphyrii Proconsulis Nonis Iuniis, Basso et Philippo VV. CC. Coss.* (408.) Cf. c. 19 cit., not. *d.* Etiam c. 19 cit. habet *XVII.*, quare error numeri in c. XII. videtur esse, et facile potest *VIII.* ex *XVII.* nasci. v) Cui. 2 — Go. *Habe.* Lab. *Ave.* 11 *Idem AAA. Habe Donate k̄ nobis.* Cui. 2 — Be. *K. NB.* x) Go. cj. *Iudaeorumque* vel *et Iudaeorum* et vituperat in comm. Petitum, qui *haereticorum* vocem cum v. *Iudaeorum* coniungendam putavit, quasi hic indicetur Coelicolas Iudaeorum haereticos fuisse. Certe ante *Iudaeorum* aliquid deesse videtur. Etiam in c. 46 *Donatistae* et *Iudaei* iunctim commemorantur. y) Go.: „*Detexit*, pro *detecta est*, seu emersa est: nisi ita construas *Iudaeorum audacia detexit nova atque inusitata:* vel ita *nova se detexit:* vel *emersit.*“ Nil muta. *Detexit* est pro declaravit, probavit. yy) Vv. *inusitata — pestis atque* des. in cod. 11. z) Corruptus locus. 4 *contagionis si latius emanet ac profluat in*, et ponitur asteriscus atramento post *profluat.* Sic etiam in edd. Til. — Lugd. Lab., sed Cui. 1 — Lugd. *profluat * In* et Lab. *profluat. In*, om. asterisco. 11 *contagionis latius emanet ac profluat. In.* Cui. 2, 2* *contagionis latius emanet ac profluat, In.* et ponitur asteriscus in m. Go. *cōntagionis latius emanet ac profluat. * In.* Be. ut Go., sed om. asterisco. Ri. Ri*. *contagionis latius * emanet ac profluat. In.* Reposui *si*, quo facilius error possit cognosci. Petitus, Var. II, 11, p. 177 em. *contagio, ne se latius emanet ac profluat, in eos igitur*, impr. Go., qui negat *se emanare* latinum esse, et *igitur* sequi monet. Prop. igitur *contagio ne latius emanet tua G. provideat* vel prohibeat, id est, *emanet tua Gravitas provideat.* Be. videtur sufficere *contagio ne.* Cramer (Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissensch. T. I, p. 306) em. *contagio, ne latius emanet ac profluat, in eos, qui aliquid, quod sit — praecipimus.* Crameri amicus vult *ne iusto.* Puto scrib. esse *contagio, ne latius* vel *ne in latius*, nisi fortasse vv. aliquot excid. *) 11 *temptaverit.* a) 4, Til. Cui. 1 *Rū.*, id est *Ravenna*, ut 11 habet. Vid. XV, 7, 13, not. *p* et XIV, 2, 4, not. *. Aur. Lugd. *Raū.* Rell. *Rau.* s. *Rav.* Go. reponi vult subscriptionem c. 43 h. t. Vid. c. 42, not. sup. 11 om. *Coss.* b) Fol. 423[a] cod. 4. 11 *Idem AAA. Theodoro p̄p̄o* et om. *II.* h. et sq. c. c) 4 *curalium*, em. ab ant. man. 11 *Defensores — custodiant.* Til. — Cui. 2* *Defensorum curialium.* d) 4, Til. — Lugd. Lab. *catholico.* 11 *qui ab ecclesia catholice sacerdotem dissidit*, unde Cui. 2 et sqq. edd. *catholicae* et solae Cui. 2, 2* *dissidit.* Mihi non displicet *catholico.* e) Til. *inlicite.* 4, 11, Til. Cui. 1. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *cohitionis.* Aur. Lugd. Go. *cohibitionis*, impr. Go. f) 4, Til. — Lugd. Lab. *executione.* Mox Til. *inexilium.* g) 4, Til. Cui. 1 *Rū.* Aur. Lugd. *Rāū.* Rell. *Rau.* s. *Rav.* Vid. not *a* antec. 4 *fil.* Aur. Lugd. *Cons.* et 11 *s̄s̄.* h) Vid. not. *b* antec. i) Quae antecedunt in c. XIV. Sirm. k) c. XIV. Sirm. *Et ne Donatistae.* 11 *Defensorum curialium* (ex c. anteced.) *ne Donatistas.* l) c. XIV. Sirmond. *eorum* pro *error.* m) 4 *cultustus*, corr. rubro col. n) 11 *se daturum.* Cui. 1 — Lugd. *sedatarum.* o) 4 *constitutae fuisse*, et ponitur atramento asteriscus post *constitutae*, unde Til. *cōstitutae * fuisse.* p) c. XIV. Sirm. *earum*, sc. *legum.* *Eorum* referendum est ad *constituta.* q) In c. XIV. Sirm. add. *curarum.* r) In c. XIV. Sirm. om. *non ambigant.* 4 *exequendum*, rec. man. supr. *x* add. *s.* s) *Quod* abest a c. XIV. Sirm. t) Fol. 423[b] cod. 4. Lab. *peccato*, ut c. XIV. Sirm. Go. a quibusdam h. l. ita

sentis[u] legis omiserit, noverit[v], amissa dignitate graviorem motum se nostrae clementiae subiturum, officium quoque suum, quod saluti propriae contempta suggestione defuerit, punitis tribus primatibus, condemnatione viginti librarum auri plectendum[x]. Ordinis[y] quoque viri si in propriis civitatibus vel territoriis commissum tale aliquid siluerint in gratiam noxiorum[z], deportationis poenam et propriarum amissionem[a] facultatum se noverint subituros. *Dat. XVII.*[b] *Kal. Febr. Ravenna, Honorio VIII.*[c] *et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

47. *Iidem AA. Iovio*[d] *Pf. P.* Si quis contra ea, quae multipliciter pro salute communi, hoc est pro utilitatibus catholicae sacrosanctae ecclesiae, adversus haereticos[e] et diversi dogmatis sectatores constituta sunt, etiam cum annotationis nostrae beneficio venire tentaverit, careat impetratis etc. *Dat. VI. Kal. Iul. Ravenna,*[f] *Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409.)

48. *Iidem AA. Anthemio Pf. P.*[g] Montanistas et Priscillianistas et alia huiusce modi genera nefariae superstitionis per multiplicata scita[h] divalia diversa ultionum supplicia contemnentes, ad sacramenta quidem militiae, quae nostris obsecundat imperiis[i], nequaquam admitti censemus: si quos vero ex his curialis origo vel ordinum nexus aut cohortalinae militiae[k] illigat obsequiis et functionibus, his adstringi praecipimus, ne sub colore damnatae religionis eliciant vacationis cupitae sibi suffragia. Nec enim placet, ex lege[l], quae, in occidentalibus partibus promulgata, praedictas caerimonias ita insecuta est, ut ab omni contractu eos et propemodum Romana conversatione summoverit, cohortalis *) militiae vel curiarum eos necessitatibus liberari. *Dat. IX. Kal. Mart. Constantinopoli, Varane V. C. Cos.*[m] (410.)

49. *Iidem AA.*[n] *Anthemio Pf. P.* Manentibus his, quae[o] in Eunomianos lex[p] divi patris clementiae[q] nostrae iam dudum constituit, nihil deinceps invicem sibi vel donare[r] vel ipsos donatione consequi, nihil item relinquere, nec capere testamento decernimus. Careant emolumentis, quae ex[s] donationibus vel morientium voluntate alternis solebant illecebris, fraude et circumventione percipere, ut in totum utriusque iuris communione priventur, tantumque eis ab intestato succedant, quod[t] ad succedendi ius proditus veteribus legibus[tt] ordo praescripsit; ita ut, si nullus ex his superstes[u] fuerit, qui iure ab intestato ad hereditatem vocatur[v], tunc bona in hac[vv] superstitione defuncti ad fiscum nostrum pertineant. Donationes etiam praedicto more prohibitae sacrarii[x] nostri incrementis accedant, ita tamen, ut nulli ex his quicquam a nostra munificentia deposcere liceat, neminique percipere, etsi quid

— c. 47. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 47. 4 *c.* 38, sed rec. man. Til. *c.* 37 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Coniungenda est h. c. cum c. 7 C. Th. de Denuntiat. v. ed. rescr. (II, 4). — c. 48. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 48. 4 *c.* 39, sed rec. man. Til. *c.* 38 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 49 h. t. Vid. infr. not. *z.* Baron. ad ann. 410, n. 67. — c. 49. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 49. 4 *c.* 40, sed rec. man. Til. *c.* 39 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 48 h. t., not. sup. Baron. l. c. Recte Go. in Chron. cum h. c. coniungi vult c. 50 sq., etsi ad alium magistratum data est. Vid. infr. not. *z, b* et c. 58 h. t., not. *x.*

suppleri dicit: *loco conniventia dato. conhibentiae* 4, 11, edd. ante Be. et h. c. et c. XIV. Sirm., ubi vero add. *dissimulandi arte* post *conniv.* u) 4 *praesēsentis*, em. rubr. col. Mox 11 *obmiserit.* v) c. XIV. Sirm. om. *noverit.* x) c. XIV. Sirm. *condemnationi viginti librarum auri subdendum.* y) 4, 11, Til. — Ri*. *ordines.* Lab. Be., iussu Go., ex c. XIV. Sirm. ed. *Ordinis*, recte. Go. impr. em. *Ordinis primi.* Dicit etiam tentari *Ordines quoque et duumviri.* Ipse cj. *Ordinis quoque Quinqueviri vel Decemviri.* Tot enim principales seu primates fuisse. Go. cj. obstat consensus codicum 4, 11 et c. XIV. Sirmond. eiusque codicum. *Ordinis viri*, i. e. curiales. z) c. XIV. Sirm. *gratia obnoxiorum.* a) 4, Til. — Lugd. *amissione*, quod ferri potest, si deletur *et.* 11 *poenam et promissorum amissorum et propriarum ammissionem — subitoros.* Ex 11, Cui. 2 — Be. Lab. *amissionem*, ut c. XIV. Sirm. b) 11 *XVIIII.* c. XIV. Sirm. *XVIII.* 4, edd. *XVII.* Verum numerum esse puto *XVIII.* c) 4, 11, Til. — Ri*. Lab. *VII.* c. XIV. Sirm. *VIIII. et Theodosio V. AA. Coss. Ravenna.* Vid. c. 31 cit., not. *k* et quae dixi ad subscr. c. XIV. cit. Aur. Lugd. *Raū.* Go. Ri. *Thed.* 11 om. *Coss.* d) 4, Til. — Lugd. Lab. *Ioviano.* 11 *Idem aaa Iovio ppō.* e) 11 *ecclesiae et diversos haereticos.* f) Fol. 424[a] cod. 4. Aur. Lugd. *Raū.* 11 om. *Coss.* g) 11 *Idem aaa Antemio ppō.* Mox 4, 11, Til. — Cui. 2* *Priscilianistas.* h) 11 *se ita.* i) 11 *imprīs.* k) 11 *aut quoortari ne militie.* Be. *militiae illigat, obsequiis et functionibus his.* l) Ita 4, 11, edd.; Go. tentat *ea lex — et cohort. m. — liberavit*, impr. Be., cui sufficere videtur corr. *ea* pro *ex.* Non opus est mut. *Ex lege* est pro: secundum legem, tenore legis. Cf. l. 6, §. 1 D. de Verb. signif. (L, 16). Go. haesitat, utrum indicetur c. 40 s. 42 h. t. an deperdita aliqua lex Honorii. Hoc puto. *) Rein.: „cohortalina l. 65," scilicet §. 3 c. 65 h. tit. Supra etiam in h. c. m) 11 *Varane vīc* et om. *Cos.* Aur. Lugd. *Conss.* et Go. *Coss.* Vid. infr. not. *z.* n) 11 *Idem aāā.* o) 4 *q'*, rubro col. supr. add. *uae.* 11 *qui in Eonomianos.* p) Vid. c. 25 h. t. q) Fol. 424[b] cod. 4. 11 *mee* pro *nostrae.* r) 11 *nihil deinceps sibi invicem vel donare.* s) 4 *x*, supra add. *e* rubr. col. 11 *aemulomentis que — voluntatem.* t) 4, 11, Til. — Lugd. *quod;* Cui. 2 — Be. Lab. *quos*, de cj. Cui. Restitui *quod*, h. e. praescripsit ordo legum, proditus ad succedendi ius, ut succedere ab intestato possint. Sed rectius est *quos*, propter seqq. Similiter c. 58 h. t., §. 4 *Tantum hi, qui ab intestato venturi sunt ex legibus, in eorum hereditate succedant.* tt) Cf. c. 40 h. t. u) 4, 11 *superstis*, rubro col. em. in cod. 4. v) 4, 11, Til. — Lugd. *vocatur.* Cui. 2 — Be. Lab. *vocantur*, de cj. Cui. Recte *vocatur*, sc. *nullus; ex his* respondet superioribus *tantum eis ab intestato succedant.* Neque vero nego, *vocantur* optime convenire cum totius loci sententia. vv) 4 *hanc.* x) Go. Be. em. *sacri ae-*

forte voluerimus ultro largiri; sed in[xx] iure fisci maneant semper, nisi ea publicae utilitatis ratio venditioni subiecerit[y]. *Dat.*[z] *Kal. Mart. Varane V. C. Cos.* (410.)

50. *Iidem AA.*[a] *ad Strategium Comitem R. P. de eadem re; addito:*[b] Ita ut officium rerum privatarum aperte cognoscat, ad proprium periculum redundare, si quid unquam ex praedictis bonis dissimulatione sua[c] cuiquam passum fuerit tradi, cum nullo modo nullaque ratione huius legis auctoritatem circumveniri oporteat. *Dat. Kal. Mart.*[d] *Varane V. C. Cos.* (410.)

51. *Iidem AA.*[e] *Heracliano Comiti Africae.* Oraculo[ee] penitus remoto, quo ad ritus[f] suos haereticae superstitiones[g] obrepserant, sciant omnes sanctae legis[gg] inimici, plectendos se poena[h] et proscriptionis et sanguinis, si ultra convenire per publicum, exsecranda sceleris[hh] sui temeritate, tentaverint. *Dat. VIII. Kal. Sept.*[i] *Varane V. C. Cos.* (410.)

52. *Iidem AA.*[ii] *Seleuco Pf. P.* Cassatis, quae pragmatici vel annotatione manus nostrae potuerint impetrari[k], et manentibus his, quae iam[l] dudum super hoc definita sunt, et veterum principum sanctione servata, nisi ex die prolatae[m] legis omnes Donatistae, tam sacerdotes, quam clerici laicique catholicis ea, qua sacrilege descivere[n], reddiderint, tunc illustres singilla-

---

— c. 50. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 50. 4 *c.* 41, sed rec. man. Til. *c.* 40 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 49 h. t., not. sup. et infr. not. *z*, *b*. Baron. ad ann. 410, n. 67. — c. 51. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 51. 4 *c.* 42, sed rec. man. Til. *c.* 41 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). 15, 50, 51 *c.* 3 h. t. Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b*, not. sup. h. t., c. 20 h. t., not. sup. Fere tota repetitur c. 56 h. t. Baron. ad ann. 410, n. 49. Commemoratur h. c. in mandato Honorii ad Marcellinum, quod legitur in Collat. Carthag. c. 1, n. 4 et 3, n. 29 (ap. Hard. T. I, p. 1051 et in Ri. C. Th. ed. T. VI, p. 336). Dupin. l. c. p. 224. — c. 52. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 52. 4 *c.* 43, sed rec. man. Til. *c.* 42 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. 15 *Tit. V. De Donatistis c.* 1. 50, 51 *c.* 4 h. t. Vid. not. super. h. tit. Incipit in h. c. P. 47 cod. 3. Vid. not. *a*. Edita est ex Gothofredo una cum c. 54 — 56, 65 h. t. post S. Optati Opera in Monumentis Veter. ad Historiam Donatistarum spect. op. et st. Lud. Ell. Dupin. Antverpiae 1702 fol. p. 326 — 332, et c. 52, 54, 56 h. t. in Coll. Concil. cura Harduin. T. II, p. 1127, n. 24 cum not. Labbaei (Mansi T. IV, p. 283 — 285). Baron. ad ann. 412, n. 2. Eam indicari putat Go. in edicto Hunnerici regis ap. Victorem lib. IV. de Persecut. Vandal. cap. 2 et a S. Augustino in ep. 50 (s. 185 ed. Bened.) ad Bonifacium n. 26 et 36.

---

rarii, recte. Vid. infr. c. 54 h. t. c. f. xx) Aur. Lugd. om. *in*. y) 11 *venditionisobtegerit.* Cum literis *iecerit* inc. fol. 425[a] cod. 4. z) Add. ex c. 48 *IX.* et *Constantinopoli* post *Mart.* hic et in sq. c. Ad v. *Varane* vid. VI, 26, 15, not. *k.* 4, Go. — Ri*. *Conss.* 11 *vic. cons.* a) 11 *aaa.* b) Haec vv. demonstrant h. c. esse fragmentum eiusdem legis, ex qua haustae sunt c. 48, 49 h. t., ea differentia, ut illic conditores C. Th. alio exemplo ad alium magistratum, Anthemium dico, misso usi sint, hic autem addiderint, quae Comitis R. P. muneri, quod diversum erat a cura Pf. P., propria essent. Ceterum vv. *de ead. re; addito* in Til. — Lugd. Lab. cohaerent cum ipsa lege, neque vero cum inscriptione (*Strategium Com. R. P. De eadem re addito, ita ut* etc.). In codd. 4, 11 omnia continuo scripta sunt. Recte Go. vituperat eos, qui *addito* mutant in *additum: addito*, i. e. hoc addito. Sed Go. om. *re.* c) 11 *bonis simulatione suae — huius regis auctoritate c. oportet.* d) Vid. not. *z* antec. 11 *Mar. Ravenna Varane vic consulibus*, unde Cui. 2, 2* post *Mart.* add. *Rav.*, recte impr. Go. Aur. Lugd. *Conss.*, Go. *Coss.* e) 4, 11, 50 *aaa* et 11 *eracliano.* ee) Vid. cod. Eccles. Afric. c. 107 (apud Harduin. T. I, p. 926). f) 4, Til. — Lugd. *quoad.* 11 *que ad ritos.* 50, 51 *quod ad.* g) 4, Til. — Lugd. Lab. *superstitionis.* 11 *heretici superstitionis obrepserunt* et om. *sciant.* Go. impr. cj. *haeresis et superstitionis.* Be. ann.: „Gfr. hanc lect. ex coniect. recepit, sed eandem iam C. II. tenebat, ad quam proxime accedit lect. Til. *haereticae superstitionis*, rell. edd. ineptas proferunt." Postrema vv. non intelligo, nisi referuntur ad c. 56 h. t., ubi similis dissensus est, sed recte legitur *superstitionis*, propter antec. *qui.* Hoc autem loco leg. est *superstitiones*, quam em. tuentur codd. 15, 50, 51. Ceterum 15 *surrepserat.* Summ. C. Th. *quaecunque sectae.* gg) 4 *leges*, em. rubro colore *legis.* h) 51 *poenas.* hh) 11 *sceleri.* Go. ad vv. *per publicum* ann. *in publicum.* c. 56 cit. *exercendi* pro *exsecranda.* i) Vid. not. *z* antec. 11 *Varane vic consulibus.* 15 *Varrone.* ii) 11, 50, 51 *Idem aaa.* k) 4, Til. — Be. *Cassatis*, *quae pragmatici*, *vel adnotatione manus nostrae potuerint impetrari*, rubro col. corr. *impetrare* in cod. 4. Go. em. *pragmatica*, quod Lab. rec., vel *pragmaticis*, quod Zirardin. l. c. p. 241 rec. 11 ut cod. 4, praeterquam quod *cassatisque* et *adnotationem* ibi est. 15, 50, 51 *cassatis que pragmatici* (om. *vel*) *annotatione manus nostrae* (15 *nrae manus*) *potuerint impetrare.* De pragmaticis, i. e. rescriptis vid. supr. VI, 23, 3; XI, 1, 36; §. 5 const. de Theodos. Cod. Auctor.; §. 1 Nov. Valent. de Indulg. rel. (ed. Berol. p. 1282); §. 1 Nov. III. Valent. de Palatinis (ed. Berol. p. 1297). Triplici modo explicari potest hic locus; primum ut convenienter cum codicibus 15, 50, 51 v. *pragmatici* accipiatur de exceptoribus (cf. l. 9, §. 4 D. de Poenis XLVIII, 19), qui a principe rescripta s. annotationes impetraverint; deinde ut construatur *pragmatici vel manus nostrae annotatione* (cf. supr. XI, 14, 1 *arbitratu ac tuo iudicio*, i. e. arbitratu tuo ac tuo iudicio; XII, 12, 7 *tractatu habitoque conventu*, i. e. tractatu habito habitoque conventu); tertio loco, ut cum Gothofredo emendetur *pragmaticis* vel *pragmatica.* Verum cum lex omnium ordinum subditos comprehendat, eam non probabile est in principio de singuli ordinis alicuius hominibus loqui, altera autem explicatio rei adversatur, cum annotatio diversa sit a pragmatico. Acquiescendum est igitur in Gothofredi em., quarum alterutram recepissem (aut *pragmatico*), si quo codice confirmaretur. l) Ita 15, 50, 51, ut in extrema lege. 4, 11, edd. *etiam dudum.* Cf. c. 47, 51 et rell. h. tit. leges datae adversus Donatistas, veluti c. 38 — 40, 43, 44, 46. m) Fol. 425[b] cod. 4. 11 *prolata.* 15 *nisi se ex die pr.* n) 4, Til. — Be. Lab. *catholicis ea*, *qua sacrilege descivere*, *reddiderint.* 11 *catholice ea qua sacrilege describere reddiderunt tunc inlustris.* 15 *catholicae sectae a qua sacrilege desciverunt reddiderint.* Vid. not. *m.* 50, 51 *catholice secte quos sacrilege descivere reddiderint.* Go. pro vulg. scriptura em. *qui a catholicis sacrilege descivere*, *redierint*, vel *ad Catholicam a qua sacrilege descivere redierint*, vel, quod ipse praefert et Be. prob. videtur, *catholicae se*, *a qua sacrilege descivere*, *reddiderint.* Puto, comparata inter se codicum scriptura leg. esse

tim[o] poenae nomine fisco nostro auri pondo[p] quinquaginta cogantur inferre, spectabiles auri pondo quadraginta, senatores auri pondo triginta, clarissimi auri[q] pondo viginti, sacerdotales auri pondo triginta[r], principales auri pondo viginti, decuriones auri pondo quinque, negotiatores auri pondo quinque[s], plebeii auri pondo quinque, circumcelliones[t] argenti pondo decem. §. 1. Qui nisi a conductoribus, sub quibus commanent, vel procuratoribus exsecutori[u] exigendi fuerint praesentati[v], ipsi teneantur ad poenam, ita ut nec[x] domus nostrae homines[y] ab huiusce modi censura habeantur immunes. §. 2. Uxores quoque eorum maritalis*) segregatim mulcta constringat[z]. §. 3. Eos enim, quos nequaquam illata damna correxerint, facultatum omnium publicatio subsequetur[a]. §. 4. Servos etiam dominorum[b] admonitio vel colonos verberum[c] crebrior ictus a prava religione revocabit[d], ni malunt ipsi ad[e] praedicta dispendia, etiam si sunt catholici, retineri[f]. §. 5. Clerici vero ministrique eorum ac perniciosissimi sacerdotes[g], ablati de Africano solo, quod ritu sacrilego polluerunt, in exsilium viritim ad singulas quasque regiones[h] sub idonea prosecutione[i] mittantur; ecclesiis eorum vel[k] conventiculis praediisque, si qua in eorum ecclesias haereticorum largitas prava contulit, proprietati potestatique catholicae[l], sicut iam dudum statuimus[m], vindicatis. *Dat. III. Kal. Febr. Ravenna*[n], *Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.*[o] (412.)

53. *Iidem AA. Felici Pf. P.*[p] Iovinianum[q] sacrilegos agere conventus extra muros urbis sacratissimae, episcoporum[r] querela deplorat. Quare supra memoratum[s] corripi praecipimus et contusum plumbo, cum ceteris suis participibus et ministris, exsilio coerceri[t], ipsum autem machinatorem in insulam Boam[u] festina[v] celeritate deduci, ceteros[x], prout libuerit, dummodo superstitiosa coniuratio exsilii ipsius discretione solvatur, eis in solitarias et longo spatio inter se positas insulas in perpetuum deportatis[y]. Si qui[z] autem pertinaci improbitate vetita[a] et damnata repetiverit, sciat,

---

— c. 53. 3 (nam Mai. numerum, si quidem a Cui. 1 differret, commemorasset), 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 53. 4 *c.* 44, sed rec. man. Til. *c.* 43 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. 15 *c. un. Tit. De Ioviniano.* 50, 51 *c.* 5 h. t. Cf. not. sup. h. t. Baron. ad ann. 412, n. 26 et ad ann. 390, n. 49.

---

nisi — catholicae sectae, a qua sacrilege descivere, se reddiderint. Catholicae sectae mentio est supr. XVI, 5, 42, 44. Neque multum a codd. recedit haec em. *nisi — catholicae* (quod 11 habet) *se, a* (quod in 4 scriptura inest) *qua sacrilege descivere, reddiderint.* Catholica, i. e. catholica ecclesia, ut supra XVI, 2, 4 et c. XIV. Sirm., si quidem ita dici potest, nam Cod. Iust. in c. 4 habet *catholico*, sc. concilio et in c. XIV. ex c. 31 C. Th. de Episcopis (XVI, 2) add. est *ecclesiae.* Insuper Be. ann.: „Certe de rebus restituendis vix accipienda lex videtur.“ o) Be. *sigillatim.* p) 11 constanter *pondus.* 15 om. *auri pondo* et hic et quoties haec vv. in h. c. sunt. q) 11 *viri.* Infra 4 *vḡiti sacerd.* r) 4 *tringinta*, corr. ab ant. man. 50, 51 *viginti* pro *triginta.* s) 11 om. *negotiatores auri pondo quinque.* Aur. Lugd. *plebeii.* Rell. *plebei.* t) 4, Til. — Lugd. *circumcaeliones.* 11 *circumciliones.* Cui. 2, 2* *circumceliones.* u) 15 *procuratoribus et exsecutoribus.* 50, 51 *procuratoribus executoribus* et 50 *exigendis.* Go. v. *executori* intelligi putat *Dulcitium*, de quo loquatur Augustinus lib. II. Retractationum c. 59 et ad quem scripserit epist. 61 (s. 204 ed. Benedict.). v) 11 *praesentari.* x) Ita 11, 15. Idem voluit Go. pro *ne*, quod 4, 50, 51, edd. habent. Etiam Summ. C. Th. *nec.* y) 11 *omnibus.* 4 *ad*, rubro col. em. *ab.* *) Go. cj. *maritali*, i. e. separatim a maritali, separata a maritorum mulcta. Adversantur codices et Summ. C. Th. z) 11 *constringant.* Mox pro *enim* dicit Go. alios tentare *vero, deinde*, sed concedit retineri posse *enim*, quod codices tuentur. a) 3, 11 *subsequitur.* 15 *consequitur.* b) 11 *dominorum a dominio vel.* c) Fol. 426[a] cod. 4. d) 11 *a prava regione revocaret in malunt.* e) 15, 50, 51 *ipsi se ad.* 11 *a.* Ri*. om. *ad.* f) 51 *retinere.* 11 *Cleri.* g) Ita 3, 4, 15, 50, 51, Til. — Lugd. Lab.; Cui. 2 — Be. *sacerdotales*, quam v. Cui. deprompsit ex cod. 11. Recte *sacerdotes;* nam h. l. sermo est de clericis, ministris et sacerdotibus Donatistarum, neque vero de sacerdotalibus, i. e. decurionibus, qui curam ludorum agebant. Cf. §. 1 c. 54 h. t., quae huic loco simillima est. Res alia est supra init. h. c. *sacerdotales auri pondo triginta* et §. 4 c. 54 cit. *sacerdotales eandem summam cogantur exsolvere.* Ceterum 11 *pernitiosissimis* et *ablata.* h) 11 *religionis.* i) 11, 50, 51 *persecutione.* k) 15, 50, 51 *et* pro *vel.* l) 11 *proprietatique catholiçe* et om. *potestati.* Cui. 2, 2* *potestatiquae.* m) Vid. c. 43 h. t. n) Ita 11, 15. 4, Til. Cui. 1 *Rū.* Vid. c. 44 h. t., not. *a.* Aur. Lugd. *Raū.* Rell., etiam 3, *Rau.* s. *Rav.* o) 3, 15 om. *AA.* 11 *Teod.* et om. *Coss.* p) Siglum praefecti pr. habent omnes codices, 3, 4, 11, 15, 50, 51 et edd. Be.: „*Pf. U.* Gfr. opin., quanquam eius rei testimonia nulla occurrunt. Fort. PPf. P. Ital. fuit.“ 11 *Idem aaa Felicae ppo.* q) Ita 15, ut iam Go. Lab. prop. pro *Iovianum*, quod 3, 4, 11, 50, 51, edd. habent. Aur. Lugd. *satrilegos* et *qrerella.* 11 *sacratissime.* 15 *sacratissima.* r) Go. se aliquando emendasse *episcopi Romani* dicit in comm. h. c. s) 11 *memorato.* Mox 15 *contunsum* et 11 *contuso.* t) Quod Mai. nuntiat, 3 habere *coherceri*, id commune est vett. codd. u) 3 *insuam Boam.* Sed ann. Mai.: „Recte se habet lectio *insulam.*“ Go.: „Male id (*Boam*) quidam tentabant mutare in *Oasim.*“ v) 11 *festinus.* x) Omnes codd., etiam 3, *ceteros;* in cod. 4 rubro col. corr. *ceteris.* Hoc transiit in edd. Reposui *ceteros*, scil. *praecipimus deduci, prout libuerit;* antea quidem coniungendum erat *ceteros* cum v. *deportatis* et corr. *ceteris;* iam vero seq. sententia emendata, *ceteros* recte se habet. Vid. not. *y* sq. Incipit hic fol. 426[b] cod. 4 cum v. *prout.* y) Ita 15, 50, 51, praeterquam quod *in longo* pro *et longo* habent; 3, 4, 11, edd. *solitariis* (sed Cui. 2 — Ri*. *solitarii*, quod sustineri putat Go., modo referatur ad *exsilii;* alias reponendum esse *solitariis*) *et longo spatio inter se positis insulis.* Bene se haberent haec, emendato supra *ceteris*, nisi obstaret meo quidem sensui *deportare insulis*, etsi dicitur *insulae deportatio* in Dig. XLVIII, 22, 6 pr. Ri. *superstititiosa.* z) Lab. *Si quis*, ut 11. a) 3 *vetitata*, a seq. *damnata*, inquit W. b) 15

se austeriorem sententiam subiturum. *Dat. prid.*[b] *Non. Mart. Med.*,[c] *Honorio IX. et Theodosio V. AA.*[d] *Coss.* (412.)

54. *Iidem AA.*[e] *Iuliano Proconsuli*[f] *Africae.* Donatistas atque[g] haereticos, quos patientia clementiae nostrae nunc usque servavit[gg], competenti constituimus auctoritate percelli[h], quatenus evidenti praeceptione[i] se agnoscant et intestabiles, et nullam potestatem alicuius ineundi habere contractus,[k] sed perpetua inustos infamia, a[l] coetibus honestis et a conventu publico[m] segregandos. §. 1. Ea vero loca, in quibus dira superstitio nunc usque servata est, catholicae venerabili ecclesiae socientur, ita ut episcopi, presbyteri omnesque antistites eorum et ministri, spoliati omnibus facultatibus, ad singulas quasque insulas[n] atque provincias exsulandi[o] gratia dirigantur. §. 2. Quisquis[p] autem hos fugientes propositam ultionem occultandi caussa susceperit, sciat, et patrimonium suum fisci nostri compendiis aggregandum, et se poenam, quae his proposita est[q], subiturum. §. 3. Damna quoque patrimonii poenasque pecuniarias evidenter imponimus viris, mulieribus, personis singulis et dignitatibus, pro qualitate sui quae debeant irrogari. Si[r] igitur proconsulari aut vicariano vel comitivae primi ordinis quisque[s] fuerit honore succinctus[ss], nisi ad observantiam catholicam[t] mentem propositumque converterit, ducentas argenti libras cogetur[u] exsolvere, fisci nostri utilitatibus aggregandas. Ac ne id solum putetur ad resecandam intentionem posse sufficere, quotiescunque ad communionem talem accessisse fuerit confutatus[v], toties mulctam[x] exigatur; et si quinquies eundem constiterit[y] nec damnis ab errore revocari,[z] tunc ad nostram clementiam referatur, ut de solida eius substantia ac de statu acerbius[a] iudicemus. §. 4. Huius modi autem conditionibus etiam honoratos reliquos obligamus: scilicet ut senator, qui nullo munitus[aa] extrinsecus privilegio dignitatis inventus in grege Donatistarum, centum libras solvat argenti[b], sacerdotales eandem summam[c] cogantur exsolvere, decemprimi curiales quinquaginta libras[d] argenti addicantur, reliqui decuriones[e] decem solvant libras argenti, quicunque in haeresi maluerint permanere. §. 5. Conductores autem domus nostrae si haec in praediis[f] venerabilis substantiae uti permiserint, tantum pensione[g] poenae nomine cogantur

— c. 54. 3, 11, Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. Ri*. Be. Lab. *c.* 54. Go. *c.* 44, err. 4 *c.* 45, sed rec. man. Til. *c.* 44 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 52 h. t., not. sup. et sq. tit. VI, not. sup. Baron. ad ann. 414, n. 3 et 4. Eam commemorari dicit Go. ab Hunnerico rege ap. Victorem lib. IV. de Persecutione Vandal. cap. 2 et praemitti a Fr. Balduino in Optato suo. Cf. iubet Go. can. 93 cod. Afric. (ap. Hard. T. I, p. 918); Augustin. lib. I. contra epist. Parmeniani cap. 12, n. 19; ep. 48 s. 93 ed. Bened. ad Vincentium n. 19; de Ovibus c. 13; ep. 50 s. 185 ed. Bened. ad Comitem Bonifacium de Corrigendis moderate Donatistis; epist. 61 s. 204 ed. Bened. ad Dulcitium. Cf. etiam Possid. in vita S. Augustini c. 13.

II. c) Ita codd. edd. Go. irrepticiam h. v. esse putat, cum Honorius hoc tempore non fuerit Mediolani. Be. *Dat.* pro *Redd.* s. *Acc.* accipit. d) 15, 50, 51 om. *AA.* 11 *Thed. V aa. Cons.* e) 11 *Id. $\overline{aaa}$.* f) Ita 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab.; 4 $\overline{pu}$. Til. *P. V.* Vid. c. 22 h. t., not. *k.* g) Go.: „Iidem et Donatistae haeretici: *vers. s. in fin.* vid. *l.* 44. *supr.* Et forte vox *atque* comparate hic accipienda: ita, *Donatistas atque*, id est, velut *haereticos.*“ 3 *Donatistas atque Eritocos*, ad quam scripturam Mai. sic: „Lectionem quidem *haereticos* sollicitabat merito Goth. Superest autem quaerendum quinam sint *Eritoci.*“ Neque vero hoc quaerendum esse putat W. „Locus enim, inquit, haud dubie sanus est. Nihil crebrius, quam genus post speciem nominari; *atque haeret.*, i. e. haereticos omnino omnes, cui interpretationi optime congruunt vv. seqq.: *quos patientia clementiae nostrae nunc usque servavit.*“ Assentior W. gg) 11 *servabit.* h) 3 *percelsis*, impr. W. Praeterea 3 *quatinus.* i) 3, 4 *praeceptioni;* rubro col. in cod. 4 em. *praeceptione*, quod transiit in edd. 11 *praeceptionis se a. et i. etinullam.* k) V. *contractus* om. 4, 11, edd., suppeditat autem 3, probb. Mai. et W., nec abesse potest. Iam Go. suspic. addendum esse aut v. *contractus* aut v. *militiae* post *alicuius.* Lab. in m. suppl. *gradus* post *alicuius.* l) Ita 4, 11, Til. — Cui. 2*. Lab.; Go. — Be. om. *a*, ut 3, ad quem cod. W. ita: „Primus tamen ita, nihil admonens, edidit Gothofr. Nam in ceteris edd. omnibus est *a coetibus*, quod seqq. vv. *a conventu* valde commendatur. Scilicet absorpsit praepositionem praecedens v. *infamia.*“ m) 4 *plico*, a sec. man. em. *publico.* Infra 11 *antestites.* n) Fol. 427[a] cod. 4. In m. Cui. 2, 2* *quisque* (ad singulas quisque insulas), non male quidem, sed obstantibus codicibus. Similiter §. 5 c. 52 h. t. *in exsilium viritim ad singulas quasque regiones — mittantur.* Neque Go. hanc mutationem accipit. o) 11 *exultandi.* p) 4 *Quisque.* 11 *Quisq* (ita tamen, ut *q* cauda adiecta sit) *autem hoc.* 3 *Quisquis*, ut edd. q) 11 *et.* r) 11, Cui. 2 — Ri*. Lab. om. *Si.* s) Go. *quisque* accipit pro *quisquis*, quia om. *Si.* Vid. not. anteced. ss) 3 *subcinctus*, et annot. h. l. a Mai. P. 42. t) 3 *ad observata catholica.* 11 *ad observantia catholicam mentem propositum converterit.* Vid. c. 5, 12 h. t. u) Aur. Lugd. *conetur*, male. Vid. princip. c. 52 h. t. v) Go. vetat h. v. mutari in *computatus*, ut est add. in m. apud Bar.; significare enim refutatus, convictus. Recte. x) Ita 3, 4, edd. Similiter supr. VI, 26, 14, not. *b*, VI, 35, 1, not. *p*, VIII, 1, 1, X, 10, 22, XI, 3, 4, XI, 28, 10. 11 *mulcta*, sine dubio ex ingenio librarii. y) Go.: „Male nonnulli hic infarciunt voces, *mutatum esse.*“ Voluitne Go. scribere *multatum esse?* z) Fol. 427[b] cod. 4. a) 4, Til. — Lugd. *aceruius.* aa) 11 *monitus.* b) 3 *centum argenti libras solvat,* c) 11 *eadem summa.* d) Ita codd. edd. Go. Be., quibus displicet *libras addicantur*, malunt *libris*, nisi, inquit Go., vulgatae alias ellipsi, supplenda vox *ad*, *ad libras addicatur.* Propter consensum codicum nihil muto. Forte suppl. ex antecc. *exsolvere.* Sed rectius *libris.* e) 3 *decurionis.* f) 11 *in haeresim — nostre si haec in praesidiis*, et translata sunt vv. *venerabilis — praediis* in inferiorem locum post *intererit*, sed ita, ut ibi iterentur vv. *conventicula — intererit.* g) Ita 3; similiter 11 *permiserit tantum pensionem.* Iam optime respondet v. *quantum*, quod scriptura codicis 4 retenta, *tantam pensionem*, quae transiit in edd., Go. adverbialiter inter-

inferre, quantum in conductione pensitare consuerunt. Eadem quoque emphyteuticarios[h] auctoritas sacrae definitionis adstringet[i]. §. 6. Conductores vero privatorum si permiserint in iisdem[k] praediis conventicula haberi, vel eorum patientia[l] sacrum[m] mysterium fuerit[n] inquinatum, referatur[o] per iudices ad scientiam dominorum, quorum intererit[p], si poenam volunt sacrae iussionis evadere aut certantes[q] corrigere aut perseverantes commutare, ac tales praediis suis praebere rectores, qui divina praecepta custodiant. Quod si procurare neglexerint, hi[r] quoque in pensiones, quas accipere consuerunt, prolatae praeceptionis auctoritate mulctentur[s], ut[t], quod ad compendia[u] eorum pervenire poterat, sacro iungatur aerario. §. 7. Officiales[v] autem diversorum iudicum si in hoc errore fuerint deprehensi, ad triginta librarum argenti illationem[x] poenae nomine teneantur, ita ut, si quinquies condemnati abstinere noluerint[y], coerciti verberibus exsilio mancipentur. §. 8. Servos vero et colonos coercitio ab huius modi ausibus severissima vindicabit. Ac si coloni verberibus coacti in proposito perduraverint, tunc tertia peculii sui parte[z] mulctentur. §. 9. Atque[a] omnia, quae ex[b] huius modi generibus hominum locisque colligi poterunt, ad largitiones[c] sacras illico dirigantur. *Dat. XV. Kal. Iul. Ravenna*[d], *Constantio et Constante Coss.*[e] (414.)

55. *Iidem AA. Iuliano Proconsuli*[f] *Africae.* Notione et sollicitudine[g] Marcellini, spectabilis memoriae viri, contra Donatistas gesta sunt ea, quae[h] translata in publica monumenta habere volumus perpetuam[i] firmitatem. Neque enim morte cognitoris perire[k] debet publica fides. *Dat. III. Kal. Sept. Roma*[l], *Constantio et Constante Coss.* (414.)

56. *Iidem AA. Heracliano*[m] *Comiti Africae.* Sciant cuncti, qui ad ritus suos haeresi superstitionis[n] obrepserant, sacrosanctae legis inimici[o], plectendos se poena et proscriptionis et sanguinis, si ultra convenire per publicum exercendi sceleris sui[p] temeritate tenta-

— c. 55. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. c. 55. 4 c. 46, sed rec. man. Til. c. 45 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Cod. Iust. VII, 52, 6 om. pr. Bas. VI, 1, 54 (ed. Fabr. Tom. I, p. 188), IX, 3, 76. Baron. ad ann. 413, n. 6. Add. Go.: „eandem Gestis Collat. Carthagin. recte subiicit Papyrius Massonius." Vid. c. 52 h. t., not. sup. — c. 56. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. c. 56. 4 c. 47, sed rec. man. Til. c. 46 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 52 h. t., not. sup. Est h. c. geminata c. 51 h. t. Baron. ad ann. 412, n. 27.

pretandum esse putabat. Sed Aur. Lugd. *quantam.* Ceterum nota v. *uti* passivam significationem. h) 4 *enfyteuticarios.* 11 *enfiteuticarios* i) 11 *adstringit.* k) Codd. Til. — Ri*. *hisdem.* l) 11 *potentia.* m) Fol. 428 [a] cod. 4. n) 4 *fuerint.* o) 4, edd. *referetur.* Go. cj. *referentur*, impr. Mai. 3 *referatur*, quod recepi. 11 *iniquitatum referretur.* Cf. §. 3 h. c. Summ. C. Th. *iudicibus referatur, ut conventi domini.* p) Vid. not. *f* antec. q) Go. cj. *errantes.* Sed et ipse dicit, sustineri posse *certantes*, si quidem circumcelliones intelligantur, nec codices cj. assentiunt. Tamen etiam Rein. em. *errantes.* r) 3, 11 *hii*, et annot. h. l. a Mai. P. 33 cod. 3. s) 11 *prolate possessionis a. molientur.* t) 4, Til. om. *ut.* u) 4 *conpedia*, rubro col. em. *conpendia.* v) 11 *iungantur aerario offitiales.* x) 3 *ad triginta libras* (W. add. *auri*, quod v. unde habeat, nescio) *argenti inlationem.* 4 *ad triginta lib̄ argenti inlatione.* 11 *ad triginta librarum argenti inlatione.* Til. — Lugd. Lab. *ad triginta libras argenti inlatione.* Cui. 2 — Be. ut nos, recte prob. W., nam inspecta codicum scriptura apparet, diversitatem ex siglorum aut falsa interpretatione aut omissione ortam esse. y) 3 *voluerint*, mendose, ut iam W. notat. 11 *quoheretici* et infra *cohercitii* pro *coercitio.* z) 3 *partem*, „non male, inquit W., si etiam corrigatur *tertiam*," sed nullus codex habet *tertiam.* a) 4 *adque* ‖fol. 428 [b] estque in ima pag. signum quaternionis *N*ϛ ‖ *adque*, sed illud deletur rubro col. b) A 4, Til. — Lugd. Lab. abest *ex*, mendose. Cui. 2 — Be. add. *ex* e cod. 11, qui *omnique ex.* Etiam 3 add. *ex.* c) 3 *largitionis.* d) Ita 11; 4, Til. *Rū.*; Cui. 1 — Lugd. *Raū.*; rell. *Rau.* s. *Rav.* Vid. c. 44, 45 h. t. e) 11 *Constante aa.* f) 4 *pu.* Til. *PV.* Cf. c. 22 h. t., not. *k.* Cod. Iust. *Impp. Honor. et Theod.* g) 11 *Notitione et sollicitudinem.* h) 3, 4, 11 *eaque*, rubro col. in cod. 4 em. *quae.* Cod. Iust. ita incipit: *Gesta, quae sunt translata*, ad quae Go.: „Hic tamen nil temere muto. *Sunt ea*, id est, talia sunt: Etsi forte alicui placebit, *sunto ea*: vel ita quod omnium maxime probabile, *gesta quae sunt et translata.*" Mai. autem „Frustra, inquit, Goth. nihil immutandum censebat." Maium denique vituperat W., quod, etsi manifestum vitium sit in cod. 3, receptam scripturam mutari velit, quae optima sit et plane latini coloris. Recte; nam solenniter scribitur in codd. *que* pro *quae.* Ceterum hic indicantur Acta seu Gesta Collationis Carthaginiensis inter Catholicos et Donatistas, cui Marcellinus Tribunus et Notarius Honorii iussu Cognitor praefuit, mens. Iun. ann. 411. i) Ita 3 (Mai. enim non dicit differre codicem a Cui. 1), 4, Til. — Lugd. Lab. Cod. Iust.; 11, Cui. 2 — Be. *perpetim*, pro quo Go. Be. prop. *perpetem*, etsi Go. Cod. Iust. scripturae praefert *perpetim.* Mox 11 *mortem.* k) 3 *parare debit*, mendose. l) Ita 11. 3, Cod. Iust. *Romae.* 4, edd. *Rom.* Go. em. *Rau.*, i. e. *Ravennae*, errorem ex eo ortum esse opinatus, quod in mss. scriptum sit *Rum*, i. e. Ravennam. Vid. c. 44, 45 h. t. Go. sequitur Be. fortasse propter c. anteced. h. tit. Sed cum obstent codices et Cod. Iust., nihil mutandum esse, recte contendit Mai. Neque pro *Ravenna* in codd. scribitur *Rum*, sed *Rū* s. *Rau.* Mox 11 *āa* pro *Coss.* m) 11 *Idem aaa eracliano.* n) 3 *heresi superstitionis.* 4, Til. — Lugd. *heresis* (edd. *haeresis*) *superstitionis.* 11, Cui. 2 — Ri*. Lab. *heresis* (edd. *haeresis*) *superstitionibus.* Be. *haereticae superstitionis*, de cj. ex c. 51 h. t. Aut leg. *haeresi superstitionis* (quod W. prob. ita explicans: i. e. qui per sodales quos superstitio invenire solet, effecerunt ut ritus suos impune hucusque exercerent) aut *haeresis superstitionibus.* Illud praetuli, quia in cod. 3 est et paullulum tantum differt a cod. 4 scriptura, ubi per alliterationem scriptum est *haeresis sup.*, quod saepe vidi fieri. Mutata haec vv. sunt in c. 51 cit., ubi vid. not. *g.* o) c. 51 *sciant omnes et sanctae legis.* Mox 11 *poenam.* p) 11 *sceleri sui.* c. 51 *exsecranda sceleris sui.* Ri*.

verint[q], ne qua vera divinaque reverentia[r] contagione temeretur. *Dat. VIII. Kal. Sept. Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.*[s] (415.)

57. *Iidem AA. Aureliano Pf. P. II.*[t] Montanistae conveniendi vel celebrandi coetus ademptam sibi et creandi clericos[u] omnem intelligant facultatem, ita ut, si conventus illicitos celebraverint, clerici eorum et episcopi sive presbyteri vel[v] diaconi, qui nefaria conventicula ineunda tentaverint, vel creare clericos[vv] ausi fuerint, vel etiam creari[x] acquieverint, stilum deportationis excipiant[y]. §. 1. Hi vero, qui ad celebrandos interdictos conventus eos susceperint[z], ea ipsa[a] re, in qua hoc fieri concesserint et[b] exsecrabilia mysteria celebrare[c], procul dubio intelligant spoliandos, sive domus ea fuerit sive possessio; sive[d] procuratores ignorantibus dominis eos susceperint, in exsilium[e] se vehementer coercitos non ambigant ablegandos[f]. §. 2. Si qua etiam propria eorum nunc exstant aedificia[g], quae non ecclesiae, sed antra debent[h] feralia nominari, venerabilibus ecclesiis[i] orthodoxae sectae[k] cum donariis addicentur. Quod quidem ita fieri oportebit, ut abstineatur privatorum rebus, ne, sub obtentu rerum ad ecclesias Montanistarum pertinentium[kk], adversus privatos spoliatio ac direptio[l] perpetretur. *Dat. prid. Kal. Nov. Constantinopoli, Honorio X. et Theodosio VI. AA.*[m] *Coss.* (415.)

58. *Iidem AA. Aureliano Pf. P. II.*[n] Domus Eunomianorum propriae clericorum, quae apud inclytam urbem habentur, fisci viribus addicantur, in quibus[o] nefarios conventus habitos vel iteratum baptisma claruerit[p], quod, in modum semel nati hominis[q], semel a Deo conceditur. §. 1. Quod facinus ne etiam a ceteris haereticis perpetretur, commonemus; similem exspectaturis poenam etiam aliis clericis haereticis, si divinum baptisma nefarie[r] crediderint iterandum. §. 2. Ne eo quoque extra poenam relegationis futuro, qui sponte atque ultro passus fuerit, ad secundum se baptisma*) et geminata semel indultae fidei[s] mysteria imbui[ss] temere[t] vel perperam devocari. §. 3. Pari poena deportationis absque alicuius intercessione in Eunomianos clericos[u] processura, si conventus exercere vel in hac inclyta urbe vel in provinciis, civitatibus[v] ac territoriis, vel creare ausi fuerint clericos pestiferi dogmatis vel creari. §. 4. Confirmatis itaque[x] prioribus legibus, quae promulgatae sunt tam[y] circa inhibendos[z] conventus Eunomianorum, quam etiam circa interdictas novissimas voluntates[a] aut liberalitates, illud addimus, ut, si qui[b] de Eunomianis speciali beneficio meruerant[bb], ut eis testamenti factio indulgeretur, vel donandi vel accipiendi ex largitate licentia tribuatur, priventur hoc beneficio, et pares ceteris sint, quibus pares sunt in

---

— c. 57. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 57. 4 *c.* 48, sed rec. man. Til. *c.* 47 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 1 C. Th. de Decur. et silentiariis (VI, 23). In h. c. inc. P. 40 cod. 3. Vid. infra not. *f.* — c. 58. 3, 11, Cui. 1 — Ri. Be. Lab. *c.* 58, sed Ri*. *c.* 57, err. 4 *c.* 49, sed rec. man. Til. *c.* 48 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Cf. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20 h. t., not. sup. et sq. tit. VI, not. sup. Monendum est autem apud Til. num. 48 esse in imo marg. pag. 555, in sq. pagina ad ipsam legem addi num. 49, et deinceps constitutiones numerari eo ordine, ut conveniant cum serie constitutionum, qualis in codice 4 est. Baron. ad ann. 415, n. 51. Indicatur in c. 61 h. t.

---

exercendi. q) Seqq. des. in c. 51. r) 4 *reventia*, ab ant. man. supra add. *re.* s) 11 *Thed. AA.* et om. *VI.* et *Coss.* Rein. Baron. h. c. putant anno 412 datam esse (*Honorio IX. et Theodosio V.*) propter c. 21 C. Th. de Poenis (IX, 40). Cf. Go. in comm. h. c. t) 3 om. *II.* Vid. c. sq., not. *n.* Cf. c. 1 C. Th. de Decur. cit., cuius inscr. plenior est. u) Fol. 429[a] cod. 4. 11 *Montanistie — ademptum — cleros.* 4 *cebrandi,* rubro col. em. *celebrandi.* v) 11, Cui. 2 — Ri*. *sive.* 11 *nefariam.* vv) 11 *cleros.* x) Quidam sec. Go. hoc mutat in *creati*, quod nolo fieri. y) In 11 add. *in.* z) Seqq. des. in cod. 11 usque ad v. *susceperint.* a) Be. putat add. esse *se;* sed neque 3, neque 4 quicquam add. Vidi etiam in aliis locis omitti pronomen. b) 3 om. *et.* c) Be.: „mel. *celebrari.*“ Neque hic consentiunt codices cum Be., sed recte Be. d) Hoc quoque loco codices adversantur Be., qui *si vero* tentat. e) 11 *in exilio.* f) 3 *obligandos*, recte impr. W. Similiter 11 *obligando.* Annotatur h. l. a Mai. P. 40 cod. 3. g) 3 *eorum propria nunc extent aedificia.* h) 11 *debant.* i) 4 *feralia venerabilibus nominari aeclesiis*, sed a librario linea circumducta transponitur *venerabilibus* post *nominari.* k) 3 *ortodoxae rectae*, mendose. Mox Ri*. *donaris.* kk) Cum literis *tium* inc. fol. 429[b] cod. 4. l) 3 *spoliatio adque direptio.* 11 *spolia ac direptio.* m) 3 om. *Honorio — AA.*, quia redeunt, scribit W., Coss. legi 56. subnotati. Vid. supr. XV, 7, 2. 11 om. *Coss.* n) 3 om. *Pf. P. II.* (cf. c. anteced., not. *t*) et paullo infr. *clericorum.* V. *clericorum* omitti, W. non displicet. Sed vid. infr. §. 3 h. c. o) 3 *in quebus*, i. e. *in quibus*, prob. W. Ita etiam videtur corr. esse in cod. 3. 11 *quas nefarius conventus habitus vel litterarum.* 4, edd. *in quas.* „Hanc, inquit Mai., antiptosim tuebatur immerito Goth.“ *Conventus in quas habitos* dici posse, equidem non inficior. Infra in h. c. §. 5 *Conventicula — in domos si qua fuerint* et supra XVI, 3, 2 *Monachos — in pristinum statum esse praecipimus.* Sed cum in cod. 3 sit *quibus*, repos. *quibus.* p) 3 *fuerit*, mendose et impr. W. q) 11 *homines — aliis cleris.* r) 4 *nefariae*, em. rubro col. *nefarie.* 11 *nefaria.* *) Ri*. *baptima.* s) 3 *indulta fide*, prob. W. 4 *indultae fide*, corr. a rec. man. *fidei.* 11 *geminatas et indulte fidem.* Ni antecederet *geminata*, reciperem *indulta fide.* ss) Go.: „Hanc vocem male sollicitat nonnemo.“ t) 3 *e* (Mai. add. *corr.* et) *temere.* W.: „i. e. et temere.“ 11 *temnere.* Til. — Lugd. Lab. *imbui, temere vel.* Cui. 2, 2* *mysteria, imbui temere vel.* Go. — Ri*. *mysteria, imbui temere, vel.* u) 11 *cleros* et hic et paullo post. v) Fol. 430[a] cod. 4. x) A cod. 3 absunt vv. *vel creari. Confirmatis*, et salva sententia abesse possunt, ut W. putat. Equidem non video, quomodo *Confirmatis* abesse possit. — Cf. c. 49 et 50 h. t. y) 4 *tamen*, corr. a librario *tam.* z) 11 *intuendos.* a) 3 *voluntatis*, neque aliam post hanc huius codicis scripturam commemorat Mai. usque ad tit. VI, c. 4 huius libri. Quare P. 40 cod. 3 videtur prope hunc locum desinere. b) 11 *quid Eunomianis spetiali benefitio meruerunt.* bb) Rein. cf.

dogmatis pravitate[c]. Nulli penitus testari liceat Eunomiano in Eunomianum, nulli eiusdem perversitatis[d] ex testamento quicquam percipere Eunomiani; nemo donet, nec Eunomianus ab Eunomiano liberalitatem[e] praedii vel domus accipiat, etiamsi per interpositam alterius sectae personam vel titulum venditionis imaginariae fraus quaedam legi fuerit excogitata. Tantum hi[f], qui ab intestato venturi sunt ex legibus, [g] in eorum hereditate succedant, atque his[h] locus pateat successionis, ad quos iura sanguinis legitimas intestatorum deferunt hereditates. §. 5. Conventicula etiam eorum in domos[hh] si qua fuerint vel[i] possessiones, pro norma generalium sanctionum aerario nostro absque dubio socientur[k], sibi hoc imputante domino, qui interdictos coetus sciens passus est sub tecto[l] proprio vel in praedio rustico exerceri[m]. §. 6. Illo incunctanter exsequendo, ut ubiubi[n] reperti fuerint Eunomianorum clerici, qui auctores iterati baptismatis exstiterunt, comprehensi in perpetuum sub poena deportationis ad exsilium deducantur. §. 7. Etiam illo addendo, ut nemo Eunomianus vel militet vel provinciam[o] sub administratione cuiuslibet officii suscipiat gubernandam etc. *Dat. VIII. Id. Nov. Constantinopoli, DD. NN.*[p] *Honorio X. et Theodosio VI.*[q] *AA. Coss.* (415.)

59. *Iidem AA. Asclepiodoto Pf. P.*[r] *Post alia:*[s] Manichaei et Phryges[t], quos Pepuzitas[u] sive Priscillianistas[v] vel alio latentiore vocabulo[x] appellant, Ariani[y] itidem Macedonianique[z] et Eunomiani, Novatiani ac Sabbatiani[a] ceterique haeretici sciant, universa sibi hac quoque constitutione denegari, quae illis generalium sanctionum interdixit auctoritas: puniendis, qui contra generalium constitutionum interdicta[b] venire tentaverint. *Dat. V. Id. April. Constantinopoli, Asclepiodoto et Mariniano Coss.*[c] (423.)

60. *Iidem AA. Asclepiodoto Pf. P.*[d] De haereticis omnibus, quorum et[e] errorem exsecramur et nomen, hoc est de[f] Eunomianis, Arianis[g], Macedonianis[h] ceterisque omnibus, quorum sectas piissimae sanctioni taedet inserere, quibus cunctis diversa sunt nomina, sed una perfidia, illa praecipimus debere servari, quae divi avus et pater nostrae clementiae constituerunt; scituris universis, quod, si in eodem furore permanserint[i], interminatae[k] poenae erunt obnoxii etc. *Dat. VI. Id. Iun.*[l] *Constantinopoli, Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

61. *Iidem AA. Asclepiodoto Pf. P.*[m] Omnis[n] du-

— c. 59. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 59. 4, Til. *c.* 50 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4). Rec. man. atramento in cod. 4 add. num. 103, i. e. libri XVI. *c.* 103. Abhinc enim pro numeris romanis numeri, quos vocant, arabici atramento adscripti singulis legibus indicant, quota quaeque lex totius libri XVI. constitutio sit. 15 *Tit. de Manicheis VIII. c. un.* 51 *c.* 7 h. t. In cod. 50 deest h. c. Vid. not. sup. h. tit., supra XVI, 4, 6, not. *b*, c. 20 et 58 h. t., not. sup. et c. sq. h. t., not. *i*. Coniungenda est cum c. 26 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8), c. 5 C. Th. Ne Christ. mancip. (XVI, 9), c. 22 C. Th. de Paganis (XVI, 10). Baron. ad ann. 423, n. 4. Vid. c. 60 h. t., not. sup. — c. 60. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 60. 4, Til. *c.* 51 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4), sed rec. man. in cod. 4 *c.* 104 h. libri. 15 *Tit. De Eunomianis VII. c. un.* 50, 51 *c.* 6 h. t. Vid. not. sup. h. tit., supr. XVI, 4, 6, not. *b*, c. 20, 58, 59 h. t., not. sup. et infra not. *i*. Coniungenda est cum c. 27 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8) et c. 23, 24 C. Th. de Paganis (XVI, 10). Vid. infr. not. *l*. Addit Go.: „Quin imo pars prior *legis* 24. *infr. de Paganis*, huc referri debuit, atque in eo peccatum ab huius Codicis conditoribus: de quo in *Prolegomenis*.“ Baron. ad ann. 423, n. 5. Summ. C. Th.: „*Superiori similis.*“ — c. 61. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 61. 4, Til. *c.* 52 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4), sed rec. man. in cod. 4 *c.* 105 h. libri. Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b*, c. 20, 58, 59 h. t., not. sup. Coniungenda est cum c. 2 C. Th. de Praediis et mancipiis (XII, 3). Baron. ad ann. 423, n. 6.

c. 23 et 27 h. t. c) 11 *private.* d) 11 *perversitates.* e) 11 *libertatem.* f) 11 *venditionis maginaria faus quidam legi fuerit excogitatam. Tantum hii.* g) Fol. 430[b] cod. 4. Go. *in eorum ex haereditate.* 4 *succendant.* h) 4 *adquemhis*, rubro col. del. *m.* hh) Vid. supr. not. *o.* i) 11 om. *vel.* k) A cod. 11 abest *socientur.* l) 11 *tectu.* m) 4, Til. *exercere.* Vid. §. 3 h. c. n) 11, Aur. Lugd. Ri. Ri*. *ut ubi reperti.* o) 11 *cleri qui* — *conpraehendi* — *ne Eunomianus* — *vel provintia.* Ri. *administatione.* p) 11 om. *Constantinop. DD. NN.* q) 11 *Thed. V.* et om. *AA. Coss.* r) 11 *Asclipiodoto.* 15 *Id. āā eidem Asclepiodoto;* antecedit enim c. 60 h. t. 51 *Idem āāā Asclipiodoto.* s) Quae sunt in c. 26 cit. t) 4, Til. — Ri*. *Fryges.* 11, 15, 51 *Friges.* c. 40 h. t. *Phrygas.* Cf. etiam c. 65 h. t., §. 2. u) 4, Til. — Lugd. Lab. *Pepyzistas.* 11 *Pepizitas.* Cui. 2 — Ri*. *Pepyzitas.* 50 *Praepyzitas.* 15 om. *Pepuzitas sive.* Recte Be., auct. Go., *Pepuzitas;* nomen ducunt a Pepuza, oppido quodam sive loco Phrygiae. v) Codd. Til. — Cui. 2* *Priscilianistas.* x) Fol. 431[a] cod. 4. y) Codd. Til. — Go. *Arriani.* 11 *tidem.* 15 *appellant item Arriani Mac.* z) 4, 11, Til. Cui. 1 *Machedonianique.* 15 om. *que et.* a) 11 *Eunomiano vatiani ac Sabatiani.* 15 *Eunomiani Vatiani Sabbatiani.* 50 *Eunomiani Vaciani ac Sabbatiani.* b) 15, 50 *sanctionum interdicta* et om. *interdixit* — *constitutionum.* 11 *indicta.* c) 11 *Marinianum* et om. *Coss.* Go. et Ri. *Cons.* d) 15 *prēpo.* 50, 51 *Id. āāā Ascl. ppo post alia.* e) 15 om. *et.* f) 15, 51 om. *de.* g) Codd. Til. — Cui. 2* *Arrianis.* h) Codd. Til. Cui. 1 *Machedonianis*, sed del. *h* in 50. Sqq. inverso ordine ita scripta sunt in cod. 15: *ceterisque omnibus quibus* (om. *cunctis*) *diversa s̄ nomina sed una perfidia quorum sectas piissimae sanctioni tedet inserere illa praecipimus* etc. 11 sic: *caeterisque* — *sectis piissime sanctionis et inserere quibus cuncta diversa* (om. *sunt*) *nomina* — *qua divi avus et pater noster.* Ut cod. 11, ita Cui. 2 — Go. om. *sunt* post *diversa.* i) Cum lit. *permanse* desinit fol. 192 cod. 50. Fol. 193 incipit cum subscr. c. 4 C. Th. Ne sanctum baptisma (XVI, 6). Excidit igitur unum folium. Vid. Diss. meam de Sirmondi Constitutionibus pag. 7, not. *t.* k) 4, Til. — Lugd. Lab. *intemeratae;* sed in rell. codd. et edd. est *interminatae*, recte et prob. Go. *Interminatae* passiva significatione, ut *emensis* in c. 61 h. t. et multa alia participia multis in locis. l) 4, Til. — Be. Lab. *Iul.* Go. em. *Iun.*, ut coniungi possit h. c. cum supra nominatis legibus. Recte, et ita habent 11, 15, 51. Mox 11 om. *Coss.* m) 11 om. *Pf. P.* Mendose Go. Ri. *Asclepidoto.* n) Be.

biae interpretationis[o] ambages hac sententia revocantes[p] publicari praecipimus, quod lex[q], quae super Eunomianis militare prohibitis ceterisque exsecrabilium religionum[r] et professionum ritibus promulgata cognoscitur, nihil ad eos, qui cohortalini sunt, pertinet[rr]. His[s] enim sunt apparitionibus obligati, in quibus emensis militiae stipendiis veterani primipili[t] munus sustinere coguntur. *Dat. VI. Id. Aug.*[u] *Eudoxiopoli*[v], *Asclepiodoto et Mariniano Coss.* (423.)

62. *Imp.*[vv] *Theodosius A. et Valentinianus C. ad Faustum Pf. U.*[x] Manichaeos, haereticos, schismaticos sive mathematicos[y] omnemque sectam catholicis inimicam ab ipso adspectu urbis Romae[z] exterminari praecipimus, ut nec praesentiae criminosorum contagione foedetur[a]. Circa hos autem maxime exercenda commonitio[b] est, qui pravis suasionibus a venerabilis papae[c] sese communione[d] suspendunt, quorum schismate[e] plebs etiam reliqua vitiatur. His conventione[f] praemissa viginti dierum condonavimus[g] inducias,[h] intra quos nisi ad communionis redierint unitatem, expulsi usque ad[i] centesimum lapidem, solitudine[k], quam eligunt, macerentur. *Dat. XVI. Kal. Aug. Aquileiae, Theodosio A. XI.*[l] *et Valentiniano C. Coss.* (425.)

63. *Idem A. et C. Georgio Proconsuli Africae*[m]. Omnes[n] haereses omnesque perfidias, omnia schismata superstitionesque[o] gentilium, omnes catholicae legis[p] inimicos insectamur errores. Si quos[q] vero haec quoque clementiae nostrae statuta poena comitetur, et[r] noverint, sacrilegae superstitionis auctores, participes, conscios[s] proscriptione plectendos[t], ut ab errore perfidiae, si ratione retrahi nequeunt, saltem[u] terrore revocentur, et, universo supplicationum aditu[v] in perpetuum denegato criminibus, debita severitate plectantur

— c. 62. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 62. 4, Til. *c.* 53 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4), sed rec. man. in cod. 4 *c.* 106 h. libri. Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 58, 59 h. t., not. sup. Est etiam in cod. Coll. Orielens. Oxon. B. 4, 5; codd. Reg. Par. 1454 (fol. 140), 1455 (fol. 70) et 3842[a]; denique in cod. vet. can. Quesn. c. 54 (ed. Lugd. 1700. fol. T. II, p. 113) et in Append. S. Leonis Opp. ed. Ballerin. T. III, p. 396. Baron. ad ann. 425, n. 9 (10). Prima h. c. vv. repetuntur in c. 64 h. t. et deprompta sunt ex c. VI. Sirmond. — c. 63. 11, Cui. 1 — Ri. Be. Lab. *c.* 63. Ri*. *c.* 43, err. 4, Til. *c.* 54 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4), sed rec. man. in cod. 4 *c.* 107 h. libri. 15 *c.* 4 h. t. 51 *c.* 8 h. t. In 50 deest h. c. Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b*, not. sup. h. tit. et c. 20, 58, 59, 64 h. t., not. sup. Eam, quamquam alio die datam Go. coniungendam esse putat cum c. 46 C. Th. de Episc. (XVI, 2). Vid. not. *x*. Baron. ad ann. 425, n. 10.

em. *Omnes*, sine necess. o) Cum literis *terpraetationis* incip. fol. 431[b] cod. 4. Mox 11 *ac* pro *hac*. p) Optime 4, Til. — Lugd. Lab. *revocantes*. Revocatur enim interpretatio c. 58, qua usi haeretici onerosam militiam cohortalinam detrectaverant. 11, Cui. 2 — Be. *resolventes*. q) c. 58 h. t. r) 11 *legionum*. rr) Cf. c. 48 h. tit. s) Ita 4, 11, edd.; Go. Be. tentant *hi*, quo non opus est. t) 4 *primili*, a rec. man. supr. add. *pi* (primipili). u) c. 2 cit. *V*. Vid. c. 2 cit., not. *t*. v) 11 *Eudoxio ppo* et om. *Coss*. vv) Ita 4, 11. Edd. et Lab. *Impp*. x) 11 *Imp. Thed. A. et Valentinianus Cons ad Faustum ppm*. Cod. vet. can. Quesn. ed. Lugd. *Imperatores Augustus Theodosius et — Fausto Praefecto Urbis*. y) Ita 4, Til. — Lugd. Lab. vet. cod. can. Quesn. codd. Par. Oriel. citt. et c. VI. Sirm., ex qua haec vv. descripta sunt. Prob. Go. hoc suppl. 11, Cui. 2 — Be. om. *sive mathematicos*. 11 *scismathicos*. Hoc v. caussa est, cur *sive mathematicos* om. sit. Desunt h. vv. etiam in c. 64 cit. Mox 11 *catolicis* et Til. *ommemque*. z) Cod. can. Quesn. *Romanae*. a) Vet. cod. can. Quesn. codd. Par. et Oriel. citt. Lab. *foedetur*, scil. urbs Roma. Similiter 11 *fodetur*. 4, Til. — Be. *foedentur*, sc. catholici. Melius *foedetur*, quod restitui. Habent quidem c. 64 h. t. et c. VI. Sirm. *foedentur*, ibi vero antecedit *urbium diversarum*. b) 4, codd. Par. citt. cod. Oriel. Til. — Lugd. Ball. l. c. *exercenda commonitio*. 11 *exercere urgenda commotio*. Cui. 1 — Lugd. in m., Cui. 2 — Be. *urgenda commotio*, prob. Go., cui displicet cod. 4 script. Lab. om. *exercenda*. Probum est *exercenda commonitio*, h. e. praeceptum principis observandum, h. e. poena infligenda legibus statuta. c) Coelestini. 11 *ac venerabilis pape*. d) 4 *commonitione*, sed erasum est *it* et rubro col. supra *o* add. *u* a rec. man. (communione). e) 4 *schismatae*, rubr. col. em.; 11 *scismate*. f) Go.: „Nonnulli male hic reponunt *condemnatione*." g) Cod. can. Quesn. Oriel. *condonamus*. h) Fol. 432[a] cod. 4. i) 11 om. *ad*. k) 4, 11 *sollicitudinem*, a sec. man. in cod. 4 em. *solitudine*, consentiente vet. cod. can. Quesn. l) Cod. can. Quesn. ed. Lugd. *decies*, impr. Ball., secundum quos etiam cod. Vindob. *XI* habet. 11 om. *C. Coss*. m) 4, Til. om. *Proc. Afr.* et 15 *et C*. 11 *Idem aa et cons.* etc. 51 *Id. aaa etc Georgico* etc. Be. *Iidem*. Vid. c. anteced., not. *vv*. n) Go. suppl. vult *quidem*, sine dubio propter v. *vero*, quod paullo infra legitur. Facile caremus supplemento. o) 11 *scismata superstitiones* et des. sqq. usque ad v. *superstitionis*. Ceterum Go. primam legis partem usque ad v. *gentilium* transferri posse putat, ut fugitivam ad titulum de Paganis (XVI, 10). p) 4 *leges*, rubro col. em. *legis*. q) Haereseos alicuius hic latere nomen putat Go. 15 om. *Si quos — comitetur et*. Vid. not. sq. r) Ita 4. Go. em. *ut*. 51 om. *et*. De cod. 11 vid. not. *o* antec. 15 *Noverint ergo superst. sacr. auctores*. Vid. not. *q* et *s*. Librarius igitur, qui impeditam esse orationem sentiret, om. antec. sententia, add. *ergo* post *noverint*, qua quidem mutatione em. locum. Obscura lex est, quia non integra est, ut ex v. *etc.* apparet. Vv. *auctores, participes* quarto casu posita sunt, cohaerent *statuta poena*. In iis, quae nunc desunt, sine dubio fuerunt, quae copulae *et* (*et noverint*) responderent, quare comma post *noverint* addidi. *Statuta poena* autem, de qua loquitur imperator, in principio legis hic omisso proposita erat. Si quis vero *haec statuta* pro accusativo haberet, necessario vitium lateret in vv. *Si quos*, pro quibus substituerem *Si quando* aut adiectivum, quod *poenae* responderet. s) 4, Til. — Lugd. *consocios*. 11, 51, Cui. 2 — Be. Lab. *conscios*. 15 *conscii se proscriptione*. Hic igitur iterum em. librarius et scite quidem. Recte *conscios*. Vid. not. sq. t) Go. em. *se plectendos*, quod consentit quidem cum cod. 15, neque vero cum rell. codd. Iam vero cum cod. 15 librarius proprio Marte corr., cj. ex eo fieri non potest. Vid. not. *r*. u) 11, Cui. 2 — Ri*. *saltim* pro *saltem*, ut Go. notat. Vid. c. 7 h. t.

etc.[x] *Dat. prid. Non. Aug.*[y] *Aquileia, D. N.*[z] *Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.* (425.)

64. *Idem A. et C.*[a] *Basso Comiti R. P. Post alia:* Manichaeos, haereticos sive schismaticos[aa] omnemque sectam catholicis inimicam ab ipso adspectu[b] urbium diversarum exterminari[c] praecipimus, ut nec praesentiae[cc] criminosorum contagione foedentur. Omnes igitur personas erroris infausti[d] iubemus excludi, nisi his emendatio matura subvenerit etc. *Dat. VIII. Id. Aug.*[dd] *Aquileia, D. N. Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.*[e] (425.)

65. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA.*[f] *Florentio Pf. P.* Haereticorum ita est[ff] reprimenda insania, ut ante omnia quas ab orthodoxis abreptas tenent[g] ubicunque ecclesias, statim catholicae ecclesiae tradendas esse non ambigant, quia ferri non potest, ut, qui nec proprias habere debuerant, ab orthodoxis possessas aut conditas suaque temeritate invasas ultra detineant. §. 1. Dein ut, si alios sibi adiungant clericos vel, ut[h] ipsi aestimant, sacerdotes, decem librarum auri[i] mulcta per singulos ab eo, qui fecerit, et qui fieri passus sit[k] vel, si paupertatem praetendant, de communi clericorum eiusdem superstitionis corpore vel etiam donariis[l] ipsis extorta nostro inferatur aerario. §. 2. Posthaec, quoniam non omnes eadem[m] austeritate plectendi sunt, Arianis[n] quidem, Macedonianis[o] et Apollinarianis, quorum hoc est facinus, quod nocenti meditatione decepti credunt de veritatis fonte mendacia, intra nullam[p] civitatem ecclesiam habere liceat; Novatianis[q] autem et Sabbatianis omnis innovationis adimatur licentia, si quam[r] forte tentaverint; Eunomiani vero, Valentiniani, Montanistae[s] seu Priscillianistae[t], Phryges[u], Marcianistae[v], Borboriani[x], Messaliani[y], Euchitae sive Enthusiastae[z], Donatistae, Audiani[a], Hydroparastatae, Ascodrogitae[b], Photiniani[c], Pauliani, Marcelliani[d], et qui ad imam[e] usque scelerum[ee] nequitiam pervenerunt, Manichaei nusquam in Romano[f] solo conveniendi orandique habeant facultatem; Manichaeis[g] etiam de civitatibus expellendis[h], quoniam nihil his omnibus[i] relinquendum[k] loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat iniuria. §. 3. Nulla his penitus, praeter[kk] cohortalinam in provinciis et castrensem, indulgenda militia[l]; nullo donationis[m] faciendae invicem, nullo testamenti aut voluntatis ultimae penitus iure concesso[n]; cunctisque legibus, quae contra hos[o] ceterosque, qui nostrae fidei refragantur, olim

— c. 64. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 64. 4, Til. *c.* 55 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4), sed rec. man. in cod. 4 *c.* 108 h. libri. Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 58, 59 h. t., not. sup. Maximam partem est repetita c. 62 h. t. et deprompta una cum c. ult. C. Th. de Episcopis (XVI, 2) ex c. VI. Sirmond. Baron. ad ann. 425, n. 11. Summ. C. Th.: „*Superioribus similis.*" — c. 65. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 65. 4, Til. *c.* 56 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4), sed rec. man. in cod. 4 *c.* 109 huius libri. Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b*, c. 20, 52, 58, 59 h. t., not. sup. et sq. tit. VI, not. sup. Cod. Iust. I, 5, 5, I, 6, 3. In duas enim leges h. c. discerpta est in Cod. Iust. nonnullis omissis. Vid. infra not. *e*, *g*. Bas. I, 1, 25. Bas. I, 1, 36, LX, 54, 22. Ans. Luc. XII, 68. Baron. ad ann. 428, n. 25, 26.

v) 11 *vocentur et universa supplicatione additum.* x) 15 om. *etc.* Idem *II* pro *prid.* y) c. 46 cit. *Iul.* z) 11 om. *D. N.* et *C. Coss.* Idem *Thed.* 15 om. *D. N.* et *C.* et 51 *D. N.* a) 11 *cons.* Be. *Iidem.* Vid. c. 62 h. t., not. *vv.* aa) Vid. c. 62 h. t., not. *y.* b) 11 *aspecto.* c) Fol. 432[b] cod. 4. c. VI. Sirm. add. *debere.* cc) c. VI. Sirm. add. *quidem.* d) 11 *fedenter — infaustum.* dd) Go. in Chron. *VIIII. Id.* c. VI. Sirm. *Iul.* et c. ult. cit. *Oct.*, ubi vid. not. *t.* e) 11 *Aquil.* (om. *D. N.*) *Thed. — Valentiniano Cons.* Aur. Lugd. *Cosns.* f) 4 *Id aa* et Til. *Idem. AA.*, i. e. *Impp. Theod. et Valent. AA.* Utraque c. Cod. Iust. convenit cum vulg. C. Th. edd., sed c. 5 Cod. Iust. cit. add. *et CC.* ante *Flor.* 11 *Imp. — repremendo — ortodoxis.* ff) Mendose Aur. Lugd. *ut* pro *est.* g) 11 *abrepta stent.* h) 11 *habere desiderant ab ortodoxis — deteneant. Deinde ut — cleros velut.* Etiam 4, Til. — Lugd. *velut.* i) 4, Til. — Lugd. Lab. om. *auri.* Cui. in Cui. 2 add. *auri* ex cod. 11. k) 11 *passus fuerit* et infra *clerorum.* l) Aur. Lugd. *denariis*, mendose. m) Fol. 433[a] cod. 4. n) 11, Til. — Go. *Arrianis.* o) 4, 11 *Machedonianis*, sed in cod. 4 emend. *Macedonianis.* p) 11 *ullam.* q) 11 *Novationis.* Postea *Sabbatiani.* r) 11 *si qua.* s) 11 *Montanistiae.* t) 4, Til. — Cui. 2* *Priscilianistae.* 11 *Priscilianiste.* u) 4, Til. — Ri*. *Fryges.* 11 *friges.* Cf. c. 59 h. t. Be. notat: „fort. *Mont. seu Phryges, Priscill.* Nam Mont. etiam Phryges seu Cataphryges vocabantur, et ab iis diversissimi fuerunt Priscillianistae." Sed Cod. Iust. ut C. Th. Vid. infr. not. *e.* v) Go. vult *Marcionistae;* eos quoque appellari dicit *Marcionitas*, et sic Bar. Cod. Iust. *Marcionistae.* x) 4 *Boboriani*, sed corr. a librario *Borboriani.* y) 11 *Missaliani Euchite.* Bar. in m. *Euchaitae.* Go.: „Al. *Massaliani.*" z) 4, Til. — Ri*. Lab. *Enthysiastae.* 11 *Entisiaste.* Go. notat *Enthusiastae*, quod Be. rec. et Cod. Iust. habet. a) 11 *Audiant.* b) 11 *Ascodroite.* In Cod. Iust. et in c. 10 h. t. *Tascodrogitae* appellantur. c) 4, 11, Til. — Ri*. *Fotiniani.* d) 11 *Marcellini.* e) Cod. Iust. c. 5 cit. ita incipit: *Ariani et Macedoniani, Pneumatomachi, Apollinariani, Novatiani seu Sabatiani, Eunomiani, Tetraditae seu Tessarescaedecaditae, Valentiniani, Papianistae, Montanistae seu Priscillianistae, vel Phryges, vel Pepuzitae, Marcionistae, Borboriani, Messaliani, Euchitae sive Enthusiastae, Donatistae, Audiani, Hydroparastatae, Tascodrogitae, Batrachitae, Hermogeniani, Photiniani, Pauliani, Marcelliani, Ophitae, Encratistae, Carpocratitae, Saccophori, et qui ad imam.* ee) 11 *caelerum.* f) 11 *Romanos.* g) 11 *Manicheus.* h) Cod. Iust. add. *et ultimo supplicio tradendis*, impr. Go., quia tota lex renitatur et proxime sqq. vv. obstent. Tamen cum et Graeci h. vv. habeant et aliae Cod. Iust. leges, veluti c. 11, 12, 16 h. t., forte assumendam putat hanc clausulam. 11 om. *expellendis — omnibus.* Dirksen l. c. p. 352. i) Go.: „Est qui tentat *hominibus*, scilicet Manichaeis: Nil opus." Contra Be. haec ad solos Manichaeos videntur referenda esse; recte. Cod. Iust. *His nihil* et om. *omnibus.* k) 4, Til. — Ri*. Lab. *relinquendi.* 11, Be. ex Go. not. et ex Cod. Iust. *relinquendum;* hoc melius. kk) Cf. 48 h. t. l) 11 *elimentis — paenitus praeter quod ortalinam — indulgendam militiam.* Zirardin. l. c. p. 107, not. 1. m) Fol. 433[b] cod. 4. n) 11 *testamento aut voluntatis ultime paenitus iurae.* Cod. Iust. om. *Nulla his — concesso.* o)

latae sunt, diversisque promulgatae temporibus, semper viridi observantia valituris sive de donationibus in[oo] haereticorum factis ecclesias, sive ex[p] ultima voluntate rebus qualitercunque relictis, sive de privatis aedificiis, in quae domino permittente[q] vel connivente convenerint[r], venerandae nobis catholicae vindicandis ecclesiae[s], sive de procuratore, qui hoc nesciente domino fecerit, decem librarum auri mulctam vel exsilium, si sit ingenuus, subituro[t], metallum vero post verbera, si servilis conditionis sit; ita ut nec in publico convenire loco[u], nec aedificare sibi ecclesias[uu], nec ad circumscriptionem[v] legum quicquam meditari valeant[x], omni, civili et militari, curiarum etiam[y] et defensorum et iudicum, sub viginti librarum auri interminatione, prohibendi auxilio.[z] Illis etiam in sua omnibus manentibus firmitate, quae de militia[a] et donandi iure ac testamenti factione vel neganda[b] penitus, vel in certas vix concessa personas, poenisque[c] variis de diversis[d] sunt haereticis promulgatae, ita[e] ut nec speciale quidem beneficium[f] adversus leges valeat impetratum. §. 4. [g] Nulli haereticorum danda licentia[gg] vel ingenuos vel servos proprios, qui orthodoxorum sunt initiati[h] mysteriis, ad suum rursus baptisma deducendi, nec vero illos *), quos emerint vel qualitercunque habuerint, necdum suae superstitioni coniunctos[i] prohibendi catholicae sequi religionem ecclesiae. Quod qui[k] fecerit vel, cum sit ingenuus, in se fieri passus sit vel factum non detulerit, exsilio ac[l] decem librarum auri mulcta damnabitur, testamenti et donationis faciendae utrique[ll] deneganda licentia. §. 5. Quae omnia ita custodiri decernimus, ut nulli iudicum liceat delatum ad se crimen minori aut nulli coercitioni mandare, nisi ipse id pati velit[m], quod aliis dissimulando concesserit. *Dat. III.*[n] *Kal. Iun. Constantinopoli, Felice et Tauro Coss.* (428.)

66. *Iidem*[o] *AA. Leontio Pf. U.*[p] Damnato portentosae[q] superstitionis auctore Nestorio[r], nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, ne Christianorum appellatione abutantur. Sed quemadmodum Ariani[s] lege divae memoriae Constantini[t] ob similitudinem impietatis Porphyriani a Porphyrio nuncupantur[u], sic ubique participes nefariae sectae Nestorii Simoniani[v] vocentur, ut, cuius scelus sunt in deserendo Deo[vv] imitati, eius vocabulum iure videantur esse sortiti. §. 1. Nec vero impios libros nefandi sacrilegii[x] Nestorii adversus venerabilem orthodoxorum sectam decretaque[y] sanctissimi coetus antistitum Ephesi habiti scriptos habere aut legere aut describere quisquam audeat: quos diligenti studio requiri ac publice comburi decernimus. §. 2. Ita ut nemo in religionis disputatione aliquam supradicto nomine[z] faciat[a] mentionem, aut quibusdam eorum habendi concilii gratia in aedibus aut villa aut

— c. 66. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 66. 4, Til. *c.* 57 C. Th. de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4), sed rec. man. in cod. 4 *c.* 110 huius libri. Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b* et c. 20, 58, 59 h. t., not. sup. et infra not. *a.* Hausta est h. c. ex Graeca c. et ea quidem ampliore, quae superest in Actis Concil. Ephes. edita ab Ant. August. (Coll. p. 114, Harduin. l. c. T. I, p. 1715 sqq. Mansi l. c. T. V, p. 413, 660). Socrates I, 9. Nicephorus VIII, 25. Sozomenus I, 20. Cod. Iust. I, 5, 6. Bas. I, 1, 26. Baron. ad ann. 435, n. 2.

Cod. Iust. *eos.* 11 *caeterisque qui in re fidei refrangantur olim late — promulgate.* oo) Aur. Lugd. h. l. om. *in*, sed add. post *factis.* p) Cod. Iust. *olim diversisque temporibus latae sunt, semper viridi observantia valituris, sive de donationibus in haereticorum conventicula, quae ipsi audacter ecclesias nuncupare conantur, factis, sive ex.* q) 11 *aedifitiis in quo edño promittente.* 4, 11, Til. — Ri*. Lab. *conhibente.* r) 4, Til. *convenerit.* s) Cod. Iust. *ecclesiae vindicandis.* t) 11 *subiturum — conditionis si ita.* u) Cod. Iust. *publicum convenire locum.* uu) Cod. Iust. *quasi ecclesias.* v) 4 *circumscribtione.* x) 4, Til. *valeat.* 11 om. *omni.* y) Go. *etiam etiam.* z) Fol. 434[a] cod. 4. Cod. Iust. *prohibendo auxilio — omnibus in sua.* 11 *exterminatione pr. aux.* a) 11 *firmitatem quae de militie donandi.* Des. in Cod. Iust. *et donandi — personas.* b) 4, 11, Til. — Ri*. Lab. *negandi.* Be. corr. *neganda*, recte. Lab. in m.: „*f.* negata." c) 11 *concessas personas poenasque.* d) Cod. Iust. *deque diversis.* e) Cod. Iust. *promulgata* et om. *ita. Promulgatae*, sc. leges. Vid. §. 3 h. c. princ. f) 4 *beneficio.* 11 *quide — ortodoxorum.* g) Hic desinit c. 5 Cod. Iust. cit. Ex seqq. conscripta est c. 3 Cod. Iust. cit. gg) Cod. Iust. *licentia est.* h) 4 *initia.* *) Lab. *illi*, in m. „*al.* illos." i) 4, Til. *conductos.* 11 *superstitiones convinctos.* k) Aur. Lugd. *quid.* l) 11 *ad decem librarum* et om. *auri.* ll) Cod. Iust. *utrisque.* m) Fol. 434[b] cod. 4, estque in ima pag. signum quatern. *NZ.* 11 *vellit.* n) Lab. add. *de.* 11 om. *Coss.* o) 11 *Idem AA.* et Cod. Iust. *Iidem AA.*, quod reposui auctore Go. Vid. c. anteced., not. *f.* 4, edd. *Impp. Theodosius et Valentinianus*, sed Ri. Ri*. *Imp.* et om. *et.* p) 11, Cui. 2 — Ri*. siglum praefecti praet. habent. In Ri*. videtur esse scriptum *Ieontio.* q) Cod. Iust. Go. Lab. *portentosae*, prob. Go.; 4, rell. edd. *portentuosae.* Cf. supr. VIII, 13, 1, not. *r.* r) 11 *Nostorio nota congruit nomis — opellationi abutantur.* 4 *autore.* s) 11, Til. — Go. *Arriani.* 4 *quemammodum.* t) Quae est, ut Go. putat, ap. Sozomenum I, 9. u) 11 *impiaetatis oporfiliani o porfirio nuncupantur.* 4 *nuncupatur.* 4, Til. — Ri*. *Porfyriani a Porfyrio.* v) 11 *Symoniani — immitati — iurae — Ne vero — liberos.* vv) Cod. Iust. *Deum.* Infra *esse videantur.* x) Ita 4, 11, Til. — Ri*. Lab.; Be. ex Cod. Iust. *sacrilegi*, sed ibi est *nefandi et sacrilegi.* Commode hic dici potest *sacrilegii*, i. e. libri prohibentur, qui nefandum Nestorii sacrilegium continent. Sacrilegium est pro haeresi. Vid. c. 6, §. 1 h. t., XVI, 7, 3, §. 1. Similiter supra *participes nefariae sectae Nestorii.* Verum est, Acta Concil. Ephes. congruere cum Cod. Iust. Illa enim τοῦ ἀθεμίτου τε καὶ ἱεροσύλου; sed propter consensum codicum, consilio h. l. a C. Th. conditoribus mutatum esse arbitror. y) 4 *decetaq˙*, a librario ponitur *r* supr. *c.* 11 *ortodoxorum — antestitum — quisquam aut et quos — disputationem.* z) Ita codd.; Cui. 1. Lab. *supra dicto nomine.* Rell. edd. ut codd. Cod. Iust. *supradicti nominis*, i. e., ut Be. notat, non Nestoriani, sed Simoniani vocandi, quod deprompsit ex Go. comm., qui haec vv. ad Acta Concilii Ephesini spectare demonstrat, ubi ita scriptum est: μηδὲ μνήμην τῶν οὕτως ἀπολλυμένων ἀνθρώπων ἔν τινι τῆς θρησκείας

suburbano suo aut alio[aa] quolibet loco conventiculum clam aut aperte praebeat, quos omni conventus celebrandi licentia privari statuimus; scientibus universis, violatorem huius legis publicatione bonorum esse coercendum. *Dat. III. Non. Aug. Constantinopoli, D. N.*[b] *Theodosio A. XV. et qui fuerit nunciatus*[c] *Coss.* (435.)

TIT. VI.[d] NE SANCTUM BAPTISMA ITERETUR[e].

1. *Impp.*[f] *Valentinianus et Valens AA.*[g] *ad Iulianum Proconsulem Africae.* Antistitem, qui sanctitatem baptismi[gg] illicita usurpatione geminaverit et, contra instituta omnium, eam gratiam iterando contaminaverit[h], sacerdotio indignum esse[i] censemus[ii]. *Dat. X.*[k] *Kal. Mart. Treviris, Valentiniano et Valente IV.*[l] *AA. Coss.* (373.)

2. *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus*[m] *AAA. ad Flavianum Vicarium Africae*[n]. Eorum[o] condemnamus errorem, qui, apostolorum praecepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos alio[p] rursus baptismate non purificant, sed incestant, lavacri nomine polluentes.[q] Eos igitur auctoritas tua erroribus miseris iubebit absistere, ecclesiis[r], quas contra fidem retinent, restitutis catholicae. Eorum[s] quippe institutiones sequendae sunt, qui apostolicam fidem sine intermutatione baptismatis probaverunt. Nihil enim

---

Tit. VI. 8, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *Tit. VI.* 51 *Tit. V.* Cf. tit. III. et IV. h. lib., not. sup. et Diss. mea de Constitutionibus a Sirmondo editis pag. 6. De cod. 15 vid. tit. V, not. sup. et de cod. 4, Til. c. 66 antec. tit., not. *a.* Ceterum cod. 8 continet solas c. 1 et 2 et cod. 51 solam c. 4 h. t. De cod. 50 cf. supra c. 60 antec. tit., not. *i* et de cod. 3 c. 4 h. t., not. sup. Go. ad h. titulum referendas esse putat c. 5, 17 (an 44?), 54, 58, 65 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) et c. 4 C. Th. de Apostatis (XVI, 7). Cod. Iust. I, 6. — c. 1. 8, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 1. Vid. not. sup. h. tit. Cod. Iust. I, 6, 1 conflata est ex hac et ex sq. c., addita inscriptione et subscriptione sequentis c. Vid. c. 2 h. t., not. *o, q.* Bas. III, 1, 6. Indigitatur in c. 5 C. Th. de Haeret. (XVI, 5). Baron. ad ann. 373, n. 35. Monum. vet. ad Hist. Donatist. spect. post S. Optati Opp. ed. Dupin. l. c. p. 202. — c. 2. 8, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 2. Vid. not. sup. h. tit. et c. 1 h. t., not. sup., infr. not. *o, q.* Indigitatur in c. 5 C. Th. de Haeret. (XVI, 5). Baron. ad ann. 377, n. 6. Monum. vet. post S. Optati Opp. ed. Dupin. p. 203.

διαλέξει ἑτέρῳ ἢ τῷ Σίμωνος ὀνόματι ποιεῖσθαι. Herrm. in Cod. Iust. cj. *alius, quam supradicti nominis.* a) Hic terminatur fol. 434[b] s. quaternio *NZ* cod. 4. Primum fol. 435[a] v. est *sectam* c. 1 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8), quod cum v. *faciat* ita cohaeret, ut, cum asteriscus, qui ante v. *sectam* est, a recentiori manu additus sit, nihil deesse videatur, sequentes igitur tituli C. Th. de Iudaeis constitutiones pariter atque superiores tituli de Haereticis tribuantur titulo de His, qui sup. rel. cont. (XVI, 4), ubi vid. c. 6, not. *b.* Deesse tamen duodecim membranas demonstravi in Summ. C. Th. p. V, not. 3. Eadem lacuna est in Til. ed., eodemque modo ibi non solum prima constitutio tituli de Iudaeis inde a v. *sectam* coniungitur cum h. c., sed tribuuntur etiam sequentes dicti tituli constitutiones titulo de His, qui sup. rel. cont., ita ut secunda illius tit. c. c. 58 sit. Verum post v. *faciat* lacunam esse vidit Tilius. Haec enim vv. interposuit: „* *Hic desiderabatur quaternio integer cõplectens finem tituli quarti, quintum titulum et initium sexti,*" hinc etiam incepit in superiore margine paginarum *Tit. VI.* pro *Tit. IIII.*, quem numerum hactenus posuit, scribere. Putat autem Tilius superiores tituli de Haereticis constitutiones cum titulo de His, qui sup. rel. cont. cohaerere, in quem errorem inductus est priore codicis 4 lacuna. Vid. supr. XVI, 4, 6, not. *b.* Reliquorum vero titulorum numeros hausit ex Breviarii libris Mss., in quibus duo titulos, tit. de Apostatis et tit. de Iudaeis (etsi ipse in fine libri, i. e. finito cod. 4, *de Apostatis tit. V.* una cum lege 3 eiusdem tit. et c. 5, 7 C. Th. de Iudaeis ex Br. Al. descriptis, et *de Religione tit. VIIII.* add.) adesse perspexerat. Ex cod. 4 numeri describi non poterant; ibi enim desunt numeri tit. Ne Christianum mancipium et tit. de Paganis, undecimus autem titulus omnino desideratur: et quamquam illi titulo additus est numerus *VII.*, huic *VIII.*, tamen a rec. manu atramento additi sunt, neque vero a librario codicis. Quae deerant, a Cui. in Cui. 1 suppleta sunt. Cf. supra XVI, 4, 6, not. *b.* aa) Aur. Lugd. *aliquo.* Cod. Iust. *quolibet alio.* b) 11 *licentiam — publicationem bonorum esse cohercendum. Dat. IIII No. Ag. Constpli dōn.* Cod. Iust. *Kal. Aug.* Pagius requirit *Kal. April.* Utriusque enim Codicis, et C. Th. et Cod. Iust. subscriptionem falsam esse contendit, consentiente Go. in Chron. p. CCI. c) 11, priores edd. om. *Coss.*, quod Be. add. post *nuntiatus.* Scrib. *Theodosio A. XV. Cos. et qui fuerit nuntiatus.* Vid. supr. pag. 94, not. *d.* Cod. Iust. *Constantinop.* (om. *D. N.*) *Theodosio XV. et Valentiniano IV. AA. Conss.*

d) Vid. tit. I. h. libri, not. *a.* e) 8 *Iteratur.* 11 *Baptismum.* 15 *Sacrum.* f) 11, Ri. Ri*. *Imp.* Cui. 1 — Go. Lab. *Impp.* Be. *Imppp.* Vid. not. sq. et not. *l.* g) Ita 8, 11, Cui. 1 — Ri*. et Lab. Addendum esse *et Gratiani A.* nomen Go. putat. Itaque Be. ex Cod. Iust., ut dicit, ed. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA.;* sed Cod. Iust. sequentis, non huius c. inscriptionem fert. Cum subscriptio falsa sit (cf. not. *l* sq.), restitui codicum scripturam. gg) Cod. Iust. *baptismatis.* h) A Cod. Iust. abest *et — contaminaverit.* 11 *Antestitem — sacerdotium.* Mendose Aur. Lugd. *iterandorum* et Ri. *contamianuerit.* i) Ita 8, 11, Cui. 2 — Be. Cod. Iust.; sed Cui. 1 — Lugd. Lab. om. *esse* et abesse potest. ii) Vid. infra not. *o.* k) 8 om. *X.* et *Treviris — Coss.* l) Hic numerus aperte falsus est, et a librario cod. 11 eiusve, cuius in Cui. 1 usus factus est, *IIII.* scriptum pro *III.* (370.) Anno enim 373 Valentinianus Mediolani constitit, non Treviris, quo loco fuit anno 370. 11, Cui. 1 — Ri. *Treu.* et Ri*. Be. Lab. *Trev.*, sed 11 om. *Coss.* m) Cui. 1 — Lugd. Lab. *Imppp. Gratianus, Valens et Valentinianus.* 11 *Imp. Valens Gratianus et Valent.* Inde Cui. in Cui. 2 eam scripturam rest., quae in hanc quoque edit. permanavit et cum Cod. Iust. consentit. n) 8 om. *Africae.* 11 *Africheorum.* Librarius enim v. *Afric.* cum v. *eorum*, quod primum est ipsius legis, ita coniunxit, ut unum v. videatur esse. Vid. not. sq. o) 11 om. *Eorum.* Vid. not. anteced. Cod. Iust. *Eorum enim* et cohaerent haec cum iis, quae ex c. 1 hausta sunt. p) 8 add. *qua.* q) Sqq. des. in Cod. Iust. r) 11 *myseris iubebit adsistere ecclesias.* Etiam 8, Cui. 2, 2* *adsistere*, mendose. s) Cui. 1 — Lugd. *restitutis. Catholicae eorum,* quod non probo. Rell. edd. et Lab. *restitutis catholicae. Eorum*, ubi v.

aliud praecipi volumus, quam quod[t] evangeliorum et apostolorum fides et traditio incorrupta servavit[u], sicut[v] lege divali parentum nostrorum, Constantini, Constantii[x], Valentiniani decreta sunt[y]. §. 1. Sed plerique expulsi de[yy] ecclesiis occulto tamen furore grassantur, loca magnarum domorum seu fundorum illicite frequentantes; quos *) fiscalis publicatio comprehendet, si piaculari doctrinae[z] secreta praebuerint, nihil ut ab eo tenore sanctio nostra diminuat, qui dato dudum ad Nitentium[a] praecepto fuerat constitutus. Quod si errorem suum diligunt, suis malis[aa] domesticoque secreto, soli tamen, foveant virus impiae disciplinae[b]. *Dat. XVI. Kal. Nov. Constantinopoli*[c], *Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.*[d] (377.)

3. *Imppp. Arcadius*[e], *Honorius et Theodosius AAA. Edictum.* Rebaptizantium non patimur[ee] devios errores etc. *Dat. prid. Id. Febr. Ravenna, Stilicone*[f] *II. et Anthemio Coss.* (405.)

4. *Iidem AAA. Hadriano Pf. P.*[g] Adversarios catholicae fidei exstirpare huius decreti auctoritate prospeximus. Ideoque intercidendam[h] specialiter eam sectam nova constitutione censuimus[i], quae, ne haeresis vocaretur, appellationem[k] schismatis praeferebat. In tantum enim sceleris progressi dicuntur ii[l], quos Donatistas vocant, ut baptisma sacrosanctum semel apud catholicos traditum[m], mysteriis recalcatis[n], temeritate noxia iterarint[o] et homines semel, ut traditum est,

— c. 3. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 3. In rell. codd. deest h. c. Vid. not. sup. h. tit. Coniungenda est cum c. 38 C. Th. de Haereticis (XVI, 5) et sec. Go. cum c. 4 et 5 h. t., quibuscum die quidem convenit, neque vero inscriptione. Vid. c. 38 cit., not. sup. Si verum est, quod Go. asseverat, h. c. continetur fragmentum alterius exempli eiusdem legis. Augustinus epist. 166 s. 105 ed. Bened. Monum. vet. ad Hist. Donat. spect. l. c. p. 216. — c. 4. 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 4. 15 *c.* 2 *Tit. V. de Donatistis.* Cf. tit. V. huius libri, not. sup. 51 *c. un.* h. t. Incipit in hac c. P. 43 cod. 3. Vid. not. *b.* De codd. 4 (et Til. ed.), 8, 50 vid. c. 66, not. *a*, c. 60, not. *i* antec. tit. et not. sup. h. t. Eadem est c., quae XXI. est in Appendice Codicis Theodosiani Parisiis 1631. a Sirmondo edita. Codex, ex quo Sirmondus eam descripsit, ignoratur, utrum Pithoeanus an Corbeiensis fuerit. Cf. c. 3 h. t., not. sup., c. 38 antec. tit. de Haeret., not. sup. et c. 40 eod., not. sup. et not. *b.* Pars constitutionis repetitur in c. 5 h. t. Vid. not. *u.* Baron. ad ann. 405, n. 25, 26. Monum. vet. ad Hist. Donat. spect. l. c. p. 216 sq. Le Gendre de Episcopali Iudicio. Lutet. Paris. 1690. 4. p. 105.

catholicae ex antec. v. *ecclesiis* mente suppl. est *ecclesiae*, quod Go. quoque sensit, similem locum proferens ex c. 4 C. Th. de Episc. (XVI, 2). Aptius in hanc rem conferri potest §. 5 c. 52 C. Th. de Haeret. (XVI, 5). t) Ita 8, 11, Cui. 2 — Be.; rell. edd. et Lab. *quae*, quod non falsum est, sed contra codices. u) 8 *servabit.* Aur. Lugd. *iucorrupta.* v) 8, 11 om. *et*, quod in edd. h. l. add.; sed commode abesse potest *et*; quare a me del. est. x) 11, Cui. 1 — Lugd. *Constanti.* Cui. 2 — Ri*. *Constantl.* Go. in comm.: „Ego *Constantis* malim.“ y) Ita codd. edd. Go.: „Restituat quis *decretum est.* Ego nil mutem, et istud sustineam.“ yy) Lab. om. *de.* *) Scil. *fundos.* z) 11 *comprehendat et si piculiari doctrine.* 8 om. *doctrinae.* Cf. h. t. c. 4, §. 2. a) 8 *Tinentium.* Go.: „Est qui reponat *Vincentium*, vel *Viventium.* Ego malim *Nicentius.*“ Tribunum autem et notarium intelligit, cum praeceptis et mandatis imperatorum ad deprimendos haereticorum coetus in Africam missum (similiter Be.) et cf. iubet in comm. h. c. Ambrosii ep. 64 seu 46 ed. Paris. et in Prosopogr. Libanii ep. 1114 ad Nicentium, cuius mentio a Libanio fiat etiam in ep. 20, 200, 367. Rein.: „l. *Hymetium*, qui sub Valentiniano fuit Proc. Afr. (sub Iuliano Vicarius Vrbis) Amm. l. 28 (cap. 1). Hymetius Vic. Vrb. l. 29. C. Th. de Appellationibus (XI, 30) anno 362.“ Cf. Vales. ad Ammian. Marc. l. c. aa) Go. cj. *villis*, quod non probo. Vid. similia supra in c. 5 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) *sibi tantummodo nocitura sentiat, aliis obfutura non pandat — sibi solus talia noverit, alios nefaria institutione non perdat.* b) 8 *virus aut inopiae penam impiae disciplinae et facultatum omnium puplicatione multatus*, quorum vv. ultima err. ex c. 5 h. t. huc translata sunt. 11, Cui. 1 — Ri*. *viros*, sed iam Go. et Vales. in m. em. et Lab. Be. edid. *virus*, recte et consentiente cod. 8. c) Ita 8, edd. 11 *Constpli* et Cod. Iust. *Constantinop.*, impr. Go., qui sic in comm. h. c.: „Gratiani Imp. haec in rebaptizantes constitutio est (ut ex inscriptione patet, data enim ea dicitur *ad Flavianum Vicarium Africae:* quae utique Africa Gratiano parebat). Quare vitium haeret in subscriptione, ibi: *Dat. CP.* id est, Constantinopoli: nam et Gratianus hoc anno versatus est in Gallia, et Treveris quidem vel Mogontiaci. Ut proinde minus dubitem, *hanc legem* scriptam in Gallia ex consilio et dictatu Episcoporum Gallicorum: Et certe, assurgere eam, palam est, Gallicano cothurno.“ Tillem. T. V, Notes, p. 26, n. XII. prop. *P. C.* (post cons.), ut Gratianus anno 378 confirmet c. 4 antec. tit., aut *CP. P. C. Gratiani* etc., i. e. *Constantinopoli post cons. Gratiani* etc. (378.), quia Ioannes Antiochenus Gratianum narrat post Valentis mortem Constantinopolin se contulisse, aut non mutatis consulibus *P. C.*, i. e. *proposita Carthagine*, quod ipse probat, neque ego improbo, ut leg. sit: *Dat. XVI. Kal. Nov. Prop.* (excidit dies) *Karthagine Gratiano* etc. (377.) Ri. in Chronol. p. CI. pro *Data* legendum esse dicit *accepta* vel *proposita.* d) 11 *e Merobaude* et deest *Coss.* e) 11 *Imp. Archad.* ee) 11 *patitur.* f) Go. et Ri. *Stilichone.* 11, Cui. 1 — Lugd. *Antemio* et 11 *cons.* g) 51 *Impp........ Valentinianus et Valens aa adriano* (hoc quoque 11, Cui. 1 — Cui. 2*. Lab.) *ppo.* Sirm. l. c. *Lex Honorii adversus Donatistas, multo quam in vulgatis libris emendatior* (haec Sirmondus add.). *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA.* etc. h) 11, 15 *intercedendam.* Cui. 1 — Be. et Lab. *intercidendam.* 51 *interdicendam esse.* Sirm. l. c. Val. in m. vetus codex ap. Go. *interdicendam*, impr. Go. Significantius *intercidendam.* i) 15 *censemus.* k) Sic Be. recte ex c. XXI. Sirm.; consentiunt codd. 15, 51, Cuiacius in Parat. ad tit. Cod. Iust. de Haeret. et manich. (I, 5) et Go. in not. h. c. 11, Lab. om. *ne* estque in cod. 11 *appellationes scismatis.* Cui. 1 — Lugd. *quae haeresis * vocaretur appellatione.* Cui. 2, 2* *quae haeresis vocaretur appellationes* estque asteriscus in m. Go. Ri. *quae * haeresis vocaretur, appellationes* et Ri*. *quae haeresis vocaretur, appellationes.* Go. Lab. prop. etiam *quae antequam haeresis* et Val. *quae ut haeresis.* Ceterum Cui. 1 — Go. *Intantum.* l) 11 *hii.* 15, 51 *hi.* Mox 11 *aut* pro *ut.* m) Haec recepi ex 15, 51, c. XXI. Sirm.; 11, edd. om. *semel a. c. tr.*, quae Be. falso dicit ap. Sirm. addi paullo infra post *homines semel ut.* n) 15, 51,

munere divinitatis ablutos, contagione profanae [p] repetitionis infecerint [q]; ita contigit, ut haeresis ex schismate nasceretur [r]. Inde male credulas mentes ad spem secundae indulgentiae blandus error invitat; facile est enim persuadere peccantibus, veniam prius praestitam denuo posse praestari; quae si concedi iterum eodem modo potest, non intelligimus [s], cur tertio denegetur. Hi vero et servos vel [t] homines iuri proprio subditos iterati baptismatis polluunt sacrilegio. Quare hac lege sancimus, ut quisquis post haec fuerit rebaptizasse detectus [u], iudici, qui provinciae praesidet, offeratur, ut facultatum omnium publicatione mulctatus inopiae poenam, qua in perpetuum afficiatur [v], expendat: ita ut filiis eorum, si a paternae societatis pravitate dissentiunt, ea, quae fuerint paterna *), non pereant, ut [vv], si ipsos forsitan scaevitas [x] paternae depravationis implicuit, ac reverti ad catholicam [y] religionem malunt, adipiscendorum his bonorum copia non negetur. §. 1. Ea [z] praeterea loca seu praedia, quae feralibus sacrilegiis deinceps constiterit praebuisse secretum, fisci viribus applicentur, si tamen dominus aut domina [a] aut praesens forte fuisse aut consensum praestitisse probetur [b]: quos quidem iusta etiam per sententiam notabit infamia [c]. Si vero his nesciis per conductorem procuratoremve eorum in domo agitatum [d] huius modi facinus comprobatur, praeiudicio a praediorum [dd] publicatione suspenso, impliciti [e] sceleris auctores coercitos [ee] plumbo exsilium, in quo omni vitae suae tempore afficiantur, accipiet [f]. §. 2. Ac ne forsitan sit liberum, conscientiam [g] piacularis flagitii [h] perpetrati intra domesticos parietes silentio celare secreto, his, qui [i] forsitan ad rebaptizandum cogentur, refugiendi ad ecclesiam catholicam sit facultas [k], ut eius praesidio adversus huius criminis et societatis auctores attributae libertatis [l] praesidio defendantur, liceatque his sub hac conditione fidem tueri, quam extorquere ab invitis domini tentaverint; nec assertores dogmatis catholici ea, qua [m] ceteros, qui in potestate sunt positi, oportet ad facinus lege constringi [n], et maxime convenit, omnes homines, sine ullo discrimine conditionis aut [o] status, infusae [oo] coelitus sanctitatis esse custodes. §. 3. Sciant ii [p] vero, qui ex [q] supra dictis sectis [r] iterare baptisma non timuerint, aut qui consentiendo hoc facinus propriam huius societatis permixtionem damnaverint [s], non

---

c. XXI. Sirm. *reculcatis*, impr. Go. Est hoc ortum ex elocutione, idem igitur atque *recalcatis*. c. 2 h. t. *praecepta calcantes.* o) Cui. 1 — Lugd. Lab. Be. *iterarent;* similiter 15, 51, Sirm. *iterarint.* 11 *terrent.* Cui. 2 — Ri*. *iterent.* Vid. not. *q* sq. p) 11 *prosane.* 50 *profanae profanae.* q) Cui. 1 — Lugd. Lab. Be. *inficerent.* 11 *inficerint.* 15, 51, Sirm. Cui. 2 — Ri*. *infecerint.* Restitui ex codd. *iterarint* et *infecerint.* Recte dicitur etiam *iterarent — inficerent*, displicet vero *iterent — infecerint.* r) 11 *ut heresis et scismatis nasceretur.* 15 *nasceretur. Dum male.* s) 11 *facile est cum persuadere — prestitum — intellegimus qur.* Cui. 1 *quur.* t) 15 *et homines.* u) 11 *detentus.* Vv. *ut — expendat*, paucis mutt., repetuntur in c. sq. Ibi enim sic scriptum est: *Iubemus igitur, ut, si quis posthac fuerit rebaptizare detectus — poenam* (om. *qua — afficiatur*) *expendat.* v) 11 *effitiatur.* 15, 51 *inficiatur.* *) 11 *paterne.* vv) Go. em. *et.* An *aut?* x) Ita 15, 51; 11 *civitas;* edd. *saevitas*, quod iam Go. mutari voluit in *scaevitas.* Ceterum 11 *ipso.* y) Corrupte Cui. 1 — Lugd. *depravitatis * in iudicantis ac reverentiae ad catholicam*, ut 11. Ita etiam Cui. 2 — Ri*., hoc discrimine, ut asteriscus in m. sit Cui. 2, 2*, prorsus desit apud Go. — Ri*. Lab. *depravitatis inquinavit*, *ac reverti ad catholicam* de Go. cj., qui etiam prop. *inludificavit*, *implicuit ac reverti nunc ad* et *depravitas*, quod v. inauditum est, accipit pro magna pravitate. Veram scripturam recepit Be. ex c. XXI. Sirm., quae Val. Go. probatur et confirmatur codd. 15, 51. Mox 11 *maluunt adhipiscendorum.* z) Sirmondus *non denegetur. Ea.* Aur. Lugd. *negetur, ea.* Mox 15 *praebere secretum.* a) Cui. 1 — Lugd. Lab. om. *aut domina.* b) Edd. *probetur*, sed 11, 15, 51, Sirm. *prodetur*, impr. Go. 3 *prodeatur*, prob. Maio, qui Go. obloquitur, et W., qui cod. 3 scriptura lectionem a Sirmondo receptam confirmari dicit. Mihi placet *probetur*, displicet *prodetur.* Infra *comprobatur.* c) Corrupte Cui. 1 — Ri*. *quos quidem iuxta etiam praesentiam notavit infamia,* ad quae Go.: „Est qui tentabat *iusta.*" Intelligit, arbitror, Cui., qui in m. Cui. 2, 2* *iusta* et id quidem ex cod. 11. Nam 11 *quos quidem iusta etiam praesentiam notavit infamiam.* 15, Sirmondus, Vales. *quos quidem iustam etiam* (15 om. *etiam*) *per sententiam notabit infamia*, probb. Go. Cramero (Zeitschrift f. gesch. Rechtswissensch. T. I, p. 307), modo corr. *iusta* aut, ut solus Go. prop., *inusta.* Inde Lab. Be. edd. *quos quidem iusta etiam per sententiam notabit infamia,* recte et consentiente non solum cod. 51, sed etiam cod. 3, prob. Mai. et W. Cramerus l. c. dubitans, sitne Sirmondi scriptura ex codd. hausta, *iuxta etiam praesentia* prop. aut *praesentia iussa.* Hoc eruit ex v. *praesentissima,* quod dicit esse in codice aliquo pro *praesentiam.* Errat Cramerus, nam v. *praesentissima* non est in codicibus, quibus usi sunt edd., alium autem codicem Cramerus non vidit. Solus Go. in notis: „*Praesentissima,*" quae v. mera cj. est. d) 11 *Si vere — acitatum.* dd) 3 om. *praediorum.* e) 11 *inplicati.* ee) Ita 3, 15, 51, Sirm. l. c. et vet. cod. Val., sed codd. *cohercitos;* similiter 11 *coercito;* edd. *coerciti.* Vid. not. sq. f) 11, 15, 51, Val. Sirm. *accipiet*, impr. Go., sed prob. W., modo supr. leg. *coercitos.* 3 (nam Maius nihil notat), edd. *accipient.* Correxi *coercitos* et *accipiet*, h. e. pro *excipiet.* Ceterum 11 *in quo omne vite sue.* Cui. 1 *exilinm.* g) 11 *conscientia.* h) Addidi *flagitii* ex 15, 51, Sirm.; 3, 11, edd. om. *flagitii.* Etiam Iustin. I, 92 *flagitii perpetrati.* i) 3 *hiis.* 11 *his si quis.* 15 *his si qui.* Ferri potest *si*, neque vero opus est. k) 15 *facultas sit ad catholicam ecclesiam refugiendi.* Etiam Sirm. *ad catholicam ecclesiam.* Ri*. *falcutas*, mendose. l) Cui. 1 — Lugd. Lab. *liberalitatis.* Maius tacet de h. v. m) 11, Cui. 1 — Lugd. *quae.* Hoc quoque loco Mai. tacet. n) 11 *longe constringi.* 15 *tentaverint* (om. *nec assertores — constringi*) *maxime enim convenit.* o) 51 *ac.* oo) 11, Aur. Lugd. *infuse.* p) 11, 15, 51 *hii.* q) 3, 15, 51, Sirm. *ex.* 11, edd. *a.* Iam Go. ex Sirm. em. *ex* s. e. Be. ed. *e.* Mendose Ri*. *quia supradict.* r) *sectis* add. in codd. 3, 15, 51, Sirm., om. in 11 et in edd. s) 11, edd. *propria huius societatis permixtione* (11 *permixtionem*) *damnaverint.* Go.: „*non damnaverint,*" quod Lab. ed. 15 *propriam conscientiam huius permixtione damnaverint.* 3, 51, Sirm. *propriam huius societatis permixtionem damnaverint,* ad quae W.: „Sed adhuc mendosus est locus, nisi etiam scribas *non damnaverint*, ut suadebat Gothofr." Ita etiam Be. legi vult, recte, nisi quis supra em. *neque consentiendo* pro *aut qui cons.* Rec. ex codd. 3, 11, 51 et ex Sirm. *propriam*

solum testandi [t] sibi, verum adipiscendi [u] aliquid sub specie donationis vel agitandorum contractuum in perpetuum copiam denegatam, nisi pravae mentis errorem, revertendo ad veram fidem, consilii emendatione correxerint [v]. §. 4. Illos quoque par nihilo minus poena constringet [x], qui memoratorum interdictis coetibus seu ministeriis praebuerint conniventiam [y], ita ut moderatores provinciarum, si in contemptum [z] sanctionis huiusce [a] consensum putaverint commodandum, sciant, se viginti librarum auri poena esse [b] mulctandos, officia etiam sua simili condemnatione subiuganda [c]; principales vel defensores civitatum, nisi id, quod praecipimus [d], fuerint exsecuti [e], vel his [f] praesentibus ecclesiae catholicae vis fuerit illata, eadem mulcta se noverint [g] attinendos. *Dat. prid. Id. Febr. Ravenna* [h], *Stilicone* [i] *II. et Anthemio* [k] *Coss.* (405.)

5. *Iidem AAA.* [kk] *Hadriano* [l] *Pf. P.* Ne divinam gratiam sub repetito baptismate polluta Donatistarum vel Montanistarum secta violaret, fallendi occasionem [m] severitate huius praeceptionis abolemus, statuentes, ut certa [n] huius modi homines poena [o] sequatur, legisque censuram experiantur ultricem, qui in catholicam religionem perverso dogmate commisissent. Iubemus igitur, ut, si quis [p] posthac fuerit rebaptizare [q] detectus, iudici, qui provinciae praesidet, offeratur [r], ut facultatum omnium publicatione mulctatus inopiae poenam *) expendat etc. *Dat. prid. Id. Febr. Ravenna* [s], *Stilicone II.* [t] *et Anthemio Coss.* (405.)

6. *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Anthe-*

— c. 5. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 5. Cf. not. sup. h. t., c. 3 h. t., not. sup., supra XVI, 5, 38, not. sup. et 40, not. *b*. Incipit in hac c. P. 46 cod. 3. Vid. infr. not. *q*. Pars huius legis ex c. 4 h. t. descripta est. Vid. infra not. *p*. Monum. vet. ad Hist. Donat. spect. citt. l. c. p. 217. — c. 6. 3, 11, Cui. 1 — Be. Lab. *c.* 6. Cf. not. sup. h. t. Go. h. c. coniungit cum proxima lege et partem eius fugitivam esse putat, assignandamque titulo de Haereticis (XVI, 5). Vid. infr. not. *l*, *t*. Cod. Iust. I, 6, 2, multis omm. Coll. eccles. constit. I, 6, 2 (in Voelli et Iustelli Bibl. iur. can. T. II, p. 1292).

c. 8 . . . . . . V, 14 — Cereali Comiti R. P. — . . . . .

409.

Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.

c. 46 de Haereticis XVI, 5 — Theodoro Pf. P. II. — Dat. XVII. Kal. Febr. Ravenna.
c. 32 de Naviculariis XIII, 5 — Anthemio Pf. P. — Dat. XIV. Kal. Febr.
c. 5 et 6 de Exhibendis vel transmitt. reis IX, 2
c. ult. de Custodia reorum IX, 3
c. ult. de Maleficis IX, 16
c. un. Ne pastoribus dentur IX, 31
c. 2 Ut intra annum IX, 36 } — Caeciliano Pf. P. — Dat. XII.* Kal. Febr. Ravenna.
c. ult. de Abolitionibus IX, 37
c. 3 de Superexactionibus XI, 8
c. ult. de Fide testium XI, 39
c. 8 Cod. Iust. de Defens. civil. I, 55
c. 12 de Censitoribus XIII, 11 — Anthemio Pf. P. — Dat. X. Kal. Febr. Constantinopoli.
c. un. Si nupt. ex rescr. pet. III, 10 — Theodoro Pf. P. — Dat. Kal. Febr. Ravenna.
c. 1 Qui a praebitione tironum XI, 18 — Melitio Pf. P. — Dat. XV. Kal. Mart. Ravenna.
c. 47 de Operibus publicis XV, 1 — Monaxio Pf. U. — Dat. IX. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 2 de Expensis ludorum XV, 9 — Anthemio Pf. U. — Dat. V. Kal. Mart. Constantinopoli.
*c. 13 de Veteranis VII, 20 — Stiliconi Comiti et Magistro utriusque militiae — Dat. XI. Kal. April. Roma.
c. 2 de Bonis militum V, 4
c. 30 de Erogatione milit. ann. VII, 4 } — Anthemio Pf. P. — Dat. X. Kal. April. Constantinopoli.
c. 25 de Feriis II, 8
c. 19 de Iudaeis XVI, 8 } — Iovio Pf. P. Dat. Kal. April. Ravenna.
c. 3 de Bon. mil. V, 4 — Anthemio Pf. P. — Dat. prid. Id. April. Constantinopoli.
c. 1 de Frumento urbis Constantinopolitanae XIV, 16 — Monaxio Pf. U. — Dat. VI. Kal. Maii Constantinopoli.
c. 1 de Terris limitaneis VII, 15 — Gaudentio Vicario Africae — Dat. III. Kal. Maii Ravenna.
c. 4 Ne collationis translatio XI, 22
c. 168 de Decurionibus XII, 1 } — ad Anthemium Pf. P. — Dat. XIV.* Kal. Iun. Constantinopoli.
c. 7 de Denunt. vel edit. rescr. II, 4
c. 47 de Haereticis XVI, 5 } — Iovio Pf. P. — Dat. VI. Kal. Iul. Ravenna.
c. 33 de Naviculariis XIII, 5 — Anthemio Pf. P. — Dat. XIV. Kal. Aug. Constantinopoli.
c. 1 de Auri publici prosecutoribus XII, 8
c. 33 de Naviculariis XIII, 5 } — Anthemio Pf. P. — Dat. XIII.* Kal. Aug. Constantinopoli.
c. 2 Cod. Iust. de Officio iudicum civilium I, 45
c. 26 de Feriis II, 8
c. 8 de Exsecutoribus VIII, 8 } — Ioanni Pf. P. — Dat. VII. Kal. Aug. Constantinopoli.
c. 9 de Metatis VII, 8 — Sapidiano . . . — PP. Karthagini VIII. Id. Aug.
c. 3 de Spectaculis XV, 5 — Anthemio Pf. P. — Dat. VIII. Id. Aug. Constantinopoli.
c. 2 Quis in gradu praef. VII, 3
c. 1 de Nili aggeribus IX, 32 } — Anthemio Pf. P. — Dat. X. Kal. Oct. Constantinopoli.
c. 6 de Decuriis urbis Romae XIV, 1 — Bonosiano Pf. U. — Dat. VII. Kal. Oct. Ravenna.
c. 18 de Exactionibus XI, 7
c. 169 de Decurionibus XII, 1 } — Anthemio Pf. P. — Dat. V. Kal. Oct. Constantinopoli.
c. 37 . . . . . . V, 13 — . . . . . — Dat. III. Non. Nov. Ravennae.
c. 170 de Decurionibus XII, 1 — Liberio Pf. P. — Dat. VI. Kal. Dec. Ravenna.
c. 31 de Erogatione milit. ann. VII, 4 — ad Anthemium Pf. P. — Dat. prid. Kal. Dec. Constantinopoli.
c. 171 de Decurionibus XII, 1 — Dardano Pf. P. Galliarum — Dat. VII. Id. Dec. Ravenna.
c. 2 de Postlimin. V, 5 — Theodoro Pf. P. — *Dat. IV. Id. Dec. Ravennae.
c. 1 de Irenarchis XII, 14 — Anthemio Pf. P. — Dat. VIII. Kal. Ian. Constantinopoli.

410.

Varane V. C. Cos.

c. 20 de Tironibus VII, 13 — Macedonio Comiti R. P. — Dat. VI. Id. Febr. Ravenna.
c. 11 de Indulgentiis criminum IX, 38 — Gaisoni Comiti et Magistro officiorum — Dat. prid. Id. Febr. Ravenna.

c. 48 et 49 de Haereticis XVI, 5 — Anthemio Pf. P. — Dat. IX.* Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 50 de Haereticis XVI, 5 — ad Strategium Comitem R. P. — Dat. Kal. Mart.
c. 21 de Cohortalibus VIII, 4 — Anthemio Pf. P. — Dat. prid. Non. April. Constantinopoli.
c. 2 de Litorum et itinerum custodia VII, 16 — Anthemio Pf. P. — Dat. VIII. Kal. Maii Constantinopoli.
c. 20 de Lustrali collatione XIII, 1 — Anthemio Pf. P. — Dat. VIII. Kal. Iul.
c. 5 Ne collationis translatio XI, 22 }
c. 172 de Decurionibus XII, 1 } — Herculio Pf. P. Illyrici — Dat. VIII.* Kal. Iul.* Constantinopoli.
c. 6 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Macrobio Proconsuli Africae — Dat. VII. Kal. Iul. Ravenna.
c. 12 de Indulgentiis criminum IX, 38 — Palladio Pf. P. — Dat. VIII. Id. Aug. Ravenna.
c. 34 de Naviculariis XIII, 5 — Faustino Pf. P. — Dat. XVIII. Kal. Sept. Ravenna.
c. 51 de Haereticis XVI, 5 — Heracliano Comiti Africae — Dat. VIII. Kal. Sept.
c. 173 de Decurionibus XII, 1 — Anthemio Pf. P. — Dat. VII. Kal. Sept. Constantinopoli.
c. 2, 3 de Iure liberorum VIII, 17 — Isidoro Pf. U. — Dat. prid. Non. Sept.
c. 7 de Principibus agentum in rebus VI, 28 — Palladio Proconsuli Africae — Dat. VII. Kal. Oct. Ravenna.
c. 3 de Religione XVI, 11 — Marcellino suo salutem — Dat. prid. Id. Oct. Ravenna.
c. 15 de Proximis VI, 26 — Melitio Pf. P. — Dat. XVI. Kal. Dec. Ravenna.
c. 5 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Honoratis et possessoribus per Africam — Dat. VII. Kal. Dec.

411.

Post consulatum Varanae V. C. sive Theodosio IV. Cos.

c. 48 de Operibus publicis XV, 1 — Bonosiano Pf. U. — Dat. IV. Kal. Dec. Ravenna.

412.

Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.

c. 1 de Lusoriis Danubii VII, 17 — Constanti Magistro militum per Thracias — Dat. V. Kal. Febr. Constantinopoli.
c. 1 de Frumento Alexandrino XIV, 26 — Anthemio Pf. P. — Dat. V. Kal. Febr. Constantinopoli.
c. 52 de Haereticis XVI, 5 }
c. 31 de Annona et tributis XI, 1 } — Seleuco Pf. P. — Dat. III.* Kal. Febr. Ravenna.
c. 23 de Extraordinariis s. sordidis muneribus XI, 16 — Melitio Pf. P. — Dat. XV. Kal. Mart. Ravenna.
c. 4 de Iure liberorum VIII, 17 — Ioanni Pf. P. — Dat. XIII.* Kal. Mart. Ravenna.
c. 9 de Curiosis VI, 29 }
c. 23 de Cohortalibus VIII, 4 }
c. 32 de Ann. et trib. XI, 1 } — Euchario suo Proconsuli Africae salutem — Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna.
c. 19, 20 et 21 de Exaction. XI, 7 }
c. 31 de Susceptoribus XII, 6 }
c. 17 de Desertoribus VII, 18 — Constantio Magistro militum — Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna.
c. 22 de Cohortalibus VIII, 4 — Seleuco Pf. P. — Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna.
c. 24 de Cohortalibus VIII, 4 — Probo Comiti S. L. — Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna.
c. 32 de Annona et tributis XI, 1 — Euchario Proconsuli Africae — Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna.
c. 35 de Naviculariis XIII, 5 — Seleuco Pf. P. — Dat. prid. Non. Mart. Ravenna.
c. 53 de Haereticis XVI, 5 — Felici Pf. P. — Dat. prid. Non. Mart. Med.*
c. 174 de Decurionibus XII, 1 — Euchario Proconsuli Africae — Dat. VI. Id. Mart. Ravenna.
c. 36 et 37 de Naviculariis XIII, 5 }
c. ult. de Naufragiis XIII, 9 } — Naviculariis per Africam — Dat. XVI. Kal. April. Ravenna.
c. 2 de Expositis V, 7 — Melitio Pf. P. — Dat. XIV. Kal. April. Ravenna.
c. 4 de Privilegiis corporatorum urbis Romae XIV, 2 — Palmato Pf. U. — Dat. IV. Kal. April. Ravenna.
c. 49 de Operibus publicis XV, 1 — Herculio Pf. P. Illyrici — Dat. V. Id. April. Constantinopoli.
c. 6 de Fabricensibus X, 22 — Anthemio Pf. P. — Dat. XV. Kal. Iun. Constantinopoli.
c. 175 de Decurionibus XII, 1 — Lupiano Comiti et Magistro militum per Orientem — Dat. XV. Kal. Iun. Constantinopoli.
c. 40 de Episcopis XVI, 2 — Melitio Pf. P. — Dat. VIII. Kal. Iun. Ravenna.
c. 13 de Censitoribus XIII, 11 — Ioanni Pf. P. — Dat. VIII. Id. Iun. Ravenna.
c. 3 de Secund. nupt. III, 8 — Ioanni Pf. P. — Dat. X. Kal. Iul. Ravennae.
* c. 21 de Poenis IX, 40 — Honoratis et Provincialibus Africae — Dat. III. Non. Iul. Ravenna.
c. 26 de Feriis II, 8 }
* c. 20 de Iudaeis XVI, 8 } — Ioanni Pf. P. — Dat. VII. Kal. Aug. Ravenna.
c. 21 de Iudaeis XVI, 8 — Philippo Pf. P. per Illyricum — Dat. VIII. Id. Aug. Constantinopoli.
c. 4 de Concussionibus advocatorum VIII, 10 — Euchario Proconsuli Africae — Dat. VI. Id. Aug. Ravenna.
c. 32 de Erogatione milit. ann. VII, 4 — Leontio viro illustri Pf. Illyrici — Dat. XVI. Kal. Sept. Constantinopoli.
c. 1 de Comitibus vacantibus VI, 18 — Epiphanio Pf. U. — Dat. Id. Oct. Ravenna.
c. 64 de Appellationibus XI, 30 — Iuliano Proconsuli Africae — Dat. Id. Oct. Ravenna.
c. 5 de Itinere muniendo XV, 3 — Anthemio Pf. P. — Dat. VII. Kal. Nov. Constantinopoli.
c. 50 de Operibus publicis XV, 1 — Isidoro Pf. U. — Dat. IV. Kal. Nov. Constantinopoli.
c. 10 de Curiosis VI, 29 — Synesio — Dat. V. Id. Nov. Constantinopoli.
c. 25 de Cohortalibus VIII, 4 }
c. 3 de Collegiatis XIV, 7 } — Liberio Pf. P. — Dat. VI. Kal. Dec. Ravenna.
c. 15 de Agentibus in rebus VI, 27 — Namatio Magistro officiorum — Dat. VII. Id. Dec. Ravenna.
c. 41 de Episcopis XVI, 2 — Melitio Pf. P. — Dat. Id. Dec. Ravenna.

413.

Post consulatum Honorii IX. et Theodosii V. sive Lucio Cos.

c. 176 de Decurionibus XII, 1 — Iuliano II. Proconsuli Africae — Dat. VI. Kal. Febr. Ravenna.

c. 3 de Scenicis XV, 7 — Diogeniano V. C. Tribuno voluptatum — * Dat. VI. Id. Febr. Ravenna Constantio V. C. Caes. (414). *Acc. a tribuno volupt. X. Kal. Febr. Karthagine post cons. Honorii IX. et Theodosii V. AA. Coss. (413).

c. 12 de Div. rescr. I, 2
c. 6 de Inoff. test. II, 19
c. 19 Cod. Iust. de Test. VI, 23 } — Ioanni Pf. P. — Dat. XVI. Kal. Mart. Ravenna.

c. 1 de Comitibus et tribunis scholarum VI, 13
c. 3 de Comitibus rei militaris VI, 14
c. 1 de Comitibus, qui illustribus VI, 15
c. 1 de Comitibus et archiatris S. pal. VI, 16
c. 1 de Comitibus, qui provincias reg. VI, 17
c. 1 de Comitibus ord. primi VI, 20 } — Prisciano Pf. U. — Dat. XII.* Kal. April. Constantinopoli.

c. 6 Ne sanctum baptisma XVI, 6 — ad Anthemium Pf. P. — Dat. XII. Kal. April. Constantinopoli.
c. 7 Ne sanctum baptisma XVI, 6 — Anthemio Pf. P. — Dat. IV. Kal. April.
c. 51 de Operibus publicis XV, 1 — Anthemio Pf. P. — Dat. prid. Non. April.
c. 1 de Pretio piscis XIV, 20 — Anthemio Pf. P. — Dat. XVII. Kal. Maii.
c. 177 de Decurionibus XII, 1 — Leontio Pf. P. Illyrici — Dat. XVI. Kal. Maii Constantinopoli.
c. 7 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Ioanni Pf. P. — Dat. VIII. Id. Maii Ravenna.
c. 16 de Proximis VI, 26 — Faustino Pf. P. — Dat. VIII. Id. Iun. Ravenna.
c. 20 de Palatinis sacr. larg. VI, 30 — Ioanni Pf. P. — Dat. VII. Id. Iun. Ravenna.
c. 10 de Metatis VII, 8 — Ioanni Pf. P. — Dat. prid. Id. Iun. Ravenna.
c. 16 de Desertoribus VII, 18 — Gaisoni Comiti et Magistro militum — Dat. prid. Id. Iun. Ravenna.
c. 13 de Infirmandis XV, 14 — Hadriano Pf. P. — Dat. III. Non. Aug. Ravenna.
c. 16 de Agentibus in rebus VI, 27 — Anthemio Pf. P. — Dat. VIII. Id. Oct.

414.

Constantio et Constante Coss.

c. 11 de Metatis VII, 8 — Probo Comiti S. L. — Praelata literis ad Eutychianum Praef. urbis die IV. Id. Ian.
c. 13 de Scenicis XV, 7 — Diogeniano V. C. Tribuno voluptatum — *Dat. VI. Id. Febr. Ravenna Constantio V. C. Caes. (414). *Acc. a tribuno volupt. X. Kal. Febr. Karthagine post cons. Honorii IX. et Theodosii V. AA. Coss. (413).

c. 11 de Curiosis VI, 29
c. 33 de Erog. mil. ann. VII, 4
c. 12 de Metatis VII, 8 } — Hadriano Pf. P. — Dat. V. Non. Mart. Ravenna.

c. 3 de Integri restit. II, 16
c. 2 Unde vi IV, 22 } — Iuliano II. Proconsuli Africae — Dat. prid. Non. Mart. Ravenna.

c. 8 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Seleuco Pf. P. — Dat. III. Non. April. Ravenna.
c. 9 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Anthemio Pf. P. — Dat. V. Id. April. Constantinopoli. De eadem re scriptum edictum ad Populum, ad Martianum Comitem S. L., Musellio Praeposito sacri cubiculi de titulis ad domum sacram pertinentibus, ad Rectores provinciarum; et de metallariis Edictum ad Populum per provincias Illyrici et ad Rectores provinciarum.
c. 22 de Poenis IX, 40 — ad Anthemium Pf. P. — Dat. XIV. Kal. Maii.
c. 18 de Senatoribus VI, 2 — ad Monaxium Pf. U. — Dat. VI. Id. Maii Constantinopoli.
c. 1 de Venatione ferarum XV, 11 — Mauriano Comiti domesticorum et vices agenti magistri militum — Dat. XIII. Kal. Iun.
c. 54 de Haereticis XVI, 5 — Iuliano Proconsuli Africae — Dat. XV. Kal. Iul. Ravenna.
c. 55 de Haereticis XVI, 5 — Iuliano Proconsuli Africae — Dat. III. Kal. Sept. Roma.
c. 38 de Navicilariis XIII, 5 — Albino Pf. U. — Dat. XV. Kal. Oct. Ravenna.
c. 34 de Erogatione milit. ann. VII, 4 — Constantio Magistro militum — Dat. XIII. Kal. Dec.
c. 16 de Medicis et professoribus XIII, 3 — Monaxio Pf. P. — Dat. prid. Kal. Dec. Constantinopoli.
c. 17 de Medicis et professoribus XIII, 3 — Helioni Magistro officiorum — Dat. prid. Kal. Dec. Constantinopoli.
c. 4 de Off. mag. mil. I, 7 — ad Hypatium Magistrum militum per Or. — Dat. Id. Dec. Constantinopoli.
c. 7 de Domesticis et protectoribus VI, 24 — Epiphanio Pf. U. — Dat. VI. Kal. Ian. Ravenna.

415.

Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.

c. 12 de Curiosis VI, 29 — Palladio Pf. P. — Dat. VI. Id. Ian. Ravenna.
c. 178 et 179 de Decurionibus XII, 1 — Seleuco Pf. P. — Dat. XII. Kal. Febr. Ravenna.
c. 26 de Cohortalibus VIII, 4 — Anthemio Pf. P. — Dat. XIII. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 9 de Contrah. empt. III, 1 — ad Populum — Dat. XII. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 2 de Crimine peculatus IX, 28 — Aureliano Pf. P. II. — Dat. III. Non. Mart. Constantinopoli.
c. 15 de Numerariis, actuariis VIII, 1 — Hypatio Magistro militum per Orientem — Dat. XVII. Kal. April. Constantinopoli.
c. 8 de Donationibus VIII, 12 — Aureliano Pf. P. — Dat. X. Kal. April. Constantinopoli.
c. 4 de Incest. nupt. III, 12 — Aureliano II. Pf. P. — Dat. XVII. Kal. Iun. Constantinopoli.
c. 10 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Aureliano Pf. P. — Dat. V. Id. Iul. Constantinopoli.
c. 20 de Diversis officiis VIII, 7 — Graccho Pf. U. — Dat. VIII. Kal. Aug. Ravenna.
c. 26 de Petitionibus X, 10 — Maximo Comiti R. P. — Dat. VIII. Kal. Aug.
c. 38 . . . . . . V, 13 — Aureliano Pf. P. — Dat. Non. Aug. Constantinopoli.
c. 56 de Haereticis XVI, 5 — Heracliano Comiti Africae — Dat. VIII. Kal. Sept.

c. 65 de Appellationibus XI, 30 — Symmacho Proconsuli Africae — Dat. V. Kal. Sept. Ravenna.
c. 20 de Paganis XVI, 10 — . . . . . — Dat. III. Kal. Sept. Ravenna.
c. 4 de Pascuis VII, 7 — Aureliano Pf. P. et Patricio — Dat. Non. Sept.
c. 5 de Pascuis VII, 7 — Comitibus et Magistris militum — Dat. Non. Sept.
c. 27 de Petitionibus X, 10 — Largo Proconsuli Africae — Dat. V. Id. Oct. Ravenna.
c. 1 de Off. quaest. I, 8 — Florentio Magistro militum — Dat. Id. Oct. Constantinopoli. Scripta eodem exemplo Sapricio Magistro militum, Helioni Magistro officiorum et Eustathio Quaestori.
c. 22 de Iudaeis XVI, 8 — Aureliano Pf. P. II. — Dat. XIII. Kal. Nov. Constantinopoli.
c. 1 de Decurionibus et silentiariis VI, 23 }
c. 57 de Haereticis XVI, 5 } — Urso Pf. U. et Aureliano Comiti Orientis (Pf. P. II.) et Strategio Pf. P. Illyrici — Dat. prid. Kal. Nov. Constantinopoli.
c. 58 de Haereticis XVI, 5 — Aureliano Pf. P. II. — Dat. VIII. Id. Nov. Constantinopoli.
c. 3 Ne Christianum mancipium XVI, 9 — Annati Didascalo et Maioribus Iudaeorum — Dat. VIII. Id. Nov. Ravennae.
c. 17 de Agentibus in rebus VI, 27 — Helioni Magistro officiorum — Dat. III. Id. Nov. Constantinopoli.
c. 6 de Patrociniis vicorum XI, 24 — Aureliano Pf. P. — Dat. III. Non. Dec.

416.

Theodosio A. VII. et Palladio Coss.

c. 2 de Indictionibus XI, 5 — Palladio Pf. P. — Dat. VII. Id. Ian. Ravenna.
c. 18 de Agentibus in rebus VI, 27 — Helioni Magistro officiorum — Dat. XIII. Kal. Febr. Constantinopoli.
c. 21 de Tironibus VII, 13 — Hadriano Pf. P. — Dat. III. Kal. Febr.
c. 17 de Proximis VI, 26 — Eustathio viro illustri Quaestori et Helioni viro illustri Magistro officiorum — Dat. VIII. Id. Febr. Constantinopoli.
c. 1 de Castrensianis VI, 32 — Narsi viro spectabili Comiti et Castrensi S. P. — Dat. VI. Id. Febr. Constantinopoli.
c. 180 de Decurionibus XII, 1 — Urso Pf. U. — Dat. XIV. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 14 de Infirmandis XV, 14 — Constantio Comiti et Patricio — Dat. Kal. Mart. Ravenna.
c. 5 de Test. et codic. IV, 4 — Edictum ad Populum urbis Constantinopolitanae et omnes provinciales — Dat. IV. Id. Mart. Constantinopoli.
c. 4 ad L. Iuliam de Ambitu IX, 26 — Palladio Pf. P. — Dat. Id. Mart. Ravenna.
c. 181 de Decurionibus XII, 1 — Palladio Pf. P. — Dat. V. Non. Maii Ravenna.
c. 4 de Salgamo hospitibus non praebendo VII, 9 — Aureliano II. Pf. P. — Dat. VI. Id. Maii.
c. 21 de Palatinis sacr. larg. VI, 30 — Anysio Comiti S. L. et Tauro Comiti R. P. — Dat. III. Kal. Iul. Constantinopoli.
c. 14 de Censitoribus XIII, 11 — Ursacio Comiti R. P. — Dat. IV. Non. Iul. Ravenna.
c. 2 de Frumento urbis Constantinopolitanae XIV, 16 — Urso Pf. U. — Dat. X. Kal. Aug. Constantinopoli.
c. 182 de Decurionibus XII, 1 }
c. 23 de Poenis IX, 40 } — Monaxio Pf. P. — Dat.* VII. Kal. Sept. Eudoxiopoli.
c. 11 de Indulgentiis debitorum XI 28 — Monaxio Pf. P. — Dat. V. Id. Sept. Heracleae.
c. 6 de Relationibus XI, 29 }
c. 147 de Decurionibus XII, 1 } — Palladio Pf. P. — Dat. V. Id. Sept. Ravenna.
c. 9 de Exsecutoribus VIII, 8 — Palladio Pf. P. — Dat. X. Kal. Oct. Ravenna.
c. 23 de Iudaeis XVI, 8 — Annati Didascalo et Maioribus Iudaeorum — Dat. VIII. Kal. Oct. Ravenna.
c. 42 de Episcopis XVI, 2 — Monaxio Pf. P. — Dat. III. Kal. Oct. Constantinopoli.
c. 15 de Legatis XII, 12 — Monaxio Pf. P. — Dat. III. Non. Oct. Constantinopoli.
c. 1 de Decanis VI, 33 — Helioni Comiti et Magistro officiorum — Dat. prid. Non. Nov. Constantinopoli.
c. 1 de Praepositis laborum VI, 25 — Monaxio Pf. P. — Dat. III. Id. Nov. Constantinopoli.
c. 8 de Domesticis et protectoribus VI, 24 — Monaxio Pf. P. — Dat. XV. Kal. Dec. Constantinopoli.
c. 21 de Paganis XVI, 10 — Aureliano Pf. P. II. — Dat. VII. Id. Dec.
c. 4 de Habitu, quo uti oportet XIV, 10 — Probiano Pf. U. — Dat. prid. Id. Dec. Ravenna.
c. 9 de Domesticis et protectoribus VI, 24 — Monaxio Pf. P. — Dat. XV. Kal. Ian. Constantinopoli.

417.

Honorio A. XI. et Constantio II. Coss.

c. 9 de Donationibus VIII, 12 — Monaxio Pf. P. — Dat. prid. Id. Mart. Constantinopoli.
c. 4 Ne Christianum mancipium XVI, 9 — Monaxio Pf. P. — Dat. IV. Id. April. Constantinopoli.
c. 19 de Senatoribus VI, 2 }
c. 9 de Praediis naviculariorum XIII, 6 } — Sebastio Comiti primi ordinis — Dat. prid. Id. Maii* Ravenna.
c. 15 — 17 de Censitoribus XIII, 11 }
c. 7 de Locatione fundorum iuris emphyteutici X, 3 — Ursacio Comiti R. P. — Dat. prid. Id. Maii Ravenna.
c. 2 Ne comitibus et tribunis lavacra praestentur VII, 11 — Monaxio Pf. P. — Dat. V. Kal. Aug. Constantinopoli.
c. 2 de Venatione ferarum XV, 11 — Monaxio Pf. P. — Dat. V. Kal. Oct. Constantinopoli.
c. 16 de Numerariis, actuariis VIII, 1 — Vitaliano Duci Libyae — Dat. IX. Kal. Nov. Constantinopoli.
c. 19 de Agentibus in rebus VI, 27 — Helioni Magistro officiorum — Dat. V. Kal. Dec. Constantinopoli.
c. 22 de Pistoribus XIV, 3 }
c. 9 de Suariis XIV, 4 } — Palladio Pf. P. — Dat. VII. Kal. Ian. Ravenna.

418.

Honorio XII. et Theodosio VIII. AA. Coss.

c. 43 de Episcopis XVI, 2 — Monaxio Pf. P. — Dat. III. Non. Febr. Constantinopoli.

c. 24 de Iudaeis XVI, 8 — Palladio Pf. P. — Dat. VI. Id. Mart. Ravennae.
c. 183 de Decurionibus XII, 1 — Monaxio Pf. P. — Dat. XV. Kal. Maii Constantinopoli.
c. 6 de Test. et codic. IV, 4 — Palladio Pf. P. — Dat. X. Kal. Iul. Ravennae.
c. 21 de Lustrali collatione XIII, 1 — Monaxio Pf. P. — Dat. XII. Kal. Sept.
c. 3 de Incorporatione X, 9
c. 28 de Petitionibus X, 10 } — Largo Proconsuli Africae — Dat. V. Id. Oct. Ravenna.
c. 12 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Palladio Pf. P. — Dat. XVII. Kal. Dec. Ravenna.

419.

Monaxio et Plinta Coss.

c. 66 de Appellationibus XI, 30 — Monaxio Pf. P. — Dat. VIII. Id. Mart. Constantinopoli.
c. 22 de Palatinis sacr. larg. VI, 30 — Anysio Comiti S. L. — Dat. IV. Non. Maii Constantinopoli.
c. un. de Inquil. et colon. V, 10 — Palladio Pf. P. — Dat. VI. Kal. Iul. Ravennae.
c. 10 de Suariis XIV, 4 — Palladio Pf. P. — Dat. IV. Kal. Aug. Ravenna.
c. 24 de Poenis IX, 40 — Monaxio Pf. P. — Dat. VIII. Kal. Oct. Constantinopoli.
c. 5 de Calcis coctoribus XIV, 6 — Aetio Pf. U. — Dat. IV. Non. Oct. Constantinopoli.

420.

Theodosio A. IX. et Constantio III. Coss.

c. 3 de Raptu vel matrimonio sanctimonialium IX, 25
c. 44 de Episcopis XVI, 2 } — Palladio Pf. P. — Dat. VIII. Id. Maii Ravenna.
c. 3 de Litorum et itinerum custodia VII, 16 — Eustathio Pf. P. — Dat. XIV. Kal. Oct. Constantinopoli.
c. 6 de Legit. heredibus V, 1 — Maximo Pf. U. — Dat. V. Kal. Oct. Ravennae.
c. 17 de Iure fisci X, 1 — Patricio Comiti R. P. — Dat. III. Kal. Ian. Constantinopoli.

IMPPP. HONORIUS, THEODOSIUS II. ET CONSTANTIUS AAA.

421.

Eustathio et Agricola Coss.

c. 2 de Repudiis III, 16 — Palladio Pf. P. — Dat. VI. Id. Mart. Ravenna.
c. 1 de Quinquennii praescriptione IV, 15
c. 23 de Bonis proscriptorum IX, 42
c. 29 et 30 de Petitionibus X, 10 } — Palladio Pf. P. — Dat. VIII. Id. Iul. Ravenna.
c. 45 de Episcopis XVI, 2 — Philippo Pf. P. Illyrici — Dat. prid. Id. Iul.
c. un. Si cert. pet. de chirogr. II, 27 — Palladio Pf. P. — Dat. V. Kal. Aug. Ravenna.

IMPP. HONORIUS ET THEODOSIUS II. AA.

422.

Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.

c. 2 de Castrensianis VI, 32 — Scholastico viro spectabili Comiti et Castrensi S. P. — Dat. prid. Id. Ian. Constantinopoli.
c. 13 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Venantio Comiti R. P. — Dat. X. Kal. Mart. Ravenna.
c. 13 de Metatis VII, 8 — Eustathio Pf. P. — Dat. V. Non. Mart. Constantinopoli.
c. 2 de Assess. domest. et cancell. I, 21
c. 6 de Postulando II, 10 } — Eustathio Pf. P. — Dat. X. Kal. April. Constantinopoli.
c. 23 de Palatinis sacr. larg. VI, 30 — Asclepiodoto Comiti S. L. — Dat. III. Kal. Maii Constantinopoli.
c. 27 de Cohortalibus VIII, 4 — Eustathio Pf. P. — Dat. XIII. Kal. Iul. Constantinopoli.
c. un. de Action. ad pot. transl. II, 13
c. un. de Pecuniae sequestrat. prohib. II, 28
c. 2 de Pignoribus II, 30
c. un. Quod iussu II, 31
c. un. de Peculio II, 32
c. 10 de Exsecutoribus VIII, 8 } — Ioanni Pf. P. — Dat. V.* Id. Iul. Ravenna.
c. 31 de Petitionibus X, 10 — Proculo Comiti R. P. — PP. in foro Traiani VIII. Kal. Sept.
c. 7 de Sponsal. III, 5
c. 3 de Dotibus III, 13 } — ad Marinianum Pf. P. — Dat. IV.* Non. Nov. Ravennae.
c. 1 de Praepositis S. cubiculi VI, 8 — Florentio Pf. U. — Dat. VIII. Id. Nov. Constantinopoli.

423.

Asclepiodoto et Mariniano Coss.

c. 14 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Rufino Comiti S. L. — Regesta VI. Id. Febr. Ravenna.
c. 35 de Erogatione militaris annonae VII, 4
c. 6 de Itinere muniendo XV, 3
c. 25 de Iudaeis XVI, 8 } — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. XV.* Kal. Mart. Constantinopoli.
c. un. de Rei vind. II, 23 — Crispino Comiti et Magistro equitum — Dat. V. Kal. Mart. Ravennae.
c. 2 de Terris limitaneis VII, 15 — Asclepiodoto Pf. P. et Consuli ordinario — Dat. Non. Mart. Constantinopoli.
c. 5 de Militari veste VII, 6 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. VII. Id. Mart. Constantinopoli.
c. 2 de Decurionibus et silentiariis VI, 23 — Venantio Pf. P. — Dat. VII. Id. Mart. Ravenna.

c. 2 de Fructibus et lit. expensis IV, 18
c. 67 de Appellationibus XI, 30 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. III. Kal. April. Constantinopoli.
c. 9 de Reparationibus appellationum XI, 31
c. 59 de Haereticis XVI, 5
c. 26 de Iudaeis XVI, 8
c. 5 Ne Christ. manc. XVI, 9 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. V. Id. April. Constantinopoli.
c. 22 de Paganis XVI, 10
c. 184 de Decurionibus XII, 1 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. XVII. Kal. Maii Constantinopoli.
c. 14 de Privilegiis eorum, qui in S. palatio VI, 35
c. 28 de Cohortalibus VIII, 4 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. XV. Kal. Iun. Constantinopoli.
c. 10 de Praediis naviculariorum XIII, 6 — Proculo Pf. P. — Dat. XV. Kal. Iun. Ravenna.
c. 4 de Collatione donatarum XI, 20 — Trygetio Comiti R. P. — PP. in foro Traiani XIV. Kal. Iun.
c. 3 de Assess. domest. et cancell. I, 21 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. prid. Kal. Iun. Constantinopoli.
c. 60 de Haereticis XVI, 5
c. 27 de Iudaeis XVI, 8 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. VI. Id. Iun. Constantinopoli.
c. 23, 24 de Paganis XVI, 10
c. 11 de Officio praef. urb. I, 6
c. 12 de Iurisdictione II, 1
c. 2 de Libertis IV, 10 — Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis, Senatui suo salutem dicunt — Dat. VIII. Id. Aug. Ravenna.
c. 19 de Accusationibus IX, 1
c. 4 Ne praeter crimen maiest. IX, 6
c. 2 de Praediis et mancipiis curialium XII, 3
c. 61 de Haereticis XVI, 5 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. V.* Id. Aug. Eudoxiopoli.

IMP. THEODOSIUS II. A.

424.

Victore Cos.

c. 52 de Operibus publicis XV, 1 — Severino Pf. U. — Dat. V. Id. Ian.
c. 3 de Vestibus holoveris X, 21 — Maximino Comiti S. L. — Dat. XVII. Kal. Febr. Constantinopoli.
c. 7 de Test. et codic. IV, 4 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. XVI. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 7 de Inoff. test. II, 19 — ad Asclepiodotum Pf. P. — Dat. VII. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 4 de Spectaculis XV, 1 — Isidoro Pf. P. Illyrici — Dat. X. Kal. Maii Constantinopoli.
c. 2 de Off. quaest. I, 8 — Sallustio viro illustri Comiti et Quaestori — Dat. VII. Kal. Maii Constantinopoli.
c. 3 de Off. quaest. I, 8 — Helioni Comiti et Magistro officiorum — Dat. IV. Kal. Maii Constantinopoli.
c. 5 de Collatione donatarum XI, 20 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. III. Id. Maii Constantinopoli.
c 15 de Metallis et metallariis X, 19 — Maximino Comiti S. L. — Dat. V. Id. Iul. Constantinopoli.
c. 33 de Annona et tributis XI, 1 — Isidoro Pf. P. Illyrici — Dat. VI. Id. Oct. Constantinopoli.

IMP. THEODOSIUS II. A. ET VALENTINIANUS C.

c. 14 de Murilegulis X, 20 — Maximino Comiti S. L. — Dat. XVII. Kal. Nov. Constantinopoli.
c. 7 de Cogn. et procur. II, 12
c. un. de Act. certo temp. fin. IV, 14 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. XVIII. Kal. Dec. Constantinopoli.
c. 36 de Erogatione milit. ann. VII, 4 — Procopio Magistro militiae per Orientem — Dat. III. Non. Dec. Constantinopoli.
c. 3 de Collatione aeris XI, 21 — Maximino Comiti S. L. — Dat. V. Id. Dec. Constantinopoli.
c. 12 de Off. praef. urb. I, 6 — Constantio Pf. U. — Dat. XIII. Kal. Ian. Constantinopoli.

425.

Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.

c. 1 Ne sine iussu principis IX, 41 — ad Hierium Pf. P. — Dat. X. Kal. Febr. Constantinopoli.
c. 5 de Spectaculis XV, 5 — Asclepiodoto Pf. P. — Dat. Kal. Febr. Constantinopoli.
c. 3 de Studiis liberalibus urbis Romae XIV, 9
c. ult. de Operibus publicis XV, 1 — Constantio Pf. U. — Dat. III. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 1 de Professoribus, qui in urbe Const. VI, 21 — Theophilo Pf. U. — Dat. Id. Mart. Constantinopoli.
c. 1 de Imaginibus imperialibus XV, 4 — Aëtio Pf. P. — Dat. III. Non. Maii.
c. 32 de Petitionibus X, 10 — Valerio Comiti R. P. — Dat. III. Id. Maii Constantinopoli.
c. 15 de Murilegulis X, 20 — Maximino Comiti S. L. — Dat. IX. Kal. Iun.
c. 46 de Episcopis XVI, 2 — Georgio Proconsuli Africae — Dat. prid. Non. Iul. Aquileia.
c. 62 de Haereticis XVI, 5 — ad Faustum Pf. U. — Dat. XVI. Kal. Aug. Aquileiae.
c. 63 de Haereticis XVI, 5 — Georgio Proconsuli Africae — Dat. prid. Non. Aug.* Aquileia.
c. 64 de Haereticis XVI, 5 — Basso Comiti R. P. — Dat. VIII. Id. Aug.* Aquileia.
c. 4 de Primicerio et notariis VI, 10
c. 8 de Honorariis codicillis VI, 22 — Hierio Pf. P. Orientis — Dat. X. Kal. Oct. Topiso.
c. 47 de Episcopis XVI, 2 — Basso Comiti R. P. — Dat. VIII. Id. Oct.* Aquileia.

IMPPP. THEODOSIUS II. ET VALENTINIANUS III. AA.

c. 24 de Palatinis sacr. larg. VI, 30 — Hierio Pf. P. — Dat. XV. Kal. Dec. Constantinopoli.
*c. 9 . . . . . . V, 14 — Valerio Comiti R. P. — Dat. . . . Dec. Constantinopoli.

426.

Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.

c. 2 de Conductoribus X, 26 — ad Senatum urbis Romae — Dat. III. Non.* Ian. Roma.
c. 24 de Bonis proscriptorum IX, 42 — Hierio Pf. P. — Dat. X. Kal. Febr. Constantinopoli.
c. 7 de Legit. heredibus V, 1 — Albino Pf. U. — Dat. III. Kal. Febr. Romae.
c. 16 de Murilegulis X, 20 — Acacio Comiti S. L. — Dat. VII. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 20 de Senatoribus VI, 2 — ad Senatum urbis Romae — Dat. VI. Kal. MTE. Recitata in Senatu per Theodosium Primicerium Notariorum.
c. 1 de Conductoribus et hominibus domus Augustae X, 26 — Basso Pf. P. — Dat. prid. Non. Mart. Ravenna.
c. 3 de Libert. et eor. lib. IV, 10 — Basso Pf. P. — Dat. III. Kal. April. Ravennae.
c. 7 de Apostatis XVI, 7 }
c. 28 de Iudaeis XVI, 8 } — Basso Pf. P. — Dat. VII.* Id. April. Ravenna.
c. 16 de Legatis XII, 12 — Hierio Pf. P. — Dat. Kal. Iun. Nicomediae.
c. 21 de Diversis officiis VIII, 7 — Hierio Pf. P. — Dat. X. Kal. Iul. Nicomediae.
c. 22 de Diversis officiis VIII, 7 — Theophilo Pf. U. — Dat. Kal. Iul. Nicomediae.
c. 23 de Diversis officiis VIII, 7 — Acacio Comiti S. L. — Dat. Kal. Iul. Nicomediae.
c. 3 de Responsis prudentum I, 4 }
c. un. de Cretione v. bon. poss. IV, 1 }
c. 8 de Legitimis heredibus V, 1 }
c. 6 de Revocandis donationibus VIII, 13 }
c. 9 et 10 de Maternis bonis VIII, 18 }
c. un. de Bonis, quae filiisf. VIII, 19 } — ad Senatum urbis Romae — Dat. VIII.* Id. Nov. Ravenna.
c. 3 Cod. Iust. de Legibus I, 14 }
c. 7 Cod. Iust. de Precibus imp. off. I, 19 }
c. 5 Cod. Iust. Si contra ius I, 22 }
c. 18 Cod. Iust. de Iure deliberandi VI, 30 }
c. ult. de Paganis XVI, 10 — Isidoro Pf. P. — Dat. XVIII. Kal. Dec. Constantinopoli.
c. 18 de Proximis VI, 26 — Acacio Comiti S. L. — Dat. VII. Kal. Dec. Constantinopoli.
c. 20 de Agentibus in rebus VI, 27 — Helioni Patricio et Magistro officiorum — Dat. X. Kal. Ian. Constantinopoli.
c. 21 de Agentibus in rebus VI, 27 — Hierio Pf. P. — Dat. X. Kal. Ian.
c. 33 de Petitionibus X, 10 — ad Senatum — Dat. VI. Kal. Ian. Roma.
*c. 7 de Natural. fil. IV, 6 — ad Bassum Pf. P. — .....

INTRA 426 ET 429.

c. 10 ...... V, 14 — Ioanni Comiti R. P. — .....

427.

Hierio et Ardabure Coss.

c. 10 de Domesticis et protectoribus VI, 24 — Hierio Pf. P. — Dat. XVII. Kal. April.
c. 17 de Murilegulis X, 20 — Valerio Comiti S. L. — Dat. X. Kal. April. Constantinopoli.
c. 14 de Metatis VII, 8 — Helioni Patricio et Magistro officiorum — Dat. X. Kal. Iul. Constantinopoli.
c. 18 de Medicis et professoribus XIII, 3 — Helioni Magistro officiorum — Dat. XIV. Kal. Sept.

428.

Felice et Tauro Coss.

c. 21 de Senatoribus VI, 2 }
c. 22 de Agent. in reb. VI, 27 } — Proculo Pf. U. — Dat. prid. Kal. Febr. Constantinopoli.
c. un. de Om. act. impetr. II, 3 }
c. 8 de Sponsal. III, 5 }
c. 3 de Nuptiis III, 7 }
c. 4 de Dotibus III, 13 } — Hierio Pf. P. — Dat. X. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 8 de Natural. fil. IV, 6 }
c. 9 de Legit. heredibus V, 1 }
c. 2 Cod. Iust. de Bonis, quae liberis VI, 61 }
c. 8 de Off. comit. sacr. larg. I, 10 }
c. 22 de Tironibus VII, 13 } — ad Volusianum Pf. P. — Dat. III.* Kal. Mart. Ravenna.
c. 2 de Lenonibus XV, 8 — Florentio Pf. P. — Dat. XI. Kal. Maii.
c. 65 de Haereticis XVI, 5 — Florentio Pf. P. — Dat. III. Kal. Iun. Constantinopoli.
c. 1 de Imponenda lucrativis descriptione XII, 4 — Florentio Pf. P. — Dat. V. Id. Iun. Constantinopoli.
c. 29 de Cohortalibus VIII, 4 — Florentio Pf. P. — Dat. VI. Id. Iul. Constantinopoli.
c. 19 de Medicis et professoribus XIII, 3 — Proculo Pf. U. — Dat. III. Id. Iul. Constantinopoli.

429.

Florentio et Dionysio Coss.

c. 34 de Annona et tributis XI, 1 }
c. ult. de Appellationibus XI, 30 } — Celeri suo salutem — Dat. V. Kal. Mart. Ravenna.
c. 35 de Annona et tributis XI, 1 }
c. 32 de Susceptoribus XII, 6 } — Volusiano Pf. P. — Dat. III.* Kal. Mart. Ravenna.

c. 5 de Const. princ. et ed. I, 1 — ad Senatum — Dat. VII. Kal. April. Constantinopoli.
c. 185 et 186 de Decurionibus XII, 1 — Celeri Proconsuli Africae — Dat. V. Kal. Maii Ravenna.
c. 29 de Iudaeis XVI, 8 — Ioanni Comiti S. L. — Dat. III. Kal. Iun. Constantinopoli.

430.

Theodosio XIII. et Valentiniano III. AA. Coss. sive *Theodosio A. XIII. et qui fuerit nuntiatus.*

c. 33 de Susceptoribus XII, 6 — Theodosio Pf. P. — Dat. XV. Kal. Mart. Ravenna.
c. 15 de Metatis VII, 8 — Ioanni Comiti et Magistro officiorum — Dat. VIII. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 34 de Petitionibus X, 10 — Thalassio Comiti R. P. — Dat. VIII. Kal. Mart. Constantinopoli.
c. 23 de Agentibus in rebus VI, 27 — Paullino Magistro officiorum — Dat. XVI. Kal. Maii Constantinopoli.
c. 6 de Collatione donatarum XI, 20 — Antiocho Pf. P. — Dat. prid. Kal. Ian. Constantinopoli.

431.

Basso et Antiocho VV. CC. Coss. sive *Antiocho V. C. Cos. et qui fuerit nuntiatus.*

c. 4 de His, qui ad ecclesias IX, 45 — Antiocho Pf. P. — Dat. X. Kal. April. Constantinopoli.
c. 36 de Annona et tributis XI, 1 — Flaviano Pf. P. — Dat. III. Kal. Maii Ravenna.

432.

Aetio et Valerio VV. CC. Coss. sive *Valerio V. C. Cos. et qui fuerit nuntiatus.*

c. 3 de Decurionibus et silentiariis VI, 23 — Flaviano Pf. P. — Dat. IX. Kal. April. Ravenna.
c. 5 de His, qui ad ecclesias IX, 45 — Hierio Pf. P. — Dat. V. Kal. April. Constantinopoli.
c. 11 de Domesticis et protectoribus VI, 24 — Heliodoro Pf. U. — Dat. III. Id. Iun. Constantinopoli.

433.

Theodosio A. XIV. et Maximo Coss.

c. 16 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Tauro Pf. P. — Dat. X. Kal. Maii.
c. 17 de Numerariis, actuariis VIII, 1 }
c. 9 Cod. Iust. de Assessoribus I, 51 } — Tauro Pf. P. — Dat. V. Non. Iul. Constantinopoli.

434.

Ariovindo et Aspare Coss.

c. 39 . . . . . . V, 13 — Tauro Pf. P. et Patricio — Dat. XIV. Kal. Iul. Constantinopoli.
c. 15 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Tauro Pf. P. et Patricio — Dat. XII. Kal. Iul. Constantinopoli.
c. 3 de Frumento urbis Constantinopolitanae XIV, 16 — Leontio Pf. U. — Dat. V. Kal. Dec. Constantinopoli.
c. un. de Bon. cler. et monach. V, 3 — ad Taurum Pf. P. et Patricium — Dat. XVIII. Kal. Ian.

435.

Theodosio XV. et Valentiniano IV. AA. Coss.

c. 8 de Principibus agentum in rebus VI, 28 — Valerio Magistro officiorum — Dat. IV. Kal. Febr. Constantinopoli. Eodem exemplo Isidoro Pf. P., Regino Pf. P. Illyrici, Leontio Pf. U., Theodoto Comiti Aegypti, Abthartio Comiti Orientis, Cleopatro Praefecto Augustali, Hesychio Proconsuli Achaiae, Eustathio Vicario Asiae, Nectario Vicario Ponticae.
c. 16 de Metatis VII, 8 — Valerio Magistro officiorum et Ex-consuli ordinario — Dat. IV. Id. Mart. Constantinopoli.
c. 66 de Haereticis XVI, 5 — Leontio Pf. U. — Dat. III. Non. Aug. Constantinopoli.
c. 5 de Bonis vacantibus X, 8 — Hermocrati Comiti R. P. — Dat. VII. Id. Oct. Constantinopoli.
c. 25 de Paganis XVI, 10 — Isidoro Pf. P. —* Dat. XVIII. Kal. Dec. Constantinopoli.
c. 6 de Const. princ. et ed. I, 1 — . . . . . — Dat. XII. Kal. Ian. Constantinopoli.

436.

Isidoro et Senatore Coss.

c. 18 de Murilegulis X, 20 — Apollonio Comiti S. L. — Dat. VIII. Id. Mart. Constantinopoli.
c. 30 de Cohortalibus VIII, 4 }
c. 187 et 188 de Decurionibus XII, 1 } — Isidoro Pf. P. Eodem exemplo Eubulo Pf. P. Illyrici — Dat. III. Non. April. Constantinopoli.
c. 3 de Indictionibus XI, 5 }
c. 189 — 191 de Decurionibus XII, 1 }
c. 2 de Frumento Alexandrino XIV, 26 }
c. 2 de Alexandr. pleb. primat. XIV, 27 } — Isidoro Pf. P. — Dat. prid. Non. Iun. Constantinopoli.
c. 17 de Indulgentiis debitorum XI, 28 — Isidoro Pf. P. — Dat. prid. Id. Iul. Constantinopoli.
c. 192 de Decurionibus XII, 1 — Isidoro Pf. P. — Dat. prid. Non. Aug. Constantinopoli.
c. 37 de Annona et trib. XI, 1 }
c. ult. de Indictionibus XI, 5 } — Dario Pf. P. — Dat. V. Kal. Sept. Apameae.

437.

Post consulatum Isidori et Senatoris.

c. 4 de Decurionibus et silentiariis VI, 23 — Dario viro illustri Pf. P. Orientis — Dat. XVIII.* Kal. April. Constantinopoli.

438.

Theodosio A. XVI. et Fausto Coss.

Const. de Theodosiani Codicis auctoritate — Florentio Pf. P. Or. — Dat. XV. Kal. Mart. Constantinopoli.
Gesta in Senatu urbis Romae de recipiendo Codice Theodosiano — Edita Romae sub die VIII. Kal. Ian.

443.

Maximo II. et Paterio Coss.

*Const. ad Constitutionarios — Dat. X. Kal. Ian. Romae.

NOVELLAE CONSTITUTIONES

IMPERATORUM

THEODOSII II., VALENTINIANI III., MAXIMI, MAIORIANI, SEVERI, ANTHEMII.

XVIII CONSTITUTIONES,

QUAS

IACOBUS SIRMONDUS

DIVULGAVIT.

AD LIBRORUM MANU SCRIPTORUM ET EDITIONUM FIDEM RECOGNOVIT ET ANNOTATIONE CRITICA

INSTRUXIT

GUSTAVUS HAENEL

LIPSIENSIS.

A. cIↄIↄcccxliv.

PROSTANT BONNAE APUD ADOLPHUM MARCUM.

Legum novellarum, quas edidi, codices aut solum Breviarium Alarici comprehendunt, aut una cum eo novellas a Visigothis reiectas. De illis exponam in Breviarii editione, horum decem sunt: 1) Codex Vaticano-Ottobonianus, olim Iosephi Garampii [1]; 2) Regius Parisiensis MMMMCCCCXX; 3) Fuldensis; 4) Regius Parisiensis MMMMCCCCXII; 5) Vaticanus Reginae Sueciae MXXIII; 6) Bodleianus MMMCCCLXII; 7) Regius Parisiensis MMMMCCCCVI; 8) Regius Parisiensis Suppl. Lat. DCCLXXIX; 9) Kelleri, olim Meermani DC; 10) Regius Berolinensis quart. CL. Neque vero omnes eiusdem ambitus sunt. Ottobonianus enim novellas Theodosii, Valentiniani et Maioriani inprimis et auget et ubique fere recte ordinat; quinque (2—6) ex eodem codice originem ducunt, in quem, nescio quis, post Theodosii novellas in Breviarium translatas Theodosii et Valentiniani plus quam quadraginta, Maioriani unam, Anthemii tres novas constitutiones congessit; quattuor (7—10) Maioriani sex novellas a Visigothis omissas exhibent; tres denique (3—5) vestigia habent novellarum Maximi, et unus, tertius videlicet, novellae secundae Severi imperatoris [2]. Praeterea dicendum est, a duobus, ab Ottoboniano et a Bodleiano interpretationem Visigothorum abesse.

Longe vero inter omnes praestat cum aetate sua, tum novellarum ordine codex primus sive Vaticano-Ottobonianus [3]. Involucrum eius tectum est corio rubro. Ibi tum in superiore, tum in media et in inferiore tergi parte auro impressae sunt geminae consociataeque inter se aquilae, quae in capite coronas ferunt, et infra eas septem spicae fascia colligatae. Fuerunt ea priorum possessorum insignia. Illud Ottobonianae bibliothecae, hoc Christinae, reginae Sueciae, libri prae se ferre solent [4]. In aversa involucri parte agglutinata est parva quaedam charta, cui inscriptum est: „*Ex Bibliotheca Iosephi Garampii*“ et subditum siglum *Cb*, quo numerus codicis inter libros Garampii significari videtur. Inter involucrum et codicem ipsum duae chartae a bibliopega interpositae sunt, quarum altera in summa adversae paginae parte literas C. b. 3 exhibet, altera eodem loco numerum ⊿b: IV. cod. 30 [5]. Iam quod ad librum manu scriptum ipsum attinet, primum folium laceratum est. In adversa eius pagina alia scripta sunt, quae valent, alia expuncta, quae scripta erant, et in superiore quidem margine virgula expunctus est numerus $\overline{\text{VI}}$, integer vero remansit ad dextram eius numerus 327 et ad sinistram signum *Ag.*; infra ea duo numeri conspiciuntur, 25, qui transverso calamo exstinctus est, et numerus 327. Iis recentior manus literis uncialibus, quas dicunt, subiunxit verba: „*Codex Theodosianus*“ et paullo infra pallido atramento numerum 217. 5. Huic eodem ordine subsunt numeri *S. X.* 20 et *E.* 6. 3., quorum prior deletus est, posteriorem vero in proximo versu sequuntur verba: „*Confitebor tibi dne.*“ Ea verba saeculo XI. literis uncialibus scripta sunt, sed utrum sola per se fuerint, an cum aliis cohaeserint, dici non potest, cum lacerata sit hoc loco membrana. Quae enumeravi, ea omnia in superiore pagina sunt, in media vero, a recentioris

---

1) Ritterus fol. 1^b Epistolae ad Lectorem, quae antecedit T. I. Codicis Theodosiani: „*Cum Codex*, inquit, *hic inscribatur, Codex Theodosianus et postea Lex Romana; non is alius est, quam quem Alarici regis iussu confecere Visigothi.*“ Sed erravit Ritterus, quod propter *Legem Romanam* Breviarium inesse arbitratus est. Contra Barkow in praef. Legis Romanae Burgundionum p. XVIII: „*Neque tamen omnes, quae codici inessent, recte intelligebant; nam non deerant, qui Legem Romanam Wisigothorum in eodem scriptam esse arbitrarentur, inter quos et Brenckmannus — et Ritter fuerunt.*“ Codicem antiquitus Breviarium Alarici comprehendisse, perspicitur ex Gaii epitome, quae Novellas sequitur. 2) Praeterea insunt in Cod. S. Germani CCCLXVI. et Phillipp. MDCCXXXV. particulae Nov. Val. tit. VIII. n. 1 de Invasoribus, tit. XIV. de Pretio solidi, tit. XXIII. de Negotiatoribus, et in Summae Aegidianae codicibus rubra titul. I—VI. Novellarum Maioriani una cum brevi summa novellae de Sanctimonialibus, quos omnes hac de caussa supra non commemoravi, quia frusta tantum earundem novellarum insunt, quae in codicibus 1—10 integrae supersunt. Nec quartum codicem, ubi novellarum Maioriani codices enumerantur, repetii, quia et ipse solius tertiae fragmentum habet. Quod Zirardinus in cod. Vat. MCXXVIII. Novellas Anthemii esse scribit, id videtur falsum esse. Vid. infr. p. 341 sq. Nov. Anthemii tit. I, not. sup. 3) *Imperatorum Theodosii Iunioris et Valentiniani III. Novellae Leges — Ex Ottoboniano Ms. Codice edit* — Antonius Zirardinus — *Faventiae* MDCCLXVI. 8. p. 34—49. *Leges Novellae V. Anecdotae Imperatorum Theodosii Iunioris Et Valentiniani III. — Opera Et Studio* Iohannis Christophori Amadutii — *Romae* MDCCLXVII. fol. p. XVII—XXI. et XXXII—XXXVI. Ex Amadutio exscripsit, quae de eo codice habet, August. Frideric. Barkow, diligentissimus Legis Romanae editor, Gryphiswaldiae MDCCCXXVI. 8. p. XIII—XVII. Haubold, Opuscula Academica, T. II, p. CXV. sq., n. 35. Car. de Savigny, T. II, p. 11. 4) Amadutius l. c. p. XVIII. 5) Sed

quidem aetatis homine, sed antequam illud *Codex Theodosianus* adderetur, atro colore picta sunt verba: „*Lex Romana*“ [6]). Denique extremam versus paginam adiectus est numerus 7177. In aversa folii primi pagina incipit Index Capitulorum Legis Romanae Burgundionum. Constat codex ex CXXVIII [7]) membranis crassis, gilvis et maximam partem rugosis. Eas quadruplicatas esse, etsi ambitu octavam maioris folii partem non excedant, perspicitur ex literis Romanis, quibus quaterniones, qui dicuntur, numerati sunt. Horum Amadutius XVII esse dicit. Lineae versuum, quarum in priore codicis parte XXI, sed XXX inde a folio CXVIII. sunt, graphio ductae sunt et ad dextram sinistramque binis lineis definitae ad perpendiculum directis. Scriptus est codex prioribus saeculi X. lustris [8]) et ea quidem literarum forma, quae non multum a minuscula Longobardica [9]), quam vocant, differt. Neque vero eadem est per totum codicem; nam literae priorum foliorum rudes sunt, quasi vacillantes et partim in altum ductae, converso, sed erecto pistillo similes [10]), foliorum autem XIX — LIV. paullo rotundiores sunt, quasi ab alio, sed eiusdem aetatis homine pictae. Similiter in sequentibus foliis usque ad CXVIII. hic et illic literarum forma mutatur, maxime ab aversa folii XCVIII. pagina usque ad mediam folii CIII., ubi literae minores sunt, nitidae et plerumque subtiles, multa etiam admixta compendia. A folio denique CXVIII. non dubito, quin alius librarius contulerit operam in codicem. Nam et literae rotundae fere sunt atque a dextra ad sinistram pendent, et verba arctius pressiusque inter se cohaerent, numerum autem versuum in unaquaque pagina auctum esse supra dixi, qua re factum est, ut titulorum quoque rubra ex rotundis quidem, sed depressis et arcte colligatis literis constent. Prima codicis verba: *Incipit Capila* [11]) *De Lege Romanae* literis maioribus et lapidariis, quarum prima *I*, multipliciter ornata a summa pagina usque ad infimam descendit, minoribus sed eiusdem formae interiectis, scripta esse perspicitur ex imagine apud Amadutium aeri incisa. Praeterea maiore litera et minio colorata plerumque distinguitur initium novellarum singulorumque capitum Legis Romanae Burgundionum, saepe etiam nova sententia sive periodus maioribus literis. Discerptorum in fine versuum verborum nullum vidi signum, interpunctorum duplex: punctum et semicolon, quod vocare solent. Illius frequens usus est, sed incertus, nam crebro post secundum aut tertium quodque verbum invenitur, quid quod post singula verba aut inter ipsas verbi alicuius literas, unde monstruosa quaedam verba conflata esse, Amadutius recte monuit [12]); huius plerumque in fine titulorum aut sententiarum. Commata sive virgulas, quas Amadutius sibi visus est vidisse, non recordor. Sed est aliud etiam genus punctorum, quibus menda scripturae aut correcta aut sublata sunt; duplex enim punctum positum est, alterum supra, alterum infra versum, si quid delendum erat, unum, idque infra versum, si qua litera emendandi caussa supra versum addita est. Eorum, quae emendata sunt, alia eodem tempore, quo codex scriptus est, et ea quidem maximam partem a librario ipso facta esse videntur, alia posteriore aetate [13]). Ceterum hoc et illud litura aut radendo deletum est. Sed quamquam ex iis, quae dixi, non leve studium in emendandum codicem impensum esse apparet, tamen non omnino correctus est. Nam ut mittam verba inepte coniuncta [14]) aut divisa [15]), aut corrupte scripta [16]), exciderunt literae [17]), verba [18]), integri versus [19]); omittuntur inscriptiones [20]); truncatae sunt multae subscriptiones; sunt etiam verba bis scripta [21]). Orthographia antiqua est [22]), sed valde depravata et incerta, saepe enim librarius

---

colligatae sunt literae ⊿b, virgula a superiore literae b scapo ad ⊿ traducta. 6) Cf. Henrici Brencmanni, *ICti et Academici Florentini, Epistola* (ad Hadrianum Relandum) *De Consulibus quorum in Pandectis fit mentio, data Henvlitae e museo prid. Kal. Augusti MDCCXV.* et annexa *Petri Relandi* Fastis Consularibus. Traiecti Batavorum. CIƆIƆCCXV. p. 859. Vid. infr. not. 34. 7) Zirardinus l. c. p. 34 et Amadutius l. c. p. XX ex CXXVII foliis s. CCLIV paginis eum constare dicunt; accedit autem illud folium, quod inter XCIX. et C. iacet et ab eo, qui numeros adscripsit, non numeratum est. Priora quattuor folia hic et illic lacerata sunt. 8) Imaginem codicis aeri inciderunt Zirardinus l. c. p. 35 et Amadutius l. c. p. XIX; sed accuratius expressit Amadutius. Cf. Marini, I Papiri Diplomatici. Rom. MDCCCV. fol. p. 226, not. XXIX, col. 2. Brencmann in Historia Pandectarum p. 55 et in Epist. cit. l. c. p. 859 codicem circa annum M. scriptum esse putat, Zirardinus l. c. p. 35, ni fallor, saeculo VIII. s. IX., Amadutius l. c. p. XVIII, qui consuluit Iosephum Garampium, Stephanum Borgiam artis diplomaticae peritissimum, Iohannem Contium, saec. IX. s. X., Marini l. c. saec. XI. s. XII. Cf. Car. de Savigny l. c. T. II, p. 11, not. 27 (ed. I.) s. not. g (ed. II.). Barkow l. c. p. XIV, not. 2 et Hauboldus l. c. 9) Beneventanam vocat Marini l. c. Italicum esse codicem hac de caussa puto, quia literae *b* pro *u*, *o* pro *um* sive *u*, g pro *i*, *s* sive *ss* pro *x* positae sunt et *da* pro *de*. 10) Inprimis literae *b*, *h*, *l*. 11) Deest virgula supra *ila*. 12) l. c. p. XXXV. v. g. *lege prioris. ublata* pro *lege priori sublata* vel *semovente. sui* pro *semoventes vi.* Adde *domis. ue* pro *domi suae* etc. 13) Vid. Nov. Valentin. tit. VII. nov. 1, not. *e*. 14) *sevi* pro *se ui*; *actione* pro *actio ne*, *praestantioresse* pro *praestantiores se*, *imperpetuum* pro *in perpetuum*, al. 15) *cum victi* pro *convicti*; *supplicio quededendis* pro *supplicioque dedendis*; *alter ius* pro *alterius*, al. 16) Multa Amadutius in annotationibus correxit. Innumerabilia sunt, sed sufficit pauca commemorare: *sanatoris* (senatoris), *rescenda* (rescindenda), *temeratatis* (temeritatis), *Campinia* (Campania), *sine dubium*, *ex testamentum*, *prediti* (praedicti), *sterpitu* (strepitu), *perspecimus* (perspeximus), *succensio* (successio), *cogato* (cognato). Etiam sono inductus, si recte video, librarius hic et illic falso scripsit aut unam literam omisit: *impetratam* (impetrata) *maximam*, *ab intestatu uterque*, *servu suus*, *temeritatis* (temeritati) *suae* etc. 17) Nonnunquam, ubi aliquid deest, spatium reliquit librarius, quasi non eruisset, quid haberet codex, quem describeret. 18) Nov. Theod. tit. V, nov. 1, not. *e*. Vid. Nov. Valent. tit. XVI, not. *p*, *z*, *b*; tit. XIX, not. *d*, *h* etc. 19) Cf. Nov. Theod. tit. V, nov. 1, in f. not. *m* et nov. 2, not. *v*; tit. XXIII, not. *m*; Nov. Valentin. tit. XIX. in f. not. *f*; tit. XXII, §. 9, not. *p*; tit. XXXV, §. 1, not. *n*, al. 20) v. g. Nov. Valent. tit. XVI. de Episcop. ord. 21) Vid. inter al. Nov. Valent. tit. XX, §. 4, not. g. Errat igitur Barkovius, cum ait, p. XVII: „*praeterea neque super-*

idem verbum diverso modo scripsit. Sigla et compendia, quae deprehenduntur, neque insolita sunt, neque crebra[23]; sed dignitates magistratuum et formulae, quibus imperatores in novellis eos alloquuntur, omnes fere compendio expressae. Nonnunquam librarius sigla non recte interpretatus est[24]. Quare, si de codice censendum est, qualis sit, non pessimae quidem notae dici potest, neque vero bonae[25]. Nihilosecius optimas scripturas continet, quia magis in orthographia quam in verbis a librario erratum est. Iam ut ad res perveniam, quas comprehendit, insunt in eo praeter Legem Romanam Burgundionum (fol. I^b — XXIII^b vers. XIV) Novellae Theodosii per XXV[26] titulos secundum seriem temporis distributae (fol. XXIII^b — LXVIII^b), eodem ordine et praemisso indice novellarum Valentiniani tituli XXXIII (fol. LXVIII^b — CXV^a), Maioriani vero tituli VII, etsi XII in indice enumerantur (fol. CXV^a — CXXV^a); eos Gaii a Visigothis in compendium redacti sequuntur tituli I, II, VIII, IX usque ad verba §. 6 *aliena p̄ sup̄*, quibus codex terminatur. Desunt igitur novellae Maximi, Martiani atque Severi, differunt etiam Gaii tituli ab editis et ordine et numeris. Praeterea repugnat libris Breviarii Alarici Lex Romana Burgundionum, quae non solum addita, verum etiam ante novellas Theodosii collocata est. Mutilum esse codicem, ea, quae supra dixi, demonstrant. Septemdecim enim quaternionum numeri supersunt, foliorum non amplius CXXVIII. Octo igitur folia perierunt aut excisa sunt. Inter ea illud est, quod olim secundum erat et indicem Capitulorum Legis Romanae Burgundionum inde a XV. complectebatur; aliud deesse post XXIII. folium memoravi ad titulum primum novellarum Theodosii, denique sex alia folia excidisse certum est*). Etiam post Gaium multa desunt. Neque vero ubicunque aliquid in codice deest, folia interierunt. Sunt lacunae, ubi nullum folium interiit. Continuo scripta sunt verba novellae de Theodosiani Codicis auctoritate *ab invictissimo* et novellae Theodosii de Iudaeis *quae insatiabili*[27]; similiter cohaeret in novellis Valentiniani fragmentum Nov. 2. tit. I. de Indulgentiis reliquorum quod superest cum ultimis novellae 4 tit. II. de Postulando verbis[28]; in media folii CXV. pagina adversa Valentiniani novellas sequitur index novellarum Maioriani, omissis legibus Martiani; versu sexto adversae folii CXXV. paginae novellae Maioriani subito desinunt et omittuntur, cum reliqua pars paginae vacet et in aversa Gaii epitome scribi coepta sit, praeter maximam tituli VII. partem quinque Maioriani legum tituli una cum Severi et Anthemii novellis. Quae lacunae in codice, unde Ottobonianus descriptus est, fuerint necesse est. Verum aliae etiam absunt novellae, novellam tertiam dico Valentinianam tit. VI. de Tironibus, nov. un. Val. tit. XIV. de Pretio solidi, nov. un.

---

additum, neque perperam repetitum — aliquid invenies." 22) *b*, *d*, *n*, *c*, *t* etc. poni, ubi nostra aetate utuntur *p*, *c*, *t*, *m*, *c*, v. g. *obponere, adcelerare, adtemptare, conmittere, conperimus, eciam, precium, devocionis, iuditium, offitium* non opus est commemorare, pariter atque *e* pro *ae* ubique fere offenditur. Saepe vero adhibita est *e* pro *i* (*codecis, auctoretate, eliceto, possedeat, valetura, debetum, debetis, pulsare, quolebet, fedeiussor, culmenis, letigatoribus, iures, intellegere, amplefecare, divinetas, edederint, sustenebunt, credederit, temeretate, iudecis, porregere, possessorebus, Helarius, ponteficis, antestitis, relegio, pertenencium, cetra*); *i* pro *e* (*extimantis, debit, offinsam, legis, omni, niminem, latentis, dispectis, timeraria, rectoris, adtimptare, tutila, nimpe, viricundia, discriptionis, tenire, climentiae, tintare*) sive pro *y* (*Ciro, Simmaco*); *o* pro *u* (*grado, curricolis, postolandi, nominis, singolos, cingolo, depotatus, regolas, pericolum, oracolo, tabolaria, denontiata, dissimolandum, potare, costodita, sepolcro, contatus, iovemus*) sive pro *um* (*domino, testimonio* et *testimoniō*, al.); *u* pro *o* (*Theudosius, amandatus, patrimunialibus, debutione, fundus, tractatur, apparitur, tutius, clarissimus, praeturia, senaturia, negutio, illus, alius, agnuscere, victur, furmam, adulescentes, sanctimuniales, sullicitate, grassatur, moderaturi*); *y* pro *i* (*cyngolum, cyues, tyronum*); *ae* pro *e* (*allaegatum, minimae, nominae, neminae*); *ii* pro *i* (*hiis, nobiis*), *i* pro *ii* (*is, hisdem, obisse*), *oe* pro *e* (*moeram, doebet*); *b* pro *v* (*allubionibus, abieno, enerbasse, fabor, debutione, octaba, cabimus*; *c* pro *g* (*crata, aucmento*) sive pro *qu* (*relicorum, cotidie, cottidiana, alico*); *d* pro *t* (*adque, fid, derelinquid, taeded*); *f* pro *ph* in verbis et nominibus graecis (*filippo, limitrofiis*); *g* pro *c* (*argana, vagatio, navigolariis*); *g* pro *i* (*magestatem, subgectio*); *qu* pro *c* et *ch* (*quoacervate, quominus* i. e. *cominus, inquoari*); *s* pro *x* (*eudosi, sestarios, Masimo* s. *Massimo*); *u* pro *b* (*uellorum, saluuerrima, puuertatem, aceruissima, uinis, iuuemus, inprouitas, diuulgauit*); *x* pro *s* (*auxus*). Saepe literae abundant, v. g. *d* (*reddundantes*), *h* (*perhennetates, perhenni, hauctoritas, adheratio, hornamenta, honerosum, habunde, exhactione, havidus, hac, hii, exhiguis, exhigentium, hinferat*), *p* (*opportere, oppibus, repperire*), *r* (*currulium*), *s* (*centissimis, excussare, provissionis*), *u* (*auctores*); contra omittuntur literae, v. g. *c* (*sancionibus, artare, contatus* pro *cunctatus, scolaribus*), *f* (*efusa*), *h* (*Teudosio, uiusmodi, oris, orrerent, ortantur, oste*), *l* (*caliditatis*), *p* (*operire*), *s* (*extinguere, extruere*); *t* (*indicio*). Scriptum est etiam *extimare* (aestimare), *estimare* (existimare), *adtemptare, emptum, sumptum, demptum, sollemniter*. Ceterum vid. Amad. l. c. p. XXXIII — XXXVI. 23) Plerumque fit, ut virgula supra literas *a, e, i, o, u* addatur. Verba *per, pro, prae, que, bis, rum* vulgatis siglis exprimuntur. Invenitur etiam *n̄re*. Numerus *VI* antiquo more se habet, ut a litera *G* haud multum differat. 24) *perfectorum* (praefectorum), *perscriptionis* (praescriptionis), *proscriptionis* (praescriptionis), *praescriptionis* (proscriptionis). 25) Paullo aliter Barkow, l. c. p. XVI.: „*Non pessimae notae dixi Ottobonianum codicem esse: nam si ea, de quibus locutus sum, excipias, vel, quod facili plerumque fit negotio, emendes, contextus verborum integer erit, et meliores quam editiones aliique codices Ottobonianus exhibere solet lectiones.*" Assentior Barkovio, quatenus de Novellis et Legis Romanae titulis huius codicis ope emendandis loquitur; dissentior in reliquis. 26) Amad. l. c. p. XXXVII. Numerat quidem Zirard. l. c. p. 43 et in indice titulorum quattuor et viginti titulos, sed vid. infra Nov. Theod. tit. I — IV, not. sup. *) Feci iacturam chartae, in qua notaveram numeros quaternionum. Eos si haberem, explicuissem, quid aut quantum suo quoque loco periisse. Ut damnum sarcirem, ter quaterve petii ab amicis, quos Romae habeo, ut quaternionum numeros transscriberent; neque vero illi poterant impetrare codicem. Responsum est ab iis, qui bibliothecae Vaticanae praesunt, codicem inveniri non posse. 27) Vid. tit. I. Nov. Th., not. sup. et tit. III. Nov. Theod. de Iudaeis §. 10, not. *q*. 28) Vid.

Val. tit. XXXIII. de Praediis pist. et tres, quas Cuiacius primus edidit[29]). Qui codicem tractaverint, narrant Zirardinus[30]) et Amadutius[31]), iisque auctoribus Hugo*) et Barkovius[32]). Primus eum tractavit Brencmannus[33]), qui cum ab exeunte anno MDCCXI. decem menses Romae commorabatur, Ottobonianae bibliothecae libros manuscriptos inspexit, inscriptiones et subscriptiones novellarum ex hoc codice contulit emendavitque, et insuper quinque novellas descripsit, quas ad illum diem incognitas esse videret[34]). Sed praeter perbreves quasdam inscriptionum et subscriptionum emendationes in Epistola ad Hadrianum Relandum nihil edidit; neque scio, ubi nunc lateant reliqua. Eodem fere tempore Leonhardus Adamus[35]), domo Volsiniensis, origine Venetus, cum Andreae, patrui, qui aliquot annos apud Ottobonium Cardinalem degit, fortasse commendatione[36]) codicis usum nactus esset, in animo habuit, non solum quinque illas novellas divulgare, verum etiam Legem Romanam Burgundionum augere et corrigere. Morte V. Id. Ian. MDCCXIX. absumptus consilium perpetrare non potuit. Sed rumor ultra Italiae fines ad exteros usque perlatus erat. Propagabatur Ephemeridibus literariis[37]), ex quibus Hoffmannus[38]), Brunnquellus[39]) atque Heineccius[40]) hauserunt, quicquid in libris Historiae Iuris Romani de Adamo narrant; et specimen novellae Valentinianae de Tributis fiscalibus cum Ottoboniano codice collatae, quod Adamus dicitur[41]) Menkenio transmisisse, postea vero Hoffmannus[42]) edidit, multum fecit ad excitandam codicis illius apud doctos famam. Sed nec huius quidem viri chartae ad hunc diem repertae sunt[43]). Postea Ioannem Christianum Goetzium, Regi Poloniarum a Sacris[44]), codicem inspexisse eiusque varias lectio-

---

Nov. Valent. tit. II, not. sup. 29) Nov. Th. tit. XXVII.; Nov. Val. tit. II, nov. 3 et pr. Nov. 4. 30) l. c. p. XV—XXIII. 31) l. c. p. XXI—XXIX. *) l. c. p. 210 sq. 32) l. c. p. XVII—XX. et X—XII. 33) In Historia Pand. p. 55 haec dicit: „*Codex Ms. membranaceus Otobonianae bibliothecae, qui Theodosianum Codicem, hoc est, potissimam Romanae Legis partem cum Novellis Theodosii, Valentiani* (sic!) *et Maioriani complectitur, addita Iuris epitome, quique circa annum M. exaratus videtur, Lex Romana palam inscribitur.*“ In not. addit: „*Laudavi hunc Codicem in Epistola ad Hadr. Reland. De Consulibus, quorum in Pandectis fit mentio, post Fastos Relandinos*“ (cf. supra not. 6) et pag. 398: „*Evenit, ut Vaticana exemplaria plene excutere non potuerim. Hanc iacturam—sarcivi consultis tanto diligentius Barberinae, Ottobonianae aliarumque bibliothecarum codicibus.*“ 34) In Epist. cit. l. c. p. 859: „*Contuli rubricas earum* (sc. Novellarum) *et inscriptiones, sed vel maxime etiam subscriptiones, usus codice sat bonae notae ex laudata bibliotheca Eminentissimi Otoboni, in quo MS. praeter eas novellas, quas Iac. Gothofredus post Codicem Theodosianum edidit, quinque alias constitutiones ineditas reperi ac descripsi. Inscribitur is MS. Codex Theodosianus: et postea, Lex Romana: videturque exaratus circa annum M. a. Christo nato. Relatus autem est in indice splendidissimae illius bibliothecae sub litera S. X. 20. Sunt porro novellae constitutiones ipsique tituli in eo codice alio prorsus ordine collocati, quam a Gothofredo exhibentur, habita potissimum temporis ratione.*“ Sitne idem codex atque ille, quem in Historia Pand. p. 55 commemorat, etsi ibi in nota ad hanc Epistolam provocat (vid. not. 33), incertus sum. Codicem enim Theodosianum hic codex non complectitur. Aut quae de diversis Ottobonianae bibliothecae codicibus collegerat, commiscuit Brencmannus aut in errorem ductus est verbis *Codex Theodosianus*, quae in prima codicis pagina a recentiore manu addita esse dixi. 35) Plura de Adamo narrat Amadutius l. c. p. XXI. sq. Cf. Supplement au Dictionnaire — du Moreri. Tom. I. A Basle. MDCCXLIII. fol. p. 90 v. *Adami* (Léon.). 36) Amadutius l. c. p. XXV. 37) *Neue Zeitungen von Gelehrten Sachen auf das Jahr MDCCXVII. Erster Theil. Oder Gesammelte Nachrichten u. s. w. Leipzig, bey J. Grossens Erben.* 8. *N. LIV. p.* 433: „*Der gelehrte Herr Leonhardus Adami ist anietzo beschäfftiget, ein Werk unter folgendem Titul herauszugeben: Impp. Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Severi et Anthemii Leges Novellas, Papiniani, ut vulgo dicitur, Responsorum Librum ex vetustissimo MS. Otthoboniano auxit, supplevit et emendavit L. Adamus Volsiniensis ὁ ἐν Ἀκρᾶσι Philocles Aepeus. Ad Clementem XI. Pont. Max.* Add. Supplement du Moreri cit. l. c. „*Il avoit proietté de publier — 5. Novelles, qui ne se trouvent point dans le Code Theodosien.*“ Ibi provocatur ad librum: *Nouvelles savantes de l'an* 1719. p. 157; idem faciunt Amadutius l. c. p. XXIII, not. 44, Barkow. l. c. p. XVIII, not. 3. Sed ephemerides illae ne nominantur quidem in libris de re literaria, nedum impetrari a me poterant. In libro, qui inscriptus est: *Giornale de' Letterati d'Italia* T. XXXII. a. 1719 (Venezia 1719. 12.) pag. 489—498 legitur *Elogio dell' Abbate Leon. Adami*, ubi haec: „*Ne fu Libanio la sola applicazione di lui negli anni, ne' quali incominciò gli studii serj; posciachè avendo una particolare attenzione in ricercare cose inedite, in un codice della libreria Ottoboniana ritrovò cinque Novelle o sia Costituzioni imperiali, le quali non erano nel Corpo del Codice Teodosiano: e sopra di esse fece alcune note; e già sin dall anno passato furono mandate a Lipsia ad un letterato, il quale si era presa la cura di farle stampare: onde crediamo, che ciò a quest' ora possa esser seguito, benchè per anco non se ne sia avuta precisa notizia.*“ Debeo hunc locum E. G. Vogelio, Regiae bibliothecae Dresdensis custodi, viro de re literaria et de bibliothecarum historia meritissimo. 38) In Historiae Iuris Volumin. I. Part. I. (Lips. MDCCXXXIV. 4.) p. 486, not. c. 39) In Historia Iuris Romano-Germani. Lipsiae MDCCXXVII. 8. p. 201, n. XXI. 40) In Historia Iuris Civilis Romani ac Germanici. Argentorati MDCCLXV. 8. p. 479. 41) Hoc refert Brunnquellus l. c.: „*novam denique*, inquit, *harum Novellarum earumque auctiorem et accuratiorem editionem ex collatione Mscti Ottoboniani Leonhardus Adamus Volsiniensis pollicitus est, cuius specimen, clarissimo Menckenio ab Auctore transmissum, Hoffmannus exhibet.*“ Aliter Ritter ad Nov. cit., not. *v*, p. 65 et Amadutius l. c. p. 92. Ille specimen ab Adamo ad Clementem XI. pontificem max. *editum* esse scribit, hic ab eodem illum titulum exhibitum et ex eo ab Hoffmanno promptum. Vid. not. 43 et Nov. cit., not. *r*, ubi Adami coniectura aliqua commemoratur. Num totum apparatum in Germaniam miserit, ut nuntiant ephemerides literariae Italicae (vid. not. 37), non potui eruere, dubito vero, num miserit, quia, si quidem misisset, apparatus in Germania editus esset. Etiam Adamus num specimen illud ediderit, dubito, quia eius rei nihil apud Hoffmannum dicitur, nec ego copiam eius facere mihi potui. Fortasse specimen editionis, quam pararet et Clementi inscribere vellet, cum doctis in Germania communicavit. Vid. etiam not. 43. 42) l. c. p. 486 sq. 43) Cf. Zirardinus l. c. p. XV. Amadutius l. c. p. XXIV, qui neque specimen comparare potuit. Barkow l. c. p. XVII. Ceterum etiam Campellius et Mazzucchellius in libris, quos Amadutius p. XXII sqq. not. 40 et 41 nominat, novellarum ab Adamo susceptae editionis mentionem faciunt. 44) Ritterus in Epist. ad

nes secum communicasse RITTERUS quidem asseverat, mihi vero non persuadet. Lectiones enim, quas exhibet [45]), nullo modo conveniunt cum Ottoboniano codice, deinde Goetzius novellas illas incognitas non descripsit *), quas non dubito quin descripsisset, si fuissent in codice, quo usus est; praeterea nihil apud Ritterum reperitur, nisi quod attinet ad novellas in Breviarium receptas; denique diversae codicis Ottoboniani scripturae proferuntur, ubi hic quidem mancus est [46]). Utrum Ritterus *variantes codicis scripturas, quas sperabat a viro inter Italos doctissimo transmissum iri*, acceperit [47]), incertum est, pariter atque unde fratribus BALLERINIIS codicis copia facta sit [48]), si quidem eo usi sunt. Tandem codex pervenit in manus CONSTANTINI RUGGERII [49]), civis Archangeliani et Romae primum Ottobonianae, paullo post bibliothecae ab Imperiali Cardinali institutae praefecti, qui magnam videtur diligentiam posuisse, ut quae codex haberet, et colligeret et aliquando ederet. Etenim diversas scripturas in Nivellianae novellarum editionis margine notavit, novellas incognitas descripsit et totam suppellectilem una cum codice ad ZIRARDINUM misit, ut consilio eius auxilioque in edendis novellis uteretur. Sed frustra misit. Se quidem per aliquot annos habuisse codicem narrat Zirardinus, sed ne accurate quidem legere potuisse, aliis negotiis impeditum; tandem remisisse Romam anno MDCCLX, interpellatum a Ruggerio, retinuisse autem Nivellianam editionem reliquasque res Ruggerii [50]) et antequam remiserit, in suum commodum convertisse codicem, quasi praesentiret, nunquam fore, ut a Ruggerio novellae ederentur. „*Ineditas*, inquit [51]), *Novellas Ruggeriano earum apographo, quod una ad me missum fuerat, minime contentus, in ipso Codice legi, et cum eo apographo contuli, aliudque praeterea earum apographum ex ipso Codice mihi feci. Pleniores etiam quosdam eiusdem Codicis locos, ex quibus editarum Novellarum lacunae suppleri nonnullae possent, quosque Ruggerius in Nivelliana editione notarat, in veteri ipso exemplari inspicere, et inde mihi exscribere volui. Sed et quaedam alia, et ea nimirum, quae magis mihi necessaria videbantur, quaeque Codicem identidem perlustranti in oculos incurrebant, cum nullum eorum apographum Ruggerius fecisset, vel ad me misisset, mihi ipse exscripsi; postremum in his Caput, quod ille Codex in eo, quod* P a p i a n o *tribuitur, Opere exhibet, Titulos item, seu Rubricas Novellarum* THEODOSII, *et Rubricas Novellarum* MAIORIANI — *Sed et specimen Scripturae ac literarum — ex ipso Codice, ut potui, mihi ipse paravi.*“ Evenit, quod Zirardinus praesenserat. Manus sibi intulit Ruggerius anno MDCCLXIII. Neque vero ideo Zirardino contigit, ut solus novellas illas incognitas divulgaret. Etenim Ruggerius duobus mensibus, ante quam mortem sibi conscivit, codicem AMADUTIO, quo familiariter utebatur, concessit, ut quinque illas novellas et Legem Romanam exscriberet, commentariis ornaret et prelo committeret [52]). Itaque accidit, ut eodem tempore duo diversarum regionum viri, alter alterius ignarus, eundem codicem edere instituerent. Nam audita Ruggerii morte Zirardinus serio animo aggressus est opus, sed morbo diu cum laboraret, non multum abfuit, quin Amadutius eum praevenisset. Tandem cum nuntiatum esset, Romae codicem divulgatum iri *), Zirardinus librum suum acceleravit. Ita contigit ei, ut primus novellas illas incognitas ex codice Ottoboniano ederet, secundo demum loco Amadutius. Post Amadutium codex intactus mansit, usque dum a me cum Beckii editione anno huius saeculi XXIV. collatus est. Crebro quidem nominatur a SPANGENBERGIO **), BECKIO, BIENERO, BARKOVIO, verum illos viros non ipso codice, sed Amadutii libro usos esse constat. Exposui, qui co-

---

Lectorem Cod. Theod. T. VI. P. II. praemissa: „*Hunc satis antiquum Codicem,* I o a n n e s C h r i s t i a n u s G o e t z i u s, *Potentissimo Regi Poloniarum a sacris, Vir humanissimus et politioris literaturae amantissimus, cum ante annos aliquot Romam invisisset investigandarum antiquitatum caussa, iterum consuluit, mecumque benignissime varias communicavit lectiones.*“ 45) A m a d u t i u s l. c. p. XLIII. et p. 69 in not. *) Z i r a r d i n u s l. c. p. XVII. 46) Vid. Novellam de Theodosiani Codicis auctoritate §. 5, not. *z* (nostrae ed. Codicis Theod. p. 92). 47) Epist. Tom. I. C. Th. praemiss. fol. 1 b: „*Servatur Codex antiquus Romae in Bibliotheca* E m i n e n t i s s i m i C a r d i n a l i s O t t o b o n i, *quem in itinere Italico contulit Cl.* B r e n c k m a n n u s, *et novellas quasdam constitutiones ex eo excerpsit, ineditas adhuc, quas et tecum L. B. communicaturus sum, cum spes mihi facta sit a viro inter Italos doctissimo, propediem et variantes, quas servat codex, lectiones, et alia, quae sunt notatu digna, ad me transmissum iri.*“ Z i r a r d i n u s l. c. 48) Vid. Nov. Valentin. tit. XVI. de Episcop. ordin. et tit. XVII. de Manichaeis. 49) Z i r a r d i n u s l. c. p. XVII. A m a d u t i u s l. c. p. XXVI. De Ruggerii vita exposuit A m a d u t i u s l. c. LXXVII — XCV. Quomodo codex in manus Ruggerii pervenerit, neque a Zirardino neque ab Amadutio aperte explicatur. B a r k o w l. c. p. XVIII. scribit: „*sive quia res eos* (Zirard. et Amad.) *latuit, sive quia furti suspicionem in virum ipsis coniunctum conferre noluerunt.*“ A m a d u t i u s l. c. p. XXVI. dicit quidem: „*Postremo hunc Codicem iam* d i s t r a c t u m, *antequam Ottoboniani codices Vaticanis accederent, adeptus est Ruggerius.*“ Si sua significatione accipitur v. *distractum*, codex ex Ottoboniana bibliotheca furto aut casu ablatus et a Ruggerio emptus videtur esse. Incredibile est, Ruggerium, virum probum, furatum esse codicem. 50) Z i r a r d i n u s l. c. p. XVIII, XIX. in f. Quo iure id fecerit, ignoro. Negari non potest, a Zirardino et ab Amadutio multas tenebras obductas esse historiae codicis. 51) l. c. p. XVIII. sq. 52) Utor, quantum potuit, Amadutii verbis p. XXVI. B a r k o w l. c. p. XIX. Ruggerium codicem in Amadutium dono contulisse scribit. Similiter B l u m e l. c. T. III, p. 71. Pag. XCII. A m a d u t i u s dicit: „*Tum addidit* (Ruggerius) *m u n u s longe spectatissimum Ottoboniani Codicis, qui in eius manus cesserat, et in quo V. Novellas adhuc ineditas Impp. Theodosii Iun., et Valentiniani III., et Legem Romanam contineri significavit, quae omnia ut illustrarem, ederem, iisque mihi honorem compararem, pro sua in me humanitate se ait discupere.*“ Idem p. LXXIII. sic: *quem* (codicem) *Ruggerius noster Vir Cl. nostri iuris fecerat*, quae omnia pro Barkovii sententia faciunt. Accedit, quod Ruggerius videtur codicem acquisivisse (vid. not. 49). Certe hoc Amadutio persuasum fuit, nam codicem I o s e p h o G a r a m p i o donavit, is eum in bibliothecam suam intulit. Sed dubium est, quo iure donare potuerit Amadutius codicem, quem sciret Ottobonianae esse bibliothecae et saepe appellaret O t t o b o n i a n u m. *) Amadutius non ante XVII. Kal. Quintiles anni MDCCLXXVII. de Zirardini libro certior factus est. **) In Cod. Iust. Vid. inter alia ad XII, 55, 3.

dicem tractaverint; iam paucis dicendum est, in quibus bibliothecis fuerit. Ubi antiquitus fuerit ignoro *); sed saeculo XVII. fuit in bibliotheca CHRISTINAE, reginae Sueciae [53]); ab ea heredis titulo transiit ad AZZOLINUM, cardinalem, ab Azzolino ad POMPEIUM, fratris filium. Is bibliothecam vendidit PETRO OTTOBONO cardinali, una igitur hunc quoque codicem. Tum a Petro, postquam adscito nomine Alexandri VIII. pontifex maximus renuntiatus erat, cum centum aliis Christinae bibliothecae libris manu scriptis bibliothecae domesticae attributus est [54]). Quid deinde cum codice factum sit, non omnino constat. Sane satis mirari non possum, quo iure post Brencmannum et Adamum ad Ruggerium et Amadutium pervenerit [55]). Ab Amadutio IOSEPHO GARAMPIO concessus est [56]), a Garampio cum sua bibliotheca coniunctus; quod ab eo factum esse demonstrant verba: *Ex bibliotheca Ioscphi Garampii*, quae in involucro esse dixi. Quomodo denique ex Garampii bibliotheca in Vaticanam translatus sit, nescio. Fortasse a Vaticanae bibliothecae praefectis, cum conspicerent Ottobonianae bibliothecae signum, recognitus atque vindicatus est [57]).

Omnium codicum recentissimus est Reg. Par. MMMMCCCCXX [58]). Tegumentum ex membranis constat. In tergo eius scriptum est: *Novel* | *lae* | *Theod.* | *Et* | *Valent.* | et additus in ima parte numerus bibliothecae. Eundem habet adversa pagina eius folii, quod bibliopega inter codicem et tegumentum posuit. Tum in eadem primi folii codicis pagina haec insunt: *Cod. Colb.* 1662 | *Regius* $518\frac{1}{3}$, paullo infra prope tegumentum scutum regium et in inferiore margine verba: *P. Pithou* | *Ex dono Ioannis Et Nicolai Fratrū* | *Cariss. Et Opt.* | *LXI*, sed deletus est numerus *LXI* obducta linea. In ultima codicis pagina repetitur scutum regium. Constat codex ex XCI foliis chartaceis maioris formae. Scriptus est cursim et eo literarum ductu, quo Galli XVI. saeculo utebantur. Versus in unaquaque pagina non ultra XXXI esse solent. Orthographiam et compendia codicis, quem exscripsit, librarius retinuit. Quae falso scripserat, ab alio homine codicis illius ope correcta sunt, ab eodem loci corrupti emendati. Complectitur codex eodem ordine eosdem titulos inde a XII., quos P. PITHOEUS in indice editionis novellarum recensuit, omnes igitur, quos primus edidit. Eos ex ipso hoc codice a P. Pithoeo promptos esse, persuasum habeo. Primum ei P. PITHOEI nomen inscriptum est; deinde ibi mentio fit doni a fratribus accepti, quod etiam in Epistola ad Cuiacium novellarum editioni praemissa P. Pithoeus commemorat [59]); porro quae in codice ab amanuensi patris descripto emendasse se dicit [60]), non solum concinunt cum iis, quae in Parisiensi codice emendata, verum etiam in fine editionis novellarum proposita sunt; Petrum vero Pithoeum, ipsum emendasse codicem praeter literarum ductum litera *P* multis in locis addita demonstrat; tum novellae Theodosii tit. X. de Postulando in utroque libro conflatae sunt; denique inter utrumque scripturae nullae fere inveniuntur diversitates *). Dubitationem quidem iniiciunt undecim tituli novellarum Theodosii, qui a Visigothis in Breviarium translati sunt et in indice editionis commemorantur, in codice omittuntur. Videntur autem pariter atque in ipsa editione hac de caussa deesse, quia iam a Sichardo divulgati erant. Id quidem non dictum est, sed ex iis apparet, quae inter Anthemii novellas et Valentiniani novellarum titulos, quos Breviarium habet, in folio LXIV [b]. scripta sunt: *Incipit Liber Valentiniani Impressus.* Idem igitur liber est, quem pater P. Pithoei ex vetere quodam ditissimae suae bibliothecae codice [61]) per amanuensem describi ius-

53) Amad. l. c. p. XVIII. Blume l. c. T. III, p. 64, 71. *) Putabam eum aliquando in Altempsiana bibliotheca fuisse. Ruggieri, Memorie Storiche della Bibliotheca Ottoboniana (in libro *Memorie* Storiche degli Archivi della Santa Sede e della Bibliotheca Vaticana ora riunita alla Vaticana Opusculi due. Roma. 1825. p. 46). Librum mecum benevolenter communicavit doctissimus vir Roestell, professor Berolinensis. Ibi vero codex noster non commemoratur, quare, num in Altempsiana bibliotheca fuerit, incertum est, praesertim cum Christinae reginae non contigerit, ut Altempsianam bibliothecam emeret. 54) Id innui dicit Amadutius p. XVIII. insignibus involucro codicis impressis. Vid. supr. init. praef. 55) Vid. not. 49 et 52. 56) Hic quoque utor Amadutii verbis l. c. p. LXXIII.: *Quamquam, si cui cordi fuerit denuo explorare Codicis fidem, monere non praetermittimus, ipsum adservari nunc in instructissima Bibliotheca Viri Cl. Iosephi Garampii Praesulis amplissimi, quae quoniam nobis ob praeclaram spectatissimi Possessoris humanitatem magna praebuit adiumenta — ita gratum animum nostrum eidem nulla alia re magis prodere nunc posse putavimus, quam libenti Codicis huius, quem Ruggierius noster Vir Cl. nostri iuris fecerit, concessione — Quare codicem hunc, qui hactenus Ottobonianus audivit, nunc iure dixeris Garampianum.* Dono datum esse Garampio ab Amadutio dicunt etiam Barkow l. c. p. XX. et Blume l. c. T. III, p. 71, qui quod T. II, p. 234, not. 149 asseveraverat, emendavit. 57) Falso Barkow l. c.: „*cuius* (Garampii) *libri manu scripti, cum legati sint bibliothecae Gamlalongae, quae Arimini est, hodie in hac civitate codex noster adservatur.*“ Nisus est Car. de Savigny l. c. T. II, p. 11, not. 27 (ed. I.), qui in II. ed. p. 11, not. g errorem correxit. 58) Cf. quae ex schedis meis in Hauboldi Opusc. T. II, p. XCI, not. *, n. 3 prolata sunt. Contuli hunc codicem cum Beckii editione anno huius saeculi XXIII. 59) „*Qua in re* (in describendis novellis) *vir* (pater P. Pithoei) — *sibi tantum fortasse laborasset, ni post eius luctuosissimum obitum Ioannes et Nicolaus filii illi gemini, mihi consanguinei fratres — in magno librorum chartarúmque cumulo — has quasi è naufragio tabulas excepissent, et inter Gallicos istos tumultus et tam crebras convasationes diligentissimè adservassent. Nuper autem cùm de tuo Codice Theodosiano mentio incidisset, et à me harum Novellarum, — amissio bona fortuna deploraretur, dixerunt illi habere se carè repositas, atque etiam ultrò obtulerūt.*“ Vid. not. sq. et 62. 60) In Epist. cit.: „*Eas ego tādem à fratribus acceptas — et avidissimè perlegi, et quae in eis vel antiqui scriptoris, vel amanuensis paterni negligentia aut imperitia errata erāt, religiose, ut par est, et quasi suspēsa manu, emendavi.*“ Vid. not. 61. *) Vid. infr. not. 156 in f. verba notis suis a Pithoeo praemissa et Nov. Th. tit. X. cit. nov. 1, §. 4, not. *p*. 61) Epist. cit.: „*Ecce tibi Novellas ipsas quarum ob solum*

serat[62]), quod post annum MDXXVIII., quo SICHARDUS Breviarium edidit, et ante annum MDLXVI., quo Pithoei pater supremum diem iam obierat, factum sit necesse est*). Ubi nunc sit vetus ille codex, equidem ignoro. Eum in bibliotheca Trecensi asservari aliquando suspicabar; postea Heimbachius mihi nuntiavit, Iustiniani quidem Novellarum et Iuliani librum manuscriptum ibi esse, utrumque Pithoeanum, neque vero Theodosii et Valentiniani novellarum. Verum etsi ubi lateat ille codex, ignoratur, tamen non omnino incertum est, cuius aetatis et generis fuerit. Etenim fuisse eum decimi, si non superioris saeculi, ex orthographia et ex compendiis apographi cognoscitur; Breviarii autem codicem, ex novellis Theodosii et Valentiniani, quae in Breviario sunt et in indice Pithoeano reliquas antecedunt aut subsequuntur. Fuit igitur eiusdem generis, cuius sunt codices Fuldensis, Regius Parisiensis MMMMCCCCXII., Vaticanus Reg. Suec. MXXIII., Bodleianus, quibus Breviarium quidem continetur, sed novellae adauctae sunt aliis titulis. Quod si ita habet, codex etiam Parisiensis, quamquam solas novellas complectitur, eiusdem generis est. Sed Pithoeum, cum novellas ederet, non solum Parisiensi, verum etiam veteri codice usum esse, perspicitur ex iis, quae in Parisiensi correcta et in editione novellarum indici titulorum notisque criticis praeposita sunt[63]).

Fuldensis[64]) codex Breviarium Alarici misere quidem truncatum comprehendit, sed tamen propter novellas, quae adiectae sunt, memorabilis est. Tegumentum, super quod membranae inductae sunt, lamellis aurichalci munitum et catena ferrea vincitum est. Insuper in eo bibliopega impressit ter quaterve nomen Mariae et flores sive lilia. In tergo charta agglutinata est eique inscripta litera *D* et infra eam literis altioribus, quas gothicas vocant, addita sunt verba: *tituli legales.* Intus in priore tegumenti tabula post numeros 34. 9, quos codex in bibliotheca monasterii Weingartensis, unde Fuldam translatus est, videtur habuisse, antiqua manus annotavit *De iure et legibus* et in secunda membrana recentior manus *Codex Theodosianus a* et *Formulae Andegavenses b.* Praeterea inveni numeros *H.* 76 et *D.* 33. Hoc tempore codex insignitus est Nro. 31 / 4. E. 24 *). Constat ex XXIII quaternionibus sive CLXXXVI membranis quadruplicatis, maximam partem rugosis, crassis, gilvis et ea magnitudine, quae non multum octavam maioris membranae partem excedit. Quaternionum ambitus definitur literis romanis, quas dolendum est hic et illic abscissas esse**). Lineae versuum XX aut XXI in quaque pagina graphio ductae sunt et binis lineis in perpendiculum directis ab utroque latere finitae. Succus, quo codex scriptus est, longa vetustate flavescit. Rubricae et primae titulorum literae minio pictae sunt et vicissim viridibus gilvisque

---

indicem, quem ex meo libro cum quibusdam aliis Imperatorum legibus acceperas, profusissime pro tua gratia me honorasti. Unde verò, inquies? Ex eodem ipso Copiae cornu ex quo et index prodierat, id est ex bibliotheca patris mei.“ Vid. not. sq. 62) Epist. cit.: „*Novellas — pater cùm per otium, quod vix ferè illi ullum fuit, ipse non posset, ab amanuensi suo ex veteri quodam exemplari describendas curaverat.*“ Vid. not. 60. *) Ut comperirem, quo anno P. Pithoei pater decessisset, multos quidem consului libros, neque vero certior factus sum. Tamen ex Boivinii libro id mihi videor colligere posse, patrem anno circiter 1553, aut paullo post obiisse. Verba, quibus nitor, haec sunt: „*Humanioribus literis Lutetiae Parisiorum abunde instructus iuri civili operam dedit Avarici Biturigum. Ac patrem ferunt, cum filium eo mitteret, nunquam postea visurus, inprimis monuisse ut iurisprudentiam e fontibus puram hauriret — Tum eidem iuris Romani ab Haloandro editi, quae tunc probatissima erat editio, exemplar dedisse cum vetustis codicibus collatum et sua ipsius manu castigatum. Filium autem hoc subsidio adiutum — illud ipsum exemplar propriis notis illustrasse. Circiter illud tempus Pandectae Florentini in lucem prodierunt, editio longe optima, qua Pithoeus pater caruerat — Ea re filius felicior, quam pater; doctorem insuper nactus est Iacobum Cuiacium — Hunc Pithoeus Avarici primum audivit, deinde et Valentiae.*“ 63) „*In exemplari ex quo ista descripsimus, erat hic Novella | rum ordo, quem licet omnino non probaremus, studio | sos tamen caelare noluimus*“. Index ille continet titulos Novellarum Theodosii a Visigothis receptos, qui cum desint in codice Parisiensi, exscripti sint ex altero codice necesse est. Etiam verbis, quae notis praemisit: „*Exemplaris, quod unicum ferè habuimus*“ se altero codice usum esse indicat. 64) Haubold, Opp. Acad. T. II, p. CXXVIII, n. 53. Pertz, Archiv T. VII, p. 801. Codicem aliquem Fuldensem commemorat Hoffmannus l. c. p. 483: „*Insignis antiquitatis codicem nuper Fuldae inter Bibliothecae celeberrimae reliquias ab illustrissimo DN. Christophoro Francisco L. B. Ab Hutten detectum fuisse, refert Vir de omni re litteraria meritissimus Ioan. Frider. Schannat in Vindemiis literar. coll. l. p.* 227.“ Male intellexit Hoffmannus verba Schannati. Non Fuldae, sed Wurceburgi Fr. ab Hutten illum codicem invenit, qui nunc Monacensis (11) est. Cf. G. Hufeland, Vorläufige Nachricht von den juristischen Schätzen der Wirzburger Universitätsbibliothek. Bamberg und Wirzburg 1805. 8. p. 4 sq. Quod ad nostrum codicem attinet, haec mihi benevole nuntiat humanissimus Wehnerus, bibliothecae praefectus et Fuldensis professor: „*Er (der Codex) gehört gegenwärtig der hiesigen Bibliothek, welche über dem Portal die Aufschrift hat: Bibliotheca Aulae et Conventus, weil im vorigen Jahrhundert der fürstbischöfliche Hof und das Benedictiner Convent ihre Büchersammlung zur Gründung der gegenwärtigen Bibliothek hergegeben haben; nach eingetretener Säcularisation und Aufhebung des Benedictinerconvents heisst sie Fuldaer Landesbibliothek. Im Jahre* 1805 *liess der Prinz von Oranien, damaliger Landesherr von Fulda, Weingarten u. s. w., die Weingartner Bibliothek, wozu auch dieser Codex gehörte, nach Fulda bringen.*“ *) Numerus bibliothecae significat, librum inter codices octavae formae 31. esse, recondi in scrinio quarto ibique in serie E quartum et vicesimum locum tenere. Etiam Pertz l. c. formam codicis octavam esse dicit; id quidem verum est, si externa forma spectatur, sed falsum, si membranarum ratio habetur, quae quadruplicatae sunt. Idem numerat CLXXXIV folia; praeteriit enim duo folia, quorum alterum codici praefixum, alterum extremo codici adiectum est, illud autem in prima pagina aliqua scripta habet. **) Desunt literae F, M, T, U, Y, Z, quaternionum igitur VII, XII, XIX, XX, XXII et XXIII. Mirum est, secundum, tertium et quartum quaternionem non solum in ultima verum etiam in prima pagina numeratum esse. Numeros in meum usum accurate annotavit Wehnerus, vir officiosissimus atque doctissimus. Contuli

lineis exornatae[65]. Reliquae literae eam formam habent, quam minusculam appellant, sed nonnunquam mutantur longae et altius ad sinistram ductae cum pressis et minoribus, arcte inter se cohaerentes cum solutis, etiam uno loco quadratae cum minusculis[66], quasi a diversis librariis, eiusdem vero aetatis, codex scriptus sit. Id quidem factum esse puto in meridionali Gallia saeculo IX[67]. Vetustum enim esse codicem apparet et ex compendiis scripturae, quae neque plura sunt neque alia quam in Ottoboniano codice, et ex verbis in fine versuum sine signo discerptis. Neque interpunctionum quidquam reperi, nisi signa; et ;· et puncta, quae sine certa ratione posita sunt. Ceterum codex pessime scriptus est, ab homine nec sermonis latini nec orthographiae gnaro.. Quod ad partes codicis attinet, in folio primo et in prima secundi folii pagina nihil iuvenitur nisi quod supra attuli; reliqua folia inde ab aversa folii secundi pagina usque ad adversam folii XV. indicem titulorum continent et ita quidem ordinatum: 1) Codicis Theodosiani; 2) Paulli Sententiarum; 3) Novellarum Theodosii, ad quas accedunt L tituli Theodosii et Valentiniani et unus ex novellis Maioriani; 4) Novellarum Valentiniani; 5) Gaii in epitomen contracti; 6) Codicum Gregoriani atque Hermogeniani; 7) Papiniani, cui adiectus est titulus *II De Reorum Custodia*[68]; 8) Novellarum Martiani; 9) Novellarum Maioriani; 10) Primae novellae Severi; 11) Novellarum Divi Maximi[69]; Novellarum Anthemii, quae hac formula terminantur: *Explicit Ad Integrum | Scintilla De Libro | Legum.* Post indicem haec insunt in codice: interpretatio c. 18 C. Th. de Accusationibus (IX, 1) saeculo X. contortis literis scripta; in aversa folii XV. et in adversa folii XVI. pagina stemmata cognationum; ab aversa folii XVI. pagina usque ad quintum versum adversae folii CXXXIV. paginae Breviarium eodem ordine dispositum, quo singulas eius partes in indice enumeratas esse dixi; in fine eius formula: *Explicit Ad Integrum Scintilla De Libro Lege*; denique post fragmentum aliquod Isidori inde a folio CXXXVI. Formulae Andegavenses[70]. In qua enumeratione sunt, quae offendant; miro enim modo Paulli sententiae excipiunt Codicem Theodosianum, deinde novellae Theodosii augentur, porro Gaius, Codices Gregorianus atque Hermogenianus et Papinianus antecedunt novellas Martiani, tum commemoratur titulus secundus Papiniani, sub quo vero latere videtur altera Severi novella, porro mentio fit novellarum Maximi, denique novellae Anthemii extremo Breviario adiectae sunt. Tituli vero, qui Theodosianas novellas sequuntur, et iidem sunt, quos codex Pithoei habet, et eadem serie ordinati, nisi quod Anthemii novellae in extremum Breviarium reiectae sunt. Si quae codex habet, ea omnia recte et plene scripta essent, maximam utilitatem afferrent ad augendas corrigendasque novellas; sed insulse consarcinata et misere truncata sunt, ex quibus sine aliis libris sententia raro elici potest. Solis Codicis Theodosiani interpretationibus, etsi hae quoque maximam partem mutilae sunt, aliquam diligentiam librarius navavit; reliquas res male tractavit, pessime novellas et Gaii epitomen. Neque vero silentio praeterire possum, novellarum interpretationes, quatenus retentae sint, hic et illic convenire cum explanatione titulorum, quam in nonnullis Breviarii codicibus reperi, hoc igitur codice antiquiorem esse apparet.

Quartus codex, Regius Parisiensis MMMMCCCCXII.[71], diversarum bibliothecarum nomina et numeros habet: Iac. Aug. Thuani, P. Pithoei[72], Colbertinae 904 et Reg. Parisiensis $515\frac{9}{3}$. Eius tres partes sunt: a) Fragmentum tractatus alicuius de Iudiciis Dei (fol. I—VII); b) Breviarium*) Alarici (fol. VIII — CXXVI); c) fragmentum Breviarii Alarici inde a Paulli titulo de Literis Dimissoriis (V, 34)[73] usque ad titulum Codicis Gregoriani de Sc. Macedoniano (IV, 8), cui annexa est Lex Romana Burgundionum (fol. CXXVII — CXXXIV). Membranae omnes quadruplicatae sunt, sed ambitu aliquantulum inter se differunt; nam primam et ultimam partem bibliopega aliunde sumsit atque cum media uno tegumento coniunxit, quare et quaternionum numeris et scriptura inter se discrepant[74]. Etenim antiquissima pars est fragmentum de Iudiciis Dei; Breviarium Alarici

---

hunc codicem cum Beckii editione anno huius saeculi XXVIII. 65) Nonnulli Gaii tituli viridi colore picti sunt. Rubra s. tituli ex uncialibus literis constant; primae librorum literae maiores sunt et lapidariis similes, sed rudes. 66) Fol. 70 b, fol. 89 — 93 a, fol. 100 b. Uno loco (fol. 120 b — 122) literae non multum differunt ab iis, quibus antiquissima Galliae instrumenta publica et diplomata scripta sunt. 67) Pertz l. c. *VIII.* saeculo codicem tribuit. Literae molles cum duris saepe commutatae haud scio an terram indicent, ubi codex scriptus est, v. g. *nubciis, rubtum, pedatur, adque, sagro, sagrado, eglesia, exegrabiliter, vagantibus.* Memorabile est, v. *estat* pro *est*, *subsistit* adhiberi. V. *tursa* in tit. C. Th. de Vectigalibus (IV, 12) videtur esse error librarii pro *cursa*. 68) Vid. infr. Nov. II. Severi de Corporatis, not. sup. Etiam in cod. Reg. Par. MMMMCCCCXII. h. l. titulus de Custodia reor. commemoratur. Comparatis inter se codicibus apparet, hunc titulum in codice, ex quo Fuldensis descriptus est, nihil aliud comprehendisse, nisi interpretationem c. 18 C. Th. de Accus. (IX, 1), sed falso loco in indice positum esse, cum in Breviario ipso sequatur summa tituli II. Nov. Severi de Corporatis. In cod. Par. est post Papiniani fr. 69) Vid. infra p. 265 et 266 not. sup. et not. *a*. 70) Earum prima vv. haec sunt: *In Xpi Nomen | Incipiunt | Dictati | Hic Est Testa | mentum.* Pertz l. c. legit *In Christi Nomen — est iesta annum.* 71) Car. de Savigny l. c. T. II, p. 11, num. 3 et ibid. not. 29 (ed. I.); T. II, p. 12, num. C et ibid. not. *i* (ed. II.). Barkow l. c. p. XXIII. sqq. Haubold, n. 17 l. c. p. CVI. sq. Witte l. c. p. 3, not. 10. Contuli hunc codicem cum Beckii editione anno huius saeculi XXIII. 72) Fol. I a, VIII a, IX b, LXXIII b, CXXVI b, CXXVII a et in ultima pagina post clausulam Legi Romanae Burgundionum adiectam. Ad stemma, quod fol. 75 b exstat, a Pithoeo add. est: lib. VI. observ. c. 40. *) Commonitorium deest, sed antecedit index titulorum cum Explanatione. 73) Breviarii libri V. titulus XXXVI. 74) In tertio folio fragmenti de Iudiciis Dei est numerus *p* XXXVII. Breviarii sive mediae partis hos numeros inveni, sed nonnulli falsi sunt: fol. 23 *C. LI*, fol. 31 *D. III. q̄*, fol. 39 *E. q̄ V*, fol. 47 *F. q̄ VI*, fol. 55 *G. q̄ VII*, fol. 62 *H. q̄ VIII*, fol. 70 *I q̄ VIIII*, fol. 77 *I. X. q̄*, fol. 85 *L q̄ XI*, fol. 93 *m q̄ XII*, fol. 101 *q XIII*, fol. 109 *O XIIII q̄*, fol. 117 *P. q̄ XV.*

ultimis saeculi IX. lustris videtur scriptum esse, eo paullo recentiora sunt ultima octo folia. Iam quod ad Breviarium spectat, nonnulla folia periisse, ex quaternionum computatione perspicitur. Lineae graphio ductae sunt et XXIX quidem in quaque pagina. Literae minusculam quae dicitur formam habent; sed ut indicaret singulorum librorum initium, librarius maioribus usus est et multo cum ornatu pictis, omnium vero pulcherrime scripsit prima codicis verba: *Incipiunt Sententiae*, literis vicissim lapidariis et uncialibus [75]); praeterea ad titulorum rubra unciales literas adhibuit, primam autem eorum sive singularum constitutionum literam non solum variis coloribus plerumque distinxit, verum etiam animalium aliarumque figurarum mirabilibus figmentis. Etsi codex ex imperatorum legibus praeter subscriptiones et interpretationes nihil fere continet et Paulli quoque sententias multas omittit, tamen insignis est, quia plures res habet, quam Breviarium; titulum dico C. Th. de Officio vicarii (I, 15) et ultimam eius legem; numeros titulorum libri primi, qui in Codice Theodosiano titulum illum subsequuntur [76]); novem novellas Theodosii et Valentiniani [77]); novellas Maximi [78]); titulum tertium novellarum Maioriani; novellas Anthemii [79]) et stemmata graduum [80]) ad Paulli titulum de Gradibus. Cum codice igitur Fuldensi congruit titulis novellarum Maximi atque Anthemii, stemmatibus, et interpretatione c. 18 C. Th. de Accusationibus (IX, 1) *). In tertia codicis parte post titulum Codicis Gregoriani, quem dixi, tres membranae perierunt cum extrema Breviarii parte et sex primis Legis Romanae titulis prioribusque tituli septimi versibus. Lineae graphio ductae sunt, XXXI in singulis paginis; quaternionum numeros non recordor me vidisse, interpunctionum nonnunquam haec signa (.s.;). Literarum forma turpis est et mendorum magna copia. Nihilosecius hoc fragmentum magni facio, cum Legem Romanam Burgundionum contineat et c. un. C. Greg. Quod cum eo (III, 7), quam praeter hunc codicem solus Aurelianensis habet. Terminatur verbis *Explicit Feliciter, Explicit Liber Legum Novellarum Feliciter* [81]).

Quintus codex, Vaticano-Reg. Sueciae MXXIII. [82]), si integer esset, iisdem rebus excelleret, quibus Parisiensem excellere dixi; nam non solum novem illas novellas [83]) habet, stemmata graduum [84]), constitutionem de Officio vicarii una cum numeris sequentium titulorum, verum etiam Maximi et Anthemii novellas in indice titulorum commemorat [85]). Scriptus est saeculo X. literis minusculis in CXXXIII membranis quadruplicatis. Is qui scripsit, negligenter rem egit. Nam nonnullae novellae omissae sunt, reliquae mendis deformatae, quae ne secunda quidem manus omnia tollere potuit. In superiore aversae folii primi paginae margine recenti tempore aliquis annotavit *Numero* 115 *N. P.* 1656 et in infima pagina *Volumen CXV* | *non Petavianum* [86]) et ad dextram ab his verbis *Codicis Theodosiani* | *et Gregoriani tituli* | *cum Interpretationibus* | *Aniani.* Continet codex fol. I^a. *Ex Capitularibus Lib. V.* cap. CCCXLII, et inde a X. versu Definitiones iuris saeculo XIII. scriptas; fol. I^b — fol. XV^a. enumerationem librorum, novellarum potissimum et post eam [87]) indicem atque explanationem titulorum Breviarii; in aversa, sed omnino fere vacua folii XV. pagina definitionem divortii; fol. XVI^a. vers. I — XVII. fragmentum saeculi XI. de Controversiis agrorum [88]) et in posteriore eiusdem paginae parte fragmentum Isidori; fol. XVI^b — CXXXII., omisso Commonitorio, Breviarium Alarici usque ad c. 2 Cod. Greg. Si amissis vel debitori (IV, 2) [89]). Folii CXXXIII. lacinia tantum superest, in quo literis uncialibus haec scripta sunt: *Haec capitula propriae ad episcopos* | *vel ordines quosque ecclesiasticos per* | *tinentia, quae non solum hi observari* | *sed etiam sibi subiectis vel commissis faci* | *enda perdocere debent,* | *quia iuxta sanctorum patrum traditionem novimus.* Quasi cognatum esse hunc codicem Reg. Parisiensi MMMMCCCCXII., ex iis, quae supra

---

Post X. folium unum folium excidit cum parte indicis libri primi et secundi Cod. Th. Vid. etiam C. Th. I, 21, not. sup., tit. Nov. Theodosii XI, XIII — XVI, not. sup., tit. I. Nov. Severi, not. sup. 75) Cf. tit. Nov. Maximi, not. sup. 76) Vid. C. Th. I, 15 — 21, not. sup. Omisi dicere ad C. Th. lib. I. tit. 21, not. sup., numerum huius tituli esse in indice titulorum codici praemisso. 77) Fol. 55^b — 63^b. Quattuor Theodosii (tit. XII. de Repudiis, tit. XXIV. de Ambitu, tit. XXV. de Metatis, tit. XXVI. de Relevatis); quinque Valentiniani (tit. VIII. de Invasoribus, nov. 2, tit. XVI. de Episc. ord., tit. XXV. de Confirm. L. Nov. D. Theodosii, tit. XXVII. de Princip. ag. in reb., tit. XXXV. de Suariis). Omnes Theodosianis novellis illico adiectae sunt, ut videntur fuisse in codice, quo Cuiacius in Lugdun. ed. a. 1566 usus est. 78) Vid. infr. Nov. Maximi p. 265, not. sup., ex quo loco apparet, eas in indice tantum commemorari, ipsas non superesse. 79) In fine totius Breviarii fol. 124 — 126. 80) Fol. 72^b — 77^a. *) Vid. supr. not. 68. 81) Barkow l. c. p. 171 habet *legis liber Tehud et novellarum feliciter.* 82) Cf. Zirardinus l. c. p. 26, not. *G*, p. 417, not. *E*, p. 421 sqq. Amadutius l. c. p. XXXVIII, XLIV, 81, 112 sq. Haubold l. c. p. CXX. sq. Contuli hunc codicem anno h. s. XXIV. Novellas, quae ibi sunt, tribus lustris post *Theod. Heyse* me rogante descripsit mihique misit. 83) Fol. 55^b — 61^b. 84) Fol. 64 — 68^a. 85) Vid. not. 75. 86) Errore apud Hauboldum: „*olim Alex. Petavii* 115." 87) Vid. not. 75. 88) Ita incipit: *Lex De Alluvione Sūpta Ex Eplā Divi Iulii,* | *Quae Ad Originem Geometricae Artis Pertinet* | *De Alluvione Genera Controversiarum Ex Flumine. Hec* | *Sunt ne quid de agris occupatis agitur sed q̄d visa quae* | *abstulerit repetitionem non habebit que res necessitate* | *ripae muniende sunt sine alterius dapno quisquis il* | *le facito qui ripā suā muniet quod si fluminis torrens* | *aliquando tam violenter decurrerit ut alveum mutet suum multorum* | *agros trans ripā occupet sepe etiam insulas efficiet. Sed Cas* | *sius Longinus prudessimus iuris auctor et iudex hoc statuit* | *ut quicquid aqua lambiendo abstulerit possessor amittat* | *qm̄ scilicet ripā suā sine alterius damno tueri debet. Si vero mai* | *or vis decurrerit et in fines alterius alveū mutat suū et fi* | *et insula in q̊ cucurrerit unusquisque modum fluminis maioris* | *agnoscere debet et eā insulā ipse sibi vindicabit cuius terram* | *tempestative p̄occupavit qm̄ non possessoris negligentia sed* | *tempestatis violentia apparet arreptū.* Cf. Blume, *Frontinus de controversiis agrorum mit seinen Nachfolgern und Commentatoren. II. Abhandl.* (Rheinisches Museum für Iurisprudenz. VII. T. Göttingen 1835, p. 156 sq.). 89) Vid. meam editionem l. c. p. 28, not. *p.*

dixi, apparet; verum etiam cum eo convenit forma et ambitu constitutionum sive sententiarum Paulli, inferioris igitur ordinis est. Restat ut dicam, post stemmata illa fol. LXVIII[b]. interpretationes libri III. Codicis Theodosiani inde a c. VI. tit. de Sponsalibus (III, 5) usque ad c. IV. de Dotibus (III, 13) positas et ad suum locum his verbis revocatas esse: *c̄tra req̄ retro in eodem tertio Theodosii Libro*; supra enim fol. XXVIII. desunt.

De Seldeni sive Bodleiano codice clar. quidem Witte[90]) exposuit; neque vero inutile est breviter explicare, praesertim cum nonnulli docti, qui legissent praefationem meam Codicis Theodosiani, nuntiaverint, sibi non contigisse, ut Wittii librum compararent. Involucrum codicis membranis tectum est et signatum in tergo numeris 3362, *Seld. Arch. B.* 32, quorum ille Bodleianam hic Seldenianam bibliothecam significat[91]). Numero 32 subiunctus est numerus 16. Videtur is fuisse pristinus codicis in bibliotheca Seldeniana numerus, nam in charta inter involucrum et codicem ipsum interposita recentis temporis quidam homo annotavit: *Arch. Seld. B.* 16. Idem in primo codicis folio addidit graeca illa *πεϱι παντος την ελευθεϱιαν*. Scriptus est codex exeunte saeculo XII.[92]), nitidis literis iisque minusculis in CCXXVII membranis duplicatis, rigidis et nonnunquam gilvis. Diversos fuisse eius librarios, prima specie facile quisque, qui eum videat, opinatur, cum in media parte literae pressae sint, pingues et directae, in postrema autem, quae Breviarium continet, minores, graciles, interdum vacillantes et minus nitidae. Id vero membranarum qualitati tribuendum est. Compendiorum magna copia est, orthographia ea, qua uti solebant illo tempore, cum scribebatur codex. Praeter punctum interpungendi signa raro deprehendi, sed lineolas, ubi verba in fine versuum discerpta sunt. Horum XLVIII in quaque pagina graphio ducti sunt, hoc modo, ut per duas columnas distribuantur et undique binis lineis ad perpendiculum directis aliisque binis trans membranam per aequum currentibus definiantur. Titulorum inscriptiones librarius nimio et literis uncialibus distinxit, primam autem post eas literam saepe usque ad sextum versum duxit et vicissim vario colore pinxit. Insunt in codice[93]): Fol. I — V. *Historia Daretis Frigii de excidio Troie cum prologo*; Fol. VI[a]. *Excerptum ex lib̄. Catonis de originibus*; Fol. VI[b] — X. *Excerptum ex Iustino de gestis Romanorum*; Fol. XI — LXXI. *Pauli Orosii ad beatum Augustinum contra Paganos libri VII*; Fol. LXXII — CXII[a]. *Pauli, Monachi Cassinensis et Eutropii de gestis Romanorum libri XV*; Fol. CXII[b] — CXXXII[a]. *Iordanis ēpi Ravennatis natione gothi de gestis Romanorum ad Vigilium adbreviationis liber*; Fol. CXXXII[b] — CXXXVIII[a]. *Adbreviatio Willelmi de gestis sequentium imperatorum*[94]); Fol. CXXXVIII[b] — CCXXVII.[b] col.[a] *Breviarium Alarici* usque ad ultimum Paulli sententiarum titulum. Altera eiusdem paginae columna vacat. Iam quod ad Breviarium attinet, in Codice Theodosiano et in novellis legum aliquid raro desideratur[95]). *Kapitulorum* indices singulos libros, ut apud Sichardum, antecedunt. Interpretatio, quae *Explanatio* dicitur, saepe deest, sed additur loco eius: *Planum est, Explanatione non eget s. indiget*; omnis deest in XVI. libro Codicis Theodosiani et in novellis. In margine hic et illic inveniuntur glossae partim ex Isidoro partim aliunde haustae[96]); reliquos iuris locos postea aliquis adscripsit. Ut glossarum illarum nonnullae corrigendi caussa, multae vero ad illustrandam historiam legum adiectae sunt, ita Codici Theodosiano *Epistola* quaedam et novellarum cuique libro eius imperatoris, cuius novellas continet, vita brevis praemissa est[97]). Neque vero codex totum Breviarium complectitur[98]). Desunt

---

90) Seldeni Opera. London 1726. fol. T. I, p. 389, 829, 831, 865, 965, 969; T. II, p. III, 648, 739, 829, 1060 sq., 1068, 1471, 1554, 1830. Gothofredus ad c. 2 — 12 C. Th. de Iurisd. (II, 1), ad c. 1 C. Th. de Feriis (II, 8), al., a quo MS. Guilelmi Malmesburiensis vocatur. Catalogus libr. MSS. Angliae et Hiberniae. Oxoniae 1697. fol. T. I, p. I, p. 162. Zirardinus l. c. p. 6 not. Car. de Savigny T. II, p. 60, num. 5 et not. 58 (ed. I.); T. II, p. 61 sq. num. E, not. *h*, *i* (ed. II.). Haubold, Opp. Acad. T. II, p. CXXXV. sqq. CLII. sq. Car. Witte *de Guilelmi Malmesburiensis Codice Legis Romanae Wisigothorum Dissertatio. Vratislaviae* 1831. 8. 91) Fabricius, Biblioth. med. et inf. lat. s. v. *Guilelm. Malmesb.* praeter Bodleianum nominat codicem Seldenianum. Sed unum eundemque esse codicem, demonstrat Witte l. c. p. 11 sq. Excerpsit nonnulla ex *Abbreviatione*, de qua infra dicam, Ger. Langbain, quae asservantur Oxoniae in bibliotheca Collegii B. Mariae Magdalenae. 92) Falso dixeram in Diariis Lipsiensibus Literariis MDCCCXXVIII, num. 42, T. I, col. 332 saec. XIII. Hinc patet, non esse scriptum a Guil. Malmesburiensi, quod iam monueram in Diariis illis l. c. Cf. Haubold l. c. p. CXXXV. et Car. de Savigny l. c. ed. II. Dicitur Guilelmus de vita decessisse anno MCXLII. Witte l. c. p. 23 „eum, inquit, per eundem, *Guilelmo uti videtur σύγχρονον, amanuensem scriptum esse arbitror.*“ 93) Haubold l. c. p. CXXXV. Witte l. c. p. 13 sqq. 94) Witte l. c. p. 19 sq. 95) Veluti c. 26 C. Th. de Feriis (II, 8); c. 4 de Incestis nuptiis (III, 12). Vid. etiam novv. Maioriani tit. XI, not. sup. 96) Haubold l. c. p. CXXXVI. Witte l. c. p. 29. Infra nov. Valent. tit. VII, n. 1, not. *a* et tit. VIII, not. sup. 97) Epistola haec est: „*Nuncque quidquid de principibus Italiae et Romae potuimus invenire, curavimus non omittere. Congruum videtur leges Romanorum adponere: Non eas, quas Iustinianus fecit, esset enim hoc ingentis operis et laboris; sed eas, quas Theodosius minor, filius Arcadii, a temporibus Constantini usque ad suum, sub titulo uniuscuiusque imperatoris collegit. Ponantur ergo XVI. libri ab eo collecti, quarum sententiae plures explanantur, quaedam explanatione non egent. Divi Theodosii eiusdem novellarum liber I, Divi Valentiniani, filii Placidiae, liber I, Divi Martiani, orientalis imperatoris, liber I, Divi Anthemii et Leonis liber I, Divi Maiorani liber I, Divi Severi liber I. In quibus illud animadvertendum, quod quisque imperator suis legibus, quas promulgabat, nomen consortis apponebat: utpote Theodosius, imperator Constantinopolis, apposuit legibus suis nomen Valentiniani, quem imperatorem creaverat Romae. Sic et in ceteris. Sed quia quaedam sunt in legibus imperatorum obscura, ad plenum intellectum apposuimus libros Institutionum Gaii et Pauli Iurisconsultorum.*“ Cf. Selden ad Fletam VII, 2. Witte l. c. p. 21 sq. Theodosii novellis haec praemissa sunt: „*Hucusque et Theodosius minor nepos maioris Theodosii ex filio Archadio leges omnium imperatorum a Constantino usque ad suum tempus abbreviavit. Nunc eiusdem Novellas ponemus quas Valentiniano tertio eiusdem nominis imperatori*

enim praeter Commonitorium et primum Codicis Theodosiani librum Codices Gregorianus atque Hermogenianus una cum Papiniani fragmento. Quae utrum consilio omissa sint, an iam in exemplo Breviarii defuerint, ex quo Seldeni liber originem ducit, disceptari potest, quia plane singularis est totius libri habitus. Sed ea iam in exemplo illo defuisse censeo; nam si quidem ante oculos librario fuissent, ratio non apparet, cur omissa sint, et numeri librorum Codicis Theodosiani ita mutati, ut secundus liber primus fieret et ultimus XV.[99]); quid quod ultima columna, quam vacare dixi, postremam Breviarii partem in exemplo illo defuisse demonstrat. Verum tot sunt Breviarii libri manu scripti, ut haec iactura parvi facienda sit, praesertim cum codex multa habeat, quae non sint in Breviario[100]). Etenim ut mittam constitutiones hic et illic interiectas[101]), inprimis liber XVI. Codicis Theodosiani et novellarum libri multis constitutionibus aucti sunt. Leges, quae ad librum XVI. accesserunt, eaedem sunt, quas in codicibus S. Germani CCCLXVI. et Phillippsii MCCXLI. esse dixi[102]), sed alio ordine collocatae et cum interponerentur Sirmondi constitutiones, interdum novis rubricis distinctae[103]). Similiter novellae, quae accesserunt, quantitate et titulis omnino cum iis conveniunt[104]), quas Pithoeanus codex suppeditat, et ordine tantum ab eo discrepant, cum Theodosii et Valentiniani novellae digestae sint et inter imperatores[105]), a quibus datae videbantur, distributae, neque vero commixtae. Quae cum ita sint ab eo, qui hoc Breviarii exemplar composuit, duo diversi generis codices adhibitos esse arbitror, alterum Breviarii, a principio et in fine mutilum, sed instar Pithoeani multis novellis locupletatum, alterum iuris canonici *), S. Germani et Phillippsii codicibus similem, ex quo leges de rebus ecclesiae et religionis christianae augerentur emendarenturque. Magni pretii codicem esse, ex iis quae dixi cognoscitur, praesertim cum multi loci eius ope emendentur, alii expleantur[106]); verum etiam propter alia memorabilis est. Antecedit Codicem Theodosianum novella de Codicis Theodosiani auctoritate, quod praeter hunc in duobus tantum libris manu scriptis inveniri recordor; mutatus est ut novellarum, ita etiam constitutionum libri II. et XVI. Codicis Theodosiani ordo[107]); interdum rubricae, quas reliqui codices non habent, constitutionibus superscriptae sunt, aut quas habent, cum novis commutatae[108]); Gaii institutiones in duorum librorum breve compendium contractae sunt; nonnullae Maioriani novellae et complures sententiae Paulli mutilatae et quasi decurtatae[109]); contra vero multi loci magno iudicio et rara cum sermonis tum iuris romani peritia correcti *). Quis omnia illa fecerit, ignoro. Clericum aliquem fecisse, colligo ex labore, quem in librum XVI. Codicis Theodosiani impendit, GUILELMUM Malmesburiensem clarissimus Witte[110]) suspicatur. Eo quidem faciunt prima epistolae verba[111]): „*Nuncque quidquid de principibus Italiae et Romae potuimus invenire, curavimus non omittere. Congruum videtur leges Romanorum adponere.*“ Guilelmus igitur, si modo ea scripsit, a se leges *adpositas* esse dicit, at vero Breviarium cum aliis veteris iuris libris compositum et leges partim correctas et mutatas, partim auctas et alio ordine collocatas esse non dicit. Quis vero Guilelmum, si quidem ipse his rebus operam navasset, studii atque laboris sui nullam mentionem fecisse opinetur? Quare

---

misit. Quem et filium nominat, quia filius amitae suae erat. et eundem occiso Iohē tiranno imperatorem hesperie fecerat. et eidem filiam suam in matrimonium dederat. Cum quo XXV annis imperavit. cum autem iam XVIIlto regnasset XV cum patruo honorio. tribus eodem Iohanne tirannidem apud Ravennam post mortem Honorii tenente. Explicit argumentum“; Novellis Valentiniani: „*Tres Valentiniani fuerunt imperatores. Primus qui Ioviano successit. Secundus eiusdem filius minor, qui primo beatum Ambrosium cogente Iustina matre persecutus posteaque per Theodosium minorem multum eum veneratus exsors baptismatis in Gallia decessit. Super quo lamentatio eiusdem Ambrosii extat. Tertius fuit Valentinianus de quo ante leges Theodosii dixi, cuius nunc leges ponentur multae, quas cum Theodosio, paucae quas cum Marciano tulit, qui theod. Constantinopoli successerat. Habuit autem sedem Ravennae sicut Honorius avunculus suus de qua urbe aut de Roma semper leges emittebat. Sicut Theodosius a Constantinopoli. ubi habitavit*“; Novellis Martiani: „*Defuncto Theodosio minore apud Constantinopolim imperavit pro eo Marcianus VII. annis imperante Valentiniano in Hesperiarum partibus. itemque VII annis eo occiso. Illius ergo Marciani istae sunt leges*“; Novellis Maioriani: „*Defuncto Marciano Constantinopoli successit Leo. Eius nutu apud Ravennam creatur Maiorianus imperator cuius hae sunt leges*“; Novellis Severi: „*Maioriano occiso suscepit regnum Ravennae Severus cuius unam ponemus legem, qua quaedam ex Maioriani legibus abrogantur*“; Novellis Anthemii: „*Mortuo apud urbem Romam Severo Anthemius* (per) *mittente Leone occidatale suscepit imperium. Eius hae leges sunt.*“ 98) Vid. Hauboldum et Wittium ll. cc. 99) Cf. C. Theod. mea ed. p. 1475, not. *a*. Ultimam Codicis Theodosii legem haec sequuntur: *Explicit Liber XV. Theodosii Minoris de Confirmatione Legum Antiquarum.* Obiici potest, in epistola Codici Theodosiano praemissa commemorari XVI eius libros. At vero haec hausta sunt ex c. de Codicis Theod. Auctoritate, quae subsequitur. 100) Vid. quae ap. Hauboldum l. c. p. XCI. et CXXXVI. ex schedis meis proferuntur. Witte l. c. p. 27—30. 101) Vid. c. 1, 2 C. Th. de Dilationibus (II, 7), c. 1 de Incestis nuptiis (III, 12). 102) Cf. Dissertatio mea de Constitutionibus a Sirmondo editis p. 6, not. *s*; p. 7, not. *t*. 103) Cf. quae dixi in editione mea C. Th. ad tit. de Episcopis (XVI, 2), not. sup. et ad tit. de Haeret. (XVI, 5), not. sup. 104) Extrema N. 1 et prima N. 2 Th. pars tit. X. de Postulando, quae in Pithoei cod. deest, suppletur cod. 6. Sed Pithoei codicem mutilum esse, ad tit. cit. demonstravi, quare neque hic codices illi inter se differunt. 105) Vid. infr. tabulam IV. *) Similiter sensit Witte l. c. p. 28. 106) Vid. quae ap. Haubold. l. c. p. CLII. et CLIII. ex meis schedis allata sunt et Nov. Valent. tit. XXXIII. de Praediis pistor. et not. 104. Nov. Severi tit. I, not. *f*, Nov. Anthemii tit. I, not. *u*. 107) Vid. not. 100 et 103; editionem meam C. Th. lib. II, tit. 2, not. sup. Witte l. c. p. 24 sq. 108) Vid. Nov. de Theodosiani C. Auctoritate, not. *i*. 109) Witte l. c. p. 31 sq. Particula Legis Romanae Visigothorum a me ann. MDCCCXXXVIII edita, p. 17 et 19. *) Inprimis in lib. II. et XVI., etiam in novellis, ubi codex Seldeni cum Ottoboniano saepe convenit. Inter al. cf. Witte l. c. p. 26. 110) l. c. p. 26, 28. Contra p. 22 *Anianeum*, inquit, *opus non quidem a Malmesburiensi contractum imo passim ex genuinis fontibus suppletum — esse arbitror.* 111) Vid.

iam ante Guilelmum ab homine ignoto, clerico videtur, hunc legum codicem congestum [112]) et a Guilelmo *abbreviationi de gestis imperatorum adpositum* esse arbitror. Seldenum et Gothofredum hoc codice usos esse notum est [113]). Gothofredum autem non ipsum inspexisse codicem, sed diversas scripturas, quas Langbainius collegisset, a Seldeno accepisse, Witte suspicatur [114]). Postea liber iacuit intactus, usque dum anno huius saeculi XXI. a Wittio et sexennio post a me examinatus et cum editis libris collatus est.

Codicem Parisiensem MMMMCCCCVI. ex diversorum codicum fragmentis compositum esse Hauboldus ex literis meis exposuit [115]). Huc pertinent octo folia [116]) (LX — LXVII), quae quaternionem XIII. efficiunt et Maioriani imperatoris novellas, quas Cuiacius anno MDLXVI. edidit, comprehendunt a verbis *noluerit maritum et suam deserens* interpretationis tit. VII. (apud Cuiacium et in Breviario tit. I.) de Curialibus [117]) usque ad vv. *alendis et locuple* §. 6 tit. VI. (apud Cuiacium tit. VIII.) de Sanctimonialibus [118]). Ea etsi in ultima pagina P. Pithoei nomen habent, ex Reg. Paris. Supplem. Lat. DCCLXXIX. exempta esse, infra exponam. Agam igitur de hoc codice, cum quae de eo dicenda sunt, ad illa quoque octo folia pertineant. Olim fuit ecclesiae Bellovacensis; id docent verba primi folii: *Ce livre manuscrit apartient à la Bibliothèque du chapitre de la cathédrale de Beauvais*; postea transiit in bibliothecam *Gayi* Lugdunensis [119]), inde in Regiam Parisiensem, ubi nunc Supp. Lat. DCCLXXIX. est. Emptus est [120]) a praefectis huius bibliothecae ultimo anni MDCCCXXXIII. mense, cum libri Gayi, qui de vita decesserat, publice venderentur. Simulac mihi nuntiatum esset, codicem Parisios pervenisse, id maxime studui, ut scirem, qui codicis habitus esset, quae eius ab editis libris diversitas. Illud impetravi [121]) a Carolo Eduardo Zachariae, Heidelbergensi professore iuris celeberrimo, hoc a doctissimo Millero [122]), librorum manu scriptorum, qui in Regia bibliotheca Parisiensi asservantur, custode. Postea ipse examinavi novellas Maioriani anno huius saeculi XXXVII. *) Tegumentum codicis recens est et aureis ornamentis decoratum. In tergo eius haec sunt: *Liber Legum Alarici Regis M. 5. In Membranis*, quae quam bibliothecam significent nescio. Regia Bibliotheca indicatur in charta, quae a bibliopega codici praefixa et inscripta est R. B. No. 1704 } 1834. Constat codex ex CLXIV membranis quadruplicatis, sive XXI quaternionibus et quattuor foliis, deest enim XIII. quaternio. Lineae graphio ductae sunt XXV in quaque pagina. Inest Breviarium Alarici, idque integrum et ultimis saeculi IX. lustris in Gallia scriptum. Literae minusculae sunt; at rubra et formulas solennes, quibus libri terminantur, librarius uncialibus sive maioribus literis expressit, et rubra minio pinxit; postea alia manus glossas inter versus et in margine priorum potissimum foliorum adiecit. Ultima pagina vacat. De compendiis, orthographia, interpunctione nihil est quod addam; conveniunt enim cum iis codicibus, qui eodem tempore, eodem loco scripti sunt. Constitutionum et novellarum verba plerumque desunt, at in Paulli sententiis raro aliquid desideratur. Maioriani novellae auctae sunt. Commonitorium adest. Suus quemque librum capitum index antecedit, ut apud Sichardum. Titulis Codicis Gregoriani numeri librorum, ubi fuerunt, adiecti sunt. Post formulam: *Explicit Liber Iuredicus Ex Diversorum Sententiis Elucidatus Feliciter*, qua *Papiniani* fragmentum terminatur, recentior manus annotavit §. 1 tit. X. Collationis Mosaicarum et Romanarum Legum. Dixi supra, avulsum esse quaternionem illum, qui cum codice MMMMCCCCVI. compactus sit. Res ita se habet. Ille quaternio numero XIII. distinctus est, at vero XIII. quaternio desideratur in codice DCCLXXIX.; praeterea idem quaternio orditur a verbis interpretationis *noluerit maritum et suam deserens*, eodem igitur loco, quo in codicis illius quaternione XII. interpretationis verba *si civitatis suae curialem accipere* abrupta sunt; contra quaternionis XIV. eiusdem codicis prima verba *tendis filiis sollicita pietate* arcte cohaerent cum ultimis quaternionis XIII. verbis *alendis et locuple* [123]). Accedit scripturae, versuum in quaque pagina aequalitas; quid quod glossae, quas quaternio XIII. habet, literarum ductu cum glossis codicis DCCLXXIX. omnino concinunt. Cuiacium ex hoc codice Maioriani Novellas edidisse arbitror. Etenim se novellas Maioriani ab Ant. Loisello accepisse testatur *). Bellovacensis erat Loisellus, Bellovaci olim codex Gayi. Praeterea huius codicis cum prima editione admirabilis est convenientia scripturae **). Quis autem quaternionem XIII. a codice avulserit,

---

not. 97. 112) Vid. Diaria Lipsiensia literaria l. c. Falso ibi dixi, codicem Guilelmi Malm. fuisse. 113) Witte l. c. p. 33 — 36. 114) l. c. p. 37. Negligenter vero Langbainium rem egisse affirmat. 115) In *Promuls. I. Praetermissorum in primis ad Breviarium Alaricianum pertinentium e codicibus a Gustavo Haenelio, Professore Lipsiensi, novissime Collatis. Lipsiae* 1822. 4. p. 9 — 12 (Opusc. Acad. T. II, p. 906 — 913). Praefatio mea Codicis Theodosiani p. V. 116) Falso Hauboldus l. c. septem esse dicit. 117) Etiam in cod. est *tit. I.* Breviarii Alariciani. Vid. interpr. tit. cit., not. *p*. 118) Vid. tit. cit. §. 6, not. *c*. 119) *Catalogue du Cabinet de Feu M. Gay. Lyon et Paris*, 1833. 8. (vendit. est publice mens. Decembr. inde a II. eius die) p. 10, n. 86: „*Incipit Liber Legum Auctoritas Alarici Regis. In hoc corpore continentur leges sive species iuris de Theodosiano vel diversis libris edictae vel sicut praeceptum est explanari anno XXX regni Alarici ordinante viro inlustri Gotarico comite feliciter. In fol. forme carrée v. f. dent. Ms. sur Parchemin de la fin du VIII. siècle.*“ Praeterea vid. Pertz., Archiv., T. VIII, p. 309. 120) Emptus esse dicitur DCC — DCCC numis gallicis. 121) Ipsis Kal. Aug. 1834. 122) *Prid. Non. Mart.* 1835. *) Quo sumptibus Regiae Berolinensis Bibliothecae pretiosissimos illos libros iuris manuscriptos emi, qui in Catalogo Bibliothecae Rosniensis (Catalogue de la riche bibliothèque de Rosny. Paris [1837] 8.) numeros habent 2384 — 2387, 2391 — 2395. 123) Vid. not. 117 et 118. *) In Epistola ad Redingerum Codici Theodosiano anno MDLXVI. praemissa, cum quo novv. Maioriani tit. I — VI. primus edidit. **) Inter al. nov. Maior. tit. I, not. *p*, *q*; tit. II. pr., not. *g*, *s*; §. 2, not. *r*, *x*, *a*, *c*, *g*; §. 3, not. *l*; §. 5, not. *p*; §. 6, not. *v*;

incertum est. Dicerem Loisellum eumque solum quaternionem, non totum codicem cum Cuiacio communicasse. Sed cum Cuiacius ultimam quoque partem novellae de Sanctimonialibus una cum reliquis ediderit, non dubito, quin Ant. Loisellus Bellovaco totum codicem Cuiacio transmiserit, Cuiacius ex eo novellas Maioriani ediderit [124]), hac vero occasione quaternio XIII. exciderit. Hunc P. Pithoeus, ad quem complures libri manu scripti ex bibliotheca Cuiacii pervenisse constat, acquisivit eumque aliis aliorum codicum fragmentis in unum volumen congessit. Id hoc tempore Reg. Parisiense MMMMCCCCVI. est.

Codex Kelleri, viri illustris, olim Meermani DC [124 a]), antea Claromontanus, constat ex XXXIV quaternionibus et tribus insuper foliis. Foliorum autem non ultra CCLXIX supersunt. Sex igitur desunt. Nam tres quaterniones, II, XVI, alius, cuius numerum non recordor, folia amiserunt, et singuli quidem bina; neque vero libri, qui insunt in codice, iacturam fecerunt. Membranae grassae et gilvae sunt; per singulas paginas librarius XXIV versus graphio duxit, eosque duabus lineis inclusit, quae ab utraque parte diriguntur, sed ambitum versuum non excedunt. Continet codex fol. I—CCVI^{a}. Breviarium Alarici una cum Commonitorio; fol. CCVI^{b}. Leges Salicas; fol. CCXXVI. Formulas a Sirmondo editas; fol. CCLI. Capitula Isidori de Legibus; fol. CCLVIII. Regulas ecclesiasticas SS. Apostolorum; fol. CCLX. Canones Concilii Nicaeni aliorumque conciliorum; fol. CCLXVII^{b}. Epistolam Attici E$\overline{\text{pi}}$ Constantinopolitani; fol. CCLXIX^{a}. in extrema pagina glossarii alicuius particulam. Omnia saeculo IX. in Gallia scripta sunt literis minusculis, nisi quod uncialibus et plerumque minio [125]) distinguuntur tituli, sigla *IMP*, *$\overline{\text{INT}}$* et prima quaeque constitutionum, interpretationum et sententiarum Paulli litera. Compendia cum tempore et loco, quo codex scriptus est, concinunt, neque crebra sunt neque insolita. Idem dicendum est de orthographia. Interpunctionum duo signa inveni, punctum et alterum, quod semicolon appellare solemus, illud sine certa ratione, sed supra lineas adhibitum, hoc positum in fine legum, interpretationum et sententiarum. Verba hic et illic notis tironianis, quae dicuntur, expressa sunt et sine lineola discerpta in extremis versibus. Inscriptiones et subscriptiones librarius a reliquis legum verbis et minoribus literis et spatio interiecto distinxit, totumque codicem magna industria scripsit. Quod ad Breviarium attinet, id memorabile est, titulorum indices, qui singulos libros antecedunt, partim *Explanationibus* auctos esse. Cum absint Codices Gregorianus atque Hermogenianus una cum Papiniani fragmento, et Lex Salica Paullum subsequatur, codicem, ex quo hic descendit, mutilum fuisse arbitror. In Codice Theodosiano ab initio inscriptio et textus saepe desunt, paullo post totae leges praeter interpretationem [126]), in reliquis vero libris et in novellis *) solius textus verba; Paullus denique multas sententias habet, quae in aliis eiusdem generis codicibus desiderantur [127]). Magni vero habendus est codex propter sex illas novellas Maioriani, quas Visigothi reiecerunt et Cuiacius anno MDLXVI. primus edidit. Itaque eum accurate examinavi anno huius saeculi XXV., quo mihi Kellerus usum eius humanissime concessit. Postea a viro consultissimo impetravi, ut librum XVI. Codicis Theodosiani et novellas denuo per Escherum, doctissimum eius discipulum et Tullianae iurisprudentiae sagacissimum interpretem, in meam utilitatem conferri curaret.

Iam de ultimo codice, Berolinensem dico, exponendum est. Fortuito audivi anno MDCCCXXXI., Stenzelium professorem Vratislaviensem codicem Breviarii possidere ignotum. Petii igitur literis a viro clarissimo, ut si commodo eius fieri posset, codicem illum aut mecum communicaret aut mihi venderet mihique quae historiam eius illustrarent, scriberet. Respondit vir humanissimus prid. Id. Febr. sequentis anni, se codicem Breviarii ab Ernesto, bibliopola Vratislaviensi, qui eum ex clerici alicuius Vratislaviensis ante aliquot annos defuncti libris constituta auctione comparasset, emisse quidem, sed iam vendidisse Regiae Bibliothecae Berolinensi *). Quae simulac comperissem, adii beatum Wilckium, illustrem illius bibliothecae praefectum, ut mihi codicem commodaret. Anno superiore denuo eo indigebam. Neque frustra hac de caussa rogavi Pertzium, perillustrem Wilckii in administranda Regia Berolinensi Bibliotheca successorem. Domum mihi misit

---

tit. III, not. *f*, *l*; tit. IV. pr., not. g; tit. V. pr., not. *h*; §. 2, not. *u*, *a*, *d*, g etc.; tit. VI. pr., not. *p*, *b*; §. 1, not. *n*; §. 3, not. *y*, *a*; §. 5, not. *f*, *q*; §. 8, not. *p*; §. 10, not. *r*; §. 12, not. *r*, *t*, *v*. 124) Novellarum Maioriani Cuiacius primus edidit tit. I—VI. (ap. Cuiacium III—VIII.), quibus adiecit rubrum tituli de Adulteriis ex Pithoei indice. 124 a) In *Catalogo Bibliothecae Meerman.* T. IV, p. 103, n. 600 ita describitur: „*Theodosiani Constitutiones, quarum initio legitur: liber legum autoritas Alarici Regis; deinde: in hoc corpore continentur leges, sive species iuris de Theodosiano, vel diversis libris electae, vel sicut praeceptum est explanari anno XXI regnante Alarici ordinante vir inluster Gotharico comite feliciter explicit;* et ad calcem habetur: *haec lex interpretationem non eget. Theodosiani constitutionum explicit liber XVI. Novellae Imper. Theodosii, Valentiniani, Marciani, Maioriani et Severi. — Institutionum Gaii liber I. — Ex Iulii Pauli receptarum sententiarum corpore libri V — Lex Salica (lectiones plurimas diversas continens non contemnendas) — Formulae quae vulgo dicuntur Sirmondianae — Isidori iunioris de legibus fragmentum. Regulae ecclesiasticae S. S. Apostolorum prolatae per Clementem Romanae ecclesiae Pontificem, in L articulos distributae — XX canones Nicaeni Concilii, cum aliorum conciliorum canonibus. Exemplar epistolae formatae iuxta concilii Nicaeni decretum. In membr. saec. IX. fol.* 308. *cor. russ.* Haubold l. c. T. II, p. CXXVII. 125) Praeterea in Paullo saepe minio picta est formula *Intp. non eget.* Quinque illi primae paginae versus, qui continent vv. *In X$\overline{\text{pi}}$ Nomine Incipit Lib. Legū Auctoritas Alarici Regis Utilitatis Populi Propitia*, vicissim atro colore et minio picti sunt, omnes vero literae maiores et lapidariae sunt. 126) Cf. inter al. liber secundus. *) Si cuius tituli duae novellae sunt, in secunda etiam subscriptio deest. 127) Falso Hauboldus l. c.: „*fere solas quidem interpretationes continet.*“ Leges atque sententiae, quibus formula *Interpretatione non eget* addita est, in omnibus fere Breviarii libris mss. integrae supersunt. *) Pertz, Archiv T. VIII, p. 836.

codicem. Tectus est corio russo et in tergo tegumenti notatus numero bibliothecae Berolinensis: *Breviarium* | *Alarici* | *MS. lat.* | *quart.* 150. | Quid complecteretur, iam saeculo XV. aliquis in membrana post tegumentum addita exposuit [128]); ibi etiam bibliothecae, in qua olim fuit, mentio fit verbis *Sa͞ti Lubentii in del..t͞o* | *Treverorum dioces.* In aversa illius membranae pagina impressum est scutum Regiae Bibliothecae Berolinensis iterumque scriptum *Iste liber S͞ci Lubentii est*; reliquae res, quas pagina illa continet, nullius momenti sunt [129]). Praeterea charta agglutinata est, in qua de codice cel. Biener nuper exposuit. Quod ad codicem ipsum attinet, in superiore margine primae paginae haec sunt annotata: ad sinistram: *Cat. Acc. Ms torum*, subiecto numero 237; in medio vero margine a vetere manu *Antiquissi͞e leges* et ad dextram horum verborum recentissimo tempore *ms. lat. quart.* 150, scilicet Regiae Bibliothecae Berolinensis. Infra ea aliquis, saeculo XVI. videtur, addidit: *Antiquissime Leges Theudosiani et Valenti͞ni iunctis*) addi cionibus* | *romanorum doctorum.* Denique praemissa formula *In Xpi Nomine* | *Inc͞pt Liber* | *Legum auctori* | *Tas Alarici Regis*, quae literis maioribus et vicissim minio et atramento picta est, incipit Commonitorium, Breviarium igitur Alarici, quod totum codicem, ultima membrana excepta, implet. Constat is ex CLXXXVII [130]) membranis quadruplicatis, iisque maximam partem crassis et rigidis. Quaternionum numeri plerique perierunt [131]). Praeterea undecim membranae ablatae sunt [132]), neque vero Breviarium ipsum iacturam aliquam fecit. Scriptus est codex saeculo X. in Gallia, eodem ductu literarum, eodem nitore atque Kelleri codex [133]), quocum et aliis rebus convenit: compendiis et mendis scripturae, orthographia, interpunctionibus, indice titulorum eorumque explanatione, notis tironianis, forma legum et novellarum, sententiis denique Paulli, quare quae de illo dixi, hunc quoque spectant; quid quod duarum fere paginarum spatio post Martiani leges relicto, easdem Maioriani novellas habet, quibus ille insignis est *). Paucis tantum rebus ab eo discrepat. Paullum enim sequitur Codex Gregorianus, sed desunt multae sententiae legum. In aversae folii penultimi paginae margine Codicis Hermogeniani interpretatio addita est [134]) una cum Papiniani fragmento in brevem summam contracto; praeterea constitutionibus priorum Codicis Theodosiani librorum breves quaedam summae adiectae sunt, menda denique ut tolleret, diligens quidam homo hic et illic operam dedit. Ultimam membranam explet particula alicuius instrumenti, quod pervetustum est et memorabile propter nomina, quae adscripta sunt [135]). Reliqua recenti tempore ibi addita sunt, nec digna videntur, quae enarrentur.

Expositis codicibus, de editionibus dicendum est. Et Petrus Aegidius quidem anno MDXVII. novellas, quas Visigothi selegerant, primus eodem modo edidit [136]), quo Codicem Theodosianum divulgaverat, in breve

---

128) „*Incipit liber legū et auctas alarici regis* | *leges Theodosiani Lib. XVI* | *Liber novellarum Divi Theudosii* | *Valentiniani, marciani, maioriani, Severi* | *Gay pauli se͞niarum V.* | " 129) V. g. conversis literis *In X. n͞ie inc. lib. legū auc͞tas alarici regis Lib͞. hic.* Lusorii quoque versus ibi exstant: *Nisallor tres habuit elia dentes* | *Abstuli una tussis duos et una duos* | *Terna tussis non habet quid tollere possit* | *Iam potest omnes secura tussire diebus.* Calami experiendi caussa nonnulla verba videntur scripta esse, v. g. *A͞*, subditis literis *R͞V*, *sapara*, *tafa*, *degat*, *et lentis edulio.* *) Nescio utrum sic an *Valen͞t cum multis* scriptum sit. 130) In codice numerantur CLXXXX membranae, errore; transiit enim is, qui eas numeravit, a numero CIII. ad CVI., omissis duobus numeris CIV et CV; praeterea deducenda est ultima membrana, quae non pertinet ad Breviarium ipsum, sed postea adiecta est. Numeri a sec. man. scripti sunt. 131) Eos inveni: fol. 62 *VIII*, fol. 70 *VIIII*, fol. 78 *Q͞.X*, fol. 86 *XI*, fol. 100 *XIII*, fol. 116 *XV*, fol. 132 *XVII*, fol. 160 *XXI*, fol. 167 *XXII*, fol. 175 *XXIII.* 132) Ante fol. 62 duae membranae exciderint necesse est; itidem duae post fol. 86; denique quattuor post fol. 132, una quaternionis *XXII.* 133) Quaterniones X—XIII. alium librarium produnt, nam literae minores sunt et festinanter scriptae; nihilosecius nitore non carent. In postremis quoque foliis 188 (186) et 189 (187) minutis literis scriptum est. Similiter in aliis locis aliud scripturae genus est. *) Post fol. 100 (98) — fol. 113 (111). 134) Memorabile est, scriptum esse: *Incipiunt capitula libri I. ermogeniani.* 135) *Rih....*(?)| ... *Erisfrid.* | *bert. Giselbret.* | *ric. Regenhere* | *bere. Eberhart.* | *olt. Wolfhart.* | *t. Embrico.* | *Giselbret.* || in altera columna || *Richuuin. Poppo.* | *Werenvic. Ruozelin.* | *Heinrich.* | *Aensfrit. Here* | *man. Friderich.* | *Udelbret.* | *Guntram.* | (In proximis duobus versibus nomina erasa sunt.) *Ruodolf.* | *Regenbolt.* | | *Eberhart* || in tertia columna || *Ad titulū* | *Regenbr...* | *Ad titulū* | *Norhtbret* | *Aedelger* | *Ad titulū sc.* | versus erasus est, paullo infra *Presbr͞i ordi* | *Ebdom* | *Bezelin. Ebc* | *Lubentii. Here* | A latere tertiae et primae columnae versus truncatos esse patet. Infima membranae pars videtur deesse. 136) Post Codicem Theodosianum fol. XXI a. med. usque ad med. fol. XXVI a. libri, quem in Praefatione Codicis Theodosiani pag. XI, not. 61 nominavi. Quod primam Codicis Theodosiani editionem Aegidio deberi dixi, vituperavit Hugo (*Göttingische gelehrte Anzeigen.* 62. Stück. den 18. April 1842. p. 619 flg.). Diversos esse, ait, libros Aegidii et Sichardi; illo epitomen compendii, in quod Codex Theodosianus a Visigothis contractus est, contineri, hoc compendium ipsum. At vero Codicem Theodosianum utroque libro contineri, negari nequit; quae sit forma eius non refert. Id quidem constat, ex Aegidii libro primum innotuisse ambitum Codicis, quatenus a Visigothis servatus sit, sententias constitutionum, numerum librorum. Quid quod Aegidius hic et illic plura habet quam Sichardus. Idem videtur sentire Kämmerer, qui dissertationi suae ita inscripserit: *Beschreibung der ältesten Ausgabe der Alaricischen Gesetzsammlung.* Cum de Hugone mentio inciderit, facere non possum, ut reliqua, quae in Codicis Theodosiani editione vituperarit vir perillustris, non defendam. Verum quidem est, singulos versus, qui in fronte ed. Aegidianae essent, lineolis me non divisisse. Sed in caussa est apographum meum exempli Basileensis, quod a Kämmereri editione differt. Ne quid falsi igitur ponerem, rem levem et ne commemoratione quidem dignam omisi. Ubi ad Tilianam editionem paginam 240 et 230 Historiae Literariae Hugonis nominavi, illum numerum falsum esse dicit; verum illo loco haec scripsit: „*wie der Titel sagt, der fast eben so* ***ungeschickt ist***, *wie der von Dutillets* ***Theodosianus Codex.***" Denique mihi opprobrio facit, quod non dixerim, deesse in fronte nonnullorum secundae Cuiacianae editionis exemplorum verba *curante Cuiacio* et obducta esse in aliis papyro verba in margine p. 73 adscripta. Quaeso

igitur compendium omissis inscriptionibus et subscriptionibus contractas. Nihilosecius auctae sunt. Etenim novellas Maioriani eiusdem imperatoris sex illi tituli novellarum una cum summa tit. VI. de Sanctimonialibus subsequuntur, quos in codicibus 7—10 asservari dixi [137]). Quo codice usus sit Aegidius, incertum est, cum omnes codices, in quibus compendium illud reperi, iisdem novellis locupletati sint. Neque Ioannes Sichardus, qui anno MDXXVIII. novellas una cum Codice Theodosiano fol. LXXXV—CXX. divulgavit [138]), consilium, quod in edendo Codice ceperat, ullo modo mutavit. Novellas igitur integras earumque interpretationes edidit, praetermisit autem titulos Maioriani, quos apud Aegidium esse dixi. Similiter novellam de Theodosiani Codicis Auctoritate, quam Codici Theodosiano praefixerat, omisit, quare tituli novellarum Theodosii uno numero differunt ab eo, qui in Breviarii Alariciani codicibus esse solet. Contra interpretationi novellae Valentiniani de Homicidio Casu Facto titulum Legis Romanae Burgundionum *de Homicidio Voluntario*, quasi altera interpretatio esset, adiecit, codicem secutus, quem adhibuit. Lacunas stellulis non solum diligenter indicavit, verum etiam in margine saepe explevit. Eodem loco, quae emendaret, proposuit, aut breves glossas exhibuit [139]) et nonnunquam iuris locos nominavit [140]). Codices, quibus usus sit, enumeravi in Praefatione Codicis Theodosiani [141]); Moguntinensis potissimum sive Morpacensis apographum, quod Basileensi libro manu scripto continetur, eum adhibuisse, cum ex lacunis perspicitur, quae eaedem apud Sichardum sunt, atque in Basileensi libro [142]), tum ex titulo illo Legis Romanae Burgundionum, qui, ut a Sichardo editus est, in solo Basileensi codice superest [143]). Praeterea ex Argentinensi nunc Bernensi codice nonnulla hausit, quae in reliquis codicibus non reperiuntur [144]); ubi scriptura nullo codice confirmatur, Morpacensi videtur usus esse [145]).

Proxima editio pag. DXXVI—DXCVI. voluminis eius complet, in quod Iacobus Cuiacius a. p. C. n. MDLXVI. fontes iuris anteiustinianei, quatenus tunc noti erant, congessit [146]). Composuit eam ex novellis, quas Sichardus divulgaverat, et ipse aut in codicibus invenerat, aut a P. Pithoeo et Loisello acceperat [147]). Locupletatas esse novellas apparet; accesserunt enim ad novellas Theodosii sex novae totidem titulorum, XII—XVII., ad Valentiniani novellas tres tituli sive novellae, XIII—XV. [148]), sex, quarum tituli iam per Petrum Aegidium innotuerant, ad Maioriani novellas, una Severi; praeterea Theodosii, Valentiniani et Severi novellas index sequitur eorum titulorum, quorum novellae a Cuiacio *desiderabantur*, et Theodosii quidem sedecim, Valentiniani quattuordecim, Maioriani una, Anthemii denique tres. Commiscuit igitur Cuiacius Breviarii novellas cum aliis. Interpretationem retinuit et plerasque scripturas Sichardi, nisi quod interdum lacunas explevit, menda sustulit, aut in margine foliorum coniecturis et codicum ope emendare studuit. Novellas, quas primus edidit, raro in margine correxit; constitutionem de Theodosiani Codicis Auctoritate ad novellas Theodosii revocavit, iisque praeposuit. In Breviarii igitur novellas aliquam curam impendit, nullam fere in reliquas, immo nonnullas menda et lacunae, quae asteriscis descriptae sunt, deformant. Videtur enim novem illas et Severi novellam ex

---

vir illustris legat praefationis meae pag. XIV, not. 83.

137) Eum, qui compendium ab Aegidio divulgatum conscripserit, non uno, sed pluribus codicibus usum esse, apparet ex clausula novellis Maioriani adiecta. Cf. Nov. Maioriani tit. VI. de Sanctimon. in f., not. *y*.

138) Vid. Praefationem Codicis Theodosiani p. XI, not. 62. Novellae a Sichardo hoc ordine editae sunt: *Theodosii* fol. 85—94 [a]; *Valentiniani* fol. 94 [b]—109; *Martiani* fol. 110—115 [a]; *Maioriani* fol. 115 [b]—119; *Severi* fol. 120. Index titulorum singulis libris praemissus est. Hic et illic falsi sunt numeri foliorum et paginarum, ex quattuor enim foliis, quae 104 sequuntur, octo paginae (105—112) factae sunt et ex duobus, quae 116 sequuntur, quattuor paginae (117—120), quibus reductis ad folia, sex numeri a numero 120 deducendi sunt. Praeterea positi sunt numeri 104 et 105, ubi 114 et 115 ponendi erant, et 103 pro 102 et 57 pro 87.

139) Inter alia vid. tit. III. Nov. Th. de Iudaeis, tit. XVI. Nov. Th. de Testamentis, tit. XXII. Nov. Th. de Bonis decur. nov. 1.

140) Vid. int. al. interpr. tit. XIV. Nov. Th. de Paternis.

141) Pag. XXVI. Ibi simul caussam indicavi, cur lateat Aegidii codex.

142) Cf. inter al. Nov. Th. tit. XIII. Contra sententias, not. *s*; tit. XVI. de Testamentis §. 1, not. *x*; tit. XXII. de Bonis dec. nov. 2, §. 2, not. *e*, §. 8, not. *l*.

143) Cf. not. ult. ad interpret. tit. XIX. Nov. Valent. de Homicidiis. Principium tituli deest; reliqua valde differunt. Sunt etiam scripturae, quas codex Basileensis (23) et Sichardus soli communes habent, veluti Nov. Th. tit. XXII. cit. nov. 2, §. 16, not. *r*. Ceterum tit. de Homicidiis est etiam in codd. Paris. 4413 et 4414 et in Montispes. 136. Sed in his concinit cum L. R. Burg. et scriptura tantum ab ea discrepat.

144) Nov. Valent. tit. XXVI. de Praescr. XXX ann., princ. not. *b*.

145) V. g. in subscriptione Nov. Th. tit. II. de Confirm. Leg. Novv. Th. Cf. praeterea Nov. Maioriani tit. VII. §. 16, not. *f*.

146) Cf. Praefatio Codicis Theodosiani p. XIII, not. 76. Hugo, *Index Editionum Fontium Corporis Iuris Civilis* l. c. p. 148 sq. Comprehendunt Novellae Theodosii pag. 526—549; Valentiniani pag. 550—573; Martiani pag. 574—580; Maioriani pag. 581—594 med.; Severi pag. 594 med. et 595; index titulorum Anthemii quattuor versus pag. 596.

147) Ipse in epistola ad Redingerum volumini praemissa haec scribit: „*adiunctis veluti comitibus* (sc. Codicis Theodosiani) *eiusdem Theodosii Novellis et Valentiniani, Martiani, Maioriani, Severi — Novellarum, quae desunt notitiam, contulit ultrò Petrus Pitheus — Novellas Maioriani, Antonio Loisello debemus doctissimo et suavissimo viro, et summi erga me officii summaeque humanitatis.*“ Cf. supra not. 61.

148) Adiecit enim Novellis Theodosii Nov. Th. tit. XII. de Repudiis (ap. Cui. tit. XII.); Nov. Val. tit. VIII. de Invasoribus nov. 2 (ap. Cui. tit. XIII.); Nov. Val. tit. XVI. de Episc. ord. (ap. Cui. tit. XIV.); Nov. Th. tit. XXIV. de Ambitu (ap. Cui. tit. XV.); Nov. Th. tit. XXV. de Metatis (ap. Cui. tit. XVI.); Nov. Th. tit. XXVI. de Relevatis (ap. Cui. tit. XVII.); Novellis Valentiniani adiecit Nov. Val. tit. XXV. de Confirm. L. Nov. D. Theodosii A. (ap. Cui. tit. XIII.); Nov. Val. tit. XXVII. de Princip. ag. in reb. (ap. Cui. tit. XIV.); Nov. Val. tit. XXXV. de Suariis (ap. Cui. tit. XV.). Fateor me non satis intelligere Hugonis vv. l. c. p. 148 sq.: „*Novellas Theodosii habet XVII, Valentiniani XV, tres enim ultimae, quas et in editione anni* 1586 *et in Ritteriana frustra quaesiveris eaedem sunt quas hae editiones Theodosio ut* 35, 37, *et* 39 *tribuunt.*“

membranis male scriptis et partim laceratis petiisse Quod Valentiniani novellas inter Theodosianas recepit[149]), id negligenter fecit, at quod in indice titulorum Theodosii posuit titulos novellarum Valentiniani[150]) et in indice titulorum Valentiniani titulos novellarum Theodosii[151]), id errore, non culpa commisit, cum indicem quidem titulorum a Pithoeo accepisset, Novellas eorum non item. Quibus codicibus usus sit ad augendas emendandasque novellas, non dixit in epistola ad Redingerum*). Quare ignoratur etiam, ex quo codice novem illas Theodosii et Valentiniani novellas prompserit. Diversus enim fuit a codicibus Parisiensi MMMMCCCCXII. et Vaticano MXXIII., non quod novellae, quas dixi, apud Cuiacium inter Theodosium et Valentinianum divisae sunt, sed quia lacunas et diversas scripturas habent, quae a codicibus istis absunt; contra Cuiacius ne in indice quidem novellas Maximi nominat, quas hi commemorant. Num in eodem codice invenerit novellam Severi de Corporatis et numeros illos quinque librorum, quos exhibet, aut ex eo in Breviarii novellis nonnullas memorabiles scripturas hauserit[152]), incertum est, cum codex ille lateat, nec alium viderim, in quo harum rerum aliquid esset. Novellas Maioriani ex Reg. Parisiensi codice Suppl. Lat. DCCLXXIX sumptas esse, demonstravi[153]). Quod ad indices *titulorum et novellarum, quae desiderantur*, attinet, Cuiacius quidem P. Pithoeum harum novellarum *notitiam ultro contulisse* fatetur, tamen quia tituli novellarum Theodosii et Valentiniani, ut in Seldeniano codice[154]), inter hos imperatores distributi sunt, olim inductus sum, ut Pithoeum ex alio codice, quam ex eo, cuius apographum Reg. Parisiensis MMMMCCCCXX. est, indices illos descripsisse opinarer. Postea perspexi, ultimum novellarum Theodosii titulum in indice codicis Parisiensis XXXIII. esse, primum autem novellarum Valentiniani XXXIV. Modo igitur inter se coniungerentur tituli Theodosii et Valentiniani, quos Cuiacius discerpserit, utriusque indicis et Cuiaciani et Parisiensis ordinem inter se convenire, nisi quod Cuiacius ab indice suo novem illos titulos excluserit, quos tunc primus edidit[155]). Etenim titulo XXXIV. in codice Parisiensi addita sunt verba *D. Valentiniani.* Eadem in vetere quoque exemplari exstitisse, quo usus sit Pithoeus, cum indicem in Cuiacii usum transscriberet, demonstrat codex Fuldensis, ubi eodem loco sunt. Moverunt autem Cuiacium, ut a titulo XXXIV. novellas Valentiniani inchoari putaret, indicem igitur titulorum in duas partes divideret, eosque, qui titulum XXXIV. antecederent, Theodosio tribueret, reliquos Valentiniano. Verum ex vetere illo codice, non ex Parisiensi eius apographo Cuiacium indicem titulorum a Pithoeo accepisse, cognoscitur ex nonnullis locis, ubi Cuiacii index cum Parisiensi discrepat*).

Novellas, quas Cuiacius desiderari eo loco dixerat, ubi indices earum exhibuerat, PETRUS PITHOEUS anno MDLXXI. primus divulgavit[156]). Et quamquam ordinem, quo in codice dispositae erant, omnino non sibi probari fassus est[157]), tamen eum retinuit, neque, quae Theodosii novellae essent, quae Valentiniani, discrevit, neve aliter quam promiscue in superiore margine paginarum inscripsit *Theod. Et Valent.* | *Nov. Constitutiones.* Sed cum nihil edere vellet nisi incognitas leges, quicquid iam ex Breviario innotuerat, aut integrum a Cuiacio

149) Novellam de Invasoribus et de Episcoporum ordinatione. 150) Huc pertinent tit. de Reddito iure armorum, Neque divinam domum, de Pecunia Afris credita, de Tributis fiscalibus, de Pretio solidi, de Corporatis, de Negotiatoribus. 151) V. g. Ne Duciani, de Competitionibus. Praeterea errore, amanuensis fortasse, qui indicem mandato Pithoei descripsit, titulus de Honoratis bis commemoratur. *) Inde ab hoc tempore novellarum libri numerati sunt. 152) Vid. inter al. subscriptionem Nov. Th. tit. II. de Confirm. L. Novell. Theodosii, not. *h*; Nov. Th. tit. IX. Ne curialis, not. *e*; Nov.Valent., tit. I. de Indulg. reliq. nov. 3, subscript. not. *m*; Nov. Valent. tit. XXXIV. de Episc. iud., not. *b*; Nov. Mart. tit. I. Neminem extr. §. 5, not. *g*. 153) Supr. p. XIV. sq. 154) Ibi vero novellae Theodosii et Valentiniani alio ordine dispositae sunt. 155) Vid. supra not. 61. Videntur ei iam ante ann. 1562 innotuisse, cum in Comm. ad tres postremos Cod. Iust. libros tit. Nov. Th. de Ambitu et de Metatis commemoret. Eodem loco Nov. Th. de Patrimonialibus et de Bonis Fabricensium nominat, quare ei titulorum indicem a Pithoeo ante annum 1562 missum esse puto. Vid. novellas citt., not. sup. et Praef. Cod. Th. p. XIII, not. 77 et pag. XXVIII. *) V. g. *pentepolitanis*, duplex titulus de *Honoratis.* Videntur obstare verba praefationis; „*indicem quem ex meo libro acceperas.*" Sed possessum esse codicem a Pithoeo, supra probavi. 156) Hoffmann Hist. iur. T. I, 485. Hugo l. c. p. 153 sq. et pag. 152 In fronte libri haec sunt: *Imperatorum* | *Theodosii* | *Valentiniani* | *Maioriani* | *Anthemii* | *Novellae Constitutiones XLII.* | *Nunc primum in lucem editae.* | (Sequitur scutum typothetae.) *Lutetiae.* | *Ex officina Roberti Stephani, in vico Bellouaco* | *è regione Scholae Decretorum.* | M. D. LXXI. | *Cum Privilegio Regis.* | Forma libri quarta est. Constat ex quattuor foliis, quae non numerantur, et ex 47 foliis, quae numeros habent. Ea subsequuntur tres paginae sine numeris. Illorum primum explet frons libri, secundum epistola Petri Pithoei (*Petrus Pithoeus Iacobo* | *Cuiacio I. C. S.* | — *Lu* | *tet. Parisior. Kal. Aug. CIↃIↃLXXI.*), tertium et quartum index novellarum, cui, quemadmodum iam supra, not. 63, diximus inscriptum, ita vero subscriptum est: „*Quae nunc primùm eduntur Novellae,* | *stellula notatae sunt.*" | Iam in 47 illis foliis sequuntur novellae a Pithoeo primum editae. Accedunt inde a media folii 47 adversa pagina Pithoei notae maximam partem criticae, quae reliquas paginas explent. Illis haec verba Pith. praefixit: „*Lectori. Exemplaris quod unicum ferè habuimus, scripturam summa fide ex* | *pressimus. Coniecturis nec in ora quidem libri locum dedimus, ne foeli* | *cioribus fortasse officerent. Quasdam tamen hîc addere visum est, quibus no* | *stra saltem religio probaretur, quam vereor ne superstitionem plerique interpre* | *tentur.*" Terminantur notae verbis: „*Haec ego cursim inter relegendum adnotabam Lut. Parisior. XVIII Cal.* | *Aug. CIↃIↃLXXI.*" Recte Hugo l.c. dicit, hanc editionem a nonnullis, inter quos Ritterus sit, male tribui anno 1566 (cf. etiam Hugo l. c. p. 152) et falso scribi ab Hoffmanno: „*Prodiit idem Novellarum corpus apud Henr. Stephanum Paris.* 1571. *et rursus ex editione P. Pithoei Paris.* 1609. 4. *qui XLII constitutiones ineditas imprimi curavit.*" Signaturae adsunt. Ceterum index ex quattuor partibus constat. Prima ex XLIX titulis Novellarum Theodosii et Valentiniani, quorum undecim, qui primi sunt, ad Theodosii novellas in Breviarium receptas pertinent; secunda ex titulo Maioriani de Adulteriis; tertia ex tribus Anthemii, ultima ex undecim Valentiniani titulis in

divulgatum erat, novellas dico *de Repudiis, de Episcoporum ordinatione, de Confirmatione Legum Novellarum D. Theodosii A.* omisit[158]), quo factum est, ut numeri editorum titulorum ab iis, qui in indice sunt, inde a XVII. differant. Reliquas sex a Cuiacio editas novellas, quia mutilae sunt, retinuit[159]). Etsi igitur in fronte libri XLII novellas se edidisse scripsit, tamen multo plures edidit, XLIX, sed si deducuntur sex, quas supplevit, XLIII novas*), qui numerus in fronte libri pro XLII reponendus est. Codicibus usus est duobus, Regio Parisiensi MMMMCCCCXX. et vetere, ex quo Parisiensis descriptus est. Ex vetere illo Pithoeum indicem titulorum petiisse, quem editioni praefixit, ex primis indicis titulis apparet, qui desunt in Parisiensi codice[160]); nihil enim continent, nisi Theodosianas novellas Breviarii. Ex eodem codice, quem *veterem* appellat, in notis diversas aliquot scripturas protulit et falsas correxit[161]). Parisiensem vero adhibuit ad novellas ipsas edendas. Eum summa fide expressum esse affirmat[162]) et recte quidem affirmat. Etenim raro ab eo aberravit[163]), et si qui numeri titulorum falsi sunt, typographi, non Pithoei culpa falsi sunt[164]). Potius tanta fide rem egit, ut ne lacunas quidem, quas stellulis designavit, expleret aut locos corruptos veteris codicis ope aut coniecturis tacite emendaret, sed ea omnia in notas, quas novellis subiunxit, reiiceret, *ne foelicioribus*, inquit, *officerent.* Noluit igitur, quae emendaret, pro codicis scriptura haberi. Eadem ratione neque Iustiniani iuris locos aliasve notas, quas explanandae rei caussa scripserat, novellis ipsis apposuit, sed cum notis in extremo libro coniunxit. Quod indicem spectat, curavit, ut pateret, quas ipse recens exhiberet novellas, quas primus edidisset Cuiacius; illas stellulis notavit, his certa quaedam verba adiecit[165]). Praeterea novellae Maioriani *de Adulteriis* addidit: „*una tamen tantum extat*,“ eo consilio, ut ne quis reliquas Maioriani novellas a Cuiacio promulgatas in suo codice esse arbitraretur; numeros denique titulis subiunxit, quibus, quot quisque novellas contineret, demonstravit.

Paullo post, intra annos MDLXXIII. et MDLXXIX., Cuiacius tres novellas edidit[166]) in Observationum libro XVI. c. 22 et 23, et duas quidem, novellarum Valentiniani tituli II. de Postulando tertiam et quartam, ex lacera quadam veteri scheda, quae agglutinata erat in involucro libri alicuius theologici, unam, novellarum Theodosii ultimam, ex ignoto fonte. Omnes rubricis carent et praeter tertiam tituli de Postulando mutilae sunt.

Novellas usque ad illud tempus a Sichardo, Pithoeo vel a se ipso editas Cuiacius in unum congessit in volumine, quo libri Iuris Civilis Anteiustiniani Parisiis MDLXXXVI. collecti et locupletati sunt[167]). Ibi paginam DXXX. et sequentes usque ad DCXXXIII. complent[168]). Quis eas invenisset aut primus edidisset, non dixit. Ab ordine, quo in priore editione titulos novellarum Theodosii et Valentiniani discreverat, discessit, indicem Pithoeani libri secutus*), praeterquam quod titulum Maioriani de Adulteriis, qui in indice illo omnium novellarum L. est, in titulum IX. novellarum Maioriani mutavit et Anthemii Novellas in ultimum locum post Severum transtulit**). Et cum trium illarum novellarum, quas invenerat, duas[169]) post ultimum novellarum

---

Breviarium receptis. Impressus est liber venustis literis in charta splendida. Exemplar, quod possideo, olim M. Roeveri erat, qui notas et coniecturas manu sua hic et illic adscripsit. 157) Vid. not. 63. 158) Incipit enim editio a titulo XII., terminatur Novellis Anthemii. In indice titulum illum antecedunt tituli Theodosii, Anthemii autem Novellas sequuntur Valentiniani tituli in Breviarium recepti. Vid. not. 156. A titulo de Lenonibus numerus XVII abest. Praeterea titulus de Suariis numerum XXVII habet pro XXXVI. Similiter tituli sequentes de Praediis pistoriis usque ad ultimum Theodosii et Valentiniani Novellarum dicuntur esse tituli XXXVIII—XLVII. pro XXXVII—XLVI. Vid. Nov. Th. tit. IV, not. sup. Numerum etiam, quem titulus Maioriani in indice habet, typographus mutavit; nam in indice 50. est, in editione autem primus Novellarum Maioriani. Quare quod supra de ordine dixi, intelligendum est de serie titulorum, neque vero de numeris eorum. Nam in indice primum *et sine rubrica quidem*, quae dicat, cuius imperatoris sint Novellae, 49 tituli Novellarum sunt, quorum undecim priores Theodosii esse et in Breviarium receptos exposui. Deinde eos sequitur, praefixa rubrica: *Novellae D. Maioriani*, 50 titulus de Adulteriis; hunc excipiunt tres tituli Anthemii, qui seorsum numerantur 1, 2, 3; denique ultimum locum occupat praemissa rubrica: *Incipit liber Divi Valentiniani A.*, index undecim titulorum Valentiniani in Breviarium receptorum. Cum vero in ipsa editione tres tituli desint, tituli autem deinceps numerentur, neque Novella Maioriani locum, quem in indice habet, retinuerit, numerus titulorum reductus est non ad XLVII, quem prima specie ultimus titulus innuit, sed ad XLVI. Vid. paullo supra. 159) Nov. 2 de Invasoribus, Nov. de Ambitu, Nov. de Metatis, Nov. de Relevatis, Nov. de Principibus, Nov. de Suariis. *) Sed unam conflatam esse ex fragmentis duarum Novellarum, demonstravi in Nov. Theodosii tit. X. nov. 1, §. 4, not. *p.* 160) Vid. not. 63. 161) Vid. not. 63. 162) Vid. not. 156. 163) Veluti Nov. Th. tit. V. nov. 3, not. *a.* 164) Vid. not. 158. 165) Vid. not. 156. Ad titulum 17 de Repudiis: *quae edita est inter Nouellas Theodosii XII.*; ad titulum 19 de Invasoribus: *quarū posterior edita est XIII. inter Theodosij Nouellas sed non integra, ob idque maximè eam adiecimus*; ad tit. 24 de Episcop. ordin.: *quae edita est XIIII. inter Nou. Th.*; ad tit. 31 de Ambitu: *quae edita est XV. inter Th. Nou. sed non integra*; ad tit. 32 de Metatis: *quae extat in Th. Nou. XVI.*; ad tit. 33 de Relevatis: *edita inter Th. Nou. XVII.*; ad tit. 35 de Confirmatione: *quae extat inter Nouellas Valent. XIII.*; de Principibus: *quae edita est inter easdem Nou. XIIII.*; de Suariis: *edita inter easdem Nou. XV.* 166) Tertiam ex veteri illa scheda editam esse, aperte quidem non dicitur, sed probabile est. Cf. Hugo l. c. p. 158. 167) Vid. Praefationem Codicis Theodosiani pag. XIV, not. 83. Hugo l. c. p. 165. 168) Complent lib. I. Novellarum Theodosii tit. LI p. 530—585; lib. II. Novv. Valentiniani tit. XII p. 586—607; lib. III. Novv. Martiani tit. VI p. 608—615 med.; lib. IV. Novv. Maioriani tit. IX p. 615 med. — 628; lib. V. Novv. Severi tit. II p. 629 et 630 med., et lib. Leg. Novv. Anthemii tit. III p. 630 med. — 633. *) Hoc perspicitur ex indice titulorum Novellarum una cum indice titulorum C. Theodosiani huic editioni praefixo. Ibi verba Pithoei, quibus sibi ordinem titulorum in indice a se edito displicere affirmat, suppresso nomine Pithoei, repetita sunt. **) Secundum ordinem huius editionis debebant *sexto* libro tribui, sed numerus libri, ut in Pithoeano indice, hic quoque omissus est. 169) Tit. ult. C. Th. et Nov. Valent. tit. II. de

Theodosii titulum, XLVIIII. igitur, addidisset et praeterea novem illas novellas in priore editione divulgatas ad eum locum revocasset, quo in indice nominantur, effecit, ut tituli novellarum Theodosii et in indice et in ipsa editione LI essent [170]. Valentiniani tituli, quos Breviarium habet, secundum librum complent. Et recte quidem Cuiacius indicem Pithoei secutus novellas eodem ordine edidit, quo in codice, qui unus eas contineret, dispositae erant, male autem omnes, etsi inter eas essent Valentiniani novellae, in *Legum Novellarum Divi Theodosii A. Librum I.* coniecit et proinde in superiore paginarum margine soli *Theodosio A.*, aliter atque Pithoeus fecerat, tribuit [171]; neque rectius novellam quartam tituli Valentiniani de Postulando Martiani legem esse dixit, eius igitur leges uno titulo, V., auxit. Quae Pithoeus in notis emendaverat et coniecerat, Cuiacius maximam partem in margine editionis suae repetiit, sed raro correxit aut mutavit [172]. Nonnunquam ipse manum, ut aliquid emendaret, admovit. Novellas Maioriani, quas primus divulgaverat, videtur ex alio quam ex Loiselli codice castigasse [173]. In Chronologia constitutionum hoc et illud correxit et tribus illis novellis rubra adiecit [*]. Asteriscos inter ipsa verba aut in ora paginae posuit, ut lacunas indicaret, cruces, ut locos in margine emendaret. Maiorem in novellas quam in Theodosianum Codicem assiduitatem, ut plagulae in officina quam maxime posset perpolirentur, impensam esse perspexi.

Editio, quae Parisiis a. MDCVII. dicitur facta esse, cum hac, quam modo explicavi, omnino congruit [174].

Proxima editio novellarum inest in Corpore Iuris Civilis Anteiustiniani, quod anno MDLXXXVI. Aurelianae Allobrogum [175] divulgatum est. Petita est a prima Cuiaciana, nec quicquam ab ea differt, nisi quod hic et illic verba, inprimis novellarum Maioriani, mutata sive emendata sunt [176] et post titulum XV. novellarum Valentiniani tres illae novellae accesserunt, quas Cuiacius in libro XVI. Observationum ediderat. Numeros quidem titulorum non habent, sed has rubricas: *De advocatis non perpetuandis; De Afris, Vandalis, Alanis: De siliquarum exactionibus,* quare XVIII tituli Valentiniani facti sunt. Praeterea cum in Cuiacii editione novellam Maioriani de Adulteriis desiderari dictum esset, Summa eius ex Lege Romana Burgundionum apposita est [177]. Accessit etiam ex Aegidio Summa novellae tertiae Valentiniani de Indulgentiis reliquorum [178] et novellae Maioriani de Sanctimonialibus [179]; denique brevis nota in margine novellae Valentiniani de Sep. viol. [180], quae in Cuiaciana prima deest. Ceterum qui plagulas correxit, diligentius rem gessit in novellis quam in Theodosiano Codice, etsi neque hic ab erroribus sibi caverit [*].

Novellas Corporis Iuris Civilis Anteiustiniani, quod Lugduni anno MDXCIII. prodiisse dicitur [181], ab Aurelianensi editione discrepare, iam alii exposuerunt [182], non quod alia editio esset, sed quia nonnulla folia denuo typis aereis expressa, multo plura autem hic et illic interiecta esse viderant. Quod cur factum sit et a quo, nusquam quidem aperte dicitur, sed divinari potest, collatis inter se libris Aurelianensi et Lugdunensi. Aurelianensis enim vendi non poterat, cum deessent Pithoei novellae, quibus Cuiacii altera editio locupletata erat. Ut igitur venderetur, debebat bibliopola, sive Aurelianensis sive successor eius Lugdunensis, aut totam hanc Corporis Iuris partem repetere, aut ceteras novellas inculcare. Illud non fecit, ut sumptibus parceret, hoc ita fecit, ut aliis plagulis mutatis, aliis interpositis post Theodosianas Breviarii novellas adiiceret, quicquid novellarum Theodosii et Valentiniani ab Aurelianensi libro abesset [183]. Folia igitur, quae in Aurelianensi libro paginarum numeros 539—550 habent, denuo typis expressit, inter paginam vero 550 et 551 quattuor plagularum fasciculos sive XVI folia, omissis paginarum quidem, sed additis fasciculorum numeris [184], inculcavit. Prima pagina sive 539 Aurelianensis editionis incipit ab interpretatione novellae secundae Theodosianae de Bonis de-

---

Postulando, nov. 3. 170) Pithoeus tres titulos ab editione excluserat a Cuiacio editos, quo facto non plures quam XLVI tituli remanserunt. Vid. not. 158 et 159. Qua re corrigendus est Hugo l. c. p. 166: *Eo igitur ordine, quo Novellae hic leguntur, quicquid Pithoei verba huc male relata significare videantur, in nullo codice manuscripto apparent.* Apparent enim eodem ordine usque ad XLIX. in codice, ex quo Pithoeus indicem edidit, et inde a *XII.* (nam priores, quia editi essent, omisit librarius) usque ad XLIX. in cod. Reg. Paris. 4420. 171) Posuit ibi inscriptionem *D. Theodosii A. Legum Novellarum Lib.* 172) Veluti in Nov. Th. tit. XVIIII. de Rescindendis, not. *n* *pretium perdere* pro *pretia perdere.* 173) V. g. rubrum Nov. 1 Maioriani. *) Nov. 3 Val. tit. II. de Postulando rubr. *De Advocatione Afris concessa*, tit. ult. Nov. Th. rubr. *de iure nundinarum*, tit. V. Nov. Martiani rubr. *de Foris.* 174) Vid. Praefationem Codicis Theodosiani pag. XV, not. 89 et p. XVI, not. 100. Etiam in novellis esse hic et illic discrepantiam, discitur ex Nov. Val. tit. XXXIV. de Episc. iudic. §. 3, not. *o.* 175) Vid. Praefationem cit. p. XV, not. * et 90. Hugo l. c. p. 169. Explent Novellarum D. Theodosii A. lib. I. tit. I—XVII. p. 522—546; Novellarum D. Valentiniani A. lib. I. tit. I—XV. et tribus additis p. 546—572; Novellarum D. Martiani A. lib. III. tit. I—V. p. 573—580; Novellarum D. Maioriani A. lib. IV. tit. I—VIII. p. 580—585 (potius—593, nam quae paginae esse debent 591—594, falso numeratae sunt 583—586, praeterea numerus paginae 585, quae 593 sec. ord. esse debet, in sinistro folii margine est); Novellarum D. Severi A. lib. V. tit. I. et II. p. 585 et 586 aut potius 593 et 594. 176) Inter al. Nov. Val. tit. XXXIV. de Episc. iud. §. 5, not. *t*; Nov. Maior. tit. II, §. 5, not. *o*; §. 6, not. *t*; tit. III, not. *i*; tit. IV, pr. not. *l*; tit. V, §. 2, not. *t*; tit. VI, §. 1, not. *p*; tit. VII, §. 5, not. *f*; §. 17, not. *m*; §. 18, not. *b.* 177) Vid. Nov. Maior. tit. IX. *de Adulteriis*, not. sup. 178) Nov. Val. tit. I, nov. 3, not. sup. 179) Nov. Maior. tit. VI. *de Sanctimonialibus* in f., not. *y.* 180) Nov. Valent. de Sep. viol. tit. XXII. pr., not. *f.* *) Ita v. g. in nov. 2 Val. de Testamentis totus versus deest. Vid. tit. XX. Nov. Valent. de Testamentis nov. 2, §. 5, not. *s.* 181) Cf. Praefatio Codicis Theodosiani pag. XVI, not. 98. 182) l. c. not. 99. 183) Cf. Hugo l. c. p. 170, 174. Praefatio Codicis Theodosiani l. c. not. 98, 99. 184) *aaaA*, *aaaA* 2 et 3, *bbbB*, *bbbB* 2 et 3, *cccC*, *cccC* 2 et 3, *dddD*, *dddD* 2 et 3. Proximum quodque folium post *aaaA* 3, *bbbB* 3, *cccC* 3 et *dddD* 3 signatura caret.

curionum, sive ultimae novellarum Theodosii, quas Visigothi in Breviarium transtulerunt. Haec interpretatio denuo impressa est. Eam subsequuntur usque ad 550 paginam decem proximi tituli (XII — XXI.) secundae Cuiacianae editionis et hos in quattuordecim foliis, quae numeris carent, eiusdem editionis reliqui tituli, XXII. igitur titulus usque ad LI. Sed cum ultimus titulus terminetur in adversa folii XIV., quod *dddD*,2 signatum est, pagina, primus novellarum Valentiniani titulus in aversa pagina ponendus erat et iterum typis exprimendum, quicquid Aurelianensis liber paginis 546 — 550 complectitur, excepto novellarum Theodosii indice. Haec igitur complent aversam folii illius paginam et duo, quae sequuntur, nec tamen numerantur, folia. Ita factum est, ut ambae editiones, Lugdunensis et Aurelianensis, a pagina 551 inter se consentirent. Aurelianensis enim pagina 550 terminatur verbis *nescierint*, *coram*, pag. 551 incipit a verbis *firmitatibus derogetur*. Eodem modo et desinit folium XVI. sive ultimum in Lugdunensi libro interpositum et incipit pagina 551, nisi quod in folio XVI. post verbum *coram* unus versus *testatore* — *testamentorum*, *in* — accedit, qui in Aurelianensi editione deest. Reliqua Aurelianensis editionis intacta manserunt usque ad verba *meruerūt observatione* [185]) novellae Maioriani de Sanctimonialibus, quae ultima sunt paginae 590. Numeros enim paginarum sequentium falsos esse vidit bibliopola, perspexit etiam praeter novellam Maioriani de Adulteriis adiiciendas esse Anthemii novellas. Quare pro duobus ultimis primae partis Aurelianensis libri foliis quattuor alia posuit [186]). In primo falsos paginarum numeros correxit posuitque 591 et 592 pro 583 et 584, verba ipsa non mutavit. In reliquis non solum repetiit, quae in ultimo Aurelianensis libri folio, quod quidem falsis paginarum numeris 585 et 586 signatum est, comprehunduntur, verum etiam adiecit accessiones Cuiacianae editionis. Adiecit enim in prima pagina 593 post novellam Maioriani de Sanctimonialibus eiusdem imperatoris novellam de Adulteriis, sed sine summa, quam Aurelianensis editor ex Aegidio hauserat, deinde post secundum 594 [187]) paginae versum Severi novellas, denique a media 595 pagina novellas Anthemii. Et omnes illas res restitutas esse, in indice quidem titulorum totius voluminis dicit, neque vero ex quo fonte restitutae sint. Exposui, qua ratione ex altera Cuiacii editione suppleverit, quae in Aurelianensi deessent. Consultius autem egisset, si totum novellarum volumen mutasset. Neque enim bis posuisset titulum ultimum novellarum Theodosii et tituli II. novellarum Valentiniani de Postulando novellam tertiam [188]), neve retinuisset *indicem titulorum Valentiniani, qui desiderantur*, nam omnes novellis Theodosii addiderat. Qua in re utrum Pithoei an Cuiacii altera editione usus sit, disceptari potest. Rem dirimunt tres tituli, quos a Pithoeo omissos, a Cuiacio repositos esse dixi. Etenim duo, *de Repudiis* et *de Episcoporum ordinatione*, eodem loco, ubi apud Cuiacium sunt, in Lugdunensi editione reperiuntur; dirimit etiam notarum et mendorum [189]) utriusque editionis convenientia. Dubitationem quidem iniiciunt tres tituli, qui desunt, Cuiacianae editionis tit. XXXV. *de Confirmatione Legum Novellarum D. Theodosii*, tit. XXXVII. *de Principibus agentium in rebus*, tit. XXXIX. *de Suariis*, qua re in Lugdunensi editione non amplius XLVIII tituli sunt, cum in Cuiaciana LI numerentur. Videntur autem omissi esse, quia iam in Aurelianensi editione Valentiniani novellis, quae in Breviario sunt, additi erant. In illis novellarum foliis, quae eadem esse dixi in utraque editione, Aurelianensi et Lugdunensi, crebrior quam in Codice Theodosiano diversitas scripturae deprehenditur [190]).

Quae in P. Pithoei Operibus, Parisiis MDCIX. [191]), pagina 197 — 276 *Imperatorum Theodosii Valentiniani Maioriani Anthemii Novellae Constitutiones XLII. Nunc primùm in lucem editae* dicuntur, eae ipsae sunt, quas prima Pithoeana editio continet, quare Hugo [192]) recte reprehendit Hoffmannum, qui verbis: „*Nunc pri-*

---

185) Vid. infra tit. VI. Nov. Maioriani cit., §. 1. 186) Signata *ffff*, *ffff* 2, *ffff* 3 et unum sine numero. 187) Sic haec et sequens pagina signari debebant pro falsis numeris 194, 195, quos habent. 188) Vid. infra not. sup. harum novellarum. 189) Veluti in subscriptione tituli XXIII. Nov. Theod. de Locis reipublicae, not. *c*, ubi utraque editio *II.* pro *XI.* habet. 190) Cf. inter alia Nov. Th. tit. V. de Fundis nov. 3, not. *e*; Nov. Th. tit. XXII. de Bonis decurionum nov. 1, §. 9, not. *x*; nov. 2, §. 3, not. *z*, *b*; §. 6, not. *o*; §. 8, not. *h*; §. 11, not. *e*; §. 13, not. g; §. 16, not. *t* et *v*; subscr. not. *c*; interpr. not. *n*. 191) Hugo l. c. p. 179. In fronte libri haec sunt: *Petri* | *Pithoei* | *Opera*, | *Sacra, Iuridica, Historica*, | *Miscellanea.* | *Parisiis*, | *Ex Officina Nivelliana.* | *Apud Sebastianum Cramoisy, via Iacobaea*, | *sub Ciconiis.* | *M. DC. IX.* | *Cum Privilegio Regis.* | Post v. *Miscellanea* est scutum officinae. Verba *Pithoei, Parisiis*, *Sebastianum Cramoisy* et annus rubro picta sunt. Libri forma ea est, quam quartam appellamus. Signaturae adsunt, custodes in sola ultima quaternionum pagina. Constat 1) ex quattuor foliis non numeratis, in quorum primo frons libri est, in altero et in adversa tertii folii pagina epistola *Caroli Labbaei Iac. Augusto Thuano* scripta *Lutetiae Parisiorum XIII. Kal. April. CIϽIϽCIX.* Aversam folii tertii paginam et folium quartum complet *Catalogus Eorum Quae* | *In Hoc Volumine* | *Continentur* | ; 2) ex 839 paginis numeratis, in quibus inter alia, quae huc non pertinent, haec insunt: a) p. 73 — 117 *Mosaycarum et Romanarum Legum Collatio*; b) p. 117 *Modestinus Regularum Lib. III.* | *Sub titulo De Bonis Libertorum* | *et de Testamentis* | ; c) p. 117 *Const. CXXXIII.* | *De Usuris Supra Duplum* | *Non Computandis* | ; d) p. 118 *Const. CXXXIIII.* | *De Partiariis Solutionibus* etc. | ; e) p. 119 *De Alienatione Rerum Ec* | *clesiae Misiae Relictarum* etc. | ; f) p. 120—123 *de Consiliariis DN. Iu* | *liani Ant. Dictatum* | ; g) p. 124 sq. *Item Collectio Domini* | *Iuliani Antecessoris* | ; h) p. 125 — 196 *Petri Pithoei I. C. Notae* | *(ad Mosayc. Leg. Collat.)*; i) p. 197 — 276 *Imperatorum* | *Theodosii* | *Valentiniani* | *Maioriani* | *Anthemii* | *Novellae Constitutiones XLII.* | *Nunc primùm in lucem editae* | ; 3) ex quindecim foliis non numeratis, in quibus insunt a) *Index Rerum Et* | *Materiarum Quae In Hoc* | *Volumine Continentur* | et b) in ultima pagina *Summa Privilegii.* | *Henrici IV. Galliae et Navarrae Regis* | — *Lutetiae* | *Parisiorum* 12. *Ianuarii* 1609. | *Potier.* 192) Hugo p. 154 sq. Scribit enim Hoffmannus l. c. p. 485: „*Prodiit idem Novellarum corpus apud Henr. Stephanum Paris.* 1571. *et rursus ex editione P. Pithoei Paris.* 1609. 4. *qui XLII. constitutiones ineditas imprimi curavit.*“ Recte etiam Hugo l. c. p. 179: *Hoffmannus*

mum in lucem editae" fortasse inductus, hoc demum anno novellas illas XLII editas esse videtur suspicari. Cum accurate editae sint, asterisci, lacunae, notae eodem loco sunt, quo in prima editione. Solius typographi negligentia hic et illic differentia aliqua orta est; a quo vero proficiscatur mirabilis illa, sed fere constans scriptura *Pf. Pon.* pro *Pf. Po.* sive *Pf. Pō*, utrum a typotheta an a Labbaeo, qui epistolam ad Thuanum libro praemissam scripsit, incertum est.

Exemplum novellarum, quas Ritterus[193]) a Rittershusio Hanoviae MDCIX. editas esse nuntiat, neque Hoffmannus, Hugo, Hauboldus viderunt, neque ego unquam vidi; aut igitur Ritterus erravit aut liber mutato solo fronte iterum Francofurti anno MDCXV.[194]) in vulgus prodiit. Quicquid est*), Rittershusius novellas seorsum edidit et ab aliis iuris Anteiustiniani fontibus separatas. Cur eas ediderit, explicat in epistola ad Freherum. „*Hortabar*, inquit, — *auditores ac studiosos meos, ut quas dixi aliorum Principum Novellas — cum Iustinianis coniungerent — Sed animadverti, — exemplaria deesse. Quae enim in Galliis aut apud Allobroges sunt aliquando impressa, non ubi vis sunt obvia. Ea me res permovit atque impulit, ut in unum quasi corpus colligerem omnium Iustiniano anteriorum Principum Novellas, quas nosti* (Freher.) *partim coniunctas Codici Theodosiano*, (*quem Ioan. Sichardus primum, deinde auctiorem Iac. Cuiatius edidit*) *partim à Pet. Pithaeo V. Cl. seorsim quasi pro mantissa datas: à nemine vero adhuc, ut opinor, in unum collectas.*" Ex quibus verbis apparet, cum nec alteram Cuiacii editionem nec Lugdunensem, in quibus novellae in unum collectae erant, novisse, neque fraudulenter addidisse: *Novellae — Nunc Primo In Unum Corpus Collectae Et Iunctim editae.* Adhibuit igitur praeter Pithoeum aut Cuiacii primam aut Aurelianensem editionem. Aurelianensem vero eum adhibuisse, complures res demonstrant: duodecim illi tituli, qui Theodosii et Valentiniani novellas subsequuntur[195]), sed partim suppleti sunt ex Pithoeo; convenientia scripturae in locis, ubi Aurelianensis editio a Cuiaciana prima discrepat[196]); summae illae, quas Aurelianensis editor ex Aegidio et ex Lege Romana Burgundionum sumpsit[197]), Rittershusius retinuit; denique etiam titulorum ordo. Cum novellis igitur Theodosii et Valentiniani ab Aurelianensi libro petitis Rittershusius coniunxit eas, quas Pithoeus ediderat, inculcavit autem novellam Maioriani de Adulteriis eo, quo faciendum esse opinabatur loco, addiditque extremo libro Anthemii novellas. Eum usum esse Pithoei, non Lugdunensi libro, ipse aperte declarat cum in praefatione, tum brevibus notis, quas supra titulum Theodosii de Patrimonialibus et alterum Valentiniani de Postulando scripsit[198]). Neque vero ordinem Pithoeani libri observavit, potius titulos inter Theodosium et Valentinianum imperatores distribuit. Praeterea in margine notas ex Aurelianensi libro partim recepit, coniecturas et emendationes nonnunquam aut ipse proposuit, aut ex Sichardo et Pithoeo collegit, leges, quas Codicis Iustiniani conditores ex novellis hauserunt, hic et illic demonstravit, alios iuris et veterum scriptorum locos, quos ad illustrandas res facere crederet, nominavit, paucis etiam verbis interdum sententias novellarum enotavit aut explicavit, in contextu denique res, quas memorabiles

---

l. c. p. 355 *hanc operum Pithoei editionem Iosio Mercero tribuit, at in dedicatione ad Thuanum pro collectore se gerit Carolus Labbaeus.* 193) In Praef. T. VI. P. II. fol. II a. c. f. Codicis Theodosiani. Cf. Hugo l. c. p. 179. 194) Hugo l. c. p. 180 sqq. Frons libri haec est: *Novellae* | *Constitutio* | *nes Imperato* | *rum Iustiniano* | *Anteriorum,* | *Ut,* | *Theodosii,* | *Valentiniani,* | *Martiani,* | *Maioriani,* | *Severi,* | *Leonis et* | *Anthemii,* | *Nunc Primo In Unum Cor* | *pus Collectae et Iun* | *ctim editae:* | *Ex nova recensione et emendatione* | *Cunradi Rittershusii IC.* | *et Antecessoris Altorphini.* | *Cum eiusdem Notis.* | *Francofurti,* | *Apud Egenolphum Emmelium.* | *Anno. M. DC. XV.* Forma libri octava est. Custodes et signaturae adsunt. Constat liber 1) ex quattuor foliis non numeratis, quorum primum frons libri occupat, reliqua tria epistola Rittershusii scripta *Marquardo Frehero IC. El. Palatino Consiliario — Altorfii Mense Ianuario Anni M. DC. IX.*; 2) ex 264 paginis numeratis. Ibi novellae ita distributae sunt: 1—102 Theodosii Lib. I., 102—200 Valentiniani Lib. II.; 201—219 Martiani Lib. III.; 220—255 Maioriani Lib. IV.; 256—257 (potius 258) Severi Lib. V.; 258 (potius 259)—264 Anthemii Liber Legum. Hugo l. c. notat: „*Calamo lapsum putarem Amadutium, qui annum* 1651 *scripsit, neque me movet quod idem et Bachius l. l. p.* 558. *habeat licet hic formam quoque libri aliam, quartam nempe dicat — Secutus videtur Brunquellum l. l. p.* 163" (201). In editione Bachii, quam Stockmannus Lipsiae 1806 curavit, p. 559, not. *k* scriptum est „*Francof.* 1615. 8. *cum notis marginalibus.*" Utile est hoc l. dicere, me duo Bachii exempla habere, alterum editum *Sumtibus Salomonis Linkii CIƆIƆCCCVI*, alterum *Sumtibus Io. Ambr. Barthii* CIƆIƆCCCVII. Res ita se habet. Comparavit Barthius a Linkii heredibus librum, quem ut suum esse persuaderet emtoribus, frontem libri mutavit. Praeter illa vv. nulla est differentia. *) Mutatum esse frontem libri, probabile est propter Rittershusii epistolam, quae anno MDCIX. scripta est et proxima a titulo folia libri explet. Nam si comparamus illum annum cum anno MDCXV., quo in fronte libri novellae ab Rittershusio editae dicuntur, non perspicitur, cur liber integrum sexennium in scriniis bibliopolae latuerit, nec quid Rittershusium impedierit, quo minus mutaret epistolam inscriptam *Marq. Frehero*, qui anno MDCXIV. de vita decesserat. Accedit Ritteri diligentia in exponendis libris, quidquod cum Francofurtensi editione conveniunt, quae de Hanoviensi dixerit. Nihilosecius res dubia manet. Vid. not. 198. 195) Inter eos, qui Valentiniani novellas subsequuntur, sunt tres illi, quos Cuiacius in Observationibus ediderat. Quare non intelligo Hugonem, qui l. c. p. 182 negat, Novellas Theodosianas 50 et 51 in Parisiensi editione ann. 1586 additas apud Rittershusium inveniri. Potius ap. Rittershusium secundum seriem (nam numeri titulorum desunt) XVII. et XVIII. Novellarum Valentiniani titulum constituunt. Quia Rittersh. novellas illas ex Pithoeo supplevit, numerum tituli XVII. de Relevatis mutavit in XXXI. 196) Vid. not. 180. Nov. Maior. tit. III, not. *y*. 197) Vid. supr. not. 177—179. 198) Vid. Nov. Th. tit. XXVI. in f., not. *f* et tit. XXVII. in f., not. *u*. Videtur Pithoei altera editione usus esse, quacum nonnulla communia habet, v. g. *Pf. Pon.*; sed obstant praefationes, nam Rittersh. praefatio scripta est mense Ianuario anni MDCIX.; Labbaei praefatio XIII. Kal. April. eiusdem anni. Quomodo hae difficultates removendae sint, fateor me nescire. Vid. not. * post not. 194.

esse putaret, literis inclinatis distinxit. Quae si cogitate fecisset, recte in fronte libri scripsisset: *Ex nova recensione et emendatione.* Sed impudenter hoc affirmavit. Nam cum distribueret novellas, secutus est indices titulorum Theodosii atque Valentiniani, qui in Aurelianensem editionem ex Cuiaciana prima translati sunt, et quamquam ex subscriptionibus novellarum non solum indicis illius ordinem, verum etiam duodecim titulorum, qui Theodosianis et Valentinianis Breviarii novellis adiecti sunt, falsum esse perspicere poterat, tamen nihil correxit, unde factum est, ut omnes tituli, qui in Aurelianensi editione aut Theodosio aut Valentiniano errore tribuuntur, iisdem imperatoribus a Rittershusio quoque adscribantur [199]. Praeterea alii tituli numeros habent, alii non habent, qui vero habent, maximam partem falsos habent, aut Aurelianensis editionis, quatenus ibi numerati sunt, aut Pithoeanae, quamquam huius ordo eversus est. Notas autem, quas Rittershusius in margine adiecit, raro operae pretium est legere. Porro interpretationes novellarum Valentiniani de Manichaeis et de Sepulcri violator. eo, quo debent esse, loco non sunt; tum menda Aurelianensis editionis non modo non correcta, verum etiam aucta sunt, denique indices titulorum et commentarii omnino desiderantur. Quibus ex caussis tantum abest, ut Rittershusius aliquid profecerit, ut pessimam et nullius utilitatis editionem novellarum divulgaverit; nam quae hic et illic feliciter correxit, aut in margine proposuit corrigenda [200], non tanti sunt, ut propter ea sola commendanda videatur ista editio.

Novellas, quae Gothofredi Codici Theodosiano anno MDCLXV. adiectae sunt [201], non ex altera Cuiacii, sed ex Lugdunensi [202] editione depromptas esse, mihi persuasum est. Nam, ut mittam menda scripturae, multas res illa editio habet, quae cum Lugdunensi, neque vero cum Cuiacii libro conveniunt. Conveniunt cum illo tituli libri primi, cuius non amplius quam XLVIII sunt, conveniunt etiam sex illi tituli, qui novellis Valentiniani, quas Breviarium habet, additi sunt. Praeterea hic quoque trium novellarum, quas Cuiacius in Observationibus ediderat, duae bis positae sunt et secundo quidem loco cum rubricis *de Afris, Vandalis, Alanis* et *De siliquarum exactionibus*, pariter atque tertiae rubrica *De advocatis non perpetuandis* addita est; denique Valentiniani tituli XIV. et XV. iisdem lacunis deformati sunt. Neque refert, nonnulla mutata esse; sunt enim levia [203]. Constat, Marvillium, non Gothofredum ipsum, Codicem Theodosianum una cum commentariis edidisse; incertum est igitur, utrum a Gothofredo novellae Codici Theodosiano adiectae sint an a Marvillio. Res ita videtur. Gothofredus cum strueret opus suum, inter alios libros Lugdunensi quoque usus nonnullos novellarum losos mutavit et notis instruxit. Quod cum vidisset Marvillius, novellas una cum Gothofredi Codice Theodosiano putavit edendas esse. Gothofredus ipse edendarum novellarum consilium nunquam cepit, etsi eas in commentario Codicis Theodosiani saepe commemorat interpretaturque, nonnunquam etiam emendat. Si cepisset, non dubito, quin ad eundem ordinem eas revocasset, quem proposuerat in VIII. prolegomenum capite, ubi novellas in editionibus male dispositas esse queritur, aut, ut in Codicis Theodosiani constitutionibus fecerat, singulis novellis annum, quo datae sive propositae essent, addidisset et commentarios indicesque subiunxisset. Quamquam igitur novellas a Marvillio Codici Theodosiano adiectas esse verisimile est [204], tamen ubicunque hanc editionem nominavi, siglum Go. (Gothofredi) retinui. Nam praeterquam, quod cum Gothofredi Codice Theodosiano coniunctae sunt, non multum interest, uter nominetur, cum de laude Marvillii nihil detrahatur. Novi enim ad Lugdunensem editionem nihil accessit, neque haec correcta sive emendata, potius multis mendis deformata est, in rubris quoque paginarum omnium imperatorum novellae *Leges Novellae Theodosii A.* falso appellantur. Recte autem deest *index titulorum Valentiniani, qui desiderantur.*

Novellas, quas cum Petri et Francisci Pithoei Observationibus ad Codicem et Novellas Iustiniani anno M. DC. LXXXIX. *Franciscus Desmarés* coniunxit [205], non ex prima Petri Pithoei, sed ex altera editione

---

199) Vid. not. 149—151. Solum titulum *de Honoratis*, quem Aurelianensis editio habet, omisit, Pithoeum secutus, Theodosii titulum de Invasoribus bis posuit et novellas eius disiunxit (p. 45 et 79). 200) Veluti Nov. Th. tit. IV. Ne duciani, not. *b* et §. 2, not. *h*; Nov. Val. tit. VI. de Tironibus nov. 3, not. *k*; tit. VII. de Palatinis nov. 3, not. *x*; tit. XXII. de Sepulcri viol. §. 1, not. *c*; Nov. Martiani tit. I. pr., not. *n*, §. 5, not. *r*; Nov. Maior. tit. VII, §. 12, not. *n*. Ceterum notarum, quibus diversae scripturae aut emendationes in m. proponuntur, maior numerus est in Theodosii et in Martiani, quam in reliquorum imperatorum novellis. 201) Vid. Praefationem Codicis Theodosiani p. XVII, not. 102, n. 3, γ. 202) Errore Boecking, Inst. T. I, p. 54, not. 41 Rittershusii editionem in utramque Gothofredianam transiisse scribit. 203) V. g. index titulorum, qui novellas Valentiniani in Lugdunensi editione subsequitur, omissus est; contra in inscriptione nov. un. tit. XV. Nov. Valent. (tit. XXXV. de Suar.) addita est v. *Italiae*. Has res mutatas esse puto a Gothofredo ipso, in exemplo Lugdunensi, quod possedit. 204) Hoc iam vidit Ritterus in epistola Tom. VI. part. (II.) alt. Codicis Theodosiani praemissa. Hugo l. c. p. 190. 205) *Petri et Francisci | Pithoei | Iurisconsultorum | Observationes | Ad | Codicem Et Novellas | Iustiniani Imperatoris | Per Iulianum Translatas. | Accedit | Legum Romanarum Et Mosaïcarum | Collatio Notis Illustrata. | Ex Bibliotheca Illustrissimi D. D. Claudii Le Peletier Regni Administri, | Regii Aerarii Praefecti, Et Supremi Galliarum Senatus Praesidis Infulati. | Cura Francisci Desmarés, Domini de Palis, Et De Luyéres | in Curia Patroni, et Facultatis Iurium in Universitate Parisiensi Doctoris Honorarii.* | (Sequitur scutum typographiae regiae.) *Parisiis, | E Typographia Regia. | M. DC. LXXXIX.* Libri forma maxima. Chartae splendor et typorum nitor summus. Signaturae et custodes in ultima plagularum pagina adsunt. Constat liber 1) ex octo foliis non numeratis, quae continent, praeter titulum libri a) Claudii le Peletier epistolam ad Hieronymum Bignon; b) epistolam Francisci Desmarés ad Lectorem; c) de Petro et Francisco Pithoeo testimonia clarissimorum virorum; d) Petri Pithoei tumulum; e) Francisci Pithoei tumulum; f) Indicem eorum, quae in

promptas esse, demonstrant errores typographici, qui in utroque libro iidem sunt, paucis exceptis. Nihilosecius nonnulla aliter a Francisco Desmaresio ordinata sunt. Notas enim ex ultimo loco, ubi post novellas erant, transtulit in marginem novellarum, quas spectant, indicem vero ex primo in ultimum paene totius libri locum, inter medios Iuliani indices, ubi maximam partem eius folii explent, quod inter ea, quae numeros non habent, quartum inde a fine libri est [206]). Vitiis hic quoque splendidissimus liber depravatur; neque debebant signa omitti, quae in prioribus Pithoei editionibus lacunas indicarunt.

Novellarum editiones, quas hactenus commemoravi, omnes commentariis carent; iis Ritterus [207]) suam primus instruxit. Librum ita composuit. Novellas deprompsit ex altera Cuiacii editione; cum ea reliquas editiones contulit; sed collatas esse Aegidianam atque Aurelianensem nego. Eas enim Ritterus tacitas reliquit cum in praefatione partis alterius tomi sexti, ubi editionum habitum atque conditionem exposuit, tum in extrema novella Maioriani de Sanctimonialibus, cuius summam, quam ex Aegidio Aurelianensis editor receperat, in solis Rittershusii et Gothofredi editionibus esse dixit. Libris manu scriptis, quos in Codice Theodosiano adhibuit, addidit Ottobonianum, quatenus eum ex Brencmanni epistola cognoverat *). His copiis et aliis antiquarum literarum monumentis instructus commentarios conscripsit. Neque negari potest, Ritterum in interpretandis emendandisque novellis multum profecisse. Commentarii enim, etsi ubertate ingenii et doctrinae cum Gothofredi opere comparari nequeunt, tamen magni habendi sunt. Saepe feliciter versatus est in exponendis rebus, quae ad historiam novellarum aut ad vitam conditionemque magistratuum, quibus inscriptae sunt, spectant. Multos etiam locos, inscriptionum potissimum et subscriptionum, quos ex codicibus corrigere non poterat, acute et nonnunquam convenienter cum Ottoboniano codice emendavit [208]), tum leges Codicis Iustiniani ex novellis exscriptas notavit, et interdum veram scripturam restituit, denique quae lex Theodosii, quae Valentiniani esset, in commentariis non solum explanavit, verum etiam in inscriptionibus literis maioribus significavit. Sed quamquam egregie de novellis promeruit, tamen non omnino promeruit. Plus promeruisset, si titulorum libri I. ordinem, quem ipse in praefatione increpuerat, restituisset ac suam cuique imperatori, Theodosio et Valentiniano, novellam addixisset. Nonnunquam quoque asteriscos omisit, quibus Cuiacius et Pithoeus perspicuitatis caussa lacunas indicaverant, praeterea chronologiam novellarum, quam in altera Cuiacii editione falsam esse perspexerat, non modo non emendavit, sed ne addidit quidem, etsi res parvi laboris atque ambitus erat; et quod ad commentarios attinet, debebat criticas res ex codicibus et editionibus comparatas a commentariis, ut in Theodosiano Codice factum erat, seiungere, alia omittere, quae iam Gothofredus in Codice Theodosiano diligenter explanaverat, alia addere, quae *nota, pervagata et in libris plerisque iuris obvia*, studio igitur a se praetermissa dicit. Ceterum Breviarii novellis uberiores quam reliquis subiunxit commentarios.

Italica [209]) Ritteri editio in novellis quoque cum Lipsiensi, si menda excipiuntur, omnino congruit.

Novellas, quas Adamus *Volsiniensis* doctis proponere in animo habuerat, Ritterus autem a viro inter Italos doctissimo secum communicatum iri nuntiaverat *), ex codice Ottoboniano primus divulgavit Antonius Zirardinus, Faventiae, anno MDCCLXVI [210]). Qui quantum fructum attulerit ad veterem iurisprudentiam cogno-

---

hoc volumine continentur; 2) ex 746 paginis numeratis, in quibus haec insunt: a) pag. 1—401 P. et Fr. Pithoei commentaria ad Iustiniani imperatoris Codicem (p. 402 vacua est); b) p. 403—696 (quarum vero p. 403—417 non numeratae sunt) Iuliani epitome novellarum ex P. Pithoei editione, Basileae 1576, petita, nisi quod hic duae Iustiniani leges adiectae sunt; c) p. 697—746 *Imperatorum* | *Theodosii,* | *Valentiniani,* | *Maioriani,* | *Anthemii* | *Novellae Constitutiones XLII.* | ; 3) ex sedecim foliis non numeratis, quae complectuntur indices capitulorum Iuliani; authenticarum constitutionum Codicis; capitum novellarum, quae in iure pontificio referuntur ex Iuliani — interpretatione; novellarum Theodosii etc.; *Scrimgerianae Et Huius Editionis* | *in Novellarum Constitutionum Ordine* | *Convenientiam*; indicem verborum obscurorum Iuliani; 4) ex appendice, quae 70 paginis numeratis (sed priores septem numeros non habent) Mosaycarum et Romanarum Legum Collationem una cum Modestini fragmento, tribus fero non numeratis, quae subsequuntur, indicem Collationis continet. Cf. Hugo l. c. p. 192 sqq., ubi vero errore typographi dicitur: „*primum a pag.* 679 *ordiuntur Imperatorum — Novellae.*“
206) Verba in illis editionibus a Pithoeo notis praefixa: *Lectori* et *Quasdam — interpretentur* (vid. supr. not. 156) discrevit Desmarés interque epistolam Pithoei ad Cuiacium et primam Theodosii novellam posuit. 207) Cf. Praefatio Codicis Theodosiani pag. XVIII, not. 112. Hugo l. c. p. 207. *) Sed vid. supr. p. VII, not. 47. 208) Inter alia vid. tit. II. Novell. Maioriani. 209) Vid. Praefationem Codicis Theodosiani p. XX. sq., not. 118, n. *d.* Nonnunquam, casu videtur, correctum est. Vid. Nov. Val. tit. XXII. de Sepulcris inscript., ubi recte em. est *II. Pf. P.* *) Vid. infr. not. 229. 210) In fronte libri haec sunt: *Imperatorum* | *Theodosii Iunioris* | *Et Valentiniani III.* | *Novellae Leges* | *Caeteris anteiustinianeis, quae in Lipsiensi* | *anni* 1745, *vel in anterioribus edi* | *tionibus vulgatae sunt, addendae.* | *Ex Ottoboniano Ms. Codice edit,* | *Commentario illustrat, ex eo-* | *demque Codice alia profert* | *Antonius Zirardinus* | *Ravennas Iureconsultus.* | (Sequitur scutum officinae.) *Faventiae MDCCLXVI.* | *Excudebat Iosephus Antonius Archius.* | *Superioribus Annuentibus.* | Libri forma octava est. Signaturae literis romanis expressae adsunt et plerumque custodes. Partes libri hae sunt: 1) XXVIII paginae, quae numeros romanos ferunt, praeter primum folium; a) primum folium explet frons libri; b) pag. III—XIV. epistola Antonii Zirardini scripta *Nobilissimis Viris* | *Iulio Ravenn. Ecclesiae Canonico* | *Camillo Ac Polydoro* | *A Cornu Fratribus* | *Patriciis Rav.* | Dies quo scripta sit, deest; c) p. XV—XXVI. epistola Zirardini scripta *Lectori Humanissimo — Ravennae Id. Iun. MDCCLXVI.*; d) p. XXVII. et XXVIII. *Index Capitum* | *Quae in Commentario* | *continentur*; e) p. XXVIII. *Vidit* | *Pro illustrissimo et Reverendissimo D. D. Antonio* | *Cantoni Episcopo Faventino Caietanus Muzza-* | *relli Societatis Iesu* | ; f) *Die* 6. *Martii* 1765. | *Imprimatur.* | *F. Vincentius Maria Alisani Vicarius Generalis* | *Sancti Officii Faventiae*; | 2) totidem paginae numeris romanis signatae, in quibus insunt a) pag. I—XIX. quattuor novellae integrae et duae decurtatae ex codice Ottoboniano primum divulgatae cum Zirardini annotationibus; b) p. XX—XXVIII. *Indices Titulorum Novellarum Theodosii,* |

scendam, constat inter omnes antiqui iuris studiosos. Eum vero primum, qui esset titulorum Theodosii, Valentiniani et Maioriani ordo, demonstrasse, indicibus eorum ex codice Ottoboniano vel compositis [211]) vel descriptis, nemo adhuc dixit. Neque vero in his rebus solis substitit. Notas novellis et indicibus adspersit, historiam et conditionem codicis Ottoboniani narravit eiusque scripturam in tabula pinxit, consilium editionis explicavit, commentarios adiecit, quibus, postquam de veteris iuris libris disseruit, inprimis de Breviario Alarici et de Lege Romana Burgundionum, novellas illas a se divulgatas rara doctrina et subtili acumine interpretatus est, multosque novellarum et aliorum veterum scriptorum vel Codicis Iustiniani locos corruptos supplevit emendavitque; indices denique locupletissimos addidit. Qui si ab eo tempore, quo codicem a Ruggerio accepit, in hunc laborem incubuisset, non dubium est, quin librum omni laude dignum confecisset. At vero codicem accurate legere neglexit*), usque dum a Ruggerio interpellaretur, ut eum Romam remitteret, et vel postea aliis libris, quos moliebatur, et adversa valetudine impeditus, rem diu distulit et diutius fortasse distulisset, nisi nuntiatum esset, codicem Ottobonianum Romae divulgatum iri. Quare properavit opus et ita quidem properavit, ut non solum novellas, quas divulgavit, indiligenter describeret, verum etiam reliquarum diversas scripturas praetermitteret. Neque in commentarios eam, quam debebat, industriam impendere poterat; multa in eos congessit, quae superflua sunt, alia bis ter repetiit, complura vero magis properanter coacervavit, quam digessit, quid quod multa raptim *et plurima nondum castigata* ad typographum a se missa esse ipse fassus est [212]). Denique etiam, ubi novellae editae sunt, numeri romani paginarum falsi sunt. Differunt enim ab iis, qui in commentariis hic et illic nominantur, iidem autem sunt, quos priores praefationis plagulae habent*).

Palmam Zirardino, non tempore quidem, sed operis multiplici praestantia praeripuisse Amadutium [213]),

---

Valentiniani, et Maioriani AAA | *secundum ordinem, quo in Ot* | *toboniano Codice digesti sunt* | cum annotationibus Zirardini; 3) paginae 551, numeris, qui arabici dicuntur, signatae. Insunt a) p. 1—527 Zirardini commentarii per X capita distributi; b) p. 529 (528 vacat) *Index* | *Scriptorum, vel veterum monumentorum, quae in* | *Opere hoc emendantur, aut supplentur*; c) p. 530 *Index* | *Virorum Illustrium, de quibus* | *in hoc Opere agitur* | ; d) p. 531—545 *Index* | *Rerum quae in Commentario continentur* | ; e) p. 546—548 *Corrigenda, vel suis locis inserenda* | ; f) p. 549 sq. Epistola, quam de Amadutii editione, quam audiverat parari, scripsit *Hieronymus Ferrius* | *Antonio Zirardino* | — | *Faventiae XIV. Kal. Quintiles* | *MDCCLXVI.*; g) p. 551 *Errata Correcta* | . Accurate exposui partes libri, qui in Germania rarus est. Cf. Hugo l. c. p. 209 sqq. 211) Nempe indicem titulorum novellarum Theodosii composuit. Pag. 415 „*Talis enim*, inquit, *Index hodie ibi deest, ex* | *ciso folio, in quo ille tantum non totus contine* | *batur, initiumque eius tantum seu primus eius* | *dumtaxat Titulus, vel Rubrica superest in folio* | *praecedente. Eum igitur quem dedimus, Titulo* || pag. 416 || *rum talium Indicem ex Titulis ipsis seu Rubricis,* | *quas Novellis ipsis in Theodosii talium Novella* | *rum Libro Ottobonianus Codex praefixas exhibet,* | *nos confecimus.*" Cf. etiam Zir. p. 40 sq. *) Zir. l. c. p. XVIII. sq. et supr. p. VII. 212) In Epistola ad Lectorem p. XXI. *) Cf. Zir. Novellarum p. I, not. *a*, VI, not. *b*, VII, not. *f*, XVI, not. *a*, XVIII, not. *a*, XX, not. *b*. Videntur novellae absolutis demum commentariis impressae esse. 213) *Leges Novellae V. Anecdotae* | *Imperatorum* | *Theodosii Iunioris* | *Et* | *Valentiniani III.* | *Cum Ceterarum Etiam Novellarum Editarum Titulis* | *Et Variis Lectionibus* | *Ex Vetustissimo Cod. MS. Ottoboniano Depromptis* | *Quibus accedunt aliae Valentiniani III. Constitutiones iam editae* | *Quae In Cod. Theod. Desiderantur* | *Ac Tandem* | *Lex Romana Seu Responsum Papiani* | *Titulis Anecdotis Variisque Lectionibus* | *Auctum Ad Fidem Praefati Codicis* | *Et Alterius Sueco-Vaticani* | *Opera Et Studio* | *Iohannis Christophori Amadutii* | *Qui Praefationem Et Adnotationes Adiecit.* | (Post haec excusi sunt duo nummi, quorum alter Theodosii iun. alter Valentiniani III. effigiem repraesentat.) *Romae MDCCLXVII.* | *Aere Venantii Monaldinii Bibliopolae.* | *Typis Zempelianis.* | *Praesidum Facultate* |. Verba *Leges — Anecdotae, Theodosii Iunioris, Valentiniani III., Ex — Depromptis, Quae — Desiderantur, Lex — Papiani, Et — Vaticani, Iohannis — Amadutii, Romae MDCCLXVII, Praesidum Facultate* rubro colore expressa sunt. Forma libri maxima est et typorum nitida, charta splendida. Custodes et signaturae adsunt. Hugo l. c. p. 213 sq. Barkow l. c. p. X. sqq. et XXVIII. Constat liber ex 1) CII paginis, quae romanos, et ex 324 paginis, quae numeros arabicos habent. In illis insunt: a) pag. I—VIII. Epistola Amadutii scripta *Iohanni Carolo* | *Boschio* | *S. R. E. Cardinali Eminentissimo* | *Amplissimoque* | *Et Maiori Poenitentiario* | ; b) p. IX—LXXVI. *Praefatio*; c) p. LXXVII—XCV. *Iohannis Christophori Amadutii* | *Commentarius* | *In Vitam Cl. Viri* | *Constantini Ruggerii*; d) p. XCVI. *Censorum Aloysii Guiduccii in Romana Curia Advocati* et *Caroli Simonis Neronii Iurisconsulti Adprobationes dat. VIII.* et *XVI. Kal. Decembr. MDCCLXVII.*; e) p. XCVII. *Imprimatur D. Patriarch. Antioch. Vicesgerentis* et *Fr. Thom. Augustini Ricchinii Ordinis Praedicatorum Sacri Palatii Apostolici Magistri*; f) p. XCVIII. *Monitum*; g) p. XCIX. *Errata*; h) p. C—CII. *Series* | *Seu* | *Conspectus* | *Eorum, quae in hoc Opere continentur.* Proximum folium numeros in ora paginarum non habet, sed hunc titulum Novellarum: *Leges Novellae Quinque Anecdotae* | *Ex Vetustissimo MS. Ottoboniano Depromptae* | *Quarum Tres Priores* | *Ad Imp. Theodosium Iun.* | *Duae Vero Posteriores* | *Ad Valentinianum III.* | *Pertinent* | *Quibus accedit Clausula anecdota alterius Novellae* | *Valentinianeae.* In paginis, quae numeros arabicos habent, haec insunt: a) pag. 1—64 Novellae anecdotae (vid. infr. not. 229); b) p. 65—111 (sed p. 65 et 66 non numeratae sunt) *Indices* | *Titulorum Novellarum* | *Theodosii Iunioris* | *Valentiniani III.* | *Et* | *Maioriani Imppp.* | *Ad Fidem* | *Vetustissimi MSS. Ottoboniani* | *Additis insuper variis lectionibus ex eodem Mss. depromptis,* | *quibus editae Novellae restituuntur, et emendantur* | ; c) p. 112—114 *Auctarium* | *Variarum Lectionum* | *Aliquot* | *In Nonnulla Loca Institutionum Caii* | *Ad Fidem* | *Vetustissimi MSS. Ottoboniani* | ; d) p. 115—130 (sed pag. 115 et 116 numeros non ferunt) *Constitutiones* | *Valentiniani III. Imp.* | *Iam Ab Aliis Antea Editae,* | *Quae* | *In Codice Theodosiano Desiderantur,* | *Quaeque in eius Supplementum nunc recuduntur,* | *atque adnotationibus illustrantur* | (cf. Marini, *I Papiri Diplomatici. Romae* 1805. fol. n. LXXIII, p. 108 sq. et p. 245 sqq. Spangenberg, Iuris Romani Tabulae Negotiorum Sollemnium — Superstites. Lipsiae 1822. 8. n. LXXIII. p. 365—372); e) p. 131—295 (sed pag. 131 et 132 numeros non habent) *Lex Romana,* | *Seu* | *Responsum Papiani* | *Theoderici* | *Francorum Regis* | *Iussu Editum,* | *Ad Fidem* | *Vetustissimi MSS. Ottoboniani* | *Nunc Recusum,* | *Atque ex eo Titulis anecdotis, tum et accuratioribus Lectionibus* |

perillustris Hugo scribit[214]), quae laus etsi non omnes, tamen multos habet in se numeros veritatis. Id enim egit Amadutius, ut quae nova codex Ottobonianus haberet, quantum typis aereis fieri posset, quasi repraesentaret. Quare apographum, quod ipse fecerat, accurate cum Ottoboniano codice conferri curavit a Callistio Marinio *Pisaurensi*, ut non tantum singulae voces et literae, sed etiam sigla, orthographia et amanuensis sphalmata omnino convenirent. Neque vero in eo substitit; novellas enim, quas descripserat, codicem imitatus rotundis literis in superiore paginarum parte expressit, et cum intelligeret, fore, ut hoc modo rudes et incorrectae essent, quicquid earum in singulis paginis descriptum erat, ibidem ad nostram scribendi rationem literis inclinatis, quibus a superioribus versibus distingueretur, reduxit et annotationibus explanavit. Summa igitur fide rem gessit Amadutius, neque vero propter eam solam laudandus est; nam scite in praefatione de codicis Ottoboniani ambitu, indole et natura disputavit, quae fata habuerit quique eo usi sint, enarravit, res, quae historiam novellarum et vitam eorum, qui commemorantur, illustrarent, congessit notitiamque provinciarum addidit, nonnunquam locos corruptos feliciter emendavit, indices denique cum libri sui, tum titulorum novellarum, quas codex habet, suo quosque loco apposuit et rationem, qua librum suum composuisset, declaravit. Reliquis, quae habet, quominus eandem laudem tribuam, haec maxime me impediunt. Primum enim in praefatione, ubi de fontibus iuris, inprimis de novellis loquitur, saepe erravit, deinde tantum abest, ut quae male scripta essent, emendarit, ut multa intacta reliquerit; porro annotationes rebus, quae nihil facerent ad interpretandas corrigendasque novellas, oneravit, tum Codicis Iustiniani leges ex novellis depromptas, si quidem eas nominavit, non ex ipso Codice, sed ex Rittero protulit, praeterea *Commonitorium*, quod dicitur, *pro homine quodam in Siciliam misso ad componendos reditus* etc.*) falso pro Valentiniani III. constitutionibus habuit, quibus Codex Theodosianus supplendus esset, postremo, quod longe gravissimum est, editas novellas cum Ottoboniano codice ita negligenter contulit, ut diversas scripturas maximam partem ne commemoraret quidem, nedum exponeret. Quibus ex caussis eum de historia et indole codicis, de anecdotis novellis indicibusque titulorum multum promeruisse concedo, nego de editis. Quid utilitatis Legi Romanae Burgundionum attulerit, Barkow explanavit, verum hanc quoque cum editis libris saepe falso collatam esse affirmo.

In Conciliorum Collectione, quam Labat divulgavit, novellas aliquas leges reperiri, dixi in praefatione Codicis Theodosiani[215]); omnes descripsit ex Gothofredi exemplo, sed hic et illic emendavit[216]).

Qua ratione, quibus subsidiis Beckius novellarum editionem instituerit, ex iis apparet, quae de Theodosiano eius Codice dixi[217]). Ad subsidia, quae ibi habuit, accesserunt Seldeni scripta, Rittershusius, Pithoei tertia sive Regia Parisiensis editio[218]), Amadutii liber, quibus instructus id perfecit, ut non solum novellas a Zirardino et ab Amadutio divulgatas cum reliquis coniungeret et multos locos, Ottoboniani inprimis codicis ope emendaret, verum etiam primus novellas Theodosii et Valentiniani recte discerneret paucisque exceptis ad suum ordinem revocaret, tabulis etiam synopticis suae editionis dispositionem cum prioribus editionibus, Sichardi, Cuiacii prima atque altera, Ritteri et cum codice Ottoboniano compararet. Quare, quamquam totius libri ratio impediret, quominus uberior diversae scripturae copia proferretur, tamen omnium editionum optima est et profecto emendatissima esset, si Amadutius codicis Ottoboniani scripturas cunctas exhibuisset, quas cum exhibere neglexisset, veras Beckius aliis in locis restituere non potuit, in aliis mutavit[219]). At vero ordinem titulorum, quem in codice Ottoboniano invenerat et rectum esse perspexerat, sine necessitate nonnunquam evertit[220]), quater quoque novellas ab Amadutio[221]), bis a Zirardino[222]) primum editas esse affirmavit, praeterea Pithoeum emendasse interdum dixit, quae neutiquam ab eo emendata sunt, denique omnes diversorum imperatorum novellas contra Codicis Ottoboniani auctoritatem continuo numeravit. Quod asteriscos, ubi lacunae sunt, maximam partem omisit[223]) et novellarum libros numeris distinxit, fecit id prioribus editionibus inductus; communi similiter errore

---

auctum, quibus etiam variae Lectiones aliquae ex altero | Mss. Suevo-Vaticano, adnotationesque accesserunt | ; f) p. 296 nihil continet; g) p. 297—308 *Index | Auctorum, Et Virorum Illustrium | Qui In Hoc Volumine Laudantur, Et Notantur* | ; h) p. 309—322 *Index Alter | Rerum Memorabilium | Quae in hoc Volumine continentur* | ; i) p. 323 (quae falsum numerum 321 fert) *Auctarium* sive Constitutio Imperatorum Gratiani, Valentiniani III. et Theodosii I. ad Eleutherium ann. 381, primum edita in libro *Le sacre grotte Vaticane*. 1635. p. 21, hic accurate videtur descripta ex lapide, nuper repetita in libro: *Antiquitatis Romanae Monumenta Legalia Extra Libros Iuris Sparsa — Esui Expeditiori Accommodavit* — Haubold. *Berolini* 1830. 8. p. 294 sq. 214) l. c. p. 213. *) Haubold, Inst. iur. Rom. lit. Tom. I, p. 256 et Spangenberg, Tabulae negot. sollemn. p. 365 sqq. 215) p. XXII, not. 128. Descripsit Nov. Th. tit. III. de Iudaeis; Nov. Val. tit. XVI. de Episcop. ordin.; tit. XXXIV. de Episcopali iudicio; Nov. Mart. tit. V. de Testam. cleric.; Nov. Maior. tit. VI de Sanctimon.; tit. XI. de Episcopali iudicio. Reliquos scriptores, qui hanc vel illam novellam solam habent, omisi. Vid. v. g. tit. XVI. Nov. Val. 216) Inter alia cf. Nov. Maior. tit. VI, not. *c*, *h*. 217) Praefatio Codicis Theodosiani p. XXI, not. 120 sqq. 218) Vid. supr. p. XXIII. Ea usum esse Be. neque vero prima aut altera, patet ex literis: „*in m.*“, quibus notas Pithoei repetit. In nonnullis novellis inspexit etiam Mansii et Ballerinorum collectiones. 219) Inter al. vid. Nov. Th. tit. X. de Postulando nov. 1 in f., not. *r*. 220) Suo loco movit Novv. Th. tit. III. de Iudaeis, tit. VII. de Amota milit. f. pr., tit. XXV. de Metatis, Novv. Valent. tit. II. de Postulando, qui in tres titulos discerptus est, quorum duo idem rubrum habent; tit. XIV. de Pretio Solidi; Novv. Maior. tit. II. de Indulg. reliq. et titulos, quorum rubra tantum supersunt, quibus mutatis sequentium quoque titulorum numeri falsi sint, necesse est. 221) Vid. Be. p. 1242, not. *t*, p. 1249, not. *c*, p. 1255, not. *e*. 222) Vid. Be. p. 1282 sq., not. *b*—*h*. 223) Nonnunquam punctis, si quid deest, demonstratur. Cf. Be. p. 1283, 1355, 1392.

in fronte libri novellas partim *epitomatas* appellat; nam delectum quidem novellarum Visigothi habuerunt, neque vero novellas in compendium contraxerunt, praeter novellam Maioriani de Episcopali iudicio.

Disputavi in superioribus de singularum editionum habitu*). Iam classes faciendae sunt. Solius Breviarii novellae inveniuntur apud Aegidium atque Sichardum, et apud illum quidem in compendium redactae, auctae vero sex Maioriani titulorum rubris, hic integrae cum interpretatione. Integrae etiam cum interpretatione, sed coniunctae cum legibus titulisque Codicis Theodosiani et aliis iuris libris, quos Breviarium non habet, insunt in his editionibus: binis Cuiacianis, Aurelianensi, Lugdunensi, Gothofredi, Ritteri, Labati, denique Beckii, modo quod a Beckio interpretatio abest, ut mittam Amadutium, qui eodem libro Legem Romanam comprehendit. Novellas solas et sine interpretatione quidem, neque vero cunctas divulgaverunt P. Pithoeus, Cuiacius in Observationum libro XVI., c. XXII. et XXIII., Zirardinus et Amadutius, solas novellas et omnes, quae tunc temporis innotuerant, collegit Rittershusius et interpretationem Visigothorum retinuit. Commentariis denique novellas instruxerunt Ritterus, Zirardinus, Amadutius, criticis notis neque vero commentariis Sichardus, Cuiacius, quem Aurelianensis sive Lugdunensis editor secutus est, Pithoeus, Rittershusius, Beckius. Haec quasi ad externam formam novellarum in editionibus spectant, habita vero internae indolis ratione interest aliquid inter novellas Breviarii et reliquas. Breviarii novellas pariter atque Cuiacii prima, ita Lugdunensis etiam, Aurelianensis, Rittershusii, Gothofredi editiones ad Sichardi librum potissimum exhibuerunt; quod ad reliquas attinet, novellas a Cuiacio Lugduni divulgatas repetierunt praeter Aurelianensem sive Lugdunensem editorem Rittershusius, Gothofredus, Ritterus, sed interdum emendarunt ex Pithoei potissimum editione; Pithoei vero novellas recepit et cum ceteris coniunxit Cuiacius anno MDLXXXVI., quem secuti sunt Lugdunensis editor, Rittershusius, Gothofredus, Ritterus, sed Gothofredus Lugdunensi editione usus, Rittershusius Aurelianensi et Pithoei altera. Manifestum est igitur, omnes editiones, quae post Pithoeum, sed ante Zirardinum divulgatae sunt, Pithoeo niti. Sed quae modo dixi, de Theodosii et Valentiniani potissimum, neque vero de Maioriani novellis accipienda sunt; nam Maioriani novellae, quas Breviarium habet, et Sichardus vulgavit, eaedem sunt in editione Cuiacii prima, Aurelianensi, Lugdunensi, Rittershusii, Gothofredi, quas Cuiacius primum edidit, in Aurelianensi, Lugdunensi, Rittershusii, Gothofredi editione; omnes vero in altera demum Cuiacii et Ritteri editione hic et illic mutatae sunt, excepta de Adulteriis novella, quae ubique cum Pithoei libro convenit. Denique vero Beckius sine ullo novellarum discrimine ex omnibus editionibus, inprimis ex Amadutio, quod optimum esse putaret, hausit atque restituit. Ordo novellarum qui sit in diversis editionibus, infra demum explicari potest.

Cum libri manu scripti, quos editores adhibuerunt, manci sint, alii aliis modo uberiores, modo breviores, editiones quoque diversae amplitudinis sunt, et cum novellae primum ex Breviario Alarici prodierint, iis autem paullatim aliae ex aliis codicibus accesserint, non inutile est exponere, quomodo hoc evenerit*). Et Aegidius quidem XXXI titulos, sed in compendium redactos ex Breviario divulgavit et praeter eos sex novellarum Maioriani rubra[224]), unius vero summam. Illorum verba et interpretationem primus Sichardus edidit, verum cum titulum de Theodosiani Codicis Auctoritate ante hunc Codicem posuit, de titulis Theodosii unum diminuit, habet igitur Theodosii X titulos pro XI, totius vero Breviarii XXX pro XXXI, quibus XXXII[225]) novellae continentur. Cuiacius anno MDLXVI. titulum de Theodosiani Codicis Auctoritate ad novellas revocavit, Breviarii igitur titulos XXXI habet aut novellas XXXIII; eas auxit sedecim titulis totidemque novellis, et cum XXXIV titulorum sive XXXIII — nam unus, de Honoratis, delendus est — indices accesserint, LXXX titulorum rubra illo tempore innotuerunt, novellae vero non amplius XLIX[226]). Titulos illos Pithoeus edidit una cum XLIII novellis[227]), quo facto XCII novellae divulgatae erant, inter quas una ex duarum novellarum fragmentis constitit[228]). Paullo post tres novellas Cuiacius in Observationibus in vulgus emisit et in altera editione per tres titulos distribuit, novellisque Theodosii subiunxit. Fuerunt igitur ad illud tempus LXXXIII tituli et XCV novellae. Mansit hic numerus, usque dum Zirardinus sex novellas, quattuor integras, duas mancas

---

*) Nonnulla habet Zirardinus l. c. p. 26. 224) *Nov. Th.* tit. I, II, III, IX, XI, XIII, XIV, XV, XVI, XX, XXII, undecim igitur titulos; *Nov. Valent.* tit. XIII, XVII, XIX, XX, XXII, XXIV, I, XXVI, XXX, XXXI, XXXII, XXXIV, duodecim igitur titulos; *Nov. Martiani* tit. I — V.; *Nov. Maioriani* tit. VII, XI, duo igitur titulos et rubra titulorum I — VI.; *Nov. Severi* tit. I. 225) Nov. Th. tit. XXII. de Bonis decur. duae sunt novellae; totidem Nov. Val. tit. XX. de Testam.; reliquorum una tantum novella est. 226) *Theodosii* novellas auxit Nov. Th. tit. XII., Nov. Val. tit. VIII. nov. 2, Nov. Val. tit. XVI., Nov. Th. tit. XXIV — XXVI.; *Valentiniani* novellas Nov. Val. tit. XXV, XXVII, XXXV.; novellas *Maioriani* tit. I — VI.; novellas Severi tit. II. Nominati sunt in indice titulorum *Theodosii* Novv. Theodosii tit. V — VIII, X, XVIII., Nov. Valent. tit. IX, X, XII, XVIII, XIV, XV, XXIII., Novv. Th. tit. XIX, XXI, XXIII.; in indice titulorum *Valentiniani* Nov. Valent. tit. II, XXIX, XXVIII, XXXIII, III — VII., Novv. Th. tit. IV, XVII., Nov. Valent. tit. XI (bis), XXI., praeterea Nov. Maior. tit. IX. et Anthemii tit. I — III. Innotuerunt igitur *Nov. Theodosii* tituli XXXIII, *Valentiniani* XXVIII, *Martiani* V, *Maioriani* IX, *Severi* II, *Anthemii* III. 227) Edidit igitur Petrus Pithoeus *Nov. Theod.* tit. V. nov. 1 — 3; tit. VI.; tit. VII. nov. 1 — 4; tit. VIII.; tit. X. (sed utramque huius tit. novellam in unam conflatam); tit. XVIII.; *Nov. Valent.* tit. VIII. nov. 1; tit. IX, X, XII, XVIII, XIV, XV, XXIII.; *Nov. Theod.* tit. XIX, XXI, XXIII.; *Nov. Val.* tit. II. nov. 2, XXIX, XXVIII, XXXIII, III — V, VI. nov. 1 — 3; VII, 1 — 3; *Nov. Theod.* tit. IV, XVII. nov. 1; *Nov. Valent.* tit. XI, XXI.; *Nov. Maior.* tit. IX.; *Nov. Anthemii* tit. I — III. Deductae sunt sex illae novellae, quas tantum supplevit. Vid. supr. not. 159. 228) Vid. not. antec.

una cum trium novellarum Maioriani rubricis ex Ottoboniano codice eruit[229]). Supersunt igitur LXXXVI tituli et C novellae[230]), cum una ex duobus eiusdem legis fragmentis composita sit. Et numerus quidem ille omnino cum Beckii, qui XCIX novellas habet, computatione conveniret, aut cum mea, nisi Beckius titulum et novellam de Theodosiani Codicis Auctoritate praeposuisset Codici Theodosiano et tres illos Maioriani titulos in notas abiecisset, ego vero nonnullas, quae per diversos titulos solent distribui, novellas in unum contraxissem[231]), et Maximi unum titulum addidissem. Adhuc igitur deesse novellas, ex iis, quae modo dixi, apparet, nimirum Maximi unam vel plures, Maioriani tres[232]) et praeter eas Valentiniani primam tituli II. de Postulando. Neque dubito, quin leges, quas Lex Romana Burgundionum[233]) et interpretatio c. 1 Cod. Greg. Si adversus venditiones (II, 3) memorant, aut fragmenta, quae ex rei agrariae scriptoribus notis Nov. Theod. titulorum XVII. et XXIII. subiunxi, in novellarum aliquo libro fuerint, quid quod multo plures, quam supersunt, novellas constitutiones a Theodosio, Martiano, Leone datas esse infra demonstrabo[234]).

Quae hactenus dixi, ordinem novellarum in libris manu scriptis et in editionibus dissimilem esse ostendunt. Explicanda est igitur caussa dissimilitudinis et demonstrandus vetus ordo, quod priusquam fieri potest, necesse est exponatur de confirmatione novellarum, et de ratione, qua in imperio Romano collectae sint.

Iam vero ante Codicis Theodosiani confectionem utriusque imperii principes invicem leges inter se communicare solebant[235]). Morem quasi in legem mutavit Theodosius II. c. 5 C. Th. de Constitutionibus princ. (I, 1), data VI. Kal. April. CCCCXXIX.[236]), quae si integra esset, multas dubitationes tolleret, quibus impedita est[237]). Ea nisus Theodosius Codicem suum Valentiniano III. anno CCCCXXXVIII. transmisit una cum constitutione de Theodosiani Codicis auctoritate, qua legem illam mutatis verbis iteravit[238]). Recepit Codicem confirmavitque in partibus Occidentis Valentinianus, et ut scirent omnes, cur ita egisset, constitutionem quintam Gestis Senatus Urbis Romae de Recipiendo Codice Theodosiano interponi passus est, ubi haec consulis Anicii Acilii Glabrionis Fausti verba antecedunt: „*hanc quoque orbi suo dominus noster Theodosius adiicere voluit dignitatem, ut in unum collectis legum praeceptionibus, sequenda per orbem sedecim librorum compendio — constitui iuberet. Quam rem aeternus princeps, dominus noster Valentinianus, devotione socii, affectu filii comprobavit.*“ Eandem legem videtur Theodosius intellexisse in novella de Confirmatione Legum Novellarum Theodosii A., dat. Kal. Oct. anni CCCCXLVII., qua leges suas post Codicem Theodosianum latas *ad scientiam* Valentiniani *perferri*[239]) curavit, utramque Valentinianus, cum III. Non. Mai. ann. CCCCXLVIII. novellas leges Theodosii in Occidente confirmaret[240]). Alias aut posteriores leges, quibus constitutiones ex altero imperio in alterum transmissae sint, non inveni. Sunt quidem, qui credant titulum II. novellarum Anthemii de eadem

229) Revera Zirardinus tres tantum novellas integras edidit, Nov. Th. tit. XV, nov. 2, tit. XVII, nov. 2, Nov. Val. tit. I, nov. 1; unum titulum supplevit; vid. Nov. Theod. tit. X, nov. 1, §. 5, not. *p*; mancas edid. Nov. Val. tit. I, nov. 2 et tit. II, nov. 4. 230) Mancae sunt quattuor: ultima Theodosiana, Nov. Val. tit. I, nov. 2, tit. II, nov. 4, Nov. Maior. tit. XI. Novellae speciem prae se fert etiam Valentiniani const. ad Constitutionarios. 231) Vid. Nov. Valent. tit. II, not. sup. 232) Martiani s. Maioriani aliquam novellam deesse, nonnulli opinati sunt propter interpr. Nov. Val. tit. XXXIV. de Episc. iud., sed vid. ibi not. *. 233) Tit. XXXI. in f.: „*Intra annum criminalem quaestionem et proponi debere et finiri secundum legem Novellam.*“ 234) Infra de Collectionibus novellarum loquar. 235) Egregie de hac re disputavit *G. F. Puchta*, Cursus der Institutionen. Lipsiae 1841. 8. T. I. p. 654 sqq. 236) *In futurum, si quid promulgari placuerit, ita in coniunctissimi parte alia valebit imperii, ut non fide dubia, nec privata assertione nitatur; sed ex qua parte fuerit constitutum, cum sacris transmittatur affatibus, in alterius quoque recipiendum scriniis, et cum edictorum solennitate vulgandum: missum enim suscipi et indubitanter obtinere conveniet, emendandi vel revocandi potestate nostrae clementiae reservata. Declarari autem invicem oportebit, nec admittenda aliter*, etc. Mutua pactione hoc constitutum esse, Puchta l. c. p. 654 dicit (*vereinigten sich beide Regierungen dahin*). Eius pactionis nullum est vestigium. Omnes leges, quibus de hac re constituitur, Theodosii sunt, Valentiniani nulla. Potius Theodosius alloquitur Valentinianum, quasi imperaret ei, qui ut in aliis rebus, in hac quoque obsequium praestitit Theodosio. Vid. quae ex Gestis supra recitavimus: *Hanc — iuberet*, not. 238 et not. 240: *Theodosius — repetitis constitutionibus caverat.* 237) Non integram esse, indicat illud *et cetera*, quo c. terminatur. 238) §. 5 c. de Theodosiani Codicis auctoritate: *His adiicimus, nullam constitutionem in posterum velut latam in partibus Occidentis, aliove in loco ab invictissimo principe, filio nostrae clementiae, perpetuo Augusto, Valentiniano posse proferri, vel vim legis aliquam obtinere, nisi hoc idem divina pragmatica nostris mentibus intimetur.* §. 6. *Quod observari necesse est in his etiam, quae per Orientem nobis auctoribus promulgantur.* 239) „*Quodsi quid iuris ab altero notrûm postea* (post Theodosianum Codicem) *conderetur, ita demum in alterius quoque principis regno vires proprias obtineret, quod generatim constitutum esset, si divinis prosequentibus scriptis ad alterum principem fuisset emissum. Quia igitur, diversis emergentibus caussis, per hoc transacti temporis intervallum ferri leges alias emergentium rerum necessitas persuasit, quae, nobis perpetua rerum publicarum occupatione districtis, ad scientiam perferri tuae maiestatis minime potuerunt, necessarium duximus, has nunc saltem universas tuae serenitati cum nostrae maiestatis subnotatione transmittere, quo subiectis et provinciis et populis solenniter innotescant, earumque vis etiam in occiduis partibus incipiat observari. Ac lites, quas inchoatas quidem, necdum tamen finitas eo tempore, quo publicantur, invenerint, secundum earum tenorem volumus terminari: illas autem, quae iam vel sententiis definitivis vel transactionibus decisae sunt, minime resuscitari.*“ 240) In Nov. Val. tit. XXV. de Confirmatione Legum Novellarum D. Theodosii: „*Theodosius, clementiae meae pater, leges a se post Codicem nominis sui latas nuper ad nos, sicut repetitis constitutionibus caverat, prosequente sacra praeceptione direxit — Magnificentia tua, nostrorum quoque apicum tenorem secuta, perferri eas in notitiam omnium cum supradicta venerabili iussione simul missa — tam suis quam provincialium iudicum decernet edictis, ut, sicuti uterque orbis individuis ordinationibus regitur, iisdem quoque

re agere. Verum pro verbo *Legum*, quod in rubro tituli illius editiones habent, reponendum est *Legis*, quapropter sententia illa per se corruit [241]). Sermo est enim de una sola lege, quam Leo imperator *ad consultationem* Anthemii transmiserat, Anthemius tertio titulo promulgavit. Sponte Leonem leges suas Anthemio transmisisse, ut in Occidente confirmarentur, nullo loco dicitur. Solius igitur Theodosii leges ibi confirmatas esse certum est.

Ex iis, quae modo exposui et ex ipsis legibus contuli, tria potissimum deducuntur: primum *emendandi vel revocandi potestatem* alterius imperii principi *reservatam* esse [242]), deinde non ultra Valentinianum, qui anno CCCCLV. de vita decessit, imperatores solitos esse leges suas inter se communicare, denique nullam esse legem, qua Valentiniani eiusque successorum novellae constitutiones in Orientem missae aut ibi confirmatae sint. Et illam quidem revocandi potestatem videtur Valentinianus ita interpretatus esse, ut leges, quas improbaret, non sineret promulgari, nam quamquam Theodosius se leges suas *universas* [243]) transmisisse scripsit, tamen multae reperiuntur in Iustiniani Codice, quae in novellarum libris manuscriptis desunt, et vel Martiani novellarum legum, quibus Codicis illius compositores crebro usi sunt, non plures quam quinque integrae ad nos pervenerunt [244]). Neque post Valentinianum imperatores de altero imperio in alterum leges transmisisse, perspicitur ex Martiani et ex Leonis Novellis. Martiani enim novellarum recentissima X. Kal. Mai. ann. CCCCLV. data est; Leonis autem leges ex solo Codice Iustiniani innotuerunt, praeter unam, quae fortuito servata est inter Anthemii novellas.

Et haec iterum illustrant ea, quae tertio loco de transmissione vel confirmatione legum dixi, cum si annus ille recte se habet, eiusmodi legem de Valentiniani tantum neque vero de successorum eius novellis constitutionibus latam esse credibile sit. Quapropter aut Valentinianus omisit leges suas Theodosio mittere, aut Theodosius eas confirmare. Illud verum esse nego, cum propter arctam necessitudinem, qua Valentinianus et Theodosius coniungebantur, tum propter verba Theodosii, qui tarditatem officii non excusasset [245]), si Valentinianus suum officium deseruisset. Eas igitur a Theodosio reiectas esse puto; certe non esse confirmatas, nec auctoritatem habuisse in Oriente, ex Codice Iustiniani cognoscitur, qui nullam legem post Codicem Theodosianum in Occidente latam habet, sed solius Orientis constitutiones [246]).

Iam inquirendum est de libris, quibus novellae collectae sint. Nam eas collectas esse, non solum Theodosius declarat in novella de Confirmatione Legum Theodosii A., qua universas suas leges *cum maiestatis suae subnotatione* Valentiniano transmisit [247]), verum etiam Iustinianus in Constitutione „Haec quae necessario de Novo Codice Faciendo", ubi §. 2 de *codicibus* loquitur, *in quibus novellae constitutiones receptae sunt* [248]);

---

legibus temperetur." 241) Vid. Nov. Anthemii tit. II, not. *a*, tit. III, §. 1 in f., not. *z*. 242) Vid. not. 236. 243) Vid. not. 239. 244) XLII leges Theodosii per Codicem Iustinianeum dispersae ex novellis, quas habemus, depromptae sunt, nimirum Cod. Iust. I, 9, 19, I, 5, 7, I, 7, 5 ex Nov. Theod. tit. III; Cod. Iust. XI, 61, 13 ex Nov. Theod. tit. V, nov. 2; Cod. Iust. XI, 9, 5 et VI, 62, 5 ex Nov. Theod. tit. VI; Cod. Iust. III, 25, 1 ex Nov. Theod. tit. VII, nov. 1; Cod. Iust. III, 23, 2 ex eiusd. tit. nov. 2; Cod. Iust. XII, 55, 5 mut. et 3, VII, 62, 33 mut. ex eiusd. tit. nov. 4; Cod. Iust. I, 2, 10 et XI, 3, 2 (gem.) ex Nov. Theod. tit. VIII; Cod. Iust. I, 14, 5 et IV, 65, 30 ex Nov. Theod. tit. IX; Cod. Iust. II, 7, 6 ex Nov. Theod. tit. X; Cod. Iust. VI, 58, 10, VI, 56, 6 et VIII, 15, 6 ex Nov. Theod. tit. XI; Cod. Iust. V, 17, 8 ex Nov. Theod. tit. XII; Cod. Iust. VII, 42, 1 ex Nov. Theod. tit. XIII; Cod. Iust. V, 9, 5, VI, 61, 3 et I, 14, 6 ex Nov. Theod. tit. XIV; Cod. Iust. VI, 23, 21, VII, 2, 14 mut., V, 28, 8 ex Nov. Theod. tit. XVI; Cod. Iust. X, 12, 2 ex Nov. Theod. tit. XVII, nov. 2; Cod. Iust. XI, 65, 7 ex Nov. Theod. tit. XIX; Cod. Iust. VII, 41, 3 ex Nov. Theod. tit. XX; Cod. Iust. I, 31, 3 et XII, 30, 1 mut. (gemin.) ex Nov. Theod. tit. XXI; Cod. Iust. V, 27, 3 mut. ex Nov. Theod. tit. XXII; Cod. Iust. X, 34, 2, V, 27, 3, X, 35, 1 ex eiusd. tit. nov. 2; Cod. Iust. I, 46, 4, XI, 59, 3 et I, 31, 4 ex Nov. Theod. tit. XXIV; Cod. Iust. XII, 41, 9 ex Nov. Theod. tit. XXV; Cod. Iust. X, 28, 1 et XI, 58, 17 ex Nov. Theod. tit. XXVI. Ex Martiani novellis depromptae sunt quinque leges: Cod. Iust. VII, 51, 4 ex Nov. Mart. tit. I; Cod. Iust. XI, 69, 5 ex Nov. Mart. tit. III; Cod. Iust. I, 14, 9 et V, 5, 7 ex Nov. Mart. tit. IV. et Cod. Iust. I, 2, 13 ex Nov. Mart. tit. V.; in universum igitur XLVII leges Codicis Iustiniani ex Novellis Theodosii et Martiani emanant, nam V, 27, 3 bis numerata est, cum ex duabus eiusdem tituli novellis hausta sit. Sed praeter has et eas, quae geminatae sunt, Theodosii XLII aliae leges post Codicem Theodosianum datae inveniuntur in Codice Iust. et duae in Rei Agrariae scriptoribus, quae a novellarum libris absunt, Martiani autem XX, denique LXXVIII Leonis, qui anno CCCCLXXIV. supremum diem obiit. Vid. Tab. I. Memorabile est, paucas vel in ipso Codice Iust. inveniri leges, quas Theodosius post annum CCCCXLVII. dederit; maximam partem leges eius ante annum CCCCXLV. datae sunt. 245) Vid. not. 239. 246) Hoc iam dixi in Dissert. mea de Sirmondi Constitutionibus p. 19, not. *uu*. Nimirum in Iustiniani Codice circiter CCCXX leges supersunt post Codicem Theodosianum et ante Iustinianum datae. CLXXXVII usque ad annum CCCCLXXIV. datae sunt, post quem utriusque imperii coniunctio sublata est. Earum XLVII descriptas esse ex XXV Theodosii et Martiani novellis, exposui not. 244. Reliquas CXL leges cognitas habemus ex solo Codice Iustin. (vid. Tab. I.), neque inter eas aliae leges inveniuntur, quam quae a Theodosio, Martiano et Leone datae sunt; ab his autem datas esse, cognoscitur ex magistratibus et ex locis, qui in inscriptionibus et subscriptionibus commemorantur. Contra novellis Valentiniani, Maioriani, Severi, Anthemii superstitibus Codicis Iust. compositores nusquam usi sunt, neque in illo Codice ullum est vestigium legum, quas Occidentis imperatores dederint. Dubitari quidem potest de nonnullis legibus, quarum inscriptiones aut subscriptiones mutilae et imperfectae sunt, veluti I, 14, 8, 10; XII, 51, 22; at vero, cum reliquae omnes in Oriente datae sint, has quoque ibi datas esse verisimile est. Ceterum annumeratis epistolis, quas in libris iuris ecclesiastici et in conciliorum collectionibus inveni, legum post Codicem Theodosianum et ante eversionem imperii Occident. promulgatarum supersunt circiter CCXXX, earum vero, quae post Codicem Theodosianum et ante Iustinianum datae sunt, circiter CCCLXX. — Non inutile est addere, quod mihi aliquando clar. Witte literis nuntiavit, Russardum inprimis Codice Theodosiano et Novellis ad emendandum Iustiniani Codicem usum esse. Cf. etiam doctiss. Herrmann, Praef. Cod. Iust. p. V. 247) Vid. not. 239. 248) Etiam

quid quod leges in scriniis, ubi recipiendae erant[249]), colligi et ordinari debebant, cum aliter aptus earum usus fieri non potuisset. Loquuntur autem illi imperatores de codicibus eorum cura compositis, qui iussi erant leges in sacro laterculo deponere, colligere et in sacrarum constitutionum volumina transscribere. Loquuntur igitur de publicis codicibus, alii enim auctoritatem non habebant[250]). Codicum Orientis, in quibus novellae constitutiones ante Iustinianum publice receptae sint, nullum vidi vestigium nisi in Codice Iustiniani et in Actis Conciliorum[251]), cum Theodosii et Martiani novellae constitutiones, quas infra edam, ex libris in Occidente neque vero in Oriente scriptis innotuerint. Iam si materiam codicum spectamus, videntur illi Orientis tantum novellas constitutiones usque ad annum DXXVIII. comprehendisse. Abesse enim a Codice Iustiniani novellas constitutiones in Occidente latas, supra demonstravi, neque vero abessent, si quidem eas compositores Codicis Iustiniani in codicibus, quibus usi sunt, invenissent. Abfuerunt ab illis codicibus, quia imperatores Orientis Valentiniani novellas non confirmaverant, reliquas non acceperant. Ignorasse Codicis Iustiniani compositores novellas Valentiniani, quia seorsum in alio codice fuissent, incredibile est, nam iuris peritia pollebant. Certius natura et indoles codicum definiri potest, qui novellas in Occidente publice collectas complectebantur. Ipsi quidem perierunt, at vero cognoscuntur Breviarii ope, quocum omnes novellarum libri manuscripti cohaerent. Visigothi enim regio iussu egerunt, eos igitur publicis, non privatis codicibus usos esse probabile est, et consilium, quod in Theodosiano Codice ceperant, inprimis ordinem, quem invenerant, tenuisse. Complectebantur autem illi codices Theodosii II., Valentiniani III., Maximi, Martiani, Maioriani, Severi et Anthemii novellas. Hi enim principes soli in Breviario eiusque indicibus nominantur[252]), quamquam Maximi et Anthemii novellae Breviario postea, ex eodem videtur fonte, adiectae sunt. Leonis igitur, Aviti et Glycerii leges abfuerunt. Leo enim novellas suas

---

§. 1 const. „Summa reipublicae tuitio" de Iustinianeo Codice Confirmando loquitur de multitudine constitutionum tribus veteribus codicibus *adiectarum* (*sed cum sit necessarium multitudinem constitutionum, tam in tribus veteribus codicibus relatarum, quam post earum confectionem posterioribus temporibus adiectarum, ad brevitatem reducendo, caliginem earum — penitus exstirpare*), quae res videtur *C. A. de Winckler* movisse, ut *Theodosium Codice suo absoluto Novellarum suarum ac Valentiniani constitutionum syntagma adiecisse* scriberet in Animadv. VII. iuris antiqui „Analect. ad Aemil. Lud. Hombergk zu Vach de Collectione Novellarum a Iustiniano facta diatr." sive XII Observ. iuris antiqui. Lipsiae 1788. 4. p. VII (in Opusc. Min. Vol. I. Dresdae et Lipsiae 1792. 8. p. 416). 249) Cf. not. 236: *in alterius quoque recipiendum scriniis.* Relatas esse in regesta diversorum scriniorum dicit §. 6 Const. de Theod. Cod. Auct. et in *adnotationibus* principum c. 3 C. Th. de Off. pr. praet. (I, 5). Habebantur etiam apud militum sancta principia. Cf. §. 6 cit. De sacris scriniis, ubi legum codices asservabantur, cf. Ritter ad §. 3 Const. de Theod. Cod. Auct., not. z. 250) Usus legum publice colligendarum et in constitutionum libros transscribendarum probatur compluribus Iustiniani iuris locis, v. g. a) Const. de Emend. Codicis §. 4: *hoc etenim nemini dubium est, quod si quid in posterum melius inveniatur, et ad constitutionem necessario sit redigendum, hoc a nobis et constituatur et in aliam congregationem referatur, quae novellarum nomine constitutionum significetur.* Nov. XVII. pr. *Ex libris antiquis* (cf. G. E. Heimbach, Anecd. T. I. Lips. 1838. 4. p. 52. C. E. Zachariae, Anecd. Lips. 1843. 4. p. LIII. et 26), *qui iura Romani nominis continebant, non ignorat tua sublimitas, quanta de mandatis principum legum latores in suo quisque volumine conscripserunt — eadem mandata et in libris legum transscribi et in sacro laterculo deponi praecipiet.* Nov. XXIV, c. 6: *itaque et eiusmodi sacra mandata in sacro laterculo reponi iussimus — hanc sane legem sacrarum nostrarum constitutionum lectio omnibus ostendet* (*nam et hanc inter eas scribi iussimus*). Nov. XXV, cap. 6. *sed etiam ex iussionibus imperialibus, quae mandata principis veteres imperatores et legislatores vocarunt, quae scripta in sacro nostro laterculo deponi iussimus* — (Epilog.) *Hanc itaque legem nos quidem sacrarum nostrarum constitutionum libro* (βιβλίῳ) *inseri iussimus.* Nov. XXVI, cap. 5, §. 1: *Hanc vero legem liber legum* (τὸ τῶν νόμων βιβλίον) *continebit.* Cf. F. A. Biener, Geschichte der Novellen Iustinians. Berlin 1824. 8. p. 38 sqq. Edicta praefectorum antiquitus collecta ex Marciano potissimum cod. edidit Zachariae l. c. p. 227 — 278, quorum ed. XVIII. *De archiis in provinciis et ab actis* et ed. XXXII. *ut gestis omnia instrumenta inserantur*, inprimis digna sunt, quae commemorentur. Augeri possunt illa edicta ex conciliorum libris. De legum ecclesiasticarum codd. cf. Biener l. c. p. 40. Fuerintne in codicibus novellarum legum publicis epistolae illae imperatorum, quae in Actis et libris conciliorum reperiuntur, non omnino definire possum; sed multas earum, quae supersunt, ex gestis Conciliorum sumptas esse puto; saepe enim commemorantur *actorum sequentia*, monumenta synodorum, saepe quoque ii, qui a secretis sacri consistorii fuerunt, *ex eadem scheda* recitaverunt. At vero memorabiles sunt illi loci, ubi *Constantinus devotissimus a secretis sacri consistorii* dicitur *sacras literas ex codice synodo recitasse.* Cf. Epist. Theodosii ad Dioscorum Alexandriae episcopum — Dat. VIII. Kal. April. Constant. Zenone et Postumiano Coss. (448) aliaque epistola ad eundem ann. 451. Item *devotissimus Veronicianus a secretis sacri consistorii ex ipso codice* ann. 451 recitavit sacras literas Martiani directas Proclo, viro spectabili Proconsuli Asiae (Act. Conc. II, 77), eodemque anno *ex eodem codice* literas scriptas Dioscoro, rever. episc. Alexandriae, et Iuvenali, episc. Hierosol. (Act. Conc. II, 80) et sacrum commonitorium datum Elpidio, viro spectabili Comiti sacri consistorii eodemque tenore scriptum Eulogio, viro spectabili Tribuno et notario (Act. Conc. II, 76). Similiter ann. 451 sacrae literae scriptae synodo Ephesin. de sanctae memoriae Flaviano, quae superius continentur, perlectae sunt *ex codice.* Itaque in conciliis literae imperatorum ex codicibus recitatae sunt; fuerunt igitur codices, in quibus collectae essent, quosque, cum adhiberentur a summis viris, qui iussu principis conciliis interessent sive praeessent, publicos fuisse puto. Neque dubito, quin non solas leges ad rem ecclesiae spectantes continuerint, verum etiam alias, cum et inter ipsas novellas hoc genus leges reperiantur. Neque obstant huic sententiae acta conciliorum, in quibus servatae sunt. Recitatae sunt ex codicibus illis, tum transscriptae in acta et gesta conciliorum, his servatae. — Non inutile est h. l. commemorare, esse in bibliotheca Carpentoratensi Peirescii librum aliquem manuscriptum (II. Vol. 1, 2), qui catalogos codicum contineat, ibique in catalogo Bibliothecae Mss. Constantinopolitanae nominari „No. 116 Novellas omnium imperatorum." 251) Cf. not. antec. in f. 252) De cod. Vatic. Reg. Sueciae MXXIII. et Reg. Par. MMMMCCCCXII. vid. Nov. Maximi de Summo siliq., not. sup. et de

non misit in Occidentem, Avitus senatui et populo Romano invisus regno, quod Theodorici, Visigothorum regis, auxilio usurpaverat, post paucos menses se abdicavit et a senatu morte mulctatus est; Glycerius autem obscurae originis ac tyrannus potius quam imperator fuit, quare nec edictum eius ex canonum codice Vaticano Reginae Sueciae MDCCCCXCVII. a fratribus Balleriniis editum in codicibus illis fuisse arbitror [253]). Ab Olybrio quoque, Iulio Nepote et Romulo Augustulo novas leges latas esse, Zirardinus opinatur; verum omnes illi principes breve et quasi precarium imperium gesserunt, itaque facile accidere potuit, ut nullam omnino legem promulgarent [254]).

Praeterea ordo novellarum definiri potest; nam ut in Breviario quinque deinceps imperatorum, Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Severi leges sequuntur, ita imperatores in codicibus illis positos fuisse puto, et ut observata titulorum novellarumque serie chronologica delectus novellarum in Breviario factus est [255]), ita videntur eadem serie novellae leges ordinatae fuisse [256]). Denique etiam aetas certa est, qua novellae constitutiones in codices illos publicos congestae sunt; incidit enim intra annum CCCCXXXVIII. et annum CCCCLXXII., quo Anthemius diem supremum obiit. Paullo post eversum est imperium Occidentis, et quamquam fortasse accidit, ut privati homines romanorum imperatorum leges colligerent, tamen post eversum imperium publice eas collectas esse nego. An nomen commune codices illi habuerint, nescio. *Corpus* quidem *Novellarum* nominatur in tit. II. Legis Romanae Burgundionum [257]), cuius auctor amplo quodam novellarum libro, neque vero Breviario usus est [258]); dubito autem, hoc nomen ex codicibus ipsis deprompserit, an ipse finxerit.

Constat inter omnes, Visigothos delectum novellarum habuisse. Postea aliae ab hominibus ignotis Breviario adiectae sunt, in regione aliqua a Burgundionibus olim subacta et in Gallia. In illa idem iste Breviarii codex auctus est, unde Ottobonianus originem ducit. Regionem demonstrat Lex Romana Burgundionum, quae non solum addita, verum etiam novellis praefixa est, magni igitur aestimabatur ab eo, qui legem addidit, quapropter Breviarium illud auctum esse puto, cum Lex Romana Burgundionum adhuc valuit, paullo post igitur, quam Breviarium promulgatum est [259]). Videtur autem, qui Breviarium auxit, codicem in duas partes divisisse, quarum alteri Theodosianum Codicem tribuit, alteri, praeter Legem Romanam Burgundionum, Novellas et reliquas Breviarii partes, ita tamen ut ad novellas alium librum adhiberet quam Breviarium, omitteret igitur interpretationem, perinde atque in codice Regio Parisiensi MMMMCCCCVI., qui Breviarium continet, liber XVI. Codicis Theodosiani restitutus est. Adhibuisse autem codicem aliquem, qui complecteretur novellas publice collectas, ex convenientia Ottoboniani codicis cum Breviario apparet [*]), apparet etiam ex Breviarii libris antiquitus in Gallia aucti, ubi complures novellarum tituli eodem ordine atque in Ottoboniano codice inter se cohaerent. Quare omnes illi libri ex codicibus originem ducant necesse est, qui et in Burgundia et in Gallia auctoritatem habuerunt, novellas igitur publice collectas continuerunt [260]). Cum is, qui in Burgundia Breviarium auxit, amplum novellarum corpus reposuerit, non modo Theodosii, Valentiniani, Maioriani leges novellas videtur adiecisse, verum etiam Martiani, Maximi, Severi, Anthemii. Utrum autem omnes, quas invenisset in libro suo, novellas substituerit, an delectum earum habuerit, non liquet, quamquam admirationem movent novellae illae leges Valentiniani, quae in Pithoei libro et apud rei agrariae scriptores sunt, desunt in Ottoboniano codice [261]). Quicquid est, eum paucos titulos omisisse puto. Omnes enim Theodosii et Valentiniani titulos, quos Ottobonianus codex habet, habet etiam Pithoei codex, Fuldensis et Seldeni. Mox codex, aut si periit apographum eius, ex quo Ottobonianus liber ductus est, multorum foliorum iacturam fecit. Periisse enim non solum Martiani, Severi, Anthemii novellas, verum etiam alia folia, ex iis, quae supra de Ottoboniano codice dixi, apparet, neque dubito,

---

Fuldensi cod. supr. p. X. 253) Corrigendum est, quod infra p. 265, not. sup. v. 6 a. f. dixi: *locus enim Novellas Maximi a libris Novellarum, quos Visigothi adhibuerunt, abfuisse*, et repon. *locus — Maximi ab antiquissimis libris Legis Romanae Visigothorum abfuisse.* 254) l. c. p. 30. Cf. Amad. l. c. p. XXXIX. In L. Rom. Burg. tit. XXV. Novellam Maioriani tit. IX. significari, neque vero legem deperditam, dixi ad eandem Nov. 255) Nam libros legum perlegebant et leges, quas nollent recipere, signo notabant. Tum reliquas, quibus nullum signum appositum erat, librarii conscripserunt. Ceterum ita constanter seriem chronologicam Visigothi secuti sunt, ut eam vel inter Theodosii et Valentiniani novellas observarent, nam ultima novella Theodosii, quam Breviarium habet, anno 443 data est, prima Valentiniani anno 444. Solam novellam de Confirm. Leg. Nov. Theod. A. una cum Nov. de Theodosiani Cod. Auct. eodem loco retinuerunt, ubi eam invenerant. Vid. not. * sq. 256) Non obstat tit. Valentiniani de Indulq. reliq. Vid. p. 122, not. sup. 257) Cum in L. R. B. etiam Martiani et Maioriani Novellae excerptae sint, mirum est, in tit. II. de Homicidio solum *Corpus Novellarum Theodosii et Valentiniani* nominari, quasi reliquae appendicis tantum loco fuerint. 258) Barkovius quidem praef. p. XLVIII. nonnullos locos ex interpretatione Novellarum haustos esse putat; equidem vero nego, nam quattuor loci prompti sunt ex Novella ipsa, reliquorum duorum aut trium fons incertus est. Quare del. in not. N. Th. tit. XI. de Tutor. et Nov. Val. tit. XXXIV. de Episc. iud. vv. *ad interpr. s. de interpr. cf. L. R. B.* 259) Certe ante saeculum X., quo codex Ottobonianus scriptus est. *) Nov. Val. tit. XII.; tit. XXIII. (in Ott. cod. Nov. Val. tit. XIII.), tit. XXIV. (in Ott. cod. tit. XV., deest enim in Pith. coll. hoc loco tit. Breviarii de Fructibus, qui in Ott. Nov. Val. tit. XIV. est), tit. XXV. (deest in Ott. cod.; sequuntur autem duo tituli Breviarii de Manichaeis et de Homicidiis, qui in Ott. cod. Nov. Val. tit. XVI. et XVII. sunt); tit. XXVI. (Ott. cod. Nov. Val. tit. XVIII.). 260) Vid. not. 257 et infr. p. XXXII. Etiam locus, quem Nov. de Confirm. Leg. Nov. Theod. A. una cum Novella de Theodosiani Codicis Auct. cum in Breviario tum in Codice Ottoboniano habet, hos libros ex publicis Novellarum codicibus originem ducere demonstrat. Mos enim erat in fronte librorum publica auctoritate scriptorum legem ponere, qua confirmabantur. Eadem caussa movisse videtur Visigothos, ut novellam illam de loco suo non depellerent. 261) Vid. sup. p. V.

quin laciniae, ex quibus Cuiacius tres novellas in Observationibus edidit, ad Breviarii, quod in Burgundia auctum erat, librum aliquem manuscriptum pertinuerint [262]).

Supra in Gallia quoque Breviarium auctum esse dixi; id a diversis hominibus factum esse arbitror. Primum enim nescio quis Theodosii novellis XXXVIII titulos, qui XLVIII novellas Theodosii et Valentiniani comprehendebant, subiunxit, una cum titulo Maioriani de Adulteriis et tribus Anthemii [263]). Eum usum esse eodem codice sive apographo eius, ex quo Ottobonianus originem trahit, videtur ex titulis illis apparere, quorum ordo cum Ottoboniano codice convenit [264]), etsi hic et illic turbata sit series chronologica [265]). Fateor, me olim prima specie inductum esse, ut hanc sententiam pro vera haberem. Nunc aliter sentio cum propter tres illos titulos novellarum Valentiniani, quos in codicibus Pithoei et Fuldensi adesse dixi *), sed deesse, et sine lacunae quidem signo, in Ottoboniano codice, tum propter titulos nonnullos, veluti de Principibus ag. in rebus et de Naviculariis, qui in hoc codice converso, in illis recto ordine subsequuntur [266]), quare eum, qui Breviarium novellis Theodosii et Valentiniani in Gallia auxit, alio, sed eiusdem generis, quam Ottobonianus est, codice usum esse credo. Neque vero continuo, sed vicissim, prout res incidit, ex Theodosii et Valentiniani libris novellas addidit; proxime enim a Breviario septem titulos (XII — XVIII) cum duodecim Theodosii novellis posuit, deinde novem (XIX — XXVII) cum decem novellis Valentiniani; tum sex titulos (XXVIII — XXXIII) cum totidem novellis Theodosii, porro et praefixis quidem verbis *Divi Valentiniani* XII titulos (XXXIV — XLV) cum sedecim novellis Valentiniani, denique duo titulos (XLVI et XLVII) cum duabus Theodosii et duo titulos (XLVIII et XLIX) cum totidem Valentiniani novellis. Ordinem igitur titulorum, paucis exceptis, turbavit, contra novellarum servavit, si quando plures idem titulus continuit. Cum ignoretur, ubi sit codex, ex cuius apographo Petrus Pithoeus novellas illas edidit, neque de tempore, quo adiectae sint, constat; sed videntur intra sextum et nonum saeculum additae esse, quia Fuldensis codex nono saeculo scriptus est. Ibi enim reperitur eadem titulorum Theodosii, Valentiniani et Maioriani series, quae in Pithoeani codicis apographo Parisiensi, neque quicquam mutatum est, praeterquam quod duo tituli accesserunt, alter Severi, alter Maximi, et Anthemii tituli ad ultimum locum revocati sunt [267]). Accedit, quod Reginoni, qui saepe Breviario utitur, ex simili codice novella Maioriani de Adulteriis innotuit, quam solam habet Pithoeanus codex. Eiusdem ordinis, quem codex Fuldensis habet, vestigia sunt in codicibus Vaticano Reginae Sueciae MXXIII. et Regio Parisiensi MMMMCCCCXII., quorum indices, praeter Maximi, Anthemii quoque novellas easque ultimo loco memorant, sunt etiam in editione Lugdunensi anni MDCLXVI., ubi alter Severi titulus additus est, sed ex codice in fine mutilo; titulos enim novellarum Anthemii Cuiacius a Pithoeo acceperat una cum indice reliquarum novellarum Theodosii atque Valentiniani. Ut ex Fuldensi, ita non dubito quin ex Seldeni libro Pithoeanae collectionis aetas definiri posset, si codex, ex quo ille descriptus est, ad nostram memoriam pervenisset. Eum enim ex eodem codice originem trahere, ex quo Pithoeanus et Fuldensis descendunt, tituli demonstrant, qui quamquam alium ordinem habent [268]), iidem sunt, totidemque et easdem novellas comprehendunt. Hactenus ostendi, quomodo Breviarium Theodosii et Valentiniani potissimum novellis auctum sit. Sed praeterea alius eiusdem terrae homo, fueritne librarius an iurisconsultus nescio, in supplendas Maioriani novellas incubuit, et sex titulos (I — VI.) binis illis, qui in Breviario erant (VII. et XI.), addidit [269]). Insunt in compendio Petri Aegidii et in codicibus Kelleri, Berolinensi, Parisiensibus MMMMCCCCVI. atque Supplementi Latini DCCLXXIX. Liber, qui adhibebatur, diversus quidem erat ab eo, ex quo Pithoeanus descendit; deest enim titulus de Adulteriis, sed quin is quoque publicus codex fuerit, dubitari nequit propter chronologicam seriem titulorum, quae eadem est in omnibus libris [270]). Videntur tituli illi additi esse ante saeculum nonum, quo nonnulli Aegidiani compendii codices scripti sunt. Bis igitur Breviarium in Gallia auctum est, primum Theodosii, Valentiniani et Anthemii novellis, quibus una Maioriani accessit, deinde solius Maioriani titulis; bis vero illarum ordo postea mutatus, aut partim, ut in Fuldensi codice, aut omnino, ut in Seldeni libro, quae omnia in Gallia facta esse hac de caussa puto, quia omnes codices, quibus Breviarium hoc modo auctum esse scimus, scripti sunt in Gallia.

Ex ordine novellarum, quem in libris manuscriptis esse dixi, non solum ratio facile explicari potest, qua dispositae fuerint in codicibus publicis, verum etiam dissimilitudo librorum editorum. Et primum quidem in codicibus illis novellae per libros distributae erant, qui imperatorum, quorum leges comprehendebant, nominibus discernebantur, neque vero numeris; deinde libri ex titulis constabant; tum plerique tituli unam novellam continebant, pauci plures; porro liber suos quisque titulorum numeros habebat; denique locus et numerus tituli,

262) Propter Nov. Valent. tit. II. nov. 4, cuius novellae partes et ex Ottoboniano codice et ex laciniis illis a Cuiacio in Obs. editis compositae sunt. 263) Vid. tab. III. 264) v. g. tit. XII — XVI.; XIX — XXVI. (nam unus solus *de Honoratis* transpositus est; alter *de Pretio solidi* deest in Ott. cod., et tres *de Fructibus*, *de Manichaeis* et *de Homicidiis* desunt in Pith. coll., quia iam in Breviar. recepti erant), tit. XXXI — XXXIII. 265) Cf. tit. XXII. cum Ott. cod. *) Supr. p. V. 266) Vid. p. 168 et 218, not. sup. 267) Videtur igitur scriptor codicis illius, ex quo Fuldensis descendit, praeter Pithoeanam collectionem aliam adhibuisse. — Vestigia Pithoeanae collectionis supersunt in cod. S. Germani et Philipp. Vid. supr. not. 2. 268) Vid. supr. p. XIII. Falso posuit librarius titulum de Invasoribus inter Theodosianas. Seriem chronologicam non restituit; revocavit enim titulos ad imperatores eodem modo atque complexu, quo vicissim a Pithoeanae Collectionis auctore Breviario adiectae sunt. Cf. tab. III. cum tab. IV. 269) Vid. tab. II. 270) Vid. tab. III.

series igitur chronologica ex die pendebat, quo cuiusque tituli novella data erat; at vero, si quando plures eiusdem tituli novellae sunt, ex die primae novellae, quam deinceps reliquae pariter atque in Codice Theodosiano ita sequebantur, ut antiquior priore loco, recentior posteriore esset. In nonnullis quidem Breviarii codicibus libri numerati sunt; primus igitur Theodosii novellarum liber dicitur, quintus Severi. Verum ipsi illi codices sibi non constant, nam in aliis alii libri numerati sunt. Praeterea a plerisque Breviarii codicibus numeri librorum absunt. — De editis libris nonnullae res supra non apte poterant commemorari, quare utile erit, eas omnes perspicuitatis caussa in unum colligere. Spectat autem dissimilitudo editionum solas Theodosii, Valentiniani et Maioriani novellas, reliquarum ordo certus est. Breviarii ordo cognoscitur ex Aegidii compendio et ex Sichardi editione, nisi quod in illo sex tituli Maioriani, quos nominavi, interiecti sunt. Idem ordo reperitur in sequentibus editionibus usque ad Ritterianam, etiam in indice titulorum Pithoeanis addito. Primum enim locum, sive Theodosii, sive Valentiniani, sive Maioriani, sive Severi denique sunt, novellae tenent, quas Breviarium habet; his demum subiunctae sunt novellae a Cuiacio et a Pithoeo inventae atque editae. Et Maioriani quidem novellarum titulo VII. et XI., qui in Breviario primum et secundum locum tenent, sex reliquos (I — VI.), quos invenerat, Cuiacius anno MDLXVI. ex codice suo addidit numerisque III — VIII. signavit; eos demum rubrum tituli de Adulteriis subsequitur. Mansit hic ordo in sequentibus, quas dixi, editionibus, quamquam in altera Cuiacii editione titulus de Adulteriis ex Pithoeana accessit praefixo numero IX. Theodosii autem et Valentiniani novellarum triplicem ordinem in his editionibus esse perspexi. Antiquissimus a Cuiacio originem ducit, qui in prima editione non solum sex Theodosii, tres Valentiniani titulos, quos invenerat, Breviarii novellis addidit, verum etiam cum titulo XXXIV. de Postulando in Pithoeano novellarum indice verba *Divi Valentiniani* adscripta sint, seductus est, ut indicem titulorum a Pithoeo transmissum discerperet et quos vel Theodosii vel Valentiniani esse putaret, alterutrius novellis subiungeret. Eundem ordinem secuti sunt Aurelianensis editor atque Rittershusius, sed differunt in eo, quod ille tres novellas a Cuiacio in Observationibus editas post titulum XV. novellarum Valentiniani et ante titulorum indicem inculcavit, hic pro indice titulorum titulos ipsos ex Pithoeo apposuit [271]). Reliquarum editionum ordo ex Pithoeana maxime pendet, etsi duplex est, prout aut ex altera Cuiacii aut ex Lugdunensi editione ductae sunt. Nimirum Cuiacius in altera editione eundem ordinem conservavit, quem in Pithoeano codice ex Petri Pithoei editionis indice esse perspexerat; omnes igitur Theodosii et Valentiniani novellas recens a Pithoeo editas Theodosii novellis, quas Breviarium habet, subiecit et duabus auxit; tertiam autem, quam invenerat*), quinto loco inter Martiani novellas posuit, ut, quae in Breviario Martiani quinta novella est, apud Cuiacium sexta sit. Eundem ordinem repetiit Ritterus [272]). Denique qui Lugduni Aurelianense exemplar foliis novis locupletavit, ordinem utriusque editionis et secundae Cuiacianae et Aurelianensis secutus est, illius in foliis, quae mutavit et interposuit, ut Theodosii novellas augeret, huius in reliquis plagulis, quas non mutavit; sed cum omisisset tres titulos, qui in altera Cuiacii editione Theodosianorum XXXV., XXXVII. et XXXIX. sunt, in Aurelianensi vero inter Valentiniani novellas iam editi erant, de titulis Theodosii, qui XXXIV. sequuntur, tres diminuit. Idem ordo reperitur in Gothofredi editione [273]).

Manifestum est igitur, Breviarii titulos primum locum tenere, secundum reliquos, sed diverso ordine in diversis editionibus, prout aut ingenium editorum tulit, aut in codicibus sive in Pithoeana editione dispositi erant; ergo ordinem maxime discrepare inter editiones, verum in nulla conservatum esse. Neque haec turbatio ordinis viros doctos latuit. Eam questi sunt Gothofredus [274]), qui novellas ad verum quidem ordinem non revocavit, sed tamen Valentiniani novellarum titulos a Theodosianis in Prolegomenum cap. VIII. separavit; questi sunt etiam Ritterus [275]), Zirardinus [276]), alii, neque vero ordinem singularum legum novellarum restituerunt. Primus huic rei operam navavit Beckius, codicis Ottoboniani a Zirardino et ab Amadutio divulgati ope, ex quo non solum Valentiniani novellas a Theodosianis discernendas, verum etiam titulos secundum tempus, quo prima quaeque tituli promulgata esset, disponendos esse perspexit. Sed ne Beckium quidem rem omnino perfecisse supra dixi [277]). Nam cum Ottobonianus codex conservaret verum ordinem, nunquam ab eo, nisi ex gravissimis caussis discedere debebat. Quare bis tantum, post titulum XII. et titulum XXVI. Nov. Valentiniani, ubi ordo casu potius quam consilio aliquantulum turbatus est [278]), aliorum codicum ope titulos ad suum locum revocavi. Habet vero haec restitutio ordinis id utilitatis ut in posterum, novellae certa ratione nominari possint. Primo enim loco imperatoris, ex cuius libro novella aliqua profertur, nomen ponendum est, deinde numerus tituli, tertio rubrica, veluti Nov. Theod. tit. XXVI. de Relevatis, Nov. Maioriani tit. XI. de Episcopali iudicio; at vero si quis titulus ex duabus vel pluribus novellis constat, post rubricam numerus novellae addendus est, e. g. Nov.

271) Dico *ordinem*, nam verba novellarum a Rittershusio aliunde sumpta esse, supra dixi. Aliquam differentiam, quae vero ordinem titulorum non turbat, vid. not. 199. Non obstant numeri in Rittershusii editione vel omissi, vel ex Pithoei editione additi. Series titulorum eadem est, atque in Aurelianensi editione. Vid. tab. V. *) Vid. supr. not. 166. 272) Vid. tab. VI. 273) Vid. tab. VII. et supr. p. XXIII. 274) Proleg. Codicis Theodosiani cap. VIII. 275) In Praefatione Codicis Theodosiani Tom. VI. P. II. fol. II b. 276) l. c. p. 416 sq. Is quidem indicem titulorum ex Ottoboniano codice edidit et supplevit, neque vero ordinem singularum novellarum demonstravit. 277) Supr. p. XXVI. 278) Turbatus est ordo anni 445 et 450, 451. Fortasse transposita erant nonnulla folia codicis, ex quo Ottobonianus

Theod. tit. V. de Patrimonialibus nov. 3 aut Nov. Valent. tit. II. de Postulando nov. 4 [279]). Aliter quidem docti hoc tempore novellas nominare solent; ponunt enim numerum, quo singulae novellae in Beckii editione a prima deinceps per omnes libros continuo dicuntur, veluti Nov. LVI. pro Nov. Valent. tit. XII. de Pecunia Afris, aut Nov. XLV. pro Nov. Valent. tit. VI. de Tironibus nov. 3; sed tamen ista ratio codicibus, Ottoboniano potissimum adversatur, falsa igitur est. Neque rectius agunt, qui Valentiniani et Theodosii novellas ex Ritteri editione numerant.

Postquam copiose locutus sum de novellarum constitutionum codicibus, editionibus, ordine, restat, ut de nonnullis rebus, quae silentio praeterire non possum, pauca explanem. Supra enim commemoravi, emendandi et revocandi leges potestate alterius imperii principi reservata Valentinianum usum esse. Iam quaeritur, utrum ea ita usus sit, ut, quemadmodum totas novellas, ita partes tantum novellarum Theodosii omiserit, itaque si non omnes, tamen complures mutilaverit. Et id quidem colligi potest ex nonnullis Codicis Iustiniani legibus, quae eodem die atque haec et illa Theodosii novella lex datae sunt, desunt autem in novellarum Theodosii libro, veluti c. VIII. Cod. Iust. de Advocatis divers. iud. (II, 7) III. Kal. Ian. ann. CCCCXL., qui dies Nov. Th. tit. VII. nov. 3 subscriptus est [280]). Sed ut aliter sentiam, illae Theodosii novellae faciunt, quae eodem die eidem magistratui inscriptae sunt: veluti tit. VIII. de Navibus et tit. IX. Ne curialis (*dat. Florentio — VII. Id. April. CCCCXXXIX.*), tit. X. de Postulando nov. 1 et 2 (*dat. Florentio — XIII. Kal. Mai. CCCCXXXIX.*), tit. XI. de Tutoribus et tit. XII. de Repudiis (*dat. Florentio — VI. Id. Iul. CCCCXXXIX.*). Quare leges illas Codicis Iustiniani partes fuisse puto novellarum, quas totas Valentinianus omiserit. Ut de consulibus dicatur, in Theodosii novellis hic et illic alterum consulem deesse, sive apposita [281]) formula *et qui fuerit nuntiatus* sive omissa [282]), Zirardinus multis verbis quidem explanavit [283]); neque vero in nonnullis inscriptionibus novellarum Valentiniani, Martiani et Maioriani desiderari dixit alterum imperatorem [284]); et Martiani quidem nomen in omnibus Valentiniani novellis anno CCCCLI. datis [285]), perinde atque Orientis consulem in iisdem et sequentis anni novellis [286]). E diverso Theodosii et Martiani novellarum inscriptiones saepe pleniores esse inscriptionibus novellarum Occidentis, harum vero subscriptiones pleniores subscriptionibus novellarum Orientis, iam alio loco commemoravi [287]). Sermo prologorum et epilogorum potissimum tumidus quidem est et nonnunquam grammaticorum regulis repugnat [288]), maxime in Iustiniani Codice, cuius compositores nonnullas novellas valde mutaverunt [289]); neque vero peior eo est, quo alii eiusdem saeculi libri scripti sunt. Etiam de annis, quibus novellae constitutiones datae sunt, aliquid addi potest, nam Theodosianarum nulla data est anno CCCCXLII. aut post annum CCCCXLIV., excepta novella de Confirmatione Legum Novellarum Theodosii A., etsi in Codice Iustiniani supersunt anni CCCCXLII. quinque leges, annorum CCCCXLV., CCCCXLVI., CCCCXLVIII. et CCCCL. octo, sive deductis iis, quae dicuntur geminae esse, sex, quae vero Theodosii leges anno CCCCXL. datae sunt et ex Codice Iustinianeo innotuerunt, eae omnes Cyro inscriptae sunt. Praeterea post annum CCCCLII. una tantum novella Valentiniani [290]) data est, quamquam Valentinianus triennium fere regnare perrexit. Martiani novellarum nulla ad nos pervenit, quae data sit anno CCCCLII., etsi sex fragmenta novellarum in Iustiniani Codice reperiuntur [291]); anni vero CCCCLIII. nulla lex invenitur, nec in Iustiniani quidem Codice, a quo praeterea omne vestigium abest legis a Martiano anno CCCCLIV. datae. Similiter post annum CCCCLV., quo Valentinianus obiit, omnes Martiani novellae perierunt, etsi tres eius leges in Iustiniani Codice supersint, quarum ultima, c. 3 de Apochis (X, 22), septem fere menses, antequam de vita decessit, promulgata est, *XV. Kal. Aug.* anni CCCCLVI. Leonis, qui post Martianum regno potitus est, novellarum unam tantum extra Codicem Iustiniani fortuito servatam esse, iam supra commemoravi. Anthemii denique novellae omnes in annum CCCCLXVIII. incidunt, sed cum Anthemius anno CCCCLXXII. demum mortuus sit, omnes eius leges ad nos pervenisse nego.

Praeter ea, quae dixi, multa alia de forma et indole novellarum [292]) disputari possunt, verum iam ultra fines huic libro positos progressum me video, quare subsistam et paucis exponam de mea editione. Quibus

---

originem ducit. 279) Pariter atque Iustin. Cod. loci, possunt etiam novellae ita nominari, ut solis numeris designentur, veluti Nov. Theod. tit. XXV., Nov. Theod. tit. X. nov. 2, sed facile hoc modo erratur, quia, si quando falsus numerus positus est, ignoratur titulus, ad quem provocatur. Illud certius est. 280) Ad eundem diem revocanda est c. 1 Cod. Iust. Qui pro sua iurisd. (III, 4). 281) Vid. Nov. Theod. tit. I — III. 282) Vid. Nov. Theod. tit. IV, VII, 4, X, 1, 2, XV, 2, XIX, XXI, XXV. Alter consul deest etiam in Nov. Val. tit. II, 2, VII, 3, XIV, XXII, XXIII, XXX — XXXV, Nov. Mart. tit. III. et V, Nov. Maior. tit. I, II, X. 283) l. c. p. 247 sqq., 492. 284) Vid. Nov. Valent. tit. XXVIII. et Maioriani tit. I, II. Inde ab Nov. Valent. tit. XXIX. in inscriptionibus Theodosii nomen recte deest; nam tunc temporis de vita decesserat Theodosius. Vid. etiam Martiani tit. V. 285) Vid. Nov. Valent. tit. XXX — XXXIII. Contra in legibus Cod. Iustiniani Valentinianus nonnunquam a Martiano nominatur. 286) Vid. Nov. Valent. tit. XXX — XXXV. 287) In Praef. Cod. Theodos. p. XLI, not. 242 et 246. Add. Nov. Th. tit. XXVI. de Relevatis. 288) Inter al. vid. Nov. Th. tit. VI. pr. *custodit ne — laberetur* et §. 3 *decernimus ut — pertinere.* Nov. Maior. tit. II. §. 2 *respiciat — manebit*; tit. IV. §. 1 *numerarii — subditos — truncandos*; tit. IX. *ut relegationem — rei deportatio — sequatur et bonis — vindicatis eum a congressu totius Italiae summovendum.* Nov. Anthemii tit. I. §. 1 *iniisse* pro *inita esse.* 289) v. g. Nov. Th. tit. III. de Iudaeis; tit. VII. de Amota milit. nov. 2 et 4; tit. IX. Ne curialis; tit. X. de Postulando nov. 1. 290) Nov. Val. tit. II. de Postulando nov. 4. 291) In veteris iuris ecclesiastici libris complures leges et epistolae Martiani ann. 450 — 452 scriptae supersunt. 292) Nonnulla

libris vel manu scriptis vel editis usus sim, quibus aliis subsidiis, ex signorum explicatione perspicitur. In superioribus notis potissimum numeros titulorum novellarumque consignavi, quos codices et editiones haberent. Summum enim studium impendendum esse existimavi in ordinem novellarum cum demonstrandum tum restituendum, quod fieri non poterat, nisi qui esset ordo in libris illis, demonstrassem. In restituendo eo Ottobonianum codicem, duobus locis exceptis, secutus sum, quo adhibito non solum titulos novellarum Theodosii de Iudaeis et de Metatis, Valentiniani de Postulando et nonnullos Maioriani ad suum quemque locum revocavi, verum etiam contigit, ut tres novellas a Cuiacio et Pithoeo editas, quae apud Beckium titulos XI., XIII. et XXXVII. constituunt, secundo Nov. Val. titulo comprehendere possem et simul ostendere, quae novellae deessent. In iisdem notis, prout ratio temporis postulabat, commemoravi Theodosii et Martiani leges, quas Iustiniani Codex solus habet. Flagitavit quidem Amadutius [293]), ut cum novellis reliquae imperatorum leges, quotquot post Theodosianum Codicem reperiri possent, coniungerentur et quasi unum Corpus Legum post Theodosianum Codicem promulgatarum efficeretur. Sed quominus Amadutio obsequerer, complures caussae me impediverunt. Nam si consilium illud sequimur, codicum, in quibus novellae collectae sunt, Ottoboniani inprimis forma, ambitus, indoles nescitur; deinde truncatae et deformatae leges cum integris coniunguntur, denique etiam ordo, quo omnes illae leges, Iustiniani potissimum Codicis, quarum multae falsas aut mutilas subscriptiones habent, ponendae sint, inveniri nequit. Quare satius esse duxi, in superioribus notis Codicis Iustiniani leges, quae post Theodosianum Codicem, sed ante eversionem imperii Occidentalis datae quidem essent, neque vero in novellis reperirentur, nominare et in tabula I., quam infra adiiciam, conscribere, reliquas autem, quae hic et illic supersunt, in alio fasciculo colligere et divulgare. In inferioribus notis codicum et editionum diversas scripturas accurate conscripsi. Illorum ope non solum CCLXX locos corruptos correxi et multo plures sanare studui, verum etiam unde diversae editionum scripturae haustae sint, demonstrasse mihi videor. In corrigendis autem locis maximam auctoritatem tribui Ottoboniano codici, ex quo innumerabiles scripturas erui ab Amadutio neglectas, secundo loco Pithoei apographo et Seldeni codici, qui saepe cum Ottoboniano convenit, tum reliquis, postremo Breviarii libris manu scriptis, quorum diversae scripturae plerumque nihil sunt nisi mera librariorum menda. Postquam Ottobonianus codex in Maioriani novellis desiit, ex reliquis codicibus, qui vel Maioriani vel Anthemii novellas habent, optimum quodque delegi. Breviarii codices, si qua novella ex iis solis innotuit, eo modo tractavi, quo in Theodosiano Codice. Denique tabulis synopticis ostendi ordinem, quo tituli novellarum in codicibus editionibusque collocati sunt. Interpretationem Bonnensium Professorum, qui consilium edendi Corporis Iuris Anteiustiniani susceperunt, neque vero mea voluntate adieci.

Haec habebam dicenda [294]). Superest, ut viris, qui mihi in hoc quoque libro auxilium tulerunt, gratias, quas debeo maximas, agam, in primis Cramero meo, qui perpoliendis novellis operam suam assidue navavit.

---

commemoravi in Praefatione Codicis Theodosiani pag. XXXIV, not. 203 et pag. XLI. sq., not. 242, 246, 249. In not. 203 conscripsi indicem legum, quae in Novellis nominantur. Sed quia tunc non poteram omnia accurate investigare, alium hoc loco substituam. Brevitatis caussa novellas, neque vero leges, quarum mentio fit, nominabo. Leges ipsae cognoscuntur ex libro. Superstites leges nominantur in *Nov. Theod.* tit. II. pr.; tit. VII. nov. 2 pr., nov. 3, §. 1 et nov. 4 pr. et §. 1; tit. VIII. pr.; tit. XI. pr.; tit. XII. §. 1; tit. XIII. pr.; tit. XIV. §. 1, 2 et 8; tit, XXII. nov. 1, §. 3 et nov. 2, §. 1; tit. XXIV. §. 4; tit. XXVI. §. 1 et 3. *Nov. Valentin.* tit. II. nov. 3, §. 1 et nov. 4 pr.; tit. III. pr., tit. IV. §. 1; tit. VI. nov. 2, §. 1; tit. VII. nov. 2, §. 1; tit. VIII. nov. 1, §. 2; tit. XI. §. 1; tit. XVII. §. 3; tit. XVIII. §. 8; tit. XX. nov. 1, pr. et §. 5, nov. 2, §. 1; tit. XXII. pr.; tit. XXIV. §. 1; tit. XXV. pr.; tit. XXVI. §. 3 et 6; tit. XXX. pr. et §. 6; tit. XXXI. pr.; tit. XXXIV. pr. et §. 2, 5, 8, 11, 13, 14, 19; tit. XXXV. §. 8. *Nov. Martian.* tit. I. §. 4; tit. IV. §. 1—4; tit. V. pr. et §. 1. *Nov. Maiorian.* tit. VI. §. 4, 8; tit. VII. §. 7, 11; tit. IX. *Nov. Anthemii* tit. I. pr., §. 2, 4; tit. II.; tit. III. pr. Leges, quae perierunt, hae sunt: *Nov. Theod.* tit. V. nov. 1, §. 1; tit. X. nov. 2, pr.; tit. XVI. §. 8; tit. XXI. §. 1; *Nov. Valent.* tit. XVIII. §. 5 et 9; tit. XXXV. §. 2. 293) Vid. l. c. p. XLI. 294) Dixi p. 439 et 440, not. 84, esse codicem in Darmstadtiensi bibliotheca, qui Sirmondi constitutiones videretur continere. Res aliter habet. Respondit clar. Feder ad literas meas (vid. not. ult. ad c. XVIII. *Sirm.* p. 476), me in errorem ductum esse a Knustio; potius contineri fol. 26 b usque ad fol. 28 tit. XVII. Nov. Valent. de Manichaeis et tit. XVI. Nov. Valent. de Episcop. ordinat., praeterea fol. 109 et 110 constitutionem illam Honorii et Theodosii a. 418 de Conventibus annuis in urbe Arelatensi habendis, quam Wenckius post Cod. Theod. Append. III. p. 378 sq. ediderit. Simul vir humanissimus diversas scripturas mecum communicavit, quas, cum codex ille pervetustus sit et, ut ait Knustius l. c. pag. 618, not. 13, saec. VIII., non possum non h. l. ad novellas illas addere. Quae constitutionem Honorii et Theodosii spectant, in alio huius Corporis fasciculo conscribam, ubi illam quoque memorabilem constitutionem ex multis libris manuscriptis edam atque emendabo. — — — Nov. Valent. tit. XVII. de Manichaeis. Theudosius — albino prãẽf̃t (vitiose sec. Feder. pro *praẽfp̃f* vel *praẽp̃f*; om. igitur *II.*) — paganis (ita codex) — beatissimi papae Leonis — manifestissima (quod mihi probatur) — albine pã. k̃. ãã. praecelsam. ag̃t. ac (i. e. praecelsa magnificentia tua hac, et om. illustris et, ut 1) — conhibere et om. cum — universi haec dicta lege — careant actionis contra eos liberos — hanc superstitionis pullutum siuirint — roma dñ' ualent' VI et nomo (om. *V. C.*) consss. — — — Nov. Valent. tit. XVI. De Episcoporum ordinatione, in cod. de Primatibus ecclesiae chatholicae. dom̃ ñs impp̃ — ããg̃g̃ aetio patricio (om. viro — et) certum — christianae fides — sedi — dignitatis — sacraaetiam — firmasit auct. — illicita (ut 1) — pontifice indebitas sibi ordinationes — usurpantes invasit (ut 1) — inconpitenteremovit — qui quoniam (om. quidem, ut in 1 et aliis codd.) — facili — praedicaturus — religiosi virissimis papae cognitione detersa — certa in eum et de his quod — ordenaverat bona sentiant et erat quidem (om. ipsa sententia) per Galias quam sene imperialis (om. sanctione) valituris

Ago etiam ingentes ANGELO MAIO, viro eminentissimo. Nam ut complures alios pervetustos libros manu scriptos, ita Ottobonianum quoque novellarum codicem mecum communicavit. Quare vir summus humanitatis atque pietatis officium me sinat hoc loco explere.

— nec c. a. l. e. (ut nos) — turbo — videatur ac perenni sancxione censemus (ut 1) — sed illis (om. hoc) omnibus pro — aeti — et praecelsa — praesentes — auctoritatem secuta (ut nos) — quae superius constitota (deest servari) XI librarum — passus fuerit et desunt reliqua. — — — Praeterea del. sunt in Nov. Th. tit. XI. de Tutoribus, not. sup. v. 7 vv. *Ad interpr. cf.* et in Nov. Val. tit. XXXIV. de Episc. iud. not. sup. v. 10 vv. *et de interpr.* Vid. supra p. XXXI. Deinde haec add. s. corr.: Nov. Th. tit. XIV. nominatur in interpr. c. 1 C. Th. de Matern. bon. (VIII, 18); p. 34, col. 2, not. sup. pro *ë* rep. 2; Nov. Val. tit. II. de Postul. not. sup. v. 5 post XXXII. add. *Nov. Th. et Val.* et tit. III. Nov. Val. de Succ. cur. not. sup. v. 2 *Tit. XLI.* post in ind. titt.; Nov. Val. tit. IV. In damnum not. sup. v. 1 post XLII. del. *Nov. Th. et Val.* et pon. haec vv. post *Tit. XL.*; Nov. Val. tit. V. de Pantapolis not. sup. v. 2 post XL. add. *Nov. Th. et Val.* itemque in sq. tit. VI., not. sup. v. 2 post XLI.; Nov. Val. tit. XV. de Corporatis not. sup. v. 3 post XXX. add. *Be. Tit. XVI.* In Nov. Val. tit. V. de Pantapolis Iordans de publicis urb. Rom. et Constantinop. Aquaeductibus. Bonnae 1844. 8. p. 24—26 optime em. *arenensis*, i. e. cespes, ubi arenaria s. arenifodinae in usum publicorum aedificiorum arenam praebent. Eadem lectio est, quam offert cod. 1 v. *arensis*, modo virgula ponatur supra lit. *n* (*areñsis*). Denique moneo, illum titulum, qui primus huius voluminis est, me invito scriptum et additum esse.

Scrib. Lipsiae Kal. Aug. MDCCCXLIV.

Gustavus Haenel.

SIGNORUM EXPLICATIO.

Cod. 1 Codex Vatic. Ottobonianus, olim Iosephi Garampii. — Praef. p. III — VIII.
— 2 — Reg. Parisiensis 4420. — Praef. p. VIII. sq.
— 3 — Fuldensis Nro. 31 / 4. E. 24. — Praef. p. IX. sq.
— 4 — Reg. Parisiensis 4412. — Praef. p. X. sq.
— 5 — Vaticanus Reginae Sueciae 1023. — Praef. p. XI. sq.
— 6 — Bodleianus 3362. — Praef. p. XII — XIV.
— 7 — Reg. Paris. 4406. } — Praef. p. XIV. sq.
— 8 — — Paris. Suppl. Lat. num. 779. }
— 9 — Kelleri Turicensis. — Praef. p. XV.
— 10 — Berolinensis quart. 150. — Praef. p. XV. sq.
— 11 — Monacensis D. 2.
— 12 — Middlehillanus, sive bibliothecae Philippicae num. 1761.
— 13 — Reg. Paris. 4403.
— 14 — Reg. Paris. 4404.
— 15 — Reg. Paris. 4405.
— 16 — Aurelianensis 207.
— 17 — Lugdunensis 303.
— 18 — Montispessulanus H. 84.
— 19 — Vaticanus Reginae Sueciae 1128.
— 20 — Vaticano - Ottobonianus 2225.
— 21 — Reg. Paris. Suppl. Lat. 399, olim Sorbonnensis 336.
— 22 — Gothanus formae maioris 84.
— 23 — Basileensis C. III. 1.
— 24 — Montispessulanus H. 136.
— 25 — Reg. Paris. 4403 a.
— 26 — — — Supplem. Lat. 65.
— 27 — — — 4408.
— 28 — — — 4409.
— 29 — — — 4410.
— 30 — — — 4411.
— 31 — — — 4413.
— 32 — — — 4414.
— 33 — — — 4415.
— 34 — Vaticanus Reginae Sueciae 1048.
— 35 — Ambrosianus C. 276 partis inferioris.
— 36 — Lugduno - Batavus, libr. mss. lat. 47.
— 37 — Bernensis 263.
— 38 — Caroli de Savigny.
— 39 — Taurinensis in bibliotheca Regii Athenaei H. VI. 24. num. 392.
— 40 — S. Gallensis 731.
— 41 — Vaticanus Reg. Sueciae 857.
— 42 — Reg. Par. 4697.

NB. De codd. 11 — 42 cf. Signorum Explicatio Codici Theodosiano praemissa.

Aeg. Editio Petri Aegidii. Argumenta Legum Diversorum Imperatorum etc. 1717. fol.
Sich. — Io. Sichardi. Codicis Theodosiani libri XVI etc. Basileae 1528. fol. p. 85 — 120.
Cui. 1. — Iacobi Cuiacii. Codicis Theodosiani libri XVI etc. Lugduni 1566. fol. p. 526 — 596.
P. — P. Pithoei. Imperatorum Theodosii Valentiniani Maioriani Anthemii Novellae Constitutiones XLII. Nunc primum in lucem editae. Lutetiae 1571. 4.
Cui. 2. — Iacobi Cuiacii. Codicis Theodosiani libri XVI etc. Paris. 1586. fol. p. 530 — 633.
Aur. — *Aurelianensis* (s. Genevensis). Codicis Theodosiani libri XVI etc. curante Iacobo Cuiacio. Aurelianae Allobrogum 1586. 4. p. 522 — 586 (pro 594).
Lugd. — *Lugdunensis*. Codicis Theodosiani libri XVI. etc. Lugduni apud Franciscum Fabrum 1593. 4. p. 522 — 598.
Cui. 2*. — Iacobi Cuiacii. Codicis Theodosiani libri XVI etc. Paris. 1607. fol. p. 530 — 633.
P a. — repetita XLII Novellarum a Petro Pithoeo 1571 divulgatarum in eiusd. Operibus. Paris. 1609. p. 197 — 276.
Rittersh. — Cunradi Rittershusii. Novellae Constitutiones Imperatorum Iustiniano Anteriorum — Francofurti 1615. 8.

Go. Editio GOTHOFREDI, ab ANT. MARVILLIO Comment. Codicis Theodosiani adiecta in Appendice Tom. VI. Lugd. 1665. fol. p. 1—39.

P [b]. — repetita XLII Novellarum a Petro Pithoeo a. 1571 divulgatarum in libro, cui inscriptum est: PETRI et FRANCISCI PITHOEI Iurisconsultorum Observationes — cura *Franc. Desmarés*. Paris. 1689. fol. p. 697 — 746.

Ri. — Codex Theodosianus etc. cura IO. DAN. RITTERI. Lipsiae 1743. fol. Tom. VI. P. II. p. 1—164 (post p. 289).

Ri*. — — — — — Mantuae 1750. fol. T. VI. P. I. p. 323—444.

Zir. — ANTONII ZIRARDINI. Imperatorum Theodosii Iunioris et Valentiniani III. Novellae Leges ex Ottob. Ms. Cod. etc. Faventiae 1766. 8.

Am. — IOH. CHRISTOPHORI AMADUTII. Leges Novellae V. Anecdotae etc. Romae 1767. fol.

Be. — BECKII in Iure Civili Anteiustinianeo. Berolini 1815. 8. T. II. p. 1217—1399.

Ner. s. IOS. NERII Analectorum libri II. August. 1619 (in Ottonis Thes. Iur. Rom. Tom. II. Trai. ad Rh. 1733. fol. p. 321—492, inprim. Analect. II, 2 l. c. p. 391).

P. ms. s. notae et em. a Pithoeo exemplo editionis suae, quod in Bibliotheca Reg. Par. (F. 1779, 4.) asservatur, adscriptae.

Br. — HENR. BRENCMANNI Epistola de Consulibus, quorum in Pandectis fit mentio, dat. Henulitae 1715, add. PETRI RELANDI Fastis Consularibus p. 825—872, inpr. p. 859—872 et Th. Ians. ab Almeloven Fastis Consul. p. 587—636.

G. — (fort. IO. GAVELLII) Observationes ad Legum Novellarum Divi Theodosii Librum I. in Miscellaneis Observationibus Batavis. Amstelod. 1734. 8. Vol. IV. T. I. p. 153—156; Vol. IV. T. II. p. 273—281 et inpr. Vol. V. T. I. p. 130—148.

Ro. — MATHIAE ROEVERI Specimen Iuridicum Inaugurale Ad Loca Quaedam Iuris Civilis Depravata. Lugduni Batavorum 1739. cap. XV. (in Thesauro Dissertationum Iuridicarum in Academiis Belgicis Habitarum. Vol. I. Tom. I. Bremae et Lipsiae 1768. 4. p. 188—192).

Bo. — PETRI BONDAMI Specimen Iuridicum Inaugurale continens animadversiones criticas ad loca quaedam iuris civilis depravata, cap. XII., in Oelrichs. Thes. cit. T. II. Vol. II. p. 220—223.

Ro. ms. — Notae, quas Roeverus exemplo Novellarum a P. Pithoeo 1571 editarum sua manu adscripsit. Emi hoc exemplum ante aliquot annos Lugduni Batavorum.

P. in not. — Notae, quas Pithoeus primae editioni in fine libri adiecit. Eodem loco in ed. P [a]. repetitae sunt.

P [b]. in m. — Eaedem notae, in m. P [b]. ex altera Pithoei ed. translatae.

NB. Reliqua signa, quibus usus sum, iam explanata sunt in Signorum Explicatione, quam Codici Theodosiano praemisi. Interpretatio om. in editionibus Pithoei (P. P [a]. P [b].) Zir. Am. Be., quod brevitatis caussa omisi dicere in notis superioribus.

LIBER[a]

LEGUM NOVELLARUM

D. THEODOSII A.

TIT. I. DE THEODOSIANI CODICIS AUCTORITATE.

Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P. Orientis. Saepe nostra clementia dubitavit, quae caussa faceret, ut tantis propositis praemiis, quibus artes et studia nutriuntur, tam pauci raroque exstiterint, qui plena iuris civilis scientia ditarentur, et in tanto lucubrationum tristi pallore vix unus aut alter receperit soliditatem perfectae doctrinae. §. 1. Quod ne qua-

---

Tit. I. Cf. Cod. Th. p. 90, not. sup. Est haec Novella in codd. Br. Al. prima Novellarum Theodosii A., duobus exceptis codd., cod. Ambros. C. 29 et cod. 6, in quibus C. Th. antecedit. In cod. 23 bis legitur, hoc loco et ante C. Th. Manifestum est igitur, in exemplo Novellarum, quibus Visigothi usi sunt, primam inter Theodosianas eam fuisse. Eadem est in codd. 1—3, qui veterum collectionum apographa sunt, et in Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Rittersh. et apud Pith. in ind. Quibus ex caussis eam non dubitavi hoc loco, ex quo a Sich. et a Be. expulsa est, repetere. Dixi supra l. c. mutilam esse h. c. in cod. 1. Res ita se habet. In fol. 23 b v. 15—21 scriptum est literis, quas unciales appellant: *Expl. Lex Romā | Tituli Legū Novellarū Divi Theudo | siani Augusto | I De Theudosiani Codecis Auctor | etate Et De Legibus.. Que Late Sunt. | Post Theudosiano Divi Theudosi | Agusti* (Am. *Augusti*; Zir. mecum convenit). Post haec vv., quae ultima sunt folii 23, exsectum est unum folium, in quo praeter indicem rubricarum Novellarum Theodosii (cf. Zirardini l. c. p. 40 sq., 415, Amad. p. XX. et 68) inerat initium huius Novellae. Folium 24 incipit cum vv. *tavit quae causa faceret — ab invictissimo* eiusd. Novellae (vid. C. Th. p. 92, not. z) et adiecta est his vv. sine ullo discrimine clausula Novellae Theodosianae de Iudaeis inde a vv. *quae insatiabili:* hanc sequitur *Titulus II Ne Duciani.* Hinc quattuor res deduci possunt: a) Novellam de Th. C. Auct. primam fuisse collectionis, quam cod. 1 complectitur; b) in eadem collectione conflatas fuisse Novellas de Th. C. Auct. et de Confirmat. Leg. Nov. Theodosii A. in unum titulum et hac de caussa quidem, ut haec ex priori quasi auctoritatem recipiat, similiter atque Gestis de Recipiendo in Occidente Codice Theodosiano c. 5 C. Th. de Const. princ. interposita est; c) excidisse folia in eo codice, quo cod. 1 scriptor usus est, in quibus praeter ultima *Novellae de Th. Cod. Auct.* verba fuerint *Novella de Confirmatione Legum Nov. D. Theodosii A.* et initium *Nov. de Iudaeis*; d) librarium autem ultima vv. *Nov. de Iudaeis* cum illis *Nov. de Th. Cod. Auct.* coniunxisse, quasi ad eam pertinerent, itaque ortam esse numerorum, qui seqq. titulis in cod. 1 praefixi sunt, diversitatem. Vid. Zir. l. c. p. XX, not. *c*, p. XXIV, not. *f*, p. 40, 41 et 347 not., Am. p. 68, 70, infra tit. VII. de Amota milit.

---

a) Diverso modo in codicibus inscriptum est Novellis: in cod. 1 *Tituli Legū Novellarū Divi Theudosiani Augusto* (vid. not. sup.); similiter in codd. Summae Aeg. nonnullisque Br. Al. codicibus, modo quod *Incipiunt* antecedit et *Theodosii A.* s. *Augusti* scriptum est; in codd. 2, 3 *Incipit liber Theodosii*; in cod. 6 *Novellae Theodosii*; nonn. codd. *Incipit legum novellarum libri II*; in codd. 8—10, aliis multis *Incipit Liber Novellarum* s. *Legum Novellarum D. Theodosii A.*; in cod. 13 *Incipit Liber Novellae D. Theodosii A.*; in cod. 20 *Incipiunt Novellarum* (sc. Libri); in aliis codd. *Incipit Liber Novellae bis Divi Theodosii A.*; in cod. 22 *Incipit liber tituli legum novellarum divi Theodosii*; in L. R.-U. *Incipit Theudosii Legum Novellarum Divi* (Canciani mendose *Di. VII*) *Theodosii*, sed codex Piperinus *Incipiunt Tituli Novellarum Duo Tedosi*; in aliis scriptum est *Incipit Novellarum id est Theodosiani Codici I Auctoritate*; in codd. 11, 12, 19, 34 *Incipit Novellarum Liber I*; in cod. 38 *Incipit Liber Legum Novellarum Divi Theodosii* et positum est in margine superiore seqq. foliorum *Liber I Novellarum*; in cod. 37 *Novellarum Liber I*; in cod. Guelpherb. *I Incipit Novellarum.* Sichardus *Legum Novellarum Divi Theodosii A. Liber*. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittershus. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. *Legum Novellarum Divi Theodosii A. Liber I.* (Go. *Primus*). Be. *Novellarum Legum Liber I. Novellae Theodosii II.* Pith. *Theodosii et Valentiniani Imperatorum Novellae Constitutiones*, quem titulum ipse fecit. Ex tanta scripturae diversitate apparet, a librariis et ab iis qui editiones curarent, factas esse inscriptiones, certam igitur inscriptionem in antiquis Novellarum libris, in quibus primum collectae fuerint, non exstitisse. Sunt qui dicant, Novellas Imperatorum Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Severi, Anthemii in sex libros numeris distinctos fuisse distributas. Sed cum neque in his numeris codices sibi constent, perpauci tantum, veluti 28, 34, 37 libros a primo usque ad ultimum numerent, aut si quando sint librorum in codicibus numeri, ii maxime Theodosii et Valentiniani, non reliquorum imperatorum Novellis adiecti sint, Maioriani denique Novellis in nonnullorum codd. margine superiore addatur *Lib. I.*, libros a codicum librariis, neque vero ab iis, qui Novellas collegerint, numeratos esse puto. Quas ob caussas editionum inscriptionibus eam substitui, quam in plerisque codicibus esse perspexi. b) Sc. II.

quam ulterius sedula ambiguitate tractetur, si copia immensa librorum, si actionum diversitas difficultasque caussarum animis nostris occurrat, si denique moles constitutionum divalium, quae velut sub crassae demersa caliginis et obscuritatis vallo, sui notitiam humanis ingeniis interclusit; verum egimus negotium temporis nostri, et discussis tenebris compendio brevitatis lumen legibus dedimus, electis viris nobilibus exploratae fidei, famosae doctrinae, quibus delegata caussa civilis officii, purgata interpretatione, retro principum scita vulgavimus, ne iurisperitorum ulterius severitate mentita, dissimulata scientia, velut ab ipsis adytis, exspectarentur formidanda responsa, cum liquido pateat, quo pondere donatio deferatur, qua actione petatur hereditas, quibus verbis stipulatio colligatur, ut certum vel incertum debitum sit exigendum. Quae singula prudentium detecta vigiliis, in apertum lucemque deducta sunt nominis nostri radiante splendore. §. 2. Nec parvum pretium sibi hoc suspicentur esse delatum, quibus divina sensa pectoris nostri mandavimus. Etenim si recte mentis acie futura prospicimus, ad posteros usque devenient laboris nostri consortio. §. 3. Quamobrem detersa nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium aetates attritae sunt, compendiosam divalium constitutionum scientiam ex D. Constantini temporibus roboramus, nulli post Kal. Ian. concessa licentia, ad forum et quotidianas advocationes ius principale deferre vel litis instrumenta componere, nisi ex his videlicet libris, qui in nostri nominis vocabulum transierunt et sacris habentur in scriniis; quamquam nulli retro principum aeternitas sua detracta est, nullius latoris occidit nomen, immo, lucis gratiam mutuati, claritudine consultorum augusta nobiscum societate iunguntur. Manet igitur manebitque perpetuo elimata gloria conditorum, nec in nostrum titulum demigravit, nisi lux sola brevitatis. §. 4. Et quamvis nostris auspiciis totius operis instauratio deberetur, attamen magis imperatorium magisque credidimus gloriosum, si, fugata invidia, perennitatis iure memoria remaneret auctorum. Nobis ad fructum bonae conscientiae satis abundeque sufficit, revelatis legibus, inventa maiorum obscuritatis iniuria vindicasse. §. 5. His adiicimus, nullam constitutionem in posterum velut latam in partibus Occidentis aliove in loco ab invictissimo principe, filio nostrae clementiae, perpetuo augusto, Valentiniano posse proferri, vel vim legis aliquam obtinere, nisi hoc idem divina pragmatica nostris mentibus intimetur. §. 6. Quod observari necesse est in his etiam, quae per Orientem nobis auctoribus promulgantur; falsitatis nota damnandis, quae ex tempore definito Theodosiano non referuntur in Codice, exceptis his, quae habentur apud militum sancta principia, vel de titulis publicis expensarum aliarumque rerum gratia, quae in regestis diversorum officiorum relata sunt. §. 7. Longum est memorare, quid in huius consummationem negotii contulerit vigiliis suis *Antiochus*, cuncta sublimis, ex-praefecto et consule; quid *Maximinus*, vir illustris, ex-quaestore nostri palatii, eminens omni genere literarum; quid *Martyrius*, vir illustris, comes et quaestor, nostrae clementiae fidus interpres; quid etiam *Sperantius*, *Apollodorus*, *Theodorus*, viri spectabiles, comites sacri nostri consistorii; quid *Epigenes*, vir spectabilis, comes et magister memoriae; quid *Procopius*, vir spectabilis, comes, ex-magistro libellorum, iure omnibus veteribus comparandi. §. 8. Quod restat, Florenti, parens carissime et amantissime, illustris et magnifica auctoritas tua, cui amicum, cui familiare est placere principibus, edictis propositis, in omnium populorum, in omnium provinciarum notitiam scita maiestatis augustae nostrae faciat pervenire. *Dat. XV. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. XVI. Cos. et qui fuerit nuntiatus.* (438.)

INTERPRETATIO. *Haec lex dicit, ut Theodosiani Codicis auctoritas omni firmitate subsistat.*

TIT. II. DE CONFIRMATIONE LEGUM NOVELLARUM THEODOSII A.[c]

1. *Domino Valentiniano, inclito, victori ac*[d] *triumphatori, semper augusto filio Theodosius perpetuus*[e] *augustus pater.* Postquam in corpus unius codicis di-

Tit. II. Codd. 3—5, 7—15, 17—38, 40, 41, Br. Al. Aeg. L. R. U. Cui. 1. P. (in indice) Cui. 2, 2*. Aur. Lugd. P a. (in indice titulorum) Rittersh. Go. P b. (in indice titulorum Ri. Ri*. *Tit. II.* Sich. Be. *Tit. I.*; omittunt enim titulum de Theodosiani Codicis Auctoritate. In P b. remotus est index titulorum post indicem Authenticarum Codicis. Cf. C. Th. p. 90, not. sup. et de cod. 1 tit. I, not. sup. In cod. 2 Novella deest, sed fuisse eam in codice, unde 2 descriptus est, perspicitur et ex indice rubricarum, quem Pith. edidit, et ex prima Nov., quae ibi est (de Patrimonialibus) eundemque numerum atque in indice Pith. ed. habet. In 6 *Epistola* esse dicitur et deest numerus, quare titulo de Iudaeis, qui in eodem cod. sequitur, numerus *I* praefixus est. In cod. 39 positus est titulus post c. 14 C. Th. de Infirmandis his (XV, 14). In cod. 16 hic et sqq. titt. des. usque ad tit. XIV. Novv. Th. de Paternis §. 7 vv. *non venientibus*; excid. enim nonnulli quaterniones. — N. 1. Codd. edd. *N. un.*, sed Be. add. (*I.*), i. e. omnium Novv. in Be. ed. Integra cum interpr. est in codd. 7, 11, 12, 14, 15, 17—23, 25, 28, 29; inscr., textus et interpr. des. in cod. 24, ubi interpr. Nov. de Iudaeis coniuncta est cum subscr. huius Nov.; inscr. et textus des. in codd. 5, 30, 36, 38; textus, subscr. et interpr. des. in codd. 26, 35, sed adiecta est interpr. Nov. de Iudaeis; solus textus in codd. 4, 8—

c) Rubr. om. 9, Rittersh. 6 *Novellae Theodosii Incipit Epistola eiusdem ad Valentinianum Imperatorem Occidentis*; alii codd. habent *De confirmanda Lege Novellarum* etc.; alii *Novellarum Divi Theodosii* (ut Go.) s. *Novellarum Divi Th. A.* (ut Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*; sed Sich. in ind. tit. om. *Divi*); denique in multis scriptum est *Theodosiani*, *Theudosii*, *teudosii* pro *Theodosii*. 3 *de puplicatione legum novellarum.* 36 *de publicatione id ē Confirmatione Legum Novellarum domino Theodosio post theodosianum codicē latarum.* d) Nonn. codd. *et.* e) Plerique codd. *pp Aug.* s. *A.* et Sich. — Ri*. *PP. Augustus Pater.* 11 *impp.*, non *Imp.*, ut Ri. notat. 4, 6, 8—10, 27,

vorum retro principum constitutiones nostrasque redegimus[ee], aliam mox legem pietas nostra[f] promulgavit, quae tam[g] confecto codici vires auctoritatemque tribueret, nec aliter in iudicio quas contineret[h] leges, nisi ex ipso proferrentur[i], valere praeciperet[k]; quod si[l] quid iuris ab altero nostrûm postea conderetur, ita demum in alterius quoque[m] principis regno vires proprias obtineret[n], quod generatim[o] constitutum esset, si[p] divinis prosequentibus scriptis ad alterum principem[q] fuisset[r] emissum. §. 1. Quia igitur, diversis emergentibus caussis, per hoc transacti temporis intervallum ferri leges alias emergentium rerum necessitas persuasit, quae, nobis perpetua rerum publicarum occupatione districtis, ad scientiam perferri tuae[s] maiestatis minime potuerunt, necessarium duximus, has[t] nunc saltem universas[u] tuae serenitati[v] cum nostrae maiestatis subnotatione transmittere, quo[x] subiectis et provinciis et populis solenniter innotescant, earumque[y] vis etiam in occiduis[z] partibus incipiat observari. §. 2. Ac lites, quas inchoatas quidem, necdum tamen finitas eo tempore, quo publicantur, invenerint[a], secundum earum tenorem volumus terminari: illas autem, quae iam vel sententiis definitivis[b] vel transactionibus decisae[c] sunt, minime resuscitari. §. 3. Eas igitur, domine sancte[d] fili, Auguste venerabilis, cunctis ex more facias divulgari, et invicem mihi et[e] provincialibus et populis orientalibus cavenda observandaque cum suae manus adumbratione transmitti[f], quaecunque per id temporis spatium vestra perennitas generaliter promulgavit. *Dat.*[g] *Kal. Oct. Constantinopoli, Ardabure*[h] *V. C. Cos.*[i] *et qui fuerit nuntiatus.* (447.)

Interpretatio. *Haec lex Novellarum legum*[k] *constitutiones praecipit*[l] *observari*[m].

10, 27, 31, 32, 33, sed coniuncta est in codd. 9, 33 interpr. Nov. de Iudaeis cum subscr. huius Novellae; pars textus om. in codd. 34, 37; sola interpr. in cod. 6; omnia praeter interpr. des. in codd. 3, 40, 41; in cod. 39 omnia praeter §. 1 et interpr.; in cod. 13 deest pars textus et subscr. Vid. infr. not. *n*.

31, 35 *perpetuus A. pater.* 15 *p̄positus agi pater.* 21 *p̄positus augti pater.* 32 *pfi ā pater.* 33 *pfã pater.* 37 *inclito v. ac triumph. semper clito victori* et des. rell.; solus 22 *semper*, quod Be. rec. Verum quidem est inde a Diocletiani et Constantini potissimum temporibus imperatores solitos esse de se dicere *semper aug.* (cf. illust. Schrader ad Prooem. Instit. ed. suae p. 8, not. *semper augustus*), neque vero desunt exempla formulae *Perpetuus Augustus.* Cf. subscr. const. Omnem rei publicae de Concept. Digest. et subscr. const. Dedit nobis Deus de Confirmatione Digestorum: *Domino nostro Iustiniano perpetuo Augusto* etc. Hac de caussa et quia omnes fere codices (nam in codd. 15, 21, 33 scriptura latet *p̄p*) in hac re consentiunt, ex octo illis codd., quos supra consignavi, reposui *perpetuus;* id enim significat siglum *p̄p̄*. Commemorandum est denique in nonn. codd. om. *filio*, in codd. 7, 25 *perp. aug. pat.*, in cod. 29 *filio — aug.* et coniungi v. *pater* cum ipsa lege. 22 habet *filius.* Cui. 2, 2* *trimphatori.* ee) 7, 11, 12, 19, 20, 22, 25 *redigimus*, sed in 12 a rec. man. em. *redegimus*, et 7 *constitutionis nostrasquas redigimus alia m. lege*, ut 13. f) 11, 12, 19—23, 25, 29, 37 *nostra pietas*, sed 37 *nostram.* g) 23, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *iam*, quam scripturam etiam Ri. probatam facile recepissem, si aliis codd. confirmaretur. 6, 22 *quae tamen.* In sqq. 7 *confecta codicis viris auctoritatemque tribuerit;* similiter 22 *c. codicis viris a. tribuerit;* 15, 21 *tribuerit ut nec* et 19 *codici ut res auct.* Ceterum in cod. 22 vv. *divorum — codici* bis exstant et primo quidem loco *confecto codicis* scriptum est. h) 15, 21 *continet;* 18 *conteret;* alii codd. *continere.* Go. *continent.* i) Nonn. codd. *proferentur.* 7 *feruntur.* 6 *nec aliquas in iuditio aliquas contineri leges si ex hoc proferuntur.* 13 *ex hoc prof.* 22 om. *in* post *aliter.* k) 11, 12, 18—20, 23, Sich. *praeciperent.* 15, 21, 22, 25 *p̄ciperint.* 7, 14, 29 *praeceperit.* l) 6, 7, 11, 12, 14, 15, 17—23, 25, 28, 29 *quamsi* s. *quāsi* et 13 *quasi* (pro *quamsi*). Edd. *Quodsi.* Omnes igitur codices, qui h. c. plenam habent, tuentur scripturam *quamsi*, quam et Ri. tuitus esset, nisi vulg. bene se haberet. Difficile est explicare *quamsi*, retinui igitur *quod si*, quod Sich. ex codice aliquo videtur edidisse. Ferri potest *qua, si* (*qua* scil. *lege*). Mox 14 *qui* (sic etiam 7, 29) *uiri* pro *quid iuris*, 22 *nostrorum p. conderentur*, 18 *alterum nostr.* m) 11, 12, 15, 18—21, 23 *alt. quo* et 19 *principis recognovi res propr.* Sich. *alt. hoc pr.* 22 *demum quoque in alterius principis regno.* 18 *signo* pro *regno.* n) Nonn. codd. *obtinere* s. *obtinent.* 7 *iures p. o.* Seqq. des. in cod. 13. 6 *conderetur quod ita — obtineret si gen.* o) 7 *sicut generaliter.* 25 *generationi.* p) 6 *esset et div.* 7 *est et div.* 22 *esse div.* et om. *si* ut codd. 11, 12, 14, 15, 18, 19, 23, 25, 29. Go. mendose *si diversis pro sequentibus*, impr. Ri. Proba est vulg. scriptura: v. *si* pendet ab antec. *ita demum.* q) 7, 22 *ab altero principe.* r) 7, 15, 17, 19—23, 29 *fuisse.* Porro 7 *Quia igitur in diversis e. c. pro hoc — perpetuarum publicarum o. destrictis.* 6 om. *alias* post *leges.* Nonn. codd. *perpetuo r. publ.* s) 11, 12, 15, 17, 19—21, 23 *vi* et 18 *vim* pro *tuae.* Mox nonn. codd. *potuerint.* t) 6, 7, 14, 22, 25, 28, 29 *eas.* Ante 22 *necessarias.* u) 7 *universis.* v) 15, 17, 18, 19, 20, 21, 25 *serenitatis* et deest in codd. 15, 17, 19, 21 *cum.* x) 22 *quas.* 25 *quod.* Nonn. codd. *subiicitur* s. *subicit.* 29 *abiectis.* y) 7 *earumqui eius et in.* 21 *earumque ius etiam.* 22 *innotescat ea namque vis.* z) 14 *occidentibus.* 29 *occidentis.* Aur. Lugd. mendose *pattibus.* Mox 7 *hac* pro *Ac.* a) Nonn. codd. *invenerit* s. *invenirent* et *tenore.* b) 7, 20 *vel a sententiis def.* 22 *iam de sententiis definitis.* Go. *diffinitivis.* c) 7 *decisa.* 22 *minimae*, sed corr. d) 6, 7, 11, 12, 17, 18, 20, 21, 22, 25, 29 *sancte* s. *s̄cē* et 19, 23 *sanctae.* Edd. *sacratiss.* Utrumque recte se habet. Cf. Dirksen. Manuale v. *Sacratus* et *Sanctus.* Reposui ex codd. *sancte.* Mox 19 *augustae.* Go. *fili* (*Auguste*) *venerabilis — cum** *suae.* e) 7 om. *et.* f) 22 *cavenda et observanda quecumque s. m. adumbrationem transmittit.* 7 *obumbratione tr. q. per idem temporis spacium.* 6 *generaliter perennitas.* g) 14, 38 add. *VIII.* h) Nonn. codd. *Ardabore*, ut Rittersh., qui *Consp. et Ardabore.* 23 *Ardaburo.* Sich. *Arcadio A. et Ardaburo V. C. Coss.* Cui. 1— Lugd. *Constp. et Ardabure.* i) Nonn. codd. *vic.* et *Conss.* Omnes quos inspexi codd. om. *et qui f. nunt.* Gav. l. c. Vol. V, p. 130 prop. *Calypio et Ardaburé VV. CC. Coss.* Cf. Ri. not. *r, s* et Brencm. l. c. p. 870. k) 11 *nullarum* et om. ut 5, 22 *legum.* 22 *constitutionem.* l) Multi codd. *praecepit.* m) Multi codd., veluti 3, 5, 7, 8, 10—12, 19, 20, 22, 23, 37, 38 *confirmari*, quod convenit cum rubrica; at vulg. scriptura cum textu convenit, ubi *observari, observandaque.*

TIT. III. DE IUDAEIS, SAMARITANIS, HAERETICIS ET PAGANIS.[a]

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus*[b] *AA. Florentio*[c] *Pf. P.*[d] Inter[e] ceteras sollicitudines, quas amor publicus pervigili cogitatione nobis[f] indixit, praecipuam imperatoriae maiestatis curam esse perspicimus[g] verae religionis indaginem; cuius si cultum tenere potuerimus[h], iter prosperitatis humanis aperimus inceptis. Quod usu longae[i] aetatis experti, piae mentis arbitrio ad posteros usque perennitatis[k] iure fundare decrevimus caerimonia[l] sanctitatis. §. 1. Quis enim tam[m] mente captus, tam[n] novae feritatis immanitate damnatus est, ut, cum[o] videat coelum divinae artis imperio incredibili celeritate intra sua[p] spatia metas temporum terminare, cum siderum motum[q], vitae commoda moderantem, dotatam[r] messibus terram, mare liquidum et immensi operis[s] vastitatem finibus naturae[t] conclusam, tanti secreti, tantae fabricae non quaerat auctorem? Quod[u] sensibus excaecatos[v] Iudaeos, Samaritas, paganos[x] et cetera[y] haereticorum genera portentorum audere cognoscimus. Quos[z] si ad sanitatem mentis egregiae lege medica revocare conemur[a], severitatis culpam ipsi praestabunt[b], qui durae frontis obstinato piaculo locum veniae non relinquunt. §. 2. Quamobrem cum, sententia veteri[c], desperatis morbis nulla sit adhibenda curatio, tandem, ne ferales sectae[d] in vitam, immemores nostri saeculi, velut indiscreta confessione[e] licentius evagentur, hac[f] victura in omne aevum lege sancimus, neminem Iudaeum, neminem Samaritam[g] neutra lege con-

---

Tit. III. Codd. 3, 7—15, 17—32, 34—38, Br. Al. Aeg. L. R. U. Cui. 1. Pith. in ind. rubr., Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. P[a]. in ind. rubr., Rittersh. Go. P[b]. in ind. rubr., Ri. Ri*. Lab. (p. 766) *Tit. III.* Sich. *Tit. II.* Vid. tit. II. de Confirm. leg. Novell., not. sup. De cod. 1 vid. tit. I. de Theod. Cod. Auctoritate not. sup. et infra §. 10, not. *q*. In cod. 2 hac de caussa deest, quia in eum nullae Novellae transscriptae sunt nisi ineditae; sed cum ibi titulus de Patrimonialibus XII. sit, dubitari nequit, quin hic in codice, unde 2 descriptus est, eodem loco fuerit, quo in rell. codd. legitur. Cod. 6 *Tit. I.* Vid. C. Th. p. 90, not. sup. et tit. II, de Confirm. L. Novv. D. Th., not. sup. Deest etiam in codd. 4, 5, ubi vero rell. Br. Al. Novellae, quae adsunt, iusto numero signatae sunt, ut haec aut consilio omissa sit, aut in codice, ex quo 4, 5 descendunt, exciderit necesse sit. Be. *Tit. VI*, Vid. infr. subscriptionem, not. *x*. — N. 1. In codd. et edd. est *N. un.* h. tit. Be. add. (*VIII.*), i. e. omnium Novv. Be. editionis. Integra cum interpr. est in codd. 11, 12, 14, 15, 17—23. Omnia praeter interpr. desunt in cod. 33, quae quidem, cum etiam titulus omittatur, cum antec. Nov. cohaeret; at cum seqq. Novellarum in Br. Al. receptarum numeri recte se habeant, errore videtur librarius lapsus esse; inscr. et textus des. in codd. 24, 30, 36; textus et subscr. in codd. 26, 35; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus in codd.

---

a) 6 *De Iudeis* (ut plerique codd.) *et Ceteris.* 15, 21 *De I. S. et H.* etc. b) 18 *et Valente.* Nonn. codd. *Imp. et Theud.* c) Nonn. codd. *Florentino.* d) 6, 8—10, 13, 31, 35 add. *Orientis.* Etiam Go. add. *Orientis.* Cf. Nov. Th. Ne Curialis, Nov. 1 et 2 Th. de Postulando et de perpet. advocat., Nov. Th. de Tutoribus, quae quidem Novellae sequenti anno datae sunt, non hoc anno. Ceterum 6, 15, 21 *Fl. praeposito* et 8 *p̄f p̄p̄p Orientis.* 22 *pfū.* e) 22 *In.* 6 om. *ceteras.* f) Sich. *pervigili nobis cogitatione.* 15, 20, 21, 25 *induxit*, errore quidem, neque vero inepte. 14 *cogitationes..* g) 14, 25 *praecipimus.* 22 *praespicimus.* Plerique codd. *vere.* h) Ita 6, 14, in m. Cui. 1—2* et Rittersh., Lab. Go. Be., prob. Ri.; rell. codd. et edd. *potueris*, scil. Florentius, cui lex exsequenda commendatur. Tamen mihi prob. *potuerimus* propter *aperimus*, quod sequitur et *nobis — perspicimus*, quod antecedit. 22 *inter prosperitates humanas aperimus inceptas.* Lab. *incoeptis.* 7 *operibus* pro *aperimus.* i) 22 *longevāe*, non *longaevae*, ut Ri. Be. scribunt. Multi codd. *longe*, *pie* ut infra *nove* etc. k) 6 *perhenni.* 7 *usquae perhennitatis.* Rittersh. *decrevimus fundare*, ut 22. Aur. Lugd. *perenninatis.* l) 7, 11, 12, 14, 15, 19—21, 22 (sec. Ri. et Be.), 23, 25, Sich. Lab. *cerimonia* s. *ceremonia*, prob. Ri., cui vero non displicet *caerimonias*, quod rell. edd. et codd. habent (etiam 22, si quidem recte legi). 14 *ceremonie.* Ego scripsi *caerimonia*, quod multo melius est. Altera scriptura orta est ex seq. v. *sanctitatis.* m) 6 om. *tam.* n) 7, 11, 12, 15, 18, 20—22, 25 *quam.* 14 *quae.* 6 *captus quis tam.* o) Rittersh. Ri. hic et in sqq. exceptorem legis imitatum esse contendunt Ciceronem de Nat. deor. II, 38 et de Legib. I. et II. lib. Intelligunt de Legg. I, 8, §. 24 et II, 7, §. 16 ed. Orell. p) 11 sec. Ri. *intrans vi spatia*, impr. Ri. Ego legi *intra sui spatia*, quod et 15, 17, 19—23, Sich. habent. 7 *intra suum spatium aetas.* 15, 21 *spatiū aetates.* 19, 20 *spatiā*, sed 20 *et has.* q) 19 *metum.* r) 7, 15, 19, 21, 22 *donatam.* Ceterum 22 *motum vice' commoda terminare moderantem* (14 *moderatim*) *donatam m̄tibus.* s) 6 *emensi operis.* 22 *immenso per sua statim finibus.* t) 6 *finibus terrae.* 25 *finibus nutare.* 14 *finibus tantae fabricae non naturae conclusam tanti secreti tantae fabricae non quaerat.* u) 22 *quaerat victorem quid.* 23 *q̄d.* Sich. *Quid.* v) 11, 15, 17, 19—23 *excaecavit*, sed 22 sec. Ri. *excaevit.* 25 *excitatus.* x) 7 *Samaritanos* (ut 6, 22) *hereticos et paganos.* y) Nonn. codd. *et contra* et infr. *audire.* 6 *genera hereticorum.* z) 12, 14, 19—23, Sich. *Quod* sed 22 om. *si.* Ceterum edd. ante Be. *cognoscimus? Quod* s. *Quos.* 7 *cognovimus.* a) 19 *legem edicare vocare.* 20 *legem aedicare vocare.* 23 *legem e dica revocare.* 22 *egregite lege medicare conamur.* 25 *lege edicta.* Sich. *legum edicta revocare.* b) 11, 12, 14, 18, 20, 23 *praesentabunt.* 7 *quid iure.* 15 *qui dure.* Nonn. codd. *frontes.* Mendose Rittersh. *veriae.* c) Sec. Rittersh. Ri. Hippocratis est sententia in lib. περὶ τέχνης cap. 4 et 14. Sich. in m.: *Desperatis morbis frustra adhibentur remedia.* Multi codd. *disperatis* et Rittershus. *de speratis mortis.* d) 7 *feralis secte.* 22 *feralis recte.* 6 *vitam inque mores.* 19 *vita minores.* Supra 25 *moribus nulla.* e) 23, Sich. — Lugd. Go. Rittersh. Lab. *confusione*; rell. edd. *confessione*, etiam Cui. 2, 2*, quare Ri. errat, qui omnes edd. *confusione* habere scribit. Nonn. codd. *licentiis.* f) Hinc inc. c. 19 Cod. Iust. et c. 73 Conc. Meld. citt. et fragmentum cod. Barber., quod desinit in v. *traduxerit* §phi 4. Ri. dicit, in Cod. Iust. esse *valitura*, in c. 73 Conc. Meld. *victura*, probari igitur hoc canone, „Caroli Calvi temporibus in Francia compendium Codicis Theodosiani regnasse in foris", sed etiam libros mss. Cod. Iust. habere *victura* demonstrat doct. Herrmannus ad c. 19 cit., qui ipse edidit *victura.* 22 *ac.* Mox 20 *legem* et 7 *longe* pro *lege.* g) Nonn. codd. *Samaritanum.* 19 *nemine.* Cod. Iust. *neminem Iudaeorum, quibus omnes ad-*

a) 23, Sich. *praefecti.* 6, 42 om. *praet.* Nonn. codd. et Sich. *praetorii.* b) 6 om. *post — supplicandum.* 22, 36 *iniusta.* c) 23, Sich. *successiones.* 36 *successione.* 22 *infra.* d) 14, 28, 34, 38 *publicandum.* 36 *publicantur.* e) Codd. *Thalasio*, *Talasio* (ut Cui. 2, 2*. Ri. Ri*.), *Thalasso* (ut Sich. — Lugd. Rittersh. Go.), *Talasso* (ut 1), *Talaso*, *Telasio.* Multi codd. *Theūd.* s. *Teōd.* Recte Be., iubente Ri., ex Cod. Iust. ed. *Thalassio.* Apud Graecos enim dicitur Θαλάσσιος. f) Nonn. codd. *praeposito.* 13 *Thalasio v̄. inl.* et 27 *Talasio V. illiricae*; alii *Illirice* s. *Ilirice* s. *inlirici* (ut 1) s. *Illirici*; in nonn. codd. om. *Illyrici.* In cod. 22 tota inscriptio mutatis vv. ita se habet: *Imp. Constantinus aūg aug. p̄fo hilliricis suae.* Ri. non recte notat scripturam cod. 22. g) Nonn. codd. *suggessio.* 13 om. *Suggestio.* h) 11 sec. Be. *sublimitati.* 13 om. *non.* i) 14 *non improbatae.* 25 *probanda — quae sint.* 22 *leges — sint.* k) 1 *abrogante.* 6 *abrogandi.* Cf. C. Th. XI, 30, 16; Cod. Iust. I, 19, 5; VII, 62, 30, 32; Dig. I, 11, 1; IV, 4, 17. l) 22 *litig. in examinationibus.* m) 15, 21 om. *tuae sedis — amplissimo.* 25 *amplissimae.* 6 *sedis tuae.* Cf. Zir. l. c. p. 86 et 449. n) Nonn. codd. *relinquetur.* 1 *relinquantur*; similiter 13 *relinquatur.* Infra 23 *quem nefas.* o) 6 *imploratur.* p) 11, 12, 19, 20, 22 *auxilio.* q) Nonn. codd. *haec et perpetua valetura.* Cum v. *Litigantibus* inc. c. 1 Cod. Iust. cit. r) Nonn. codd. *iuditium.* 14 *si contagiis.* 11 om. *si.* s) Sich. *ius se * affirment*, in m. annot.: „*Deest dictio qualis est: oppressos.*" In cod. 23 post *se* sola litera *l* superest, sed ea deleta est, et sequitur lacuna quinque literarum. Infra 13 *licentia* et 15 *curiale vel.* Cod. Iust. *laesos affirment, non provocandi, sed supplicandi — vel* (om. *alia*) *qualibet p. utilitate seu alia causa dicatur prolata sententia — denegari; ita videlicet, ut intra biennium — sedis praetorianae praefecturae sententias, post successionem iudicis numerandum, supplicandi eis tribuatur facultas. Dat.* etc. t) Plerique codd. *qualibet alia.* 1 om. *alia*, ut Cod. Iust. Infra 18 *dic. probatae* et 20 *dicatur probata.* u) Nonn. codd. *publicae.* Sich. *publico.* 12 *prodeest.* 22 *singuli.* v) 1, 15 *denegare*, quod falsum non est. 11 *adnegarit.* x) Codd. *Thalasse* (ut Sich. — Lugd. Rittersh. Go.) s. *Thalasi* s. *Talasi* (ut Cui. 2, 2*. Ri. Ri*.). 1 *Telasse.* 22 *adlasse.* Praeterea differunt in siglis formulae *par. — amantissime*; nam nonn. habent *p̄ k̄* (et om. *atque am.*) s. *p̄ k̄ ā*, alii *p̄f̄ āūḡ.* s. *p̄ k̄ āḡē.* Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *Praefectē* (Go. *P.* et Rittersh. in m. *Parens*) *charissime Augustorum.* Infra 19 om. *tua.* y) 12, 13, 15, 18—22 *constitutionem* s. *constitutione non* (sed corr. in cod. 12 *quae* pro *non*) *adversus.* 11 *constitutione non tibi verus.* Supra Rittersh. *magnifice.* z) 23, Sich. *supplicari.* Ante 25 *curiam.* a) 11, 12, 15, 18—22 *prohibetur.* b) Omnes codd. *nomini*, improb. Ri., s. *nomine.* 1 *n̄r̄m̄ nomini.* Sed edd. et Cod. Iust. *numini.* c) 23, Sich. *afferendas.* d) Sich. *post cognitionem*, impr. Ri. 19, 22 *iudices.* 23 *numerendā.* e) Ri. add. vult *et.* In seqq. nonn. codd. *leges neque* aut *nequaquā — eadem ad omnem.* 25 om. *propositis — praecipiat.* Ri*. *Huius legi.* f) 12, 14, 18—20, 22, 38, cod. Piper. Legis R. U., epit. Monachi *IV.* 11, L. R. U. ed. Canc. *VII.* Nonn. codd. om. *III.* 27, 33 *k̄ aug.* g) 36 *d̄n̄o n̄r̄o Th.* Multi codd. *Theud.* s. *Teod.* et om. *A.* 13 om. *Const. — Coss.* h) Nonn. codd. *XVI* aut *XVIII.* 1 om. *et* et 22 *et — Coss.* i) 6 *Fausto*, male; alii codd. *Fisto, Fisco.* 22 *escysto*; scribitur etiam *vic* aut *c. c.* aut *vir cl.* aut *vv cc* pro *V. C. Coss.* Sunt etiam codd., in quibus deest aut *V. C.* aut *Coss.* k) Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *licuerat.* 13 *docuerat.* Nonn. codd. *appellari* et mox *affectus* s. *fuerit effectus.* l) 22 *dominus.* 34, Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *dominos*, quod Ri. videtur esse genuinum. m) Multi codd. *utilis iterum* et *audientiā*,

rint, quae contra eos fuerant iudicata, serventur et perpetuam teneant firmitatem.

TIT. XIV. DE PATERNIS SIVE[a] MATERNIS BONIS.

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P.*[b] Officium est imperatoriae maiestatis, iis[c] etiam, qui nondum nati sunt, providere, et in parentum contractibus futuris quoque liberis fructum naturae debitum praeparare[d]. §. 1. Praeteritae constitutiones mulierem[e], morte mariti matrimonio dissoluto communibus liberis exstantibus, donationem[f] ante nuptias resque alias[g] certis modis ad eam devolutas ex mariti persona iisdem[h] liberis quibusdam conditionibus[i] servare[k] praeceperant[l]. §. 2. Haec divus[m] nostrae mansuetudinis avus humana mente viros quoque, morte[n] mulieris exstantibus liberis matrimonio dissoluto, circa[o] dotem resque alias[p] certis modis ad eum ex persona mulieris devolutas iisdem[q] conditionibus suaserat observare[r]. §. 3. Nos feliciter[s] vinculo legis haec[t] a viris[u] observanda censemus[v]. Nam generaliter[x], quoquo casu constitutiones ante hanc[y] legem mulierem liberis communibus[z], morte mariti matrimonio dissoluto, quae de bonis mariti ad eam devoluta sunt, servare sanxerunt[a], iisdem casibus nos per huius legis auctoritatem[b] maritum quoque, quae[c] de bonis mulieris ad eum devoluta sunt, morte mulieris[d] matrimonio dissoluto, communibus liberis servare censemus, nec interesse volumus, si[e] alter pro marito donationem ante nuptias[f], vel pro muliere dotem crediderit offerendam[g]. Haec observari praecipimus[h], licet res ante nuptias donatae, ut assolet fieri, in dotem a muliere redigantur[i]. §. 4. Nam et si culpa mulieris repudio matrimonium fuerit dissolutum, maritus totam donationem, non partes, ut in altera dote[k], retinebit[l], dominium autem rerum, quae liberis vel huius legis vel praeteritarum constitutionum auctoritate[m] servantur, ad liberos pertinere decernimus. Itaque defuncto eo, qui eas liberis reservabat[n], exstantes[o] ab omni possessore liberi vindicabunt, consumptas ab heredibus eius exigent, qui eas[p] servare debuerat[q]. §. 5. Alienandi sane vel obligandi suo

Tit. XIV. 1, Am. *Tit. XIII.*, sed sec. ord. titt. *Tit. XII.*, ut Zir. in ind. titt. 3, 5, 8—15, 18—35, 37, 38, 40—42, Cui. 1. Aur. P. in ind. titt. Lugd. Cui. 2, 2*. P[a]. in ind. titt. Rittersh. Go. P[b]. in ind. titt. Ri. Ri*. L. R. U. Aeg. *Tit. VII.* 6 *Tit. V.* 36, Sich. *Tit. VI.* Be. *Tit. XIV.* Vid. supra tit. I—III, VII, IX, X, not. sup., ubi etiam de codd. 1, 2, 7, 16, 17, 36 dictum est. In cod. 4 totus titulus deest, cum folium exsectum sit. C. Th. VIII, 18, 19. Nov. Maiorian. tit. VI. de Sanctimonialibus. Nov. Severi tit. I, de Abrogatis capitibus. Nov. Iust. II, c. 1 et XXII, c. 25. — N. 1. Codd. edd. *N. un.* Be. add. (*XX.*), i. e. omnium Novv. in ed. Be. Cod. Iust. I, 14, 6, paucis vv. receptis iisque mutt. (vid. §. 6, not. g); V, 9, 5 et VI, 61, 3; Bas. II, 6, 11 et XLV, 4, 7. Integra est cum interpr. in codd. 11—15, 18—22; omnia praeter interpr. des. in codd. 40—42 (in quibus hic et illic etiam interpr. truncata est); inscr. et textus in codd. 5, 24, 30, 37; textus et subscr. in codd. 25, 26, 35; ultima Novellae vv. et subscriptio in cod. 23; solus textus om. in codd. 8—10, 27—29, 31—34, 36, 38; sola interpr. in cod. 6. In cod. 3 nihil superest, nisi explanatio in nonn. codd. titulis adiecta.

supplicaverit, intra eos fuerit s. *fuerint.* Rittersh. *perpetuum.* In cod. 3 haec interpr. ita mutata est: *Si contra potenga iudecis nun licuerit apellare, cū — biennium agere non moretur.*

a) Plerique codd. Sich.—Ri*. Zir. *seu.* Am. Be. ex cod. 1 *sive.* 6, 22 *et.* 35 om. *bonis.* b) Multi codd. *Theūd* s. *Teod.* 13 *p̄po Or.* 6, alii codd. *praeposito.* 27 *Flor. V. illuster p̄po*; nonn. codd. om. *Pf. P.* Sich. *Pf. V.* c) Multi codd. Rittersh. *his*, alii *hiis*, ut Sich.—Cui. 2*. 14 *his etiam qui non dominati sunt.* d) 22 *reparare.* Ri*. *fructu.* 13 om. *fructum naturae debitum.* e) 1 *praeterito constitutionis muliere.* 13, 22 *constitutionis.* 13, 19, 20, 22 *mortem.* Cf. c. 2 C. Th. de Secundis nuptiis (III, 8). f) 22 *donationibus.* g) 1 *aliis.* 20 *alia.* 22 *alias certissimo des ad.* 6, 14 *ad eandem.* 18 om. *ad.* h) Nonn. codd. *hisdem.* i) 22 *conductionibus.* k) Edd. ante Be. *servari.* l) 11, 12, 18—20 *praecipiant*, sed corr. in cod. 12 *praeceperant.* 22 *praeceperunt.* m) 22 *edictis.* Cf. C. Th. III, 8, 2. n) 13 *mortem.* 22 om. *morte.* Sich. *mulierum.* Ante 6 *viro.* o) 1 *mulieres extantibus liberis matrimunio dissoluto circa.* Similiter 11—13, 15, 18—23 *mulieris ext. lib. matr. diss. circa*; rell. et edd. *mulieris matrimonio dissoluto, exstantibus liberis, circa.* p) 1 *resqualiis.* 15, 21 *alias certissimo iure ad.* q) 11 *divolutas.* Nonn. codd. *hisdem.* r) 1, 6, Sich. *observari*; rell. *observare*, recte (*haec viros — circa dotem — observare*). s) Ri. in not.: „*Feliciter.* Subaudi eveniat." 1 *vincolū leg.* t) 6 om. *haec.* u) 15, 21 *a Iuris.* 18 *haberis.* 23, Sich. *avaris.* 14 om. *a.* v) 6, 11—13, 15, 18—23, Sich.—Ri*. *censuimus.* x) Hinc inc. c. 5 Cod. Iust.: *Generaliter censemus, quoquo.* Nonn. codd. interque eos sec. Am. 1 et Ri*. *quoque.* 6 om. *casu.* Mox nonn. codd. *constitutionis* et 14 *contentiones ante.* y) 1 sec. Am., 6, 11—15, 18—23 et Cod. Iust. *ante hanc legem.* Edd. *ante legem hanc.* z) 6 add. *extantibus.* 15 *communionibus.* Nonn. codd. *mortem.* a) 1 *sancxer̄* (i. e. *sanxerunt*) *hisdem*; rell. codd. et Cod. Iust. *sanxerunt* et inter eos multi *hisdem.* Sich.—Ri*. *sanxerat.* Ri. vult aut *sanxerunt* aut *sanxerant*; hoc Be. recepit. Restitui ex codd. *sanxerunt.* 22 *his de causis*, sed supra lin. *casibus.* b) Cod. Iust. om. *nos — auctoritatem.* Nonn. codd. *auctoritate.* c) 22 om. *quae* et 14 *ad eum devoluta sunt.* d) Nonn. codd. *mortem.* 19 *mulierum.* 22 *mulueris.* e) Cod. Iust. *communibus liberis servare, nec interesse, si.* 22 *servari censuimus.* Etiam 6, 18 *censuimus.* f) 13 *donationem manente substantias.* g) Nonn. codd. *mulierem et dote.* 19 *offerenda.* 11 *efferendum.* Rittersh. *mulieriere.* h) 1 *hec observare p̄cipemus.* Etiam 13, 18 *observare.* 22 *hoc.* i) 1 *degantur.* Nonn. codd. *in dote.* Cod. Iust. om. *Nam — retinebit.* k) 13 *altera dotem.* 6 *partem ut alteram dotem.* 22 *repudium — dissolotum maritus tamen totam donationem non in partes* etc. l) 15, 21 *retinuerit.* 14 *praeterita.* m) Cod. Iust. *liberis per huius — auctoritatem.* n) 14, 15, 21 *reservabant* et 14 *liberas.* o) 22 add. *biennii.* p) 1 *eius.* q) 6, 13 *debuerat*; ita etiam a

nomine eas res, quae liberis servari praeceptae sunt[r], eis, qui reservaturi sunt[s], adempta licentia est. Negotia vero liberorum patri utiliter administrare concedimus[t]. Dividendi quoque res inter eos ipsos[u] liberos, parentibus pro suo arbitrio[v], vel eligendi, quem voluerint[x], licentiam non negamus. §. 6. In his[y] autem casibus, in quibus res ut paternas mater[z] liberis communibus servare praecepta est (hoc est ubi, morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad[a] alias nuptias venit), vel ubi ut[b] maternas patrem liberis communibus[c] servare censuimus (hoc est ubi morte mulieris matrimonio dissoluto, vir ad alias nuptias venit[d]), si hereditatem eius parentis, qui prior mortuus est, non adierint liberi, licebit eis[e], tanquam eius tantum res fuerint[ee], eas sibimet vindicare, scilicet si vel[f] eius, qui posterior moritur, hereditatem crediderint adeundam, ne[g], quod favore liberorum indictum[h] est, quibusdam casibus ad laesionem eorum videatur inventum. §. 7. Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inserendum, ut eo quoque[i] casu, quo lucratur vel mulier res, quae ad eam[k] a marito perveniunt, vel maritus eas, quae ex bonis mulieris ad eum transeunt (hoc est ubi primum matrimonium alterius morte dissolvitur, nec superstes ad secundas nuptias venit), si res vel maritus vel uxor (hoc est qui superstes est) non consumpserit vel alienaverit (quod eis ad secundas nuptias*) non venientibus quasi rerum dominis, concessum esse, non dubium est[l]), si hereditatem eius, qui posterior[m] moritur, liberi adire noluerint, ut eis[n] liceat res a patre profectas ut paternas, a matre ut maternas accipere[nn]. §. 8. Quod autem scitis[o] prioribus continetur, nec a filia, quae in potestate est, donationem ante nuptias patri, nec a filio dotem acquiri, eo addito confirmamus[p], ut, defunctis his adhuc in potestate patris, si liberis exstantibus moriantur[q], ad liberos eorum eadem[r] res iure hereditatis, non ad patrem iure peculii transmittatur[s], nec[t] per nepotes avo videlicet acquirendae, Florenti[u], parens carissime atque amantissime. §. 9. Illustris itaque[uu] ac magnifica auctoritas tua legem saluberrime promulgatam[v] ad omnes populos edictis propositis[x] faciat pervenire. *Dat. VII. Id. Sept.*[y] *Constantinopoli, Theodosio A. XVII. et Festo V. C. Coss.*[z] (439.)

Interpretatio. *Haec lex confirmat, ut, sicut mulier post mortem mariti omnia, quae ad eam de rebus mariti quolibet ordine pervenerunt, totum filiis profutu-*

---

librario corr. est in cod. 19. Etiam Be. prop. *debuerat*; rell. omnes, etiam Cod. Iust. *debuerant*. Recte *debuerat*, sc. defunctus. 14 *Alienandi sive*. r) 1 *liberis reservare* (vid. paullo supra §. 4 *liberis reservabat*) *praecepte sunt*. 19 *praecepta sunt*. 22 *servare praeceptae eis sunt*. s) 15 *qui res servaturi*. 19, 22 *qui non servaturi*. t) 1 *decernimus*. 13 *condicimus*. 22 *utilitas adm. praecipimus*. 6 *administrari*. u) 6 om. *res* et *ipsos*. v) 19 *parentibus proprio arbitrio*. 22 *arbitrio diligendi*. Cf. Novv. Iust. citt. x) 15, 21 *quemadmodum voluerint*. y) 11, 12, Go. *iis*; plerique codd. *hiis*, ut Sich. — Cui. 2*. Ri. Ri*. z) 6 *res maternas pater vel paternas mater lib. comm.* 19 *res aut paternas*. 18 om. *et*. Aur. Lugd. *parternas*. a) 13 *vir ad*. Rittersh. om. *mulier — dissoluto*. Cod. Iust. *venerit*. b) 6 om. *ut*. 14 *ubi et*. 19 *ut maternis*. 22 *parem*. c) 6 *communibus liberis*. Infra nonn. codd. *censemus — ubi mortem* et 6 *morte uxoris matr. diss.* d) Cod. Iust. *venerit*. Nonn. codd. *hereditates eius parentes qui prius*. e) 22 om. *eis*. ee) Cod. Iust. add. *qui posterior moritur*. f) Ita 1, 6, 11, 12, 15, 19, 20, 22, 23, Cod. Iust. Sich. — Ri*.; rell. et Be. om. *vel*. Go. *posturior*. Mox nonn. codd. *crediderit*. g) Hinc inc. c. 6 Cod. Iust. cit.: *Quod favore quorundam*. 22 *hereditatem eius crediderint ad eundem*. h) 6 *dictum*. 22 *iudicium*. c. 5 Cod. Iust. *inductum*, probb. Ri. Be., sed c. 6 Cod. Iust. *constitutum est, — eorum nolumus inventum videri*. 13 *quibus casibus* et om. *eorum* post *laesionem*. Infra nonn. codd. *Illuc etiam — lege* et Rittersh. *in ferendum*. i) 6 om. *quoque*. k) 12, 18, 21 *quae eadem*. 22 *mulieris quae — pervenerint*, impr. Ri. 15 *quae ad eam amaritudo*. Mox nonn. codd. *quas ex bonis — ne superstis — veniat si res suae maritus — superstis est et cons.* (22 *sumserit*) *vel aliena venerit*. Ri*. *nec sup. ad secunda nuptias*. *) Hic iterum incip. cod. 16. l) Cod. Iust. *est*, *liberis liceat* et om. *si — eis*. Cf. Nov. Severi tit. I. de Abrogatis capitibus. m) 13 add. *est*. 16 *cui posteriori ē moritur*. 22 *posterior maritus*. n) 6 om. *ut* et 15, 21 *ut eis*. Mox 18 *paternos ut a*, 21 *ut paternas accipere* et 22 *acceperint*. nn) Reliqua absunt a c. 5 Cod. Iust. cit. o) Cf. C. Th. VIII, 19, 1. Cum vv. *Quod scitis* inc. c. 3 Cod. Iust. cit. 22 *scedis pr. continentur nec ea filii*. 18 *nec eas filia*. 20, 23 *nec ea filia*. Infra nonn. codd. *donationis, patris, ne a filio, dote* et Ri*. *nec filio*. p) 6 *confirmamus eo addito*. 22 *eo adito*. 23 *eo quod addito*. Sich. *eo quoque addito*. Mox multi codd. Sich. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *hiis*. q) 13, 16 *moriatur*. r) 6, Cod. Iust. *eaedem*. 13, 15, 21, 22 *easdem* et nonn. codd. *patris iure* s. *patres iure*. Etiam Cod. Iust. *non ad patres*. s) 1, 6, 11 - 16, 18 — 23, Cod. Iust. *transmittuntur*, recte, modo leg. *eaedem res*, quod et codd. habent et flagitat v. *acquirendae*, quod sequitur. t) 1, 6, 14, 15, 18 — 22, Cod. Iust. *nec*, recte. Rell. *ne*, impr. Ri. 1 *iure hereditatem n̄ ad patrem iure periculo transmittantur nec per nepotest avo videlicet adquirendi*. c. 3 Cod. Iust. ita finitur add. nonn.: *videlicet acquirendae. Sin autem idem nepos, superstitibus tam patre quam avo paterno, diem suum sine liberis obierit, eorum dominium, quae ad ipsum ex matre vel ab eius linea pervenerint, non ad avum, sed ad patrem eius perveniat; usufructu videlicet in huiusmodi casibus avo, dum supererit, servando. Dat.* etc. u) 22 *Florentio*. Nonn. codd. *p̄. kal. aug.* s. *p̄. k̄. āg. āg.* s. *p̄. k. aūg. aūg.* Sich. Cui. 1. *Praefecte charissime Augustorum*. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *Praefecte clarissime Augustorum*, sed Rittersh. in m. *parens cariss.* uu) 11 sec. Ri. *Itaque illustris*. v) 1 *prouulgatam*, sec. Am. *pervulgatam*. 14 *lege sal. promulgata*. 22 *et magnifica — saluberrimae*. x) Ita codd., praeter 23, ubi *omnes populos — Coss.* spatio relicto deest et in 1 est *populus*. Edd. *promulgatam edictis propositis ad omnium* (sed Sich. Cui. 1 — Lugd. Rittersh. Go. *omnem*) *notitiam faciat pervenire*. y) c. 6 Cod. Iust. *Dat. Kal. Aug.* Rittersh. *Eid.* 20, 22 *VI.* L. R. U. *IV.* 36 *VIII.* 24 *XII.* 5, 28, 34, 37 *VII. Kal. Sept.* 30 *prid k̄ Sept.* 33 *Dat. VI. Id. Oct.* 10 *Dat. VII. Id. Febr.* 13 om. *Constantinopoli — Coss.*, c. 6 Cod. Iust. cit. et Rittersh. *Constantinopoli*. z) 15, 21 *XVI et Fausto Viro Claro*. 20, epit. Mon. *XVI.* et 6 *Fausto*. 1 om. *XVII.* 24, 28, 34, 37 *XII*, 22 *XIIII.*, impr. Ri. 38 *const. dn̄o n̄ro Th. aūg. p̄p XVII.* Nonn. codd. *Theud.* s. *Teōd.*; alii om.

rum debeat conservare, hoc etiam[a] *et patres de rebus maternis simili observatione custodiant*[b] *(excepto, quod eis fuerit filiorum morte quaesitum*[c], *ea ratione, sicut lex Theodosiani in octavo libro declarat), si ad secunda vota venerint, aut forte non venerint*[d]*: post*[e] *quorum obitum si alienatae, vel obligatae quoquo pacto fuerint res, quae filiis iussae sunt*[f] *reservari, ubicunque eas potuerint invenire, ad suum dominium filios praecipit*[g] *revocare. Nam permisit, ut mulier de sponsalitia donatione, quam a marito suscepit*[h], *si proprium mulier*[i] *nihil habeat, dotem exinde ipsi marito possit offerre. Caussas vero filiorum patres agere utiliter, cum*[k] *summa strenuitate*[l] *constituit, et ut*[m] *dividere aequaliter inter filios facultates maternas, aut per se, aut per quos elegerint habeant potestatem. Sane de omnibus rebus uxoris, quae ad proprietatem mariti quolibet titulo*[n] *vel nomine, seu donatione, seu testamento, seu morte filii pervenerint*[o], *etiamsi ad alias nuptias non transierit, si mortuo eo hereditatem eius filii adire noluerint, omnia, quae de maternis bonis maritus quocunque ordine habuit*[p] *acquisita, filii sibi, sicut reliquas maternas facultates, apud quoscunque invenerint, vindicabunt. Simili ratione, si et mater marito mortuo, etiamsi ad secundas nuptias non venerit, si hereditatem eius filii adire noluerint*[pp], *omnia, quae de paternis*[q] *facultatibus mater eorum quoquo modo, ut superius dictum est, acquisivit, filii*[r] *post mortem matris*[s], *cuius hereditatem repudiaverint, ad*[t] *integrum sibi vindicent et*[u] *defendant: quia iustitiae intuitu constat esse prospectum, ut, quia nihil de illius parentis*[v] *rebus, qui posterior moritur, habere dignoscitur, vel ea, quae ex prioris mortui parentis bonis esse constat, ad filios debeant integra*[x] *pertinere. Reliquum vero huius legis in aliis legibus habetur expositum*[y].

TIT. XV. NE CURIALIS[a] AD SENATORIAM DIGNITATEM[b] VEL AD[c] ALIQUEM HONOREM[d] ADSPIRET.

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum urbis Constantinopolitanae*[e]. Splendidissimo[f] coe-

---

Tit. XV. 1, Am. *Tit. XIV.*, sed sec. ord. titt. *Tit. XIII.*, ut Zir. in ind. titt. 3, 8—16, 18—35, 37, 38, 40, Cui. 1. Aur. Lugd. P. in ind. titt. Cui. 2, 2*. P[a]. in ind. titt. Rittersh. Go. P[b]. in ind. titt. Ri. Ri*. L. R. U. Aeg. *Tit. VIII.* 6, Sich. *Tit. VI.*, sed err. in Sich. *VI.* scriptum est pro *VII.* 36 *Tit. VII.* Be. *Tit. XV.* In cod. 4 totus titulus, qui in exsecto folio fuit, deest; deest etiam in cod. 5. Vid. supr. tit. I—III, VII, IX, X, not. sup., ubi etiam de codd. 1, 2, 7, 17, 36 dictum est. In cod. 1, ap. Am. Zir. Be. hic titulus ex duabus Novv. constat, in rell. codd. et edd. prima tantum eius Novella superest. Vid. Nov. 2 h. t., not. sup. C. Th. VI, 2, 8; XII, 1, not. sup. et c. 14, 18, 29, 42, 48, 57, 58, 65, 69, 73, 74, 82, 90, 93, 111, 118, 122, 129, 130, 180, 182, 183, 187. — N. 1. Cod. 1, Am. Be. *N.* 1. In rell. codd. et edd. (except. Zir., ubi om.) est *N. un.* Be. add. (*XXI.*), i. e. omnium Novellarum in Be. ed. Integra cum interpr. est in codd. 11, 12, 14—16, 18—23; omnia praeter interpr. des. in cod. 40; inscr. et textus in codd. 24, 30; textus et subscr. in codd. 25, 26, 35; pars textus et subscr. in cod. 13; solus textus om. in codd. 8—10, 27—29, 31—34, 36—38; sola interpr. in cod. 6. Eodem die data est Novella sq. tituli.

A. s. *V. C.* ut in Cod. Iust. c. 5 cit. In aliis denique scribitur *Fisto*, *Fisco*, *Fesco* et *VV. CC.* a) Nonn. codd. *si qua* (ita etiam Sich., improb. Ri.) *mulier — pervenerint — conservari hoc etiam* (om. *et*). b) Rittersh. *custodiebant*, impr. Ri. Nonn. codd. *fuerint*. c) Sich. — Lugd. Go. Rittersh. *adquisitum*. Nonn. codd. *ut* pro *sicut* s. *siculi* s. *si qua* et *Theudosiani* s. *Theodosiana*. Cf. C. Th. VIII, 18, 4. Sich. in m.: „*In tiulo: De maternis bonis, et materni generis excretione.*" d) 11—15, 18—23 et multi alii codd. *venerit — venerit*. e) 11, 12, 14, 15, 19—23, Sich. transpositis vv. *non venerint, res q. f. i. s. reservari, post quorum — fuerint, ubicunque*. Ceterum 22 *quoque pacto*. f) 11, 12, 19, 20, 22, 23, alii *iussi sunt* et 22 *reservare*. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *iuste sunt reservatae*, male. Vid. Nov. ipsam §. 5 *res, quae liberis servari praeceptae sunt*. g) Nonn. codd. *percepit*. 22 *dominium eas pr. r.* h) 9—15, 19, 20, 23, alii *percipit* s. *percepit*. 22 *praecipit si de proprio*. i) Sich. — Lugd. Rittersh. Go. om. *mulier*. k) Multi codd. *et cum*, ut Sich. — Lugd. Rittersh. Go. l) 9 *utilitate* et nonn. codd. *constituet*. m) Multi codd. Sich. — Lugd. Rittersh. Go. om. *ut* et mox alii *inter* et paullo infra *aut per se* s. *per* post *aut*. n) 23 *ad maritum quolibet*. 22 *Sane si de*. o) 9, 11, 12, 15, 20—23, alii codd. *pervenerunt*. Nonn. codd. *morte filiorum* et mox *transierint*. p) Rittersh. *habuerit*. pp) 11, 19, 20, 22, 23 *filii adierint*. Rittersh. *redire* pro *adire*. q) Multi codd. *de patris*. r) Rittersh. *filius*. 22 *eorum quo modo — filii has post*. s) Multi codd. *patris*. t) 11, 12, 20, alii *id*. u) 5, 11, 12, 19, 20, 22, 23, 38, alii codd. *ac*. Mox nonn. codd. *esse constat*. v) 11, 12, 23 et multi alii codd. *parentes*. 22 *illis parentibus*. Etiam paullo infra nonn. codd. *parentes*. x) 11, 12 *integre*. Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *pervenire* pro *pertinere*. y) Nonn. codd. *habeatur*. In cod. 3 interpr. ita mutata est: *Haec lex — conservare similis ratio est observandum et patris de rebus maternis excepto — quaesitum post quorum obitum — obligatae ubicunque filias invenerint ad suum dominium posse revocare causas filiorum parentibus agere utiliter dividere aequaliter inter filius facultate habeat potestate.* Posui hanc interpr., ut appareret negligentia eius, qui codicem Fuldensem scripsit. Idem dicendum est de omnibus fere interpretationibus, quare eas in posterum commemorare supersedebo.

a) Ita 1, 3. Similiter 14, 36 *Ne Curia*. Edd. et rell. codd. *Ne decurio*, sed 23, Sich. *Decurio si*, etsi Sich. in ind. titt. *Ne decurio*. Scrib. cum cod. 1 *curialis*. Constanter in ipsa Novella scribitur *curialis*, non *decurio*. Falso nuntiat Be., etiam *M.* (i. e. 11 cod.) habere *Decurio Si*. b) Nonn. codd. *senatoria dignitate* aut *senatoriam dignitate*. 1 *senaturiā*. 26 *dignitatem accedat*. c) *Ad* inserunt 1, 3, 8—16, 18—23, 31, 34, 37, 38, Sich. in ind. titt. 6, 26 om. *vel — adspiret* et rell. codd. omnesque edd. *ad*. Ri. falso dicit, *ad* addi in Lugd. Rittersh. Go. d) Ita fere omnes codices, inter eos 1 (sed is *honore*), 3, 8—16, 18—23, 26, 29—31, 33—35, 37, 38, L. (sec. Be.) Sich. — Lugd. Rittersh. Go. et in ind. titt. P. P[a]. P[b]. Similiter 36 *quem honorē*; rell. *aliquos honores*. 38 *adspirent*. e) Plerique codd. *Theūd.* s. *Teōd.* et nonn. *Valentinus*. 36 *dn̄o nr̄o Theod ad S. Urbis Romae*. Edd. *Constantinop.*, sed multi codd. *Constantino-*

tui vestro, patres conscripti[g], placere confidimus, si civitatum commodis consulatur. Vestrum nempe[h] est velle civitates augeri. Vos curiis peculiariter prospicere consuestis[i], si quidem vobis nostro iudicio res publica solet[k] gubernanda committi. Nam etsi[l] otio frui vos quodam tempore patiamur, ne labore videamini fatigari continuo, non tamen ideo cura vos deserit optime regendae rei publicae. Quamobrem lege curiis profutura vobis, patres conscripti[m], vel maxime gratulamur. §. 1. Suggestione[n] viri illustris atque magnifici praefecti[o] praetorio Orientis et[p] ex-consule Florentii comperimus, quosdam curiales, iniuriis se praesidum[q] subtrahere cupientes, ad senatoriae dignitatis praerogativam confugere. Hoc curias enervare[r], non dubium est[s]; curialibus quippe praeturae munus[t] impositum, patrias etiam functiones, ac suae quemque[u] munia civitatis[v], patrimoniis eorum eo modo[x] consumptis, denegare compellit[y]. §. 2. Sed et quod motibus se[z] iudicum reverentia*) subtrahunt dignitatis, publicis commoditatibus[a] noxium esse perspicitis[b]. Cessat enim debitorum compulsio[c], si debitorem desiderat exsecutor[d]. Lege itaque[e] perpetuo valitura decernimus, nullum posthac curialem senatoriae sibimet[f] dignitatis infulas usurpare, nulli curiali licentiam dari[g], clarissimo se permiscendi consortio. §. 3. Sed ne providentissime[h] constituta quibusdam[i] praeteritis semiplena[k] reliquisse noscamur[l], illis etiam curialibus, qui iam[m] senatoriam adepti sunt dignitatem, praeturae munus remitti[n] decernimus, qui nondum praetores sunt nominati, vel quos nominatos nondum amplissimi vestri coetus sententia praeturae muneri mancipavit obnoxios[o]. *Dat.*[p] *prid. Id. Sept. Constantinopoli*[q], *Theodosio A. XVII.*[r] *et Festo*[s] *V. C. Coss.* (439.)

Interpretatio. *Haec lex hoc praecepit, ut nullus curialis natus ad aliquos honores adspiret, nec dignitatem aliquam supplicando*[t] *tentet assumere, nisi tantum officia curiae debita se noverit subiturum.*

2. *Iidem*[u] *AA.*[v] *Zoilo Pf. P.* Non esset huius pro-

— N. 2. Primus hanc Nov. ex cod. 1 ed. Zir. l. c. p. I — V. cum comment. l. c. cap. II, p. 50 — 125; post eum ex eod. cod. Am. l. c. p. 10 — 20 cum not. Ex Am. eam rec. Be. Etiam Br. innotuit. Vid. not. *p* antec. et apud. Rel. l. c. p. 862 sq. et in Hist. Pand.

politane. 22 *Constantinopolis.* f) 23, Sich. *Colendissimo*, recte impr. Ri. 16 *Coetu.* g) Edd. et hic et infra *P. C.*, sed plerique codd. ut nos. 22 *conscriptū.* Mox 19 *civitatem c. consolatur* et 14 *consolator.* h) Ita 1, 6, 11 — 13, 15, 19 — 23; rell. et edd. *est nempe*; ceterum 1 *nimpe* et 13, 16, 22 *vel* pro *velle.* i) 1 *civitatis augere. vos curii speculariter ꝓpicere consuistis.* 15, 21 *civitatis augere.* 16 *curia specialiter.* 19 *consuetis.* 20 *consuistis.* k) 1 *solet.* 6 *res publica soleat nostro iudicio gubernanda committi.* Rell. codd. et edd. *soleat.* 22 *vobis vestro — commiti.* In cod. 13 rell. Nov. vv. una cum subscr. desunt. l) 6 *Nam si.* 20 *Nam et socio — laborem.* 22 *Nam etsi otio frugibus quodam.* Mox nonn. codd. *optimae — legem* et *profuturam* et 14 *prof. nobis.* m) Vid. supr. not. g. n) 6 add. *itaque.* Nonn. codd. *illustres* s. *illustri.* o) Nonn. codd. *praefecto.* 22 *profecti.* 23 *praeceptis.* 6 *praef. praepositi.* 15 *praef. populi.* Sich. *praetorii.* p) 6, 11, 12, 15, 18, 20, 22, 23, Sich. om. *et.* In cod. 12 a sec. man. rest. *et.* Sich. *exconsuliis.* Mox nonn. codd. *Florenti.* q) 1 *praeside* et deest *subtrahere.* 17 *iniuriis sed.* 6 *pr. subducere cupientes.* Mox nonn. codd. *praerogativa.* r) 1 *cúria seservare.* 14 *hac curia sine sua re.* 15, 21 *confugere ac curias en.* 16 *confugere ac curiae servare.* 18 *curias servare.* 19, 22 *curias manifestare.* s) 1 om. *est.* t) 14 *praetore munus.* 22 *praetorem manus.* 23, Sich. *positum.* u) 6 *sua quaeque munia.* 19 *sua quẽmque m.* 22 *functionis hanc suae quoque m.* 23, Sich. *sua quenque munia.* v) 11, 12 *civitati.* x) 1 *eorum comodo consumitis*; alii codd. *modis* et 22 *eorum commodo.* y) 11, 12, 18, 19, 20, 22, 23, Sich. *compellitur*, improb. Ri. 14 *compelletur.* 1, 6, 15, 16, 21 *Sed et quod.* Rell. codd. et edd. om. *Sed.* z) 1 *motibus* (om. *se*) *iuditium reverentias.* 15 *iuditium.* 16 *motibus secum iud.* Rittersh. et 23 *moribus.* Sich. *quod hiis moribus*, impr. Ri. Rein. cj. *nutibus.* Recte *motibus.* *) 22, Sich. *reverentiae.* Rittersh. *dignitatibus.* a) 1 *cicitatibus*, male. Vid. N. 2 h. t., §. 4. b) 1 *prespicetis.* Similiter nonn. codd. *praespicitis*, ut 11, 12, 23. 19 *esse praesciens.* c) 22 *compulsatio.* d) 1, 15, 16, 21 *si debitori deferat executor*, sed 1 *executur*, neque certo scio, utrum ibi *deferat* scriptum sit an *deserat.* 11, 12, 18, 19, 22 *si debitorem* (22 *debitorum*) *deserat executor*, ut cj. Am. Similiter Cui. 1 — Lugd. Rittersh. Go. *si debitum deserat executor.* 6, 14 *si debitori deserviat executor.* 23 *si debitori deserat executor.* Sich. *si debitori desit executor.* 20, Cui. 2, 2*. Ri. — Be. *si debitorem desiderat executor.* Puto leg. esse *si debitori deserviat exsecutor*, ex quo factum est *deserat* s. *deferat.* e) 15, 21 om. *perpetuo* et 20 *petuo — sibimet.* 11 *post* et om. *hac.* Rittersh. *Lego itaque.* f) 1, 6, 11, 12, 15, 21, 22, 23 *curialem senatoriae sibimet dignitatis inf.*; rell. *sibimet dignitatis senatoriae*, sed 1 *senaturie.* 19 *sibiet.* 20 om. *dignitatis.* g) 19 *curia licentiam.* 1 *licentiam dare.* 11 *usurpato.* h) 22 *clarissimo se comminiscendo* (corr. *commiscendo*) — *prudentissime.* 1 *prouidentissimo.* 23 add. *constantiss.* et Sich. *constantissimeque.* Errore Rittersh. *consortio. Sed ne providendissimo se permiscendi consortio. Sed ne providentissime.* i) 6 add. *recte.* k) 11 *semipleno.* 22 *simipoena*, sed corr. *semel poena.* 15, 16, 21 om. *semiplena — curialibus.* l) 6 *videamur.* 22 *noscatur.* 11, 12 *noscemur.* Rittersh. *cognoscamur.* m) 11, 12, 19, 22 *in.* Mox nonn. codd. *adempti.* n) 6 *munus remittimus qui.* 19 *munus committi dec. qui.* 22 *nos* pro *munus.* 16 om. *decernimus — nominati.* o) 1 *praeture munere mancipiavit obnoxius.* Etiam alii codd. *obnoxius*, alii *sententiae* et *munere.* 6 *obnoxios mancipavit.* 22 *vel quos nominatus n. a. questoris — praetore munire m. obnoxius.* Rittersh. *quos nondum nominatos nondū amplissimi.* p) Nonn. codd. *II*, alii *IV* aut *VII.* 22 *III.* Falso Br. in cod. 1 esse dicit *Dat. XIII. Kal. Aug.*; potius hic dies subscriptus est Nov. 2 h. t. Ex Br. error transiit in Ri. ed. q) 36 add. *dn̄o nr̄o.* 22 *Constantino.* 15, 21 om. *Constantinopoli*, ut alii codd. *A.* s. *XVII.* s. *V. C.*, pro quo in multis codd. *V̄c̄* est. r) Recte *XVII.* Nonn. codd. habent *XVI.*, alii *XIV.* s. *IX.* s. *XVIII.* s) Plerique codd. *Fisto.* 6 *Fausto.* t) Multi codd. *praecipit* et *supplicandum.* u) 1 *P̄*, quod siglum Zir. monogramma esse putat conflatum ex *ĪD̄* s. *D̄.* Similiter rem interpret. Am.: aut amanuensis vitio scriptum esse *P.* pro *Id.* aut significare *praedicti.* Falso Br. scriptum esse dicit *Id.* v) Am. add. (sc. *Impp. Theodosius, et*

mulgandae necessitas sanctionis, si improborum temeritas aut metu legum aut pudoris imperio frenaretur. Sed quoniam utrumque despexit audacia, nostrarum statim debet [x] provideri remediis sanctionum, ne ultra serpat iniuria. §. 1. Quantum igitur magnitudinis tuae suggestio patefecit, Valerianus, Emisenae [y] civitatis curialis, iuris publici legumque grassator, ob hoc sibi illustre [z] cingulum honoris immerito per subreptionem assumpsit [a], ut illius subnixus infulis dignitatis, contumeliosum sui possit [aa] amplificare propositum. Magna enim stipatus barbarorum caterva secretarium provinciae moderatoris irrupit, priorem sibi locum ausus est vindicare, dexter assedit ei, cui iura commisimus, cui fata provincialium duximus esse credenda, ita ut omne [b] eius fugaret officium, vasta omnia ac sola relinqueret, qui [c] non magis opibus dives, quam sceleribus plenus, aliis quoque curialibus domi suae susceptis, ut publica ratio fraudaretur, servile praesidium exactoribus contra publicam opposuit disciplinam, quo magnum dispendium nostrae serenitatis aerarium per eius pateretur vesaniam. In quem oportuerat acerbioribus legum aculeis vindicari, nisi nos mansuetudo, quae assolet, temperaret, et ad suam consuetudinem lenitatemque redigeret. Quapropter eum et cingulo et dignitate simul illustri [d] privari, hac generali [e] sanctione decernimus, et curiae redditum per se, aut substitutam personam, si ita viro clarissimo [f] moderatori et curialibus visum fuerit, suarum periculo facultatum omnibus curiae fungi muneribus, iudiciariis, ad similitudinem ceterorum, sententiis pariturum. §. 2. Verum quia principale remedium generale esse oportet, ceteros quoque civitatum omnium curiales ab illustri dignitate cum cingulo seu citra cingulum volumus in posterum prohiberi, nec sibi infulas huius honoris appetere. §. 3. Quod si temere post hanc nostri numinis sanctionem [g] huius modi honorem subreptione quadam [h] impetrare potuerint, sciant, infructuosum sibi hoc fore, nec ullum inter eos atque alios curiales, qui talem non meruerint dignitatem, esse discrimen; illos autem, qui vacantem iam vel honorariam dignitatem adepti sunt, per substitutas personas omnium suarum periculo fortunarum muneribus curiae absque ullo patrocinio respondere, Zoile, parens carissime [i] atque amantissime. §. 4. Illustris igitur [k] auctoritas tua hanc nostri numinis legem publicis commoditatibus profuturam edictis solenniter ubique propositis ad omnium notitiam faciat pervenire. *Dat. XIII. Kal. Aug. Constantinopoli, Theodosio* [l] *A. XVIII.* [m] *Cos.* (444.)

TIT. XVI. DE TESTAMENTIS [a].

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P.* [b] Ita [c] prodest gentes barbaras nostri numinis [d] imperio mancipari, ita nostrae [e] victoriae videbuntur obedientibus fructuosae, si pacis commoda legum regulis componantur [f]. Ideo divinis sensibus die noctuque res humani generis pertractantes gratum [g] duximus, deficien-

---

Tit. XVI. 1, Am. *Tit. XV.*, sed sec. ord. *Tit. XIV.*, ut Zir. in ind. titt. 3, 5, 8—16, 18—35, 37, 38, 40—42, Cui. 1. Aur. Lugd. P. in ind. titt. Cui. 2, 2*. P [a]. in ind. titt. Rittersh. Go. P [b]. in ind. titt. Ri. Ri*. L. R. U. Aeg. *Tit. IX.* 6 *Tit. VII.* 36 *Tit. VIII.* Sich. *VII.* err. pro *VIII.* Be. *Tit. XVI.* In cod. 4 hic tit. deest exsecto folio, in quo fuit. Vid. supr. tit. I—III, VII, IX, X, not. sup., ubi etiam de codd. 1, 2, 7, 17, 36 dictum est. C. Hermogen. tit. XI. C. Th. IV, 4. Nov. Valentin. tit. XX. de Testamentis. Nov. Martian. tit. V. Ed. Theod. cap. XXVIII. L. R. B. tit. XLV. Cod. Iust. VI, 23. Marculphi Form. II, 10. L. Visig. Lib. II, tit. 5, cap. 11. Glück. l. c. T. XXIV, 255, 271 sq., 397. — N. 1. Codd. edd. *N. un.*, sed Be. add. (*XXIII.*), i. e. omnium Novv. ed. Be. Integra cum interpr. est in codd. 11—13, 16, 18—23. Omnia praeter interpr. des. in codd. 3, 30, 40—42; inscr. et textus in codd. 5, 24; textus et subscr. in codd. 26, 35; pars textus, subscr. et interpr. in cod. 14 (vid. infr. §. 1, not. *r*); subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 8—10, 27—29, 31—34, 36—38; sola interpr. in cod. 6; pars tantum textus superest in cod. 39. Cod. Iust. VI, 23, 21; VII, 2, 14 mut.; V, 28, 8 mut. Vid. infr. §. 8, not. *s*. Bas. XXXV, 2, 21. Eodem die data est Nov. 1 antec. tituli.

Valentinianus). x) 1 *despex̄ — debit.* Mox Am. *rimediis.* y) Zir. *Emissenae.* Cf. Zir. l. c. p. 77 et Am. l. c. p. 13, not. 4. z) 1 *curiales iures — grassatur — inlustrū cyngolū.* Zir. *inlustris.* Am. Be. *inlustre.* Scrib. *illustris.* a) 1 *absūsit*, non *absumpsit*, ut Zir. scribit. aa) Zir. *posset.* b) 1 *auxus — commissimus — omni.* c) Zir. *relinqueret. Qui.* Mox 1 *oppibus.* d) 1 *inlus* cum virgula traiecta per literam *l* et hic et paullo infra, non *inlus*, ut Zir. dicit. Praeterea 1 *eum et cingolum et dignitatem simul.* e) 1 *generale.* Ita etiam Am. f) 1, Zir. et Be. *V. C.* Deinde 1 *moderaturi.* g) 1 *periculū — ceterus — inlūs* (vid. not. *d* antec.) — *cū cingolū seu cetera* (corr. a librar. *cetra*) *cyngulū — nominis sancionem.* Zir. recte improb. *nominis.* h) 1 *honorē subreptionē quadā.* Zir. *honorem subreptione quadam.* Am. Be. *honorem per subreptionem quandam.* Propius ad cod. 1 accedit Zir. quam Am. Illum secutus sum. i) 1 *alius curiales — illus — pericolum — pk̄ ā ā.* Zir. *P. K. AA.* Falso Am. *Praefecte Carissime Augustorum.* k) 1 *inlūs* (vid. not. *d* antec.) *ita igitur.* Coeperat, inquit Zir., librarius scribere *itaque*, sed postea animadvertit in exemplari, quod exscribebat, legi *igitur*, et illud *ita* delere oblitus est. Infra 1 *nominis.* l) 1 *Theud̄.* m) 1, Zir. *XVII.* Zir. l. c. p. 65 et 123 sq. em. *XVIII.*, quod Am. ed., quem vid. l. c. p. 20, not. 20, et Be. Br. l. c. p. 862 sq. num. *XVII.* deceptus hanc Nov. tribuit anno 439, recte impr. Am.; nam Zoilus illo tempore nondum fuit Praefectus praet., sed anno 444 demum praefecturae munere functus est. Recte igitur em. est *XVIII.*, qui ultimus erat consulatus Theodosii iun. Deest alter consul, sc. Albinus, in hac subscr. Cf. Zir. l. c. et p. 247 et Am. l. c.

a) 22 *Testamento.* b) Nonn. codd. *praeposito.* 13 *Florentio ū inl ppō excons.* 22 *laurentio pfū.*, improb. Ri. 25 *ad Florentium ppo.* 34 *Fl. Pf.* 9 add. *post alia.* c) 23 (supr. v. *Ita*), Sich.—Lugd. Go. *Ut.* Rittersh. *A.* 12, 20 *prodeest.* 14 *Ita nostrae.* d) Omnes codd. Sich.—Cui. 2*. Rittersh. Ri. Ri*. *nominis.* Rittersh. em. in m. *numinis*, prob. Ri.; *numinis* edd. Go. Be. 11, 12, 20 *nominis nostri imperio* et 22 *nominis imperii nostri.* e) 13 *nr̄a.* f) 6 *componamus.* g) 13, 16 *gra-*

tium[h] quoque voluntatibus subvenire[i], ut pro suo quisque testetur[k] arbitrio, ut in potestate sua suam[l] habeat voluntatem[m], ut invitus nemo nec taceat, nec loquatur. Illud quippe est proprie testamentum[n], quod testantis[o] meram continet[p] voluntatem. §. 1. Natura talis[q] est hominum, ut quosdam diligant, alios timeant, quibusdam sint officiosae gratiae debitores, alios suspicentur, quorundam[r] fidem intelligant eligendam[s], aliis nihil credendum existiment, nec tamen audeant de singulis[t], quae sentiunt, confiteri. Ideo[u] veteres testamenta scripta testibus offerebant, oblatarumque[v] eis tabularum perhiberi testimonium postulabant[x]. Sed dum[y] iuris antiqui cautelam paullatim mutat posteritatis imperita praesumptio, et[z] testes exigunt omnimodo[a], quae testamento continentur, agnoscere, eo res processit, ut, dum sua[b] quisque nonnunquam iudicia publicare[c] formidat, dum testibus testamenti sua non audet secreta[d] committere, ne suis facultatibus inhiantes offendat, intestatus mori, quam sua[e] mentis arcana periculose patiatur exprimere. §. 2. Hac[f] itaque consultissima lege sancimus, licere per scripturam conficientibus testamentum[g], si nullum scire volunt[h], quae in eo scripta[i] sunt, signatam[k] vel ligatam[l] vel tantum clausam[m] involutamve[n] proferre scripturam, vel ipsius testatoris vel cuiuslibet alterius manu conscriptam[o], eamque rogatis[p] testibus septem numero, civibus Romanis puberibus omnibus, simul offerre signandam et subscribendam, dum[q] tamen testibus praesentibus testator suum esse testamentum dixerit[r], quod offertur[s], eique ipse[t] coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripserit: quo facto, et testibus uno eodemque die ac tempore subscribentibus et signantibus, valere testamentum[u], nec ideo infirmari, quod testes nesciant, quae in eo scripta sunt*) testamento. §. 3. Quod si literas testator[v] ignoret, vel subscribere nequeat, octavo subscriptore[x] pro eo adhibito eadem servari decernimus. §. 4. In omnibus autem testamentis, quae vel absentibus vel praesentibus[y] testibus dictantur, superfluum est, uno eodemque tempore exigere testatorem[z] et testes adhibere, et dictare[a] suum arbitrium, et finire testamentum. Sed licet alio tempore dictatum[b] scriptumve proferatur testamentum, sufficiet[c], uno eodemque die, nullo actu interveniente, testes omnes videlicet simul[d], nec diversis temporibus[e], subscribere signareve testamentum. §. 5. Finem autem testamenti subscriptiones et signacula testium esse decernimus. Non subscriptum namque a testibus atque[f]

---

vatum. h) 16 *deficientibus.* i) Sich. — Lugd. Go. *subvenire. Ut — arbitrio. Ut — voluntatem. Ut.* k) 11 *testentur.* 19 *testatur.* 25 om. *testetur* et *ut.* l) 22 om. *suam.* m) 22 om. *voluntatem.* 1 *habent voluntatem ut invitu.* Rittersh. *habeant.* Mox nonn. codd. *ne taceat.* n) 19, 22 *Illud quoque est proprium testamentum*; nonn. codd. *testamento.* Edd. ante Be. *Illud est quippe*, sed R. in m. *Illud quippe est.* Sich. in m.: „*Testamentum unde dictum.*" o) 13 *testanti.* 15, 21 *testantes.* 19 *testamentis.* p) 1, 6, 13 *continet.* 15, 21 *contineant.* R. in m. *contineat.* Rell. *obtinet.* Falso Am. Be. in cod. 1 esse dicunt *continent*, sed recte Be. em. *continet.* Nonn. codd. *miram* s. *mira* et *voluntate.* q) 1 *tales.* 13 — 16, 21, R. in m. *Naturale est.* 18, 19 *Naturalis est* et infra 19 *diligit* et nonn. codd. *officiose.* r) Sich. — Go. *timeant. Quibusdam — suspicentur. Quorundam.* 14 *quorum fidem*, quae vv. ultima sunt quaternionis XV.; desunt deinde quaterniones XVI. et XVII. et pergitur in quaternione XVIII. cum vv. *eadem manebit palatinum officium* §. 7 Nov. Valentin. tit. XXVI. de Trig. annor. praescript. 11, 12, 18, 20 *quosdam.* s) 19 *eligendam illius nihil.* Rittershus. *intelligunt eligenda.* Mox nonn. codd. *estiment.* t) 6 *de singulis audeant.* u) 11 sec. Be. add. *et.* Nonn. codd. *veteris.* 21 *vetera.* v) 15, 21 *ablatarumque.* 19 *oblatarumque et stabularum.* x) 1 *perhiberi testimoniō postulabant*; rell. codd. et edd. *perhibere.* In cod. 23 post *postulabant* signum rubro colore pictum est; eodem loco Sich. asteriscum posuit, tanquam vitii aliquid insit in h. l. y) 18 *Sed id.* z) 22 *potestatis imperitia praesumtiosi testes.* Aur. Lugd. *posteritas imperita.* 11, 12, 19, 20 om. *et*, sed repon. in cod. 12 a sec. man. Sich. *exigant.* 13 *exhibunt* et supra *cautella.* a) 1, 6, 15, 21, R. in m. *omnimodo*; rell. *omninoque* sive *omnino quae*, ut edd. Ceterum 1 *que testamentū continentur agnuscere.* 23 supr. lin. *conentur.* b) 16 *ut ad suā.* 6 om. *sua.* c) 25 *publice.* 6 *publica reformidat.* d) 1 *testes — non audit secrata.* 25 *audeat — offendant.* 22 *nec suis.* e) 1, Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *sua*; rell. *suae*; utrumque recte. Nonn. codd. *argana*, s. *archana.* f) 1 *Hanc.* 13 *Ac igitur.* 16 *Hac igitur.* Cum vv. *Hac consultissima* inc. c. 21 Cod. Iust. cit. 22 *sanctimus.* g) 6 *per testamentum scripturam conficientibus.* 13 *si nulla.* Rittersh. *per scripturae.* h) Sich. — Ri*. *volent.* i) 1, 13, 15, 16, 21, 25, Cod. Iust. *scripta*: rell. *conscripta.* 16 om. *in eo.* k) 22 *signatum.* 19, 20 *signata.* l) 1, 13 *legatam.* 19, 20 *ligata.* 22 *legatum.* m) 1, 11, 12, 15, 19, 20, 23, R. in m. *clusam.* 22 *clausum.* Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *inclusam.* n) Cod. Iust. *involutamque.* 22 *involutumve.* o) 25 *conscripta.* Rittersh. *proferre scriptam, eamque* et om. *scripturam — manu con.* p) 13 *rogantes testibus*; mox 20, 22 *civilibus romanis* et 1 *septem numerū cr puberibus.* 23 *romanis civib.* Rittersh. *signandum.* q) Sich. — Go. *subscribendam. Dum.* r) 6, 25 *esse dix. test.* 22 *testat suum.* s) 11, 18 — 20 *quod profertur.* 22 *offeratur.* t) 16 *eique* (om. *ipse*) *coram etiam testibus.* 23 *eiqui*; sed supr. lin. em. *ibique.* u) 22 *subscribendi.* Cod. Iust. *subscr. et consignantibus, testamentum valere.* 6 *eodemque tempore ac die — testamentum valere.* *) 11 *sint.* v) 6 *testator literas.* 19 om. *si* post *Quod.* 18 *ignorat.* Rittersh. om. *vel subscribere nequeat.* x) 11, 23, Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *scriptore.* 25 *octavum scriptorem pro eo adhibitum servari praecipimus.* 22 *servare.* y) 22, 25 om. *vel praesentibus.* Cod. Iust. *quae praesentibus vel absentibus testibus.* In cod. 23 vv. *In omnibus — vel praesentibus* a secunda manu, Sichardi fortasse, add. sunt, sed bis scriptum *vel praesentibus.* Ibidem *dicantur*, sed in m. *dictantur.* Mox 16 om. *uno* et 11 *que* post *eodem.* z) 15 *tempus exigere test.* 13 om. *et.* Sich. — Go. *tempore exigere testatorem, et.* Be. *exigere, testatorem et.* a) 19 *dictatore.* 25 *suo arbitrio.* b) Cui. 2, 2* *dictarum.* c) 1 *sufficit*, bene. 15, 21 *suffici id.* 16 *sufficiat* et om. *uno.* 11, 12, 19 *uno eodem* et om. *que.* 22 *unū — acto.* 23 in m. *uno tempore.* 25 *unum idemq. diem.* d) 13, 16 om. *simul — finem autem* et 6 *videlicet.* e) 11, 12, 20 *diversis testibus.* 23 om. *temporibus*, sed add. in m. a sec. man., quae Sichardi fortasse est. Etiam Sich. om. *temporibus*, sed in m. ad v. *diversis*: „*Forte divisim legendum est.*" 21, R. in m. om. *subscribere* et 15, 21, Rittersh. R. in m. *ve* post *signare.* Cod. Iust. *signareque testamentum.* Mox nonn. codd. *subscriptionis* et 16 *discernimus.* Rittersh. *subscriptionem.* f) 1 om. *a testibus atque* et 22 *a.* 19 *subscriptum ne-*

signatum testamentum pro imperfecto haberi convenit. Ex imperfecto autem testamento voluntatem tenere[g] defuncti, nisi inter solos liberos[h] habeatur, non volumus[i]. §. 6. Per nuncupationem quoque, hoc est sine scriptura, testamenta non alias[k] valere sancimus[l], nisi septem testes, ut supra dictum est, simul uno eodemque tempore collecti[m] testatoris voluntatem ut[n] testamentum sine scriptura facientis[o] audierint, non ut suum[p], ut[q] assolet fieri, narrantis[r] arbitrium, hoc est, ut manifeste testari se sub iisdem[s] testibus sine scriptura eo ipso tempore dicat[t], non futurum suae voluntatis promittat[u] arbitrium. §. 7. Si quis[v] autem testamento[x] iure perfecto postea ad aliud pervenerit[y] testamentum, non alias[z], quod ante factum est, infirmari*) decernimus, quam id[a], quod secundo facere testator instituit, iure[b] fuerit consummatum, nisi forte, in priore testamento[c] scriptis his, qui ab intestato ad testatoris[d] hereditatem successionemve[e] venire non poterant, in secunda voluntate testator eos scribere[f] instituit, qui ab intestato ad eius hereditatem[g] vocantur. Eo enim casu, licet imperfecta[h] videatur scriptura posterior, infirmato priore testamento secundam eius voluntatem[i] non quasi testamentum, sed quasi voluntatem intestati valere censemus[k]. In qua voluntate quinque testium iuratorum depositiones[l] sufficient[m]: quo non facto, valebit primum testamentum, licet in eo[n] scripti videantur extranei. §. 8. Illud etiam huic legi perspicimus[o] inserendum, ut, quoniam Graece iam testari[p] concessum est[q], legata[r] quoque ac directas libertates, tutores[s] etiam, Graecis verbis liceat in testamentis relinquere, ut ita vel legata relicta vel libertates directae tutoresve[t] dati videantur, ac si legitimis verbis ea testator dari, fieri observarique iussisset, Florenti[u], parens[v] carissime atque amantissime. §. 9. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua consultissimam legem edictis propositis ad omnium notitiam perferri[x] praecipiat. *Dat. prid.*[y] *Id. Sept.*[z] *Constantinopoli, Theodosio A.*[a] *XVII.*[b] *et Festo*[c] *V. C. Coss.* (439.)

---

l) 1, 2, 4, 5 *milites.* 6 *militibus.* Recte *militis.* Cod. Iust. *limitaneorum militum.* Rittersh. *limitanti tantum.* m) 4, Aur. *annorum* et 4 *duodecim.* n) 5 *potestates,* corr. *potestatis.* 4 *magisterii.* o) 4 *deportamus.* Hic Cod. Iust. c. 4 cit. desinit. p) Cod. 1 *De S. verum.* 5 *Sarracenorum.* Cf. Go. ad C. Th. ed. Ri. T. II, p. 391; Spanhem. Obs. ad Iuliani Or. I, p. 164 (in Ri. ed. C. Th. T. II, p. 322, not. *a*); Ri. ad h. l. not. *f*; Böcking. ad Not. Or. p. 295. q) Rittersh. *aliorumque* et om. *gentium.* 5 *gestium*, sed corr. *gentium.* qq) 4, 6 *elementis.* 5 *clementis* et ponitur scapus supr. lit. *i.* Cui. 1 et Aur. *emolumentis.* r) Rittersh. *decerpendo.* Cui. 1. Aur. om. *aliquid* et 6 *eos.* s) 4, 5 *afferendi.* Go. ad C. Th. VII, 4, 29, not. *c* tuetur *auferendi*, recte. t) 1 *concedemus.* u) 1 *audiant usurpare utpotesacre pecunie.* 2, 6 *ut pute* (6 *ut pote*) *sacre pecuniae.* 4 *audent usurpare ut potest ut potest exsacre pecuniae.* 5 *statutum est usurpare praesumpserint ut potes acrae pecuniae.* Edd. omnes *ut pote* s. *utpote super exactae pecuniae,* sed Cui. 1. Aur. supra *audent usurpare.* Omnes igitur codd. *sacrae,* quod optime h. l. dicitur. Reposui igitur *sacrae.* v) Ri. Ri*. *viol., et ipsi facultatibus suis, et tui culminis — adsignandis, poenam g. s.* In Cui. 1 — Go. edd. non interpungitur. Be. *violatores et ipsi facultatibus suis, et — assignandis poenam.* Nullus codex confirmat egregiam Ri. em. *exuti*; nam 1, 2, 4, 5 habent *viol. et ipsi* et 6 *violatores ipsis.* Locus suspectus, si vulg. scripturam sequimur. Sed vid. not. sq. x) 1 *suis cui*, omittitur igitur *et*, quod orationem in rell. codd. et in prioribus edd. turbavit (vid. not. antec.) et delendum est. y) 4 *dispositionem.* 5 *dispositione in lim.* z) 4, Cui. 1. Aur. om. *assignandis.* 2 *pena.* a) 1 *proditionis publice ministro spartecepes uesedederint.* 2 *proditionis publice ministros participesve ediderint.* 4 *prodictionib. supplice ministros participesve ediderint.* 5 *proditionis publice ministros participesuae ediderint.* Cui. 1. Aur. *proditionis supplices ministri participesue extiterint.* P. — Ri*. *proditionis publicae* (Rittersh. *publice*) *ministros participesve ediderint.* P. ms. P. in not. et P[b]. in m. pro *ediderint* em. *exstiterint.* Ri. em. *non ediderint,* obstantibus tum codd. tum sententia loci. Be. Cui. 1 secutus ed. *proditionis publicae ministri participesve exstiterint.* Leg. est cum cod. 1 *proditionis publicae ministros participesve se dederint.* Eadem scriptura inest in rell. codd., modo quod litera *s* vocis *se* occasione antec. syll. *pesve* absumpta est, quo facto librarii literam *e*, quae superfuit, cum v. *dederint* coniunxerunt. b) 4, 5 *patris.* c) 4 *adnotationem — divinis sui — viro.* d) 4 *priori integritate.* 5 *priori ingregitatem* (sed corr.) — *emitaturus,* corr. *imitaturus.* e) 2 *ac federato.* 5 *foedera-*

ros [f] suaque officia prohibituros esse confidimus. Quod si quid huius modi [g] fuerit perpetratum, apparitiones, quae his obsequuntur, quadrupli [h] solutionem agnoscere iisdem addicendam [i] limitibus [k] imperamus. Id enim ipsis [l] quoque viris [m] eminentissimis magistris militum amicum esse non dubium est, qui semper omnia [n] sua compendia pro salute rei publicae contempserunt. Quis enim dubitat, eos communem statum suis opibus praelaturos [o]? qui defensione strenua bellicisque conflictibus imperium nostrum suo saepe sanguini [p] praetulerunt: universis videlicet, qui hoc nefandum [q] atque illicitum facinus perpetrare tentaverint, adeo tam sacrae annotationis, quam legis [r] pragmaticae mandatorumque nostrorum [s] subsidio, etsi aliqua forsitan obreptione [t] meruerint, excludendis, ut neque intimatio, licet admissa fuerit, penitus prosit, et ducis seu magistri [u] militum vel cuiuslibet iudicis [v], qui insinuationi annuerit [x], officium centenarum librarum auri damnatione mulctetur [y]: quam summam ad eorundem limitum [z] refectionem volumus proficisci [a]. §. 4. Agros etiam limitaneos [b] universos [c] cum paludibus omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueverant, et si in praesenti coluntur, ab his firmiter ac sine ullo concussionis gravamine detineri, et si ab aliis possidentur [d], cuiuslibet spatii [dd] temporis [e] praescriptione cessante, ab universis detentoribus [f] vindicatos [g] iisdem militibus sine ullo prorsus [h], sicut antiquitus statutum [i] est, collationis onere [k] volumus assignari: in his etiam contra eos, qui praeceptionibus nostris obviam venire tentaverint, eadem poenarum acerbitate [l], quae adversus ducum aviditatem [m] prolata est, valitura. Nam si quis forte, quod minime audere debuerat, emptionis titulo [n] memorati iuris possidet praedia, competens ei actio adversus [o] venditorem intacta servabitur [p]. §. 5. Id autem curae perpetuae tui culminis credimus [q] iniungendum, ut tam Thraci [r], quam Illyrici [s], nec non etiam Orientalis [t] ac Pontici limitis [u], Aegyptiaci insuper, Thebaici, Lybici [v] quemadmodum se militum numerus habeat [x], castrorumque ac lusoriarum [y] cura pro-

torumq.; 6 *militum et foederatorum.* Etiam Go. *foederatorum.* f) 4 *concussionem temperaturus.* Lugd. *prohibituros.* g) 6 *quod eiusmodi.* Rittersh. *huiusmooi.* h) 1 sec. Am. *quadruplici*, em. ab Am. *quadrupli.* 5 *quadruplē.* i) 1 *solutione* (Am. em. *solutionem*) *agnuscere hisdem addicendam lim.* 2, 4—6, edd. ante Be. *s. a. hisdem* (Go. *iisdem*) *limitibus* et om. *addicendam.* Be. ex cod. 1 recte rec. *addicendam.* k) 6 *militibus.* l) 2, 5, 6, edd. ante Be. *Idem ipsis.* Sola Rittersh. ed. *Idem ipsos*, mendose. 4 *Idem ipsi.* Be. ex 1 recte *Id enim ipsis.* m) 4 add. *eminentes.* n) 5 *semper per omnia.* o) 2, 4, 5 *relaturos.* 6 *relevaturos.* Rittersh. *opibus suis.* p) 1 *sanguine.* q) 4, 5 *nefandam*, corr. in cod. 5 *nefandum.* r) 1 *timptaverint ad eum tam sacre a. q. l.* 2 *annotationes q. l.* 5 *leges*, sed em. *legis.* s) 2, 4—6, Cui. 1. Aur. P [b]. Go. *nostrorum.* Rittersh. om. h. v. 1 *nostrum.* Rell. edd. *nostrum* s. *nostrûm.* t) 5 *aliquam f. obreptionem.* 6 *obreptionem.* u) Ita 1, Be.; 2 *penitus possit et duces seu mag.* 4, 5 *poenitus possit et ducis seu magistri.* 6 *poenitus possit prodesse officio magri.* Cui. 1—Ri*. *paenitus prosit, et duces seu magistros.* v) 5, Cui. 1. Aur. *iudices.* 1 *iudecis* et om. *qui*, quam v. Zir. Am. uncis inclusam addunt. x) 1 *insinuatione adnuit*, sed Am. em. *insinuationi annuerit.* 4 *insinuatione annu* et om. *erit — damna.* Vid. not. sq. de Cui. 1 et Aur. y) 2, Rittersh. *officium cum centenarum — damnatione ulterius quam.* 5 *officium cum centenarum libras a. d. ulterius* (in m. *multam'*) *quam.* 6 *iudicis centenarum l. a. d. multando si annuerit insinuationi quam.* Cui. 1. Aur. *qui insinuatione coniunctionem alterius, quam*, om. igitur *annuerit — mulctetur.* P. — P [a]. *annuerit officium, cum centenarum — damnatione ulterius * quam.* Go. P [b]. Ri. Ri*. *annuerit officium, cum centenarum — damnatione ulterius quam.* Ritterus cj. *centenarum librarum auri condemnatio ultura sit*, male, et P. ms. *multemus.* Nostram scripturam restituit Be. ex cod. 1. Vid. etiam Zir. l. c. p. 457, not. z) 1 (sec. Zir. l. c. p. 457), 4, 6 *ad eorundem militum*, impr. Zir. Cui. 1. Aur. *et eorundem limitum.* a) 1, 2, 6, Cui. 1. Aur. P. P [a]. P [b]. Rittersh. *proficisci.* 4, 5 *profisci.* Rell. edd. *proficere* ex cj. Cui., ut videtur. Cf. Cod. Iust. V, 39, 3. *Proficisci* h. l. dicitur pro *conferri, adhiberi, redire.* Cf. Zir. l. c. b) Cum vv. *Agros limitaneos* inc. c. 3 Cod. Iust. cit. c) 1 *universis.* d) 1 *concussiones gravamine detenire* etc. 5 *vacuus* (em. *vacuos*) *i. cura..re — consuerant* (ut 4) — *concussiones* (em. *concussionis*) *gr. deteneri — possedentur* (em. *possidentur*). 4 *possidentes.* Cui. 1. Aur. *consueverunt.* dd) Ri. cj. *cuiuslibet spatii, temporis praescr.*, ut spatium sit certa agri portio. Cf. Go. ad C. Th. VII, 15, 1, not. *b* (ap. Ri. T. II, p. 398) et II, 23, 1 comment. et not. *c* (ap. Ri. T. I, p. 219, not. *d* et p. 221, col. 1). Equidem nil muto. e) 1 *spatium temporis.* 6 *spatii et temporis.* Non perspicitur, utrum in cod. 5 scriptum sit *proscriptione* an *prescriptione.* Saepe in codd. confund. *pro* et *prae.* f) 1, 2, 6 et Rittersh. *detentoribus*; rell. et Cod. Iust. *detentatoribus.* g) 5 *vindicatus*, corr. *vindicandus*; Cod. Iust. *vindicandos.* 2, 4, edd. ante Be. *hisdem*, praeter Go., qui *iisdem.* h) Pro v. *prorsus* in cod. 5 est lacuna quattuordecim literarum. Deest etiam *prorsus* in cod. 4. i) 1 *statū est.* Rittersh. *antiquitas.* Cf. C. Th. II, 23, 1, §. 1. k) 2, 5 *honore* et 5 *adsignare.* 4 *conlocationis.* Rittersh. *assignari. His.* l) 6 *nostris obviant ea penarum acerbitate.* 5 *eadem* (corr. *eandem*) *p. acerbitatē.* 2 *penarum acervitateque.* Rittersh. *obviam ire* et Ri*. *obiam venire.* m) 2 *aviditate.* 5 *valituram.* Cod. Iust. *tentaverint, proscriptionis poena valitura.* Infra Rittersh. *forte quoque minime.* n) 1 *audire debuerat actionis* (male) *titulo.* 5 *audire* (corr. *audere*) et infra *possedit.* 6 *q. debuerat temptationis titulo.* Etiam Cui. 1. Aur. *possedit.* o) 1 *conpetens et actio contra vinditorem.* Etiam Cod. Iust. *contra.* 4 *adversus vendicatorem.* p) Hic terminatur c. 3 Cod. Iust. cit. q) Cum verbis *Curae perpetuae tui culminis credimus* incip. Cod. Iust. I, 31, 4. 1 *credemus.* 2, 5, edd. ante Be. *credidimus.* Neque hoc male. Cod. Iust. *credimus iniungendum, ut super omni limite, sub tua iurisdictione constituto, quemadmodum se.* r) 1 *trachici.* 2, 4, 5, P. — Ri*. *Trachi*, sed Rittersh. *tum Trachi.* Cui. 1. Aur. *Thraici.* Cf. Go. ad C. Th. VI, 2, 3 (T. II, p. 13, col. 1 ed. Ri.) et ad VII, 17, 1 (p. 408, col. 1 l. c.). Böcking. l. c. p. 290. Similem librariorum errorem notavimus in C. Th. VI, 2, 9, not. *h*, VII, 17, 1, not. *p.* s) 1 *inlirici.* 2, 4—6 *illirici.* Etiam Go. *Illirici.* t) 1, 5 *orientales.* u) 2 *limites egiptiaci.* 5 *limites.* 6 *limites et egiptiaci et insuper.* Go. *militis.* v) 2 *th.* et *libici.* 4 *thibapci lipiti quam admodum.* 5 *thybaici l. quam admodum.* 6 *tebaici et libici.* 1 *lybici queadmodum semeli cū* (Am. *se melicum*, sed em. *militum*) *numerus.* Aur. Rittersh. *Lybicique, quemadmodum.* x) 1, 6, Be. Cod. Iust. *habeat*, prob. Ri.; 2, 4, 5, edd. ante Be. *habet.* y) 1, 2, 5,

cedat, quotannis [z] mense Ianuario in sacro consistorio significare nobis propria suggestione procures, ut, uniuscuiusque tam industria, quam desidia [zz] nostris auribus intimata, et strenui digna praemia consequantur, et in dissimulatores competens indignatio proferatur. Credimus [a] namque, quod re militari ad eum modum, quem [b] disposuimus, observata, quocunque terrarum se hostis movere tentaverit [c], victoria nobis, propitia secundi numinis voluntate [d] nuntiabitur ante quam praelium [e], Nome, frater amantissime [f]. §. 6. Illustris igitur auctoritas tua [g], cuius integram fidem rebus ipsis experta est nostra perennitas, hanc generalem saluberrimamque nostrae clementiae sanctionem et [h] observationi perpetuae effectuique mancipari [i] praecipiat, et [k] edictis ubique propositis ad omnium notitiam venire perficiat [l]. *Dat. prid.* [m] *Id. Sept. Constantinopoli, Maximo II. et Paterio VV. CC.* [n] *Coss.* (443.)

TIT. XXV. DE METATIS.

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Nomo Magistro officiorum* [a]. Cum inter multa privilegia, quae militaribus [b] detulit viris antiqua provisio [c], habitaculis [d] etiam eorum certae portionis [e] domorum sorte prospexerit [f], nos, quibus [g] familiare est [h] universa negotia competenti temperatione disponere, suggestione tuae [i] magnitudinis moniti ita [k] hospitiis militantium volumus [l] esse consultum, ut [m] tamen honore praeditis in excusationibus [n] aedium [o] debita dignitati reverentia conservetur [p]. §. 1. Meminimus quippe, nos divina promulgatione [q] tam consularium virorum, quam [r] praefecturae infulis ornatorum ceterorumque illustrium, nec non etiam silentiariorum [s] certas domos in hac sacratissima urbe sitas metatorum praebendorum onere [t] liberasse: cui nunc addi oportere censemus, ut his consu-

---

Tit. XXV. 1, Am. *Tit. XXIV.*, sed Am. sec. ser. *Tit. XXIII.*, ut Zir. in ind. titt. 2, 3, 5, P. in ind. titt. Cui. 2, 2*. Lugd. P [a]. in ind. titt. Go. P [b]. in ind. titt. Ri. Ri*. *Tit. XXXII.* 4 *Tit. XXVII.*, err. pro *XXXII.* 6 *Tit. XXII.* Cui. 1. Aur. Rittersh. *Tit. XVI.*, i. e. sec. ordinem a Cui. in Cui. 1 institutum. P. P [a]. P [b]. in ipsa ed. *Tit. XXX.* Be. *Tit. V.*, falso. Vid. infr. subscr., not. *e.* Cf. etiam supr. tit. I—IV, not. sup. et inprimis subscr. Nov. Th. tit. III. de Iudaeis, not. *x.* P. in ind. titt. (etiam P [a]. P [b].) add.: „*Quae extat in Th. Nov. XVI.*", i. e. in Cui. 1. C. Th. VII, 8. Cod. Iust. XII, 41. Commemoratur a Cui. in Comm. c. 9 Cod. Iust. de Metatis (XII, 41) l. c. p. 492 et c. 2 Cod. Iust. Ut dignitatum ordo servetur (XII, 8) l. c. p. 433. — N. 1. Codd. edd. *N. un.* Be. add. (*VII.*), i. e. omnium Novell. in Be. ed. Sola §. 3 superest in cod. 3. Membra §. 4 et 6 producuntur a Cui. in Comm. c. 2 Cod. Iust. cit. l. c. Cod. Iust. XII, 41, 9. Bas. LVII, 12, 9. Concordat cum c. 15 C. Th. de Metatis (VII, 8). Eodem anno sed sine subscr. ad Nomum videntur dat. esse Cod. Iust. XII, 19, 7 et 8; XII, 22, 6 et XII, 27, 2, nisi ad superiorem annum haec vel illa pertinet. Data est praeterea ad eundem c. 4 Cod. Iust. (I, 24) *V. Kal. April.*

P.—Ri*. *lusuriarum*, sed corr. in cod. 5 *luxuriarum.* 4 *luxuriarum.* 6 *lixarum.* Cod. Iust. *clausurarum*, impr. Ri. Cui. 1. Aur. *clusoriarum.* Cf. supra §. 1, not. *e.* Ceterum 5 *hac.* z) 2, 5 *quod annis.* Cui. 1. Aur. P. P [a]. P [b]. *quoDannis* s. *quodannis.* Cod. Iust. om. *mense — consistorio.* zz) 2 *suggessione procuris — quam dissidia.* 5 *sacra* (corr. *sacro*) — *suggessione procuris aut* (corr. *procuresut*) — *inlustria* (corr. *industria*) *q. d.* Cod. Iust. c. 4 cit. terminatur v. *procuret* (sc. *cura tui culminis*). 4 *suggestionem — quam industriam quam disidia.* Infra Rittersh. *dissimulatorum.* a) 1 *credemus.* b) 4, 5 *quod.* 6 *quo.* c) 1 *terrarum si ostis moviri timtaverit.* 6 *hostis terrarum se temptaverit.* 5 *victoriam*, corr. *victoria.* d) 1 *propicia secundum nobis* (Am. em. *nostram*) *voluntatem.* 2, 5 *propicia s. nominis voluntate.* 4 *provintia secundi nomines voluntatem.* Go. *propria secundi.* Ri. cj. *superi* pro *secundi.* Recte se habet vulg. scriptura. e) 1 *nuntiabitur. secundū plium*, quod non vitupero (*nuntiabitur, secundum proelium*), sed praefero vulgatam scripturam. 2, 5 *nuntiabitur antiquam prelium.* 4 *nuntiabitur antiquam prohelium.* f) 1 *Cyre fā.* 2, 6, P.—Ri*. *Nume frater A.*, sed 2 *frater đ inlustras.* 4 *nomen fecerat.* 5 *nomen fateram.* Be. *Nome frater a.* Cui. 1. Aur. *Nome P. K. A.* Vid. inscript. h. Nov., not. *c.* g) 4, 5 *tunc*, sed corr. in cod. 5 *tua.* h) Omnes codd. add. *et.* Edd. om. copulam. i) 1, 2 *observatione perpetue.* 5 *observationem* (hoc etiam 4) *perpetuae* (corr. *perpetui*) *affectui* (corr. *affectus*) *quae emancipari* (corr. *mancipari*). k) 2, 4, 5 om. *et.* l) Sola vv. *edictis — proficiat* supersunt in cod. 3. 4 *perficiant.* Cui. 1. Aur. *pervenire perf.* m) 6 *II.* n) Addidi ex Nov. 1 tit. XXII. *VV. CC.* 1 *Vīc* pro *VV. CC.* Rell. et edd. et Cod. Iust. om. *VV. CC.* et praeterea Go. *et.* 4—6, Cui. 1. Aur. Rittersh. in m. *Paterno* et 5 *consulibus.* Vid. supr. tit. XXII. Nov. 1 in f., not. *k.*

a) 2, 4, 5 *Theud.* et 5 *magistri officiorum.* 6 *Id. Aug. eidem Numo* et om. *Mag. off.* Etiam 2, 4, 5, edd. ante Be. *Numo.* P. ms. „alias *Nonio.*" Be. ex 1 et Cod. Iust. *Nomo.* Cf. tit. XXIV. de Ambitu Nov. 1, not. *c.* b) 1 *militariis*, secundum Am. *militaris*, sed em. Am. *militaribus.* Cui. 1. Aur. *in militaribus.* c) Cui. 1. Aur. *antiquitas* pro *antiqua provisio.* d) 1 *habiculis*, em. ab Am. *habitaculis.* e) 5 *certe* (ut 2, 4, sed em. in 5 *certae*) *portionis*, sed ponitur *e* supr. *is.* f) 2, 5, edd. ante Be. *prospexit.* 4 *prospex.* g) 2, 4, 5, Cui. 1—Ri*. *nos a quibus* et infra 2, P.—Ri*. *disponi.* In err. Cui. 2 del. *a.* h) 2 *familiare universa.* 4 *familiari universa.* In cod. 5 *est* add. est a sec. demum manu. P [a]. P [b]. *competendi.* i) 1 *tua.* 2 *suggessioni tue.* 4 *suggessionem tuae.* In 5 est *suggestione*, sed supra *ne* ponitur *is.* 6 *magnitudinis tuae.* k) 2, 4, 5 *monitis ita ut*, sed del. in cod. 5 *ut* a sec. manu. l) 4 om. *volumus.* m) In 2 deest *ut.* n) 1 *excussationibus*, em. ab Am. *excusationibus*, quod Be. edidit. 2, 4, 5 *honorem praedictis in exactionibus.* 6 *honor eis in praedictis exactionibus.* Etiam Cui. 1—Ri*. *in exactionibus* et Aur. *praedictis.* o) 1, 2 *edium.* 4 *editum.* p) 1 *dignitate reverentia conseruitur.* In 2 deest *conservetur.* 4 *dignitatem reverentiam conservetur.* 5 *dignitate*, sed corr. *dignitatis.* 6 *dignitate et reverentia conservetur.* q) 4, Cui. 1. Aur. *divinam promulgationem.* Vid. c. ult. C. Th. de Metatis (VII, 8) ibique Go. r) 4 *consulari vel verorumquae.* 5 *consolari — quae*, sed corr. *consulariū — quā.* s) 2 om. *illustrium — silentiariorum.* Go. *silentariorum.* 5 *domus.* Etiam Cui. 1. Aur. *domus.* t) 1 *sacratissimas urbis ita metatorum preuendorum honore.*

laribus [u], qui auspiciis [v] etiam patriciatus exsultant, ternarum [x] domorum excusationis [y] licentia concedatur; in heredibus etiam eorum, quibus excusationis ius datum est, immunitatis aedium privilegio [z] pro tenore sacratissimae constitutionis [a], quae super hac re loquitur, firmiter valituro [b]. §. 2. Sed ne liberalitate nostra laxius, quam [c] oporteat, propagata vel [cc] hospitalis commoditas militantibus abnegetur, vel nihil emolumenti referatur [d] in publicum, id in primis statuendum [e] esse censemus, ut, si quis vel ius excusandarum aedium non habens, vel licet habeat [f], in pluribus tamen domibus, quam ex sacratissima constitutione concessum est beneficium excusationis, ut metati onere sit [g] immunis, seu sacro oraculo seu quocunque modo [h] vel iam consecutus est, vel consequetur in posterum, tertiae partis domus super quem oportuit numerum excusatae pensionem arbitrio tui culminis in rationes publicas conferre cogatur [i], ut aurum ex huius modi titulo [k] profligatum pro iussu nostri numinis, cura tuae [l] sublimitatis, quo visum nobis fuerit, erogetur. Idque in omnibus huius almae urbis domibus custodiri [m] decernimus: ceteris videlicet omnibus [n], qui metata in suis domibus praestant, sive hospitia praebuerint [o] metatoribus, seu quolibet pacto satis eis fecerint [p], nullam vel pensionis [q] vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogendis [r]. §. 3. Deinde neminem [s] volumus, cuiuslibet loci vel ordinis, in hac florentissima urbe [t] domum propriam excusantem metatum sibi in alienis domibus privilegio militiae vindicare [u]. §. 4. Et his quidem, quibus iam praebendi metati immunitatem illustris favor dignitatis indulsit, licet vacantis [v] militiae cingulo usi sint [x], vel utantur, vel honorariae praerogativae potiantur [y] insignibus, inviolata, ut cautum est [z], excusationis iura largimur. In posterum vero hi quidem, quibus [a] illustrem dignitatem ius actae administrationis attribuit, domos suas pro modo, quem sacratissima constitutio praefiniendum censuit [b], excusabunt, ceteris vero, quibus illustris dignitas cum cingulo vel citra cingulum pro solo [c] honore delata est [d], excusandarum aedium licentiam penitus denegamus [e]. §. 5. Hoc iuris in his etiam [f] praecipimus [g] observari, quos [h] ipsa quidem administrationis conditio spectabiles [i] novit, honor tamen additus [k] a nostra liberalitate reddit illustres [l]: excepto [m] videlicet viro spectabili primicerio notariorum, cui vo-

---

4, 5 *honore* et 5 *urbes ita* (add. *s* supr. *a*) *imitatorum*. u) 1 *adioportere censimus* (hoc etiam 2) *ut his consolariis*. 4 *oportet recensimus*. 5 *consolaribus*, corr. a sec. manu. 6 om. *oportere*. v) 2, P. P [a]. P [b]. Rittersh. *qui hospitiis etiam patriatus*. 4, 5 *quia hospitiis*, sed corr. in cod. 5 *qui auspiciis*. Cui. 1. Aur. *qui a hospitii* et om. *etiam* — *domorum*. Lacuna indicatur tribus asteriscis. P. in not. P [b]. in m. P. ms. em. *qui auspiciis patriciatus*, quod in Cui. 2 receptum est. x) 2, 4, 5 *terrenarum*, sed om. *domorum* in cod. 5. P. P [a]. *exultant,* terrenarum*. Rittersh. P [b]. *exultant*, *terrenarum*. P. in not. et in m. P [b]. P. ms. em. *ternarum*, quod in Cui. 2 receptum est. y) 4 *excusationes licentiā*. Cui. 1. Aur. *excusatio * * cionis ius*, quibus asteriscis indicatur deesse syll. *nis* (v. *excusationis*) — *excusa* (v. *excusationis*). 5 *excusationes*. z) 6 *qui excusationis ius habent immun*. Cui. 1. Aur. *immunitatis et divino privilegio*. 1 *inmunitates edium previlegiū*. Rittersh. *pro tempore sacrat*. a) 5 *sacratissime constitutiones*, em. a sec. man. Vid. c. 4 C. Th. de Decurion. (VI, 23) et Go. ad c. 4 cit. T. II, p. 129 (ed. Ri.). b) 2 *valituros*. 5 *hoc* (em. *hac*) *reloquitur*. c) 1 *laxiusque*. Cui. 1. Aur. P. P [a]. P [b]. Rittersh. *latius*. 6 *oportet*. cc) Apud Rittersh. om. *vel* — *abnegetur*. d) 5 *aemolumenti praeferatur*. 4 *in populi cum*. e) 1 *constituendum esse*, quod recte se habet. In 5 *esse* supr. lin. add. est. Idem habet infra *excusendarum*, sed corr.; 2 *censimus*. f) Addidi ex cod. 1 *habeat*. 6 *habens*; rell. codd. et edd. om. *habeat*. g) 1 *excusationis ut metatione resit*, Am. corr. *res sit*. 2 *exc. rationes res sit*. 4 *resistit* et om. *ut metatione*. 5 *excusationis rationes res sit* et corr. *ratione sit*. 6 *beneficio immunitatis utatur seu sacro*. Cui. 1. Aur. et in m. Cui. 2, 2* et Lugd. *excusationis ratione resistit*, prob. Ri. et Be., sed non prob. Am.; P. — Ri*. *excusationis ratione res sit* et Rittersh. *communis* pro *immunis*. Be. *ut metatione res sit immunis*, de Am. cj. Reposui *ut metati onere sit immunis*, quod inest in cod. 1 scriptura. h) 1 *oracolo seu cūque modo*. 4 *oraculo suo*. 5 *oraculosu* et del. sunt literae *os*; sed a sec. man. add. *e* supr. *u*. Cui. 1. Aur. *oraculo quod quoc. m*. Rittersh. *seu quoq; modo*. 5 *consequitur*, sed em. *consequetur*. i) 1 *excusate pensione* — *in racione publicas se conferre cogitur*. 2, 4, 6 *publicas se conferre cogetur*. 5 *pensionem* (em. *pensionis*) — *publicas se* (punctis deletur v. *se*) *conferre cogetur*. Cui. 1 — Ri*. *cogetur* et supra Cui. 1. Aur. *super quam*. Nego scribi posse cum codd. *se conferre*. Mirum est in codd. et edd. ante Be. legi *cogetur* (quod in cod. 1 latet), cum antecedat *ut*; quare Be. corr. *cogatur*. k) 1 *aurum eiusmodi tit.*, quod mihi placet. l) 1, 2, 6 *nominis c. tue*. 4 *nomines curat vel*. 6 *nominis curaque tuae*. m) 4, 5 *custodire*. 6 om. *custodiri*, sed habet *decernatur*. n) Hic inc. c. 9 Cod. Iust.: *Omnes, qui*. o) 6 *auspicia*. p) 1 *quolibet facto*. 4 *quodlibet pactus satis ei* (*ei* etiam Cui. 1. Aur.) *fecerit*. 2 *fecerit*, ut 5, ubi vero corr. *fecerint*. Cod. Iust. *sive quolibet*. q) 1 om. *vel pensionis*. 4 *nulla vel pensionis* et om. *vel discussionis*. r) 4 *gratiam modestia s. c.* 5 *gratiam*, sed del. *m*. Cod. Iust. *sustinere cogantur*. Rittersh. *modestiam*. s) 4, 5 *minime*. 6 *volumus vel loci vel ordinis cuiuslibet*. t) 2 *florentissimam urbem*. 5 *urbem*, sed em. *urbe*. u) Cod. Iust. *alienis aedibus pr. m. vindicare: quod et in provinciis observari oportet* (om. *Et his* — *excusabunt*): *Ceteris vero*. v) 5 *fabor*, corr. *favor*. 4, 6 *vacantes*. x) 5 *usi sunt*. Cui. l. c. p. 433 profert vv. *licet* — *insignibus*, sed om. *usi sint vel*. Cf. etiam Go. ad c. 4 C. Th. de Primicerio (VI, 10) T. II, p. 91 (ed. Ri.). y) 4, 5 *patiantur*, em. *potiantur* in cod. 5. 4, 6 *praerogativel*. z) Cui. 1. Aur. *ut iustum est* et Rittersh. *largiamur*. a) 1 *hii* (hoc etiam 2, 5) *quidem* et om. *quibus*. Rittersh. *eius* pro *ius* et infra 5 *domus suas*. b) 2, 4 *praefiniendo censivit*. Cui. 1. Aur. *praesumendo censivit*. 5 *excusabant*, sed em. c) 5 *cetera cingulum* (sed corr. *citra cingulum*) *p. s.* Cod. Iust. *dignitas sub cingulo* — *pro suo solo*. d) 2, 4 — 6 *delatum est*. e) 4 *denegemus*. 6 *aedium penitus* (5 *poenitus*) *lic. denegemus*. f) Cod. Iust. *etiam in his*. g) 1 *p̄cipus*. 2, 5 *praecepimus*. 4 om. *praecipimus*. h) 2 *quo*. 4 *observare quos*. 5 *quo ipsa quidam*, em. *quod* et *quidem*. i) 2 *exspectabilis*. 4 *exspectabiles*. k) 1 *aditus*. l) 4 *reddi illustris*. 2, 5 *reddi*, corr. *reddit* in cod. 5. m) In Cod. Iust. om. *excepto* — *alienum*. 1 *ūs primicirio*. 2, 4 *viro exspectabili*. 5 *veros* (em. *viros*) *pectabili pri-*

lumus in excusandis aedibus illustrium magistratuum privilegium convenire [n]. §. 6. Sed et si quis iam [o] illustrem dignitatem inter vacantes vel honorarios consecutus [p] domum postea in hac sacratissima civitate possederit [q], hunc quoque iubemus esse privilegiorum excusationis [r] alienum. §. 7. Scituris omnibus, quod si quis, cum cingulo perfruatur [s], et excusationem ita propriae domus impetraverit [t], ut a pensione etiam portionis tertiae sit immunis [u], et militiae caussa metatum in alienis domibus sibi crediderit vindicandum, si quidem honore praeditus [v] excusationis ius habeat, carebit legum privilegiis, quas fraudare conatus est: si vero inter eos, quibus nulla suffragatur dignitas, numeretur, centum [x] librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione [y] mulctabitur, Nome, frater amantissime [z]. §. 8. Illustris igitur [a] auctoritas tua [b], quae per hanc divinam legem duximus [c] sancienda, solenniter ad omnium notitiam pervenire constituat. *Dat. XVII. Kal. Febr. Constantinopoli, Theodosio* [d] *A. XVIII.* [e] *Cos.* (444.)

TIT. XXVI. DE RELEVATIS, ADAERATIS VEL DONATIS POSSESSIONIBUS [a].

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hermocrati Pf. P.* [b] *Orientis* [c]. Perfecta est [d] ac plena liberalitas [e], qua [f] praecedens [g] munificentia communitur [h], tuncque se [i] maxime unusquisque tuto confidit habere,

---

Tit. XXVI. 1, Am. Be. *Tit. XXV.*, sed sec. seriem titt. 1, Am. *Tit. XXIV.*, ut Zir. in ind. titt. Cui. 1. Aur. *Tit. XVII.*, i. e. sec. ord. titt. a Cui. constitutum. 2, 3—5, P. in ind. titt. Cui. 2, 2*. Lugd. P [a]. in ind. titt. Go. P [b]. in ind. titt. Ri. Ri*. *Tit. XXXIII.* P. P [a]. P [b]. in ipsa ed. et Rittersh. *Tit. XXXI.*, sed Rittersh. sec. seriem Novv. *Tit. XVII.* 6 *Tit. XXIII.* P. in ind. titt. ann. (etiam P [a]. P [b].): „*edita inter Th. Nov. XVII.*“, quod de Cui. 1 intelligendum est. Vid. supra titt. I—III, IV, XXV, not. sup. C. Th. V, 13 et 15; XI, 20 et 28 ibique not. sup. — N. 1. Codd. edd. *N. un.* Be. add. (*XXXIV.*), i. e. omnium Novellarum in Be. ed. In cod. 3 particula tantum §. 3 invenitur. Cod. Iust. X, 28, 1 et XI, 58, 17. Post annum 444 praeter Novv. Th. tit. II. de Confirm. L. Nov. Theod. A. anno 447 datum nulla Theodosii Novella superest, etsi sex leges habentur in Cod. Iust. et ann. quidem 445 c. 11 (I, 2), gemin. cum c. 2 (X, 48) et c. 21 (XII, 51), ann. 446 c. 8 (I, 14), ann. 448 c. 3 (I, 1) et c. 1 (XI, 21), ann. 450 c. 3 (XII, 17) et c. 1 (VI, 52).

---

mocirio, corr. *primycerio*. Aur. *primiscerio*. Cf. Go. ad c. 2 C. Th. de Primicerio (VI, 10). n) 2 *conveniri*. 1 *privilegiū nonuenire sedet*. o) 6 om. *iam*. Cui. in Comm. Cod. Iust. l. c. profert vv. *illustrem — consecutus*. 5 *vacentes*, corr. *vacantes*. p) 6 *vel erarios consecutus*. q) 2, 5 *possiderit*. Cui. 1. Aur. *civitate iubemus*, om. igitur *poss. h. quoq*. r) 1 *excussationis*. 2 *excusationes*. 4, 5 *excusationis*. 6 *excusationis esse alienum*. Edd. *excusatione*. In Cui. 1. Aur. om. *esse — alienum*. Lacuna indicatur tribus asteriscis. s) 4 *cingulum profruatur* et om. *et*. Etiam 6 om. *et*. Go. *singulo*. t) 2, 5 *imperaverit*, corr. in cod. 5. 6 *domus propriae*. u) 1 *ut ad pensionem etiam portionis terciaesid inmunis*. 5 *pensionem*, sed corr. Mendose Rittersh. *pensionis* pro *portionis*. v) 4 *honorem praedictis*. 5 *praedictus*, corr. *praeditus*. Mox 2 *cognatus*. x) 1, Cod. Iust. *centum*. Rell. *centenarum*. Rittersh. *numeratur*. y) 1, 2 *inlatione multabitur*. 4, 5 *inlationem*, del. in cod. 5 *m*. c. 9 Cod. Iust. terminatur v. *mulctabitur*. Apud Rittersh. excid. *sacratissimis — illatione*. z) 1 *nomen finem*. 2, 4, 6 *Nume fr ā*. Cui. 1. Aur. *Nume P. K. A.* P. Cui. 2, 2*. Lugd. P [a]. P [b]. Go. — Ri*. *Nume Fr. A.* s. *FR. A.* Rittersh. *Nume F I. A.* Be. *Nome fr. a.* a) 1, 5 *igitur*. 2 *inlustras itaque*. Edd. *itaque*. 4, 6 om. *itaque*. b) 6 add. *ea*. c) 4—6 *ducimus*. 4 *sanciendū* et 5 *sanccienda*. Cui. 1. Aur. *quod per — sanciendum*. d) 4, 5 *Theud*. e) 1, Ri. Ri*. Be. *XVII*. Vid. Br. l. c. p. 861 sq., quo auctore Ri. Be. add. ann. 439 et Be., ut seriem Novellarum restitueret, hunc titulum revocavit ante tit. de Iudaeis (ubi vid. subscr., not. *x*) eique numerum *V*. adscripsit contra codicum auctoritatem. 2, 4—6, P. — Go. om. hoc loco *XVII*. Cui. 1. Aur. *Theod. et Valent. AA. Coss.* 5 *cons*. Lugd. Go. *Coss.* et Rittersh. *AA. Coss.* Scrib. est *Theodosio A. XVIII.* (444.) Flagitat hunc numerum series chronologica titulorum in cod. 1 observata. Etenim antecedentis tituli de Ambitu Novella anno 443 data est, sequentis tit. de Relev. Nov. ann. 444. Idem ordo est in reliquis codd., qui, quamquam praemissis Br. Al. Novellis, titulorum ordine a cod. 1 differunt, tamen inter eosdem titulos hunc quoque proferunt, ut librarii illorum eum eodem loco in collectione, qua usi sunt, invenerint necesse sit. Aut igitur anno 443 aut 444 Novella scripta est. Illud quominus accipiamus, impedit nomen *Theodosii*, qui ann. 443 consul non fuit. Tribuenda est igitur Novella anno 444. Accedit, Nomum magistrum officiorum hoc quidem tempore fuisse, neque vero, quantum scimus, anno 439. Facile denique errare poterat librarius codicis, si quidem numerum *VI* signo, quod non multum differt ab litera unciali quam dicunt, *G* in codice, quem descripsit, expressum pro *V* habuit. Quibus ex caussis non anno 439, sed 444 hic titulus tribuendus est et scrib. *XVIII.* pro *XVII*. Postremo eo confidentius emendare licet, quo certius cum ex mendosa Cui. 1, tum ex hiulca rell. codicum et Codicis Iust. scriptura apparet, numerum subscriptionis male sive obscure expressum fuisse in ipso Novellae authentico exemplo.

a) 1 sec. Am., 4, 5 *adheratis*. Go. mend. *revelatis*. 6 om. *adaeratis — possessionibus*. Cod. Iust. X, 28 *de Collatione donatorum vel relevatorum, aut translatorum seu adaeratorum*. b) 2, 4, 5 *Theud*. 4, 5 *Hermograti* et 6 *praeposito*. Cui. 1 om. *et*. Cod. Iust. c. 1 *Impp. Val. et Theod. AA*. c) Codd. 2, 4—6, edd. ante Be. et Cod. Iust. om. *Orientis*, quod v. Be. ex cod. 1 restit. Cum Zoilus ann. 444 praefectus pr. Orientis fuerit (cf. Zir. l. c. p. 73, 199 et Am. p. 11, 84), suspecta est cod. 1 scriptura, quae nasci poterat ex siglo. Ri. Hermocratem praef. pr. Illyrici fuisse putat. At Rittero obstat cod. 1, qui in subscriptione *Theodorum praef. pr. Illyrici* nominat. Vid. infr. not. *f*. Am. Zoilum et Hermocratem diversis eiusdem anni mensibus praefectos praet. fuisse putat, et in eiusdem praefecturae munere Zoilo eodem anno suffectum Hermocratem, quod verum esse videtur. d) Cui. 1. Aur. om. *est*. 1 sec. Am. *hac*. e) 4 *libertas*. f) 1, 2, 5, 6 *qua*. 4, edd. *quam*. g) 1 *praecedens munificia* (Am. em. *munificentia*); rell. codd. *praesens*, ut edd. h) 1 *cummunitur* pro *communitur*, quod 4 habet. 5 *commuuniter*, sed in m. corr. *communitur*. 2 *commonitur*, corr. a P. 6 *subvenitur*. Edd. *quam praesens munificentia communit*. Codicem 1 secutus restitui *qua praecedens munificentia communitur*. i) Ita 1, qui vero

quod meruit, si, quod singulis specialiter indultum est, generali provisione firmetur. Cum itaque multorum possessiones meminerimus[k] nostro beneficio aliquatenus tributorum onere[l] sublevatas, eisque[m] postea certam[n] concessae quantitatis partem, quia id[o] necessitas flagitabat, indictam[p]: ut, quod liberalitati[q] nostrae derogatum est, non poenitentiae potius videatur fuisse quam temporis[r], summam, quae iam[s] ex descriptione illata est, profligatione contentionis[t] in posterum ab huius modi exactionis[u] inquietudine liberamus, ut et praeteriti temporis pro sublevatis praediis reliquorum exactio[v] concedatur, et in posterum nulla talis descriptio[x] formidetur. Hoc enim necessario nobis hac generali sanctione fuerat[y] promulgandum, cum multo[z] sit onerosius, simul et in aggere coacervatam[a] solvere quantitatem, quam particulatim reddere, quod debetur. §. 1. Haec tamen liberalitas nostra nihil dispositionis[b] amplissimae recordationis Antiochi[c], quae[d] certam quantitatem ante se relevatis possessionibus[e] nomine canonis indixit, imminuit[f]. Id enim, quod iam[g] in canonem cecidit, et anniversaria debet pensitatione[h] persolvi, nec in praeteritum, nec in posterum patimur[i] esse concessum: [k]nullique deinceps copia relinquitur[l], inspectores sibi specialiter expetendi, nisi secundum[m] sanctionem nostram, quae ad viri illustris et consularis Florentii suggestionem[n] emissa[o] est, ex communi civitatis aut provinciae desiderio postuletur[p]. §. 2. Indulgentiam vero memoratae descriptionis et in anteactum et in posterum tempus non solum in relevatis, verum etiam in donatis, adaeratis translatisque, seu quodlibet aliud nomen novae descriptionis excogitatum[q] est, volumus observari, nullamque[r] super his unquam exactionis molestiam formidari, quibus non tantum reliqua praeteriti temporis relaxamus, sed nec in posterum quicquam innovationis aut oneris addendum esse[s] censemus. §. 3. [t]Quod et si qua innovatio post administrationem illustris memoriae Antiochi[u] facta est, aut aliquid eis indictum[v] esse monstratur, hoc irritum fieri, omnemque innovationem aut indictionem[x] viribus carere decernimus. Sufficere etenim[y] novimus illud, quod illustris

---

infr. *toto.* P. — Ri*., prob. Am., et Be. *tuncque maxime u. tuto se confidit habere.* 2 *tuncque maxime — tutor c. h.* 4, Cui. 1. Aur. *tuncque maxime — totum conf. h.* 5 *tunc quae* (corr. *quam*) *maxime* (add. supr. lin. *cum*) *unusquisque toto* (corr. *totū*) *c. h.* 6 *tuncque m. u. tuto c. h.* Deest igitur in codd. 2, 4—6, Cui. 1. Aur. *se*, quod in rell. edd. post *tuto* inculcatum est, ni fallor, emendatione quidem Pithoei. Mox Rittersh. *metuit.* k) 4 *numerimus.* 5 *mimerimus — aliquatinus*, sed corr. utrumque. l) 1 *honore*, em. ab Am. *onere*, quod iam Zir. l. c. p. 267 ex Ottob. cod. rest. vult et Be. rec. 2, 4—6, edd. ante Be. *munere.* 4 *tributum.* m) 2, 4, 5 *eisqui.* 6 *eosque.* n) 4, 5 *certa.* 6 om. *certam.* o) 5 *partem id*, sed add. est *ut* supr. *id.* p) 4 *indicta.* 6 *indicta persolvent* (s. *persolvert*) *in posterum ab h. m. e. i. liberam' suma q. i. ex descriptione illata est contenti, ne quod lib. n. d. est penitentiae pot. vid. f. q. temporis. Praeteriti ergo temporis.* q) 2 add. *nos.* 4 *liberalitate.* r) 1 *videatur futuris temporis.* s) 1 *summae que iam ex discr.* 2, P. P. ms. P [a]. Rittersh. P [b]. *temporis summa quae* (2 *que*) *iam.* Cui. 1 *temporis summam quae iam.* Aur. *temporis summam, quae iam.* Etiam P. in not. et P [b]. in m. em. *summam.* 4 *summam quae tam.* 5 *summāq; tam.* Cui. 2, 2*. Lugd. Go. *temporis, summam quae iam.* Ri. Ri*. Be. *temporis, summam, quae iam.* Vid. not. sq. t) 4 *profligatione contentiones.* 5 *profligationem contentiones*, corr. in cod. 5 *profligatione contentionis.* Cui. 1. Aur. *profligationem, contemptiones.* Locus corruptus, quem Zir. l. c. p. 268 ita sanare studet: *Summae — profligatione contenti omnes in posterum ab eiusmodi exactionis inquietudine liberamus.* Ex duabus nimirum hisce vocibus *contenti omnes* a librariis perperam unam vocem *contentionis* factam esse. Recte. Nam si spectamus codd. 4, 5 et Cui. 1. Aur. scripturam, antiquitus scriptum fuisse videtur *contenti oēs.* Virgula deinde omissa ansam dedit librariis ad contrahendas voces; quam opinionem videtur confirmare cod. 6. Vid. not. *p* antec. Denique *summae* est in cod. 1 et illa cj. locum expedit omni difficultate. u) 4 *exactiones inquietudinē.* v) Be. em. *excusatio*, sed nullo confirmatur codice. Videtur non comprehendisse, quid v. *concedatur*, quod sequitur, significet h. l. Rittersh. *praesidiis* pro *praediis.* x) 5 *discriptio*, em. *descriptio*, et sic saepe. Cui. 1. Aur. om. *talis.* y) 4, 5 *sanccione fuerit.* 6, Aur. *ac gener.* z) 4 *multum.* 2, 5 *honerosius.* a) 5 *in hac greco a cerbatum*, et pon. *i* supr. lit. *u* v. *cerbatum.* b) 4 *quantitate qua — depositionis.* Cum v. *Dispositionem* inc. c. 1 Cod. Iust. cit. 5 *amplissimé.* c) 1, 5 *anthyoci.* 2 *Anthioci.* 4 *Antioci.* Cf. C. Th. XI, 20, 6. d) Cui. 1. Aur. *qui.* 1, 2 *que.* e) 1 *quantitatem in se relev. p.* 6 *possessoribus.* f) Cod. 1 *indix̄ et minuit.* 2, 4, 5 *induxit et minuit*, sed add. in cod. 5 super *et* literae *di* (diminuit). 6 *induxit minuit.* Cod. Iust. *indixit, non imminui decernimus: id enim.* g) Cod. Iust. *quoniam.* Go. om. *et* post *cecidit.* 5 *caecidit.* h) 4 *anniversariae debet penseaccionē.* i) 4, 5 *patemur*; in 5 corr. *fatemur.* k) Cod. Iust. om. *nullique — postuletur.* l) 5 *relinquetur.* m) 4 *sanctione nostra.* 5 *sanccionem.* n) 1 *quea viri inlūs et consolaris Florenti. suggestionē.* 2 *que ad v. inlustri — Florenti suggessionem.* 4 *quae ad v. inlustris* (om. *et*) *consolaris* (hoc etiam 5) *Florentii suggessionem.* Cui. 1. Aur. P. P [a]. Rittersh. P [b]. *Florenti.* Lugd. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Florentī.* Go. *Florent ī.* et hic et infra. o) 4, 5 *missa*, ut Cui. 1. Aur. p) 5 *civitates* (corr. *civitatis*) — *postulentur* (corr. *postuletur*). In Cui. 1. Aur. om. *provinciae desiderio postuletur*; lacuna indicatur duobus asteriscis. Mox 5 *antea actum.* q) 1 *adheratis translatis. ue quodlibet aliquod nomen noue servari* et om. *descriptionis — volumus ob.* 2 om. *translatisque seu quodlibet.* 4 *et adaeratis et translatisue* (om. *seu*) *quodlibet* etc. 5 *adaeratis translatiuae đlibet — cogitatum*, sed a sec. manu corr. *vel adaeratis aut translatis vel quodlibet.* 6 *translatisue et quodlibet.* Ri*. *quolibet* et *descriptioni sexcogitatum.* Codices illi persuadent antiquitus scriptum fuisse *translatis vel quodlibet.* r) 4 *observare in unāq;.* 5 *in un nam quae*, corr. *nullāq;*. Infra 6 *reliquum.* s) 1 *honeris addicendum. esse.* 4 *honoris addendum esse.* 5 *formitari* (em. *formidare*) — *honoris.* Cod. Iust. *adiiciendum esse.* t) In Cod. Iust. om. §. 3 et 4 usque ad vv. *infructuosum sibi hoc esse* §. 5; sed ex §. 4 facta est c. 17 Cod. Iust. cit. (XI, 58). Vid. not. *g* sq. Infra 5 *innovato*, sed corr. u) 2, 4 *Anthioci.* 5 *anthyoci.* 2 *inlustras.* v) 5 *indictum*, videtur del. esse *e.* P [b]. *inductum.* x) 1 *innovationem aut adiectionem.* 4 *omnēque invocationem aut indictioni.* P. *inuouationem.* y) 1 *sufficere enim*

memoriae Antiochus[z] ante se relevatis vel adaeratis vel donatis[a] vel translatis possessionibus nomine canonicae solutionis indixit[b]: quod suam firmitatem convenit obtinere, in possessionibus tantum[c] videlicet, quae ante eius administrationem huius modi beneficium meruisse noscuntur; post eius vero administrationem nec innovationem quandam, nec adiectionem[d], nec excogitationem contra eas[e], nec aliquam dispositionem prolatam firmam esse concedimus[f]. §. 4. Verum et si quis ex auctoritate nostri numinis[g] vel praeceptis amplissimae praefecturae de fundis patrimonialibus steriles sub certi canonis pollicitatione susceperit, firmiter eum[h] volumus possidere, sub eiusdem tantum[i] canonis solutione, quem[k] nostrae maiestatis auctoritas aut praeceptum magnificae tuae sedis[l] per annos singulos solvendum esse praescripsit, nullamque eos descriptionem aut adiectionem[m] aut innovationem in posterum sustinere, quoniam nimis absurdum est, eos, qui nobis hortantibus aut magnifica praefectura fundos inopes atque ieiunos[n] magno labore impenso aut exhausto patrimonio vix forte meliorare potuerint[o], utpote deceptos[p], inopinatum onus suscipere, illudque[q] velut quadam circumventione deposci[r], quod, si se daturos praescissent[s], fundos minime suscipere aut etiam colere paterentur[t]. §. 5. Sed ut his, qui ante legem datam ex suggestione viri illustris Florentii[u] possessiones suas relevarunt[v], magna liberalitate[x] prospeximus, omni timore in perpetuum, sicut[y] convenit, absolutis, ita eos, qui post memoratae constitutionis tenorem suas possessiones relevare conati[z] sunt, nihil commodi capere volumus. Quapropter sciant omnes, qui tale beneficium post huius modi[a] constitutionem meruerint, infructuosum sibi hoc esse, nullique[b] licere deinceps contra divalia statuta aut[c] relevare suas possessiones[d], aut adaerationem translationemque deposcere[e]: quod et si subreptitiis[f] precibus fuerit impetratum, nihil valere beneficium tale[g] sancimus. §. 6. Noverit tamen[h] amplissimae tuae sedis officium, quod, si aliquando nobis vel suggestio huic nostrae sanctioni contraria[i] porrigatur, vel si legi sacrisve mandatis[k] (si qua forte citra suggestionem[l], his piis dispositionibus adversa, manaverint) obsequatur, et aliquos tanquam debitores ex huius modi titulo crediderit[m] exponendos[n], ducentarum librarum auri se condemnatione multandum[o]. Omnibus enim[p] circa res proprias am-

---

iobimus. 2, 4, 5 *sufficeret enim.* 5 *sufficerit*, corr. *sufficere.* z) 1 *illud quali int m. antiocus.* 2, 4 *anthiocius*, sed 2 *inlustri.* 5 *illud* (add. supr. lin. *qd* aut *quoque*) *int m. anthyocius*, corr. *anthyocus.* In cod. 3 vv. *ante se — obtinere*, sed ea sola servata sunt. a) 4, 6 *vel addonatis.* b) 1 *canonece possessionis indixit*, mendose. c) 1, 2, 6, P. P[a]. Rittersh. P[b]. add. *tantum*; 4, 5, rell. edd. om. *tantum.* Infra 4 *nascuntur.* d) 1 *nec invocationem q. n. adiect.* 4, 5 *adlectionem.* e) 1, 5, 6 *contra eas*, sed in cod. 1 a sec. man. Antea erat *contra eos*, ut 2, 4, edd. habent. f) 4 *aliqua d. prolata firma e. c.* 1 *concedemus.* Rittersh. *formam.* g) 1 *nostre nominis.* 4 *nomines.* 2, 5, 6, Cod. Iust. *nominis* et ante 4, 5 *auctoritatem*, sed corr. in 5 *auctoritate.* Cum vv. *Si quis auctoritate* inc. c. 17 Cod. Iust., sed om. *vel pr. a. praefecturae.* Etiam 4, Cui. 1. Aur. om. *praeceptis.* Infra 4 *praefucturae.* h) 1 *sterelis sub certe canonis pollicitatione suscepit firmiter enim vol.* 2 *steriles* (om. *sub*) — *suscepit f. e. v. possedere.* 4 *steriles — pollicitationem suscepit* etc. 5 *sterilis — suscepit* etc. 6 *sterile — suscepit* etc. Omnes igitur codd. *suscepit*, quod non falsum, sed plerumque imperatores utuntur coniunctivo. i) 1, 2, 4, 5 *sub eiusdem tantum canonis.* 6 *sub eiusdem canonis tantum.* Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. Ri*. *vel eiusdem tantum canonis.* Rell. edd. Cod. Iust. *sub eiusdem tamen canonis*, prob. Ri. k) 2, 5 *solutionem quem*, corr. in 5 *solutione quam.* l) In Cod. Iust. om. *aut — sedis.* 6 *tuae magnificae sedis.* Rittersh. *magnificentiae t. s.* m) 2 *discriptionem.* 4 *nullaque eos.* 6 *nullamque eum d.* 5 *abiectionem.* Cod. Iust. *sive adiectionem.* n) 1 *absurdum eos qui nobis ortatibus aut magnifica pfecta fundus inopes adque* (*adque* etiam Cui. 1. Aur.) *ieiunus.* 2 *ortantibus* etc. 4 *nobis orantibus — praefectura in fundus inopes a. i.* 5 *nobis orantibus aut* (corr. *a*) *m. p. in fundos* (em. *fundis*) *i. a. i.* 6 *nobis orantibus.* Cod. Iust. om. *aut m. praefectura* et pro *ieiunos* habet *egenos*, improb. Ri. o) Cod. Iust. *potuerunt.* p) 2 *ut puta deceptus.* 4 *deceptus.* q) 2, 4, 5, edd. ante Be. *illud quoque.* 6 *id quoque.* Be. ex cod. 1, Cod. Iust. *illudque.* r) 4, 5 *circumventionem*, sed corr. in cod. 5. 1 *deposce*, quod Am. corr. s) 1 *daturus pscripsissent fundus.* 2, 4 *preces sint.* 5 *praecissent* (em. *praescissent f. minimae.* 6 om. *fundos* et infra *etiam.* t) Rein. em. *poterant.* Hic terminatur c. 17 Cod. Iust. cit. u) 1 *viri inlūs florenti.* 2, 5 *inlustri Florenti.* 4 *qui aū legem datū — Florenti.* 6 *illustris viri Florenti.* Cui. 1. Aur. P. P[a]. Rittersh. P[b]. *Florenti.* Cui. 2, 2*. Lugd. Ri. Ri*. *Florentī.* Go. *Florent I.*, ut supra. v) 1 *liberarunt.* x) 1 *magne* (Am. em. *magna*) *liberalitate pspeximus* (sec. Am. *prospeximus*). Similiter 6, Cui. 1. Aur. *magna liberalitate prospeximus*, quod cj. etiam Ri. et Be. repos., recte. 2, P. — Ri*. *magnam libertatem prosp.* 4 *magna libertatē prespeximus.* 5 *magnam libertatem praespeximus*, sed corr. *prospeximus.* y) 6 om. *in perpetuum.* 4 *tinore* et *secuti.* 2, 5 *sicuti*, ut Cui. 1. Aur. In 5 v. *absolutis* videtur corr. esse in *absolutos.* z) 1 add. *nati.* a) 4, 5 *post aut huiusmodi.* Cui. 1. Aur. *post, aut huiusmodi con* et om. *stitutionem — suas.* Lacuna indicatur quattuor asteriscis. b) 2 *influctuosum — nullasque.* P. — Ri*. *nullisque.* Cf. §. 3, not. *t.* c) Cod. Iust. om. *aut.* d) In Cod. Iust. om. *aut — sancimus.* Cui. 1. Aur. *possessionis.* e) 6 *translationemque suscipere.* f) 1 *quod* (om. *et*) *si subreptiis.* 2 *subreptivis.* 4 *subreptiis.* g) 6 *tale beneficium.* h) Ex cod. 1 et Cod. Iust. 6 *Noverit ergo*; rell. codd. et edd. omnes om. *tamen.* i) 1 *suggestio huius nostre santione contraria.* 2 *suggessio huius nostre sanctionis c. porregatur.* 4 *suggessio huius nostre sanctione contrariā p.* 5 *suggessio* (corr. *suggestio*) *h. n. sanctione* (corr. *sanctioni*) *contraria p.* 6 *huius nostrae sanctionis contraria.* Videtur igitur, collata inter se codicum scriptura, antiquitus scriptum fuisse *suggestio huius nostrae sanctionis contraria*, quod quamquam non displicet, non praeferendum est vulgatae lectioni Codice Iust. confirmatae, ubi *nobis suggestio huic n. sanctioni.* k) 4, 6 *lege.* 5 *lege sacrisuae*, sed del. *a* ante *e.* Cod. Iust. *vel si sacris mandatis.* l) 2 *fore c. suggessionem.* 4, 5 *suggessionem.* 6 *vel si qua forte contraria legi manaverint* (hoc etiam 2) *mandatis obsequatur CC librarum auri se condemnatione multandum.* 1 *depossitionibus.* Cf. Dirksen. l. c. p. 503. Cui. 1. Aur. *hiis.* m) 4, 5 *credederint.* Supra Cui. 1. Aur. *et alios tanquam.* n) Be. em. *exigendos* codicibus non confirmatur. Sed etiam Cont. in m. (Cod. Iust.) habet *exigendos.* Cui. in Comm. c. 1 cit. l. c. pag. 268 cj. *alios* pro *aliquos.* o) 1 *multar* (cum

putanda[q] tristitia est, quibus ex salute nostra vera sensimus gaudia[r] contigisse, ut non minus[s] commoditatibus domesticis, quam sospitate[t] laetentur, Hermocrates[u], parens carissime atque amantissime[v]. §. 7. Illustris igitur[x] et magnifica auctoritas tua, quae per hanc[xx] saluberrimam legem pro multorum commoditate statuimus, solenniter edictis[y] ubique propositis ad omnium notitiam venire perficiat[z]. *Dat. III.*[a] *Id.*[b] *Dec. Constantinopoli*[c], *Theodosio A. XVIII.*[d] *et Albino V. C.*[e] *Coss.* (444.) *Eodem exemplo Theodoro viro illustri Praefecto praetorio Illyrici*[f].

(TIT. XXVII?)

1. [a]*Impp. Theodosius et Valentinianus AA.....*[b] Cum pietatis nostrae animo ad quaerenda[c] remedii publici adiumenta perpetuae cogitationes se ingerant, nihil tam necessarium cura serenitatis nostrae perspicit, sicut omnium sensibus non[d] optamus occurrere, quam ut defessis rebus afflictoque publico, tantum robur numerosi exercitus praeparetur; sed nec tam salubris, in qua omnium plenae securitatis fundamenta ponenda sunt, per varia erogationum[e] clementiae nostrae conatum odoraturus, ut ipso experimento non[f] modo his, qui novis sacramentis obligantur, sed ne veteri quidem exercitui, quae ab exhaustis aegerrime[g] conferuntur, ad victum vel ad vestitum posse praeberi: quos nisi indigna et pudenda armato nomini negotiatio aleret, vix possent a famis periculo et a frigorum pernicie vindicari. Quae ergo his angustiis remedia providenda

---

Tit. XXVII. Primus divulgavit hoc edictum Cuiacius in Observ. XVI, 23 ex ignoto codice. Qui Aurelianensem ed. curavit, posuit id in fin. Novellarum Valentiniani III., numero tituli omisso, qui sec. seriem *XVIII.* est. Cuiacius in Cui. 2, 2* Theodosianis Novellis subiunxit, praefixis vv. *Titulus LI.* In Lugdunensi et Gothofredi editione bis positum est: in fine Novellarum Theodosii et in fine Novellarum Valentiniani. Illo loco in utraque ed. *Titulus XLVIII.* appellatur, hoc loco tituli numero in Lugd. ed. caret, sed sec. seriem *XVIII.* est, ut in Aurel. ed., at numerum *XVIII.* habet in Go. ed. Rittersh. imitatus est Aurelianensem editionem, neque vero Lugdunensem eo loco, ubi edictum repetitum est. In Ri. Ri*. *Titulus LI.* Theodosianarum Novellarum est, ut in Cui. 2 ed. Be. add. numero *Tit. XXVI.* edictum inter Novellas Theodosianas ultimo loco posuit; Valentiniani Novellis annumeratur a Rittero et ab Hugone l. c. p. 158; illius argumentis rem confici negat Beckius. Equidem quamquam incertum est, utrum Theodosii an Valentiniani lex sit, — deest enim praeter magistratum, ad quem missum est, etiam locus, quo publicatum est edictum — propter rem, de qua agit, potius ad Occidentem quam ad Orientem eam credo spectare. Illius enim statum publicum illo tempore, in quod lex propter imperatores nominatos incidit, tristissimum fuisse, perspicitur ex nonnullis Valentiniani legibus. Eo etiam spectat Novella de Afris, quam ex eodem codicis fragmento non dubito, quin Cuiacius in Obs. XVI, 22 ediderit. Accedit, quod antecedenti titulo annectuntur Valentiniani Novellae in cod. 1, nec quicquam videtur deesse. Vid. in f. antec. tit., not. *f.* Nolui autem in incerta re locum a Cuiacio legi assignatum mutare. Ut discerneretur, quid diversitatis in priori, quid in secundo Lugdunensis et Gothofredi edd. loco esset, diversas scripturas, ubi inter Theodosianas Novellas lex est, siglo Lugd[a]. et Go[a]., ubi vero inter Valentinianas est, siglo Lugd[b]. s. Go[b]. distinxi. Be. praeter tituli numerum add. (*XXXV.*), i. e. omnium Novellarum in ed. Be.

---

Tit. II. 1 in indice titulorum Novellarum Valentiniani, Zir. in indice titulorum, Am. (ex indice titulorum codicis 1) *Tit. II.* Commemoratur in Cui. 1. Aur. in indice Novv. Valentiniani subiuncto. 2, 3, P. P [a]. P [b]. in ind. titt. *Tit. XXXIV.*, *Divi Valentiniani*, quasi in codice, ex quo sumptus est, prope ab initio Novellarum Val., ut in cod. 1, fuerit. Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. Ri*. inter Theod. Nov. *Tit. XXXIV.*, sed Go. in Proleg. cap. VIII. titulum inter Valent. poni vult. P. P [a]. P [b]., ubi Novella edita est, *Tit. XXXII.* et 6 *Tit. X.*, falso. Rittersh. sine num., sed sec. ordinem, quem instituit, *Tit. XIX.* Novv. Valent. Duo igitur in codicibus et in editionibus tituli *de Postulando* inter Novellas Valentiniani exhibentur, II. et XXXIV (s. XXXII.). Eos Be., qui chronologiam titulorum ex subscriptionibus legum restituere vellet, in *XXXVII.* et *XI. Tit.* mutavit. Equidem unum tantum titulum *de Postulando* censeo fuisse; nam unum solum codex Ottobonianus nominat, neque verisimile est, cum Valentiniani Novellae colligerentur, per duos titulos *de Postulando* distributum esse, quod uno comprehendi poterat. Unus igitur titulus *de Postulando* fuit, et is quidem *II.*, cum series titulorum a Pithoeo primum editorum perturbata sit, perturbata etiam in codd. 2, 3, 6. Quae Novellae ad hunc titulum pertineant, difficile quidem definiri potest, sed tamen explicari coniectura. In Ottoboniano sive 1 codice nihil superest nisi fragmentum ultimae h. t. Novellae (*Storaci, parens — Coss.*), quod Zir. et Am. primi edd. Id cohaeret in sexto aversae folii 70 paginae versu cum v. *Sollentinus*, ultimo secundae antecedentis tituli Novellae verbo, et reliquam paginam complet. Fol. 71 incipit cum *III. titulo de Successionibus curialium.* At fragmentum illud neque subscriptione neque sententia cum N. 2 tit. I. cit. cohaeret; accedit quod statim sequitur III. titulus. Secundum igitur titulum de Postulando, qui in indice illius codicis commemoratur, fere totum excidisse apparet. Verum in cod. 1 h. l. membranarum nihil deest; quare in codice, ex quo 1 transscriptus est, lacuna fuerit necesse est. Ibi post v. *Sollentinus*, quod sine dubio ultimum alicuius folii erat, et ante v. *Storaci*, primam sequentis folii vocem, membranae aliquot perierunt, quibus praeter clausulam Novellae 2 de Indulgentiis reliquorum tertiamque eiusdem tituli Novellam, priores h. tituli Novellae et pars ultimae comprehensae erant. Lacuna librarium codicis 1 induxit, ut omnia continuo scriberet, quasi ad I. titulum pertinerent. Cf. etiam Zir. p. 344, not. *A* et p. XVIII, not. *a*. Iam vero plures huius tituli Novellas fuisse, perspicitur ex subscriptione fragmenti in codice 1 superstitis, nam omnium Novellarum Valentiniani recentissima est. Series autem titulorum, quae in codice illo ex prima quaque singulorum titulorum Novella pendere solet, impedit quominus Novella, ad quam fragmentum codicis pertinet, unica huius tituli fuisse existimetur. Et plures quidem eam antecessisse, persuadent Novellae quaedam, quae de Postulando agunt, quid quod una in codicibus 2, 3, 6 et in editionibus, praeeunte Pithoeo, titulo de Postulando tributa est, ut mittam ipsius rei gravitatem, quae pro hac sententia facit. Prima Novella, si quidem seriem titulorum spectamus, quam ex subscriptione primae cuiusvis tit. Novellae pendere dixi, inter VIII. Id. Iul. anni 438 et V. Kal. Sept. ann. 439 data erat. Nam ille dies subscriptus est primae primi tituli de Indulgentiis reliquorum Novellae, hic primae sequentis s. tertii tituli de Successionibus curialium. Huius vero temporis nulla de Postulando Novella superest; unam igitur (nisi plures) periisse apparet. Itaque quia Novella prima deest, lacunam lineis indicavi. Secundam eam fuisse puto, quam librarius eius codicis, qui Novellas a Pithoeo editas suppeditavit, ex titulo de Postulando solam delegit, hac opinor de caussa, quia reliquas suo tempore inutiles esse crederet. Tertium locum occupat Novella Albino inscripta, quam Cuiacius in Observ. (XVI, 22) divulgavit et Be. *Tit. XIII.* quem finxit tribuit; quartum ea, quae Storacium in fronte fert et partim (*Impp. Valentinianus et Martianus — quam reliqua omnia*) a Cuiacio l. c. ex lacera quadam veteri scheda, quae agglutinata erat involucro libri cuiusdam theologici, partim (*Storaci parens karissime — et Studio Coss.*) a Zir. (p. XVIII. et 343 sqq.) et Am. (p. 57—62 et in praef. p. XXXI.) ex codice Ottoboniano edita, a Be. autem composita et in *Tit. XXXVII.* coniecta est. Ut Novellam Albino inscriptam ad h. t. revocarem, duae potissimum caussae me moverunt. Primum eam verisimile est a Cuiacio in eadem scheda inventam esse, ex qua fragmentum Novellae ad Storacium edidit, praesertim cum utramque in eadem Observatione divulgaverit, neque illam se alio loco atque hanc invenisse dixerit. Deinde huius fragmentum cum fragmento codicis 1 cohaerere iam Zir. et Am. demonstrarunt; utrumque ad titulum de Postulando pertinere, ex codice 1 constat. At similis argumenti est Nov. ad Albinum data. Dubitari igitur non potest, quin haec eodem loco fuerit, quem Novella ad Storacium tenet, praesertim cum in alio titulo apte collocari nequeat. Ex iis, quae dixi, apparet tituli de Postulando numerum in edd. ante Be. falsum et fictum esse ab eo, qui titulis Theodosii in Br. Al. translatis ex Novellarum aliquo codice complures Theodosii et Valentiniani Novellas a Visigothis omissas admiscuit; deinde falso Am. contendere, diversum esse titulum de Postulando codicis 1 ab eo, quem Pithoeus divulgaverit, falso etiam Be. diversas illas Novellas, quae de Postulando agunt, per tres diversos titulos distribuisse; denique huius tituli, si non plures, certe quattuor Novellas fuisse. C. Gr. I, 12. C. Th. II, 10. Nov. Th. tit. X. Nov. Val. tit. XXXI. §. 7 et 8. Cod. Iust. II, 6—9. — N. 1 deest. Vid. not. sup. h. t. — N. 2. Vid. not. sup. h. t. Primum edita est ex cod. 2 a P. Deest in cod. 1, in Br. Al. codd. et in Sich. Cui. 1. Aur. Zir. Am. edd. In cod. 3 solum fragmentum superest. Vid. §. 3, not. *r*. In rell. codd. et edd. *N. un.* est. Be. add. (*LIII.*), i. e. omnium Novellarum in Be. ed.

a) Vid. not. sup. h. t. Ad illud *D. Valentiniani* P. in not.: „*Sic vet.*", i. e. codex, ex quo 2 transscriptus est. In m. cod. 6 add. *De Causidicis*. Ro. ms. add. *Ut in mores advocatorum inquiratur.* b) 2 *causedicis*; em. a P. 6 *prolata*. c) 2 *maiora*; corr. a P. *maior*. d) 2 *comulus augere etiam nobis insuper*; corr. a P. 6 *cumulus augeat iam nris insuper*. Melius *novis*. e) 2 *indulgentes*. P. corr. *indulgentiis*. f) Rittersh. in m. *Quomodo*, male. g) 2 *impar est*. h) 2, 6 *onere*; corr. a P. in cod. 2 *honore*. Go. *honores*. i) 2 *eorum*; P. em. *eos*. Rittersh. *vitā et eloquentiam*. k) 2 *totum*. l) Be. prop. *exploravit*, sine necess. m) 2 *p̄. k.* P. — Ri*. *P. K.* Be. *p. k.* Recte 6 *p̄kaa.* n) Addidi ex cod. 6 *igitur*, quod usitatum est in hac for-

ut in eo, qui se causidicorum[q] numero optat adiungi, inprimis studia, mores, natales, vel si perfunctus est muneribus, quibus patriae suae nascendi generositas debet esse munifica, neque per calumniam, neque perfunctoria examinatione quaerantur. Etenim[r] oportet eos, quos semel adsciveris in seminarium dignitatum, omnino ita[s] ad omnia esse aedificatos[t], ut idcirco digni universis honoribus habeantur, quod advocati esse meruerunt. §. 2. Quibus ad agendum[u] viginti annos, non ut appropinquare vicesimum[v], sed ut explere fas sit, legis huius auctoritate decernimus[x]; in provincialibus vero foris si[y] sedecim aut eo amplius numero advocati sint, [z]unum ex his, qui in agendo annorum numero praestat, ad praetorianum forum, si hoc praefectura iubeat, avocari[a]: atque omnes sive utriusque praetorianae sive urbanae[b] praefecturae causidicos expleto vicesimo vel, ad alium vitae cursum maturius transeuntes, quinto decimo advocationis anno vicariae dignitatis ius potestatemque obtinere[c], ita ut in salutationibus nostris, in conventibus publicis, omnibus, qui post se vicariae[d] potestatem adepti erunt, merito praeponantur. Neque enim perpetiendum[e] putamus, huius modi dignitatem in his, qui advocatione functi sunt, imaginariam aut vacantivam videri[f], cum eam non gratiae singulorum, sed ipsi ordini et professioni iudicia nostra restituant, quamvis tam magno, tam necessario, et tam sancto officio si servetur[g] reverentia literarum, etiam hoc parum[h] esse videatur, nisi illis salvum esset, sperare cum omnibus, quod optimus quisque ac sibi bene conscius de nostris iudiciis non frustra debet optare. §. 3. Neque enim tali fine meritum professionis arctamus, aut futurae spei intercludimus viam, qui[i] praeterita interim remuneramus. Nam ut nullus[k] civilium officiorum oneribus aut exactionibus aut operibus publicis ad suggestiones numerariorum[l] vel ad praeceptum sacrae nostrae[m] huius modi hominum meritum, quod supra[n] memoratos annos in quolibet praetoriano sive urbano foro studium probatae defensionis impendit, post diutinum laborem sollicitetur et[o] quies, providebit[p] amplissimae praefecturae debita et[q] iusta commotio, quae triginta[r] librarum auri condemnationem[s] ab officiis provincialibus vel suo illico[t] iubebit exposci, si quemquam ex his, qui praedicta observatione[tt] caussis patrocinia praestiterunt, ad huiusce modi iniuriam suggerendum esse crediderint. §. 4. His[u] hoc etiam literatae militiae contemplatione praestamus, ut, si in familia fuerint constituti, quicquid quolibet titulo positi in advocatione quaesiverint[v], tanquam peculium

---

mula solenni. 2, edd. om. *igitur*. 2 *inlustras*; em. a P. o) 2 *suggessionem*; corr. a P. p) P. P[a]. *a nobis in admittendis * retinentur*. 2, Cui. 2, 2*. Lugd. P[b]. Rittersh. Go. — Ri*. *a nobis in admittendis retinentur*. Cui. in Obs. XVI, 22, P. ms. Cui. 2, 2*, Lugd. et Rittersh. in m., Ro. l. c. p. 189, Ro. ms. em. *retinendis* pro *retinentur*. P. in not. et P[b]. in m. *reverenter*. Recte Be. rec. *retinendis*, quod et sententia postulat et 6 tuetur. q) 2 *causedicis — noverat — causedicorum*; em. a P. r) 6 *studia requirantur mores — neque calumniosa — examinatione* (om. *quaerantur*) *Neque enim*. 2 *querantur enim*; em. a P. *quaerantur etenim*. Vid. not. sq. Supra P[a]. *perfunctiora*. s) 2, 6 *dignitatum non ita*. P. pro *non* corr. *oio*, ediditque *omnino*, quod in sqq. edd. transiit. Cf. P. in not. et P[b]. in m. Cum dubia sit cod. 2 scriptura, leg. esse puto cum cod. 6 *Neque enim — non ita*. t) Go. *aedificaturos*. 6 *defecatos*. Suspecta est v. *aedificatos*. u) 6 *ad advocandum*. v) 2, edd. praeter Go. et Be. *vicensimum* et paullo infra *vicensimo*. x) 2 *discernimus*; P. em. *decernimus*, quod etiam 6 habet. P[a]. *auctoritare decern*. Falso Be. h. l. §. 3 signum add., quo sententia perturbatur. Vid. not. *c* sq. Minus plene interpunxi. Cf. Zir. l. c. p. 138, not. *C*. y) 6 add. *si*. Vid. not. sq. Edd. om. *si*, ut 2. z) Edd. hoc loco add. *et*, praeeunte P.; sed 2, 6 om. *et*. Leg. est cum cod. 6 *In provincialibus vero foris si sedecim — advocati sint, unum* etc. Cohaerent enim haec cum v. *decernimus*. Ceterum Go. *amplus* et P[b]. *advocati sunt*. a) 6 *advocari*. b) Rittersh. *Orbanae*. c) 2 *ut potestat.*, quod P. in not. *in vet.* (sc. codice) esse dicit. P. in cod. 2 pro *ut* corr. *ius*, sed P. ms. *vim*. 6 *dignitatis* (om. *ius*) *potestatem posse obtinere*. Sana est vulg. scriptura. Be. post *obtinere* suppl. esse putat *decernimus*. Non opus est aliquid add.; omnia pendent ex superiori v. *decernimus*. d) Sc. *dignitatis*; quare non admitto cod. 6 scripturam *vicariam*. 2 *vecaria*; corr. a P. e) 2, edd. ante Be. *perpetuandam*. Zir. l. c. p. 140, not. em. *perpetuandum*, i. e. „neque enim committendum putamus, ut perpetuo atque in posterum maneat, aut manere sinamus, quod hactenus obtinuit“ etc. Cui. in Observ. l. c. Cui. 2, 2* et Lugd. in m. P. ms. em. *perpetiendum*, quam em. 6 confirmat, ego vero recepi. Be. *perpetiendam*. f) P. P[a]. *imaginaria aut vacantiva * videri*. Cui. 2, 2*. Lugd. Rittersh. — Ri*. *imaginaria aut vacantiva videri*, sed Cui. in Observ. l. c., prob. Ri., P. ms., Cui. 2, 2* et Lugd. in m. *imaginariam aut vacantivam* (P. ms. Cui. 2, 2* et Lugd. in m. *vocantivam*) et P. in not. P[b]. in m. *videlicet* pro *videri*. Be. Cuiacii em. recepit, quam etiam Zir. l. c. p. 140, not. habet et codd. 2, 6 tuentur. Miror codicem 2 h. l. a Pithoeo corr. esse in *imaginaria aut vacantiva*, nisi fortasse veteris codicis scripturam notare voluit. g) 2 *serventur*; P. corr. *servetur*. h) 2 *pervim*, P. corr. *pervium*, quod in cod. 6 est et ex P. ed. transiit in Cui. 2 — Ri*. Cui. Observ. l. c. P. ms. Cui. 2, 2* et Lugd. in m. em. *parum*, prob. Ri.; Be. rec. *parum*, recte. i) 2, 6 *qui*. P. in cod. 2 corr. *quin*, quod in edd. est. Recte *qui*. k) 2, edd. *remuneratione, ut nullus*, obscura sententia. Be. rep. vult *nullis* vel *nullius*. Bene *nullis*, sed retinui scripturam a P. ms. propositam et a cod. 6 confirmatam: *remuneramus. Nam ut nullus*. l) 2, 6, P. P[a]. P[b]. Rittersh. *numerariorum* et 2 *suggessiones*. Mendose Cui. 2, 2*. Lugd. Go. — Be. *numeratorum*, pro quo Ri. recte leg. vult *numerariorum*. m) Ita 2, 6, Be.; P. P[a]. *nostrae * huiusmodi*; Cui. 2, 2* et Lugd. Rittersh. — Ri*. *nostrae, huiusmodi*. P. ms. Cui. 2, 2* et Lugd. in m. ad v. *nostrae* add. *iussionis*, qua voce non opus esse, recte dicit Ri. n) 6 *quod per supra*. Rittersh. *qui supra*. o) Ita 6. 2, edd. om. *et*. Iam Be. in not. recte add. *et*. Cohaerent enim ita: *ut nullus — hominum meritum — sollicitetur et quies*. p) Rittersh. *providebat*. q) 6 om. *debita et*. r) Solae vv. *triginta — praestiterunt* supersunt in cod. 3. s) 2, 3, 6, edd. ante Be. *condemnatione*. P. in not. P[b]. in m. P. ms. em. *condemnationem*, quam em. Be. rec. t) 3 om. *vel suo illico* et *si* post *exposci*. 6 om. *vel suo*. P. ms. *ac* pro *vel*. tt) P. *obsertione*. Infra P[a]. P[b]. *huiusmodi* pro *huiuscemodi*. u) P. in not. et P[b]. in m. „*fortasse ex hac Novella addita sunt ad L. VIII. C. de advocat. divers. iud. illa verba*, his omnibus etiam etc.“ Neque vero verba illius loci (II, 8) eadem sunt, quae hic leguntur. v) 2 *familiam* (corr. a P.) — *quaverunt*, sed

castrense[x] defendant, ne praemium laboris alieni aut in alios transferat, aut sibi vindicet patrum potestas. §. 5. Hanc autem legem edictis amplitudinis tuae omnibus iudicibus ac provinciis facias[y] innotescere. *Proposita Id. Aug. Romae in foro Traiani, Dioscoro*[z] *V. C. Cos.* (442.)

3. *Impp. Theodosius et*[a] *Valentinianus AA. Albino Pf. P. Illyrici*[b]. Ex affectu publico, convenit eorum necessitatibus subvenire, qui[c] fatales miserias inciderunt. Imperatoriae si quidem vis maior[d] laudis est, aliqua decreta mollire, quando vis maior inopinatae cladis fatale[dd] generarit incommodum, Albine, parens carissime atque amantissime[e]. §. 1. Unde illustris et praecelsa magnificentia tua pragmatici nostri tenore comperto, sciat, Afros[f], qui infortunio hostilis cladis expulsi, eiectique fortunis omnibus spem[g] sui actus et conversationis solitae[h] perdiderunt, et imbuti studiis literarum caussas agere destinarunt sive agere iam coeperunt, apud omnes iudices his advocationis copiam, remoto legis vinculo[i], esse permissam, ut aerumnas, in quibus nunc sunt, tali possint remedio sublevare, praeter praetorianam togam forumque urbanum, in quo agendorum negotiorum licentiam tribus[ii] pietas nostra permisit. Nec enim non eos oportet studiis favorabilibus adiuvari, quibus hoc[k] solum remansit, quod sibi non potuit vindicare captivitas[kk]. *Dat. XIII.*) Kal. Sept. Ravennae, Maximo II. et Paterio Coss.*[l] (443.)

4. *Impp. Valentinianus et Martianus*[m] *AA. Storacio*[n] *Pf. P.* Multa in sanciendis legibus non solum[o] sibi vindicat, verum etiam[p] temporis ratio persuadet, non, quod praeceptorum diversitas placeat, sed quod eventuum qualitas pensius[q] facit esse iudicium, et firmius constituto robur est, quoties priori sententiae magis magisque probata succedit. Dudum lata lex[r], exceptis illustribus, foris ceteris[s] ac provincialibus perpetuitatem concesserat actionis, sed nunc, accrescente pube et literariae indolis iuventute, aditi exoratique sumus, ne sub aliorum perpetuitate succedentium studiorum fervor evanescat. Quis enim se ei officio novus professor inferat, quod veteranus insederit, ut non sit tam actor, quam observator alterius? Et quia haec, quae ab homine caduca sunt, fiunt subrogatione per-

— N. 3 deest in codd. et in edd. Sich. Cui. 1. P. P[a]. P[b]. Primus eam ed. Cuiacius in Observation. lib. XVI, cap. 22, sed sine numero tituli et sine rubr. Vid. not. sup. huius tit. Bis eam habet Lugd. et Go. ed., primum inter Theodosianas, deinde inter Valentinianas Novellas, impr. Ri. Priorem locum siglo Lugd[a]. Go[a]., alterum siglo Lugd[b]. Go[b]. significavi. Aur. Lugd[b]. Rittersh. sine numero tituli, sed sec. seriem *Tit. XVII.* Nov. Val., addita rubrica *De Afris, Vandalis, Alanis*, inepte et impr. Ri. et Be. Go[b]. *Tit. XVII.* Nov. Valent. eadem rubr. addita. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Tit. L.* Nov. Theodos., omissa rubrica, quamquam in indice rubricarum Cui. 2, 2* *de Advocatione Afris concessa* nominatur. Lugd[a]. Go[a]. *Tit. XLVII.* Nov. Theod., sed om. rubr. In Proleg. c. VIII. Go. hanc Nov. inter Valentinianas referri vult. Be. *Tit. XIII.*, sine rubr., quam vero in indice titt. p. 1586 ex indice titt. Cui. 2 add. Movit Be., ut eam illi loco tribueret, subscriptio legis. In omnibus edd. est *N. un.* Be. add. *LV.*, i. e. omnium Novellarum in Be. ed. Contulit hanc novellam et sequentis prius fragmentum in usum meum cum prima Cuiacii Obs. ed. Rudorff, clar. Berolinensis Literarum Universitatis antecessor, cui viro optime de me merito debitas gratias ago. Haec Novella fuisse videtur in aversa pagina eiusdem schedae, in qua Cuiacius etiam sequentis fragmentum invenit. Id ita intelligendum est, hanc paginam agglutinatam fuisse libro, alteram igitur non obtectam et priorem in involucro fuisse. Illam igitur, quam prius vidit, Cuiacius priore loco edidit, alteram, quam avulsa ab involucro membrana invenit, secundo, converso igitur paginarum ordine. — N. 4. Prius fragm. deest in codd. et in edd. Sich. Cui. 1. P. P[a]. P[b]. Primus id ed. et sine rubrica quidem Cuiacius in Observation. lib. XVI, cap. 22. Vid. not. sup. huius tit. Aur. Lugd. Rittersh. sine numero tituli, sed sec. ser. *Tit. XVI.* Nov. Val., qui numerus in Go. ed. est, improb. Ri. Rubrica *De Advocatis Non Perpetuandis* in edd. illis addita, non ipsi legi inscripta erat in membrana, ex qua fragmentum a Cuiacio est erutum, sed Observationum capiti, in quo editum est, ubi ita se habet: *De Non Perpetuandis Advocatis. Et De His Constitutiones Quaedam Novae.* Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Tit. V. Nov. Martiani*, sed sine rubr. Rein. adscr. *De Foris* ex indice titulorum Cui. 2, 2* adiecto. Alterum fragmentum ex cod. 1 ediderunt Zir. (l. c. p. XVIII. sq.; vid. etiam comment. p. 343—365) et Am. (l. c. p. 57—62), et cum priore in unum titulum conflavit Be., inter Valentiniani Nov. *Tit. XXXVII. de Postulando.* Deprompsit rubricam Be. praeeunte Am. ex cod. 1; ut autem ordinem titulorum mutaret, motus est subscr. huius fragmenti, de quo vid. not. sup. h. t. In omnibus edd. *N. un.* h. t. est. Be. add. (*LXXX.*), i. e. omnium Nov. in Be. ed. Innotuit hoc fragmentum etiam Br. l. c. pag. 872.

in m. *quaesiverint.* x) Ri. hic repetitam esse putat c. 3 (6) C. Th. de Postulando (II, 10). y) 6 *facies.* z) 2 *augustas* — *Dioscore Rome.* Etiam P. — Be. h. l. add. *Romae*, sed Ri. Be. in not. del. *Romae*, recte. Deest etiam in cod. 6. a) Aur. Lugd[b]. Rittersh. Go[b]. *V.* pro *et.* Ri*. om. *et.* b) Ri. Be. propter Nov. Val. de Pecunia Afris credita *Pf. P. Italiae* em., aut *Illyrici* ex siglo *Iter.* (*Albino Pf. P. Iter.*) a librariis excogitatum esse putant. Albinum enim fuisse hoc tempore *Pf. P. II.* In Aur. Lugd[b]. v. *Illyrici* disiunctum est ab inscriptione additumque ipsi contextui (*Illyrici Ex adfectu*). c) Aur. Lugd[b]. Rittersh. Go[b]. add. *in.* d) Rittersh. Rein. Be. vv. *vis maior* deleri iubent. dd) Rittersh. *inopinata* et om. *fatale.* Supra Cui. Obs. ed. Francof. *molliri.* e) Edd. sigla habent. f) Be. em. *Afris.* Infra sequitur *his.* Qui legem scripsit, excidit ex oratione. Est quem dicunt accusativus absolutus. g) Aur. Lugd[b]. Rittersh. Go[b]. *opem.* h) Cui. 2, 2*. Lugd[a]. et Go[a]. *solidae.* i) N. 2 h. t. ii) Go. utroque loco *tribui.* k) Aur. Lugd[b]. Rittersh. Go[b]. om. *hoc.* kk) Deest clausula generalis, monente Be. *) Cui. Obs. ed. Halens. *Dat. VIII.* l) *Maximo II. V. Paterio Cos.* Aur. Lugd[b]. Rittersh. et Go[b]. m) Cui. Obs. ed. Francof. *Impp. Theodosius et Valentinianus.* Be. *Impp. Theod. et Mart.* Est Nov. Valentiniani. Vid. Am. l. c. pag. 58, not. et Zir. p. 349. n) Aur. Lugd. Rittersh. Go. *Stauratio.* Ri*. *Storiacio.* Sec. Relandum Pagius, monente Almelovenio in Fastis legit *Sporatio.* Idem vult Ri. Cf. Am. l. c. p. 60 sqq. n. 2, Zir. p. 349 sqq., Ri. ad h. Nov., not. *b*, Br. l. c. p. 872. o) Rittersh. *solum* [*prudentia*] *sibi.* p) Aur. Lugd. Go. Rittersh. *verum et.* q) Rein. em. *perpensius.* r) Cf. Nov. Th. tit. X, n. 2. s) Go. *lex* (*exceptis illu-*

petua, ne interdicentibus[ss] studiis ipsa pariter officia conquiescant, hac generali constitutione decernimus, universa fora, tam illustrium praefectorum praetorii ac praefecti urbi*), quam reliqua omnia[t], — — — — — — — [u]Storaci, parens carissime atque amantissime[v]. Illustris[vv] et praecelsa magnificentia tua lege salubriter constituta[x] edictis propriis[y] in universorum faciet[z] pervenire notitiam, ut, quid erga[a] servanda advocatorum tempora dispositio iusta praefixerit, et agnoscere[b] valeant et servare contendant. *Dat. V. Kal. Nov. Romae*[c], *Aëtio et Studio Coss.* (454.)

TIT. III. DE SUCCESSIONIBUS CURIALIUM, QUI AD CLERICATUM TRANSIERUNT[a].

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Maximo*[b] *II. Pf. P.*[c] In augendo statu urbium singularum[d], servata catholicae religionis veneratione, tam praecedentia veterum parentumque nostrorum statuta renovamus*), quam nostris legibus observanda decernimus[e], ne passim imminutione[f] municipum, cum numerositas ex abundanti clericatus augetur, publica damna generentur. Non dubium est enim, cum non expletis muniis ad obsequium venerabilis ministerii[g] curialis admittitur[h], relisum[i] in paucos publicae functionis onus nequaquam posse tolerari, et rursus[k] migrantibus patrimoniis curialium ad personas, quae[l] functionibus municipalibus non tenentur, propriam civitatis nutare substantiam. §. 1. Propterea[m] praesenti lege sancimus, ut, quisquis ante[n] huius sanctionis diem suscepit clericatus officium non expletis urbis propriae[o] muniis ac muneribus, in ea quidem, quam meruit[p], religionis observatione perduret, sed omnia per suffectum tam personalia, quam patrimonii onera cogatur agnoscere, facultates suas pro virili portione[q] singulis filiis dividat, sibimet simili parte servata. Quod si filios non habuerit, duas partes facultatum suarum, praeter ullam alienationis fraudem, propinquis ad curiam pertinentibus tradat. Qui[r] si defuerint, easdem octo uncias ordini proprio[s] proficere debere censemus[t], quoniam non minor est affectio patriae, quam parentum; tertiam sane propriae substantiae servaturus*). §. 2. Qui vero redditis patriae

---

Tit. III. 1, Zir. in ind. titt. Am. *Tit. III.* 6 *Tit. XIV.* 2, 3 (qui nihil habet, nisi prima Nov. verba) a v. *tam — decernimus*), P. P[a]. P[b]. in ind. titt. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Tit. XLI.* Nov. Th., sed P. P[a]. P[b]. in ipsa Nov. edit. *Tit. XXXIX.* pro *XXXVIII.* Lugd. Go. Tit. *XXXVIII.* Nov. Th., sed in Prol. c. VIII. Go. eam Valentiniani Novellis annumerat. Desunt enim in his edd. post tit. XXXIV. de Postulando Novellae *de Confirmatione Legum Novellarum Divi Theodosii*, *de Principibus Agentium in rebus* et *de Suariis*, quae iam ex Cui. 1. in Aur. Lugd. edd. Valentiniani Novellis adiectae erant. Rittersh. sine num., sed sec. ord. *Tit. XXIII.* Be. *Tit. II.* Vid. Nov. Th. tit. IV, not. sup., Nov. Val. tit. II. et XXXV., not. sup. Commemoratur in ind. titt., qui in Cui. 1. Aur. Novellis Valentiniani adstructus est. C. Th. XII, 1, not. sup. — N. 1. Codd. edd. *N. un.* Be. add. (*XXXIX.*), i. e. omnium Nov. in ed. Be.

---

stribus foris) *ceteris*. Ri. Ri*. *exceptis illustribus foris, ceteris*. ss) Rein. cj. et Rittersh. edidit *intercidentibus*, recte. *) Cui. Obs. in ed. Francof. *praefect. urbi* et in ed. Halens. *praefectorum urbi*; Aur. Lugd. Go. *praefec. urbi*. Rittersh. *praefer. urbi*. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. Be. *praefecti urbi*. t) Aur. Lugd. lacunam indicant tribus stellulis, Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. v. *etc.*, Be. abruptis versibus et 19 punctis interpositis; Rittersh. Go. lacunam non indicant. u) Hinc inc. fragmentum ex cod. 1 erutum. v) In cod. 1, ap. Zir. Be. sigla sunt. Am. *Praefecte Carissime Augustorum*. vv) In aliis Nov. *Illustris igitur* sive *Illustris itaque* sive *Unde illustris*. x) 1 *saluberiter*. Zir. *legem sal. constitutam*; idem cj. Am. l. c. pag. 63, not. 3 et prop. Be., recte puto. Sed defendi potest *constituta*, nimirum *ea, quae lege constitutā sunt*. y) Am. p. 62 sq., not. 3 multis vv. defendit v. *propriis*, neque legi vult *propositis*. Similiter infr. tit. XXI. de Offic. et de numer. §. 5. tit. XXII. de Sepulcri viol. §. 9 cod. 1 habet *propriis*, quod retineri potest, nam aliis in locis dictum est *programmate suo*, nisi utroque loco librarii siglum *p̄p* s. *p̄po* falso interpretati sunt. z) Be. *faciat*. 1 sec. *Am. p̄venire*, i. e. *praevenire*. a) Zir. p. 547 leg. esse putat *circa*. b) 1 *agnuscere*. c) Zir. mavult *Romae*, quod Be. edidit. 1 literis maioribus *Nob. Roma* (sec. Am. *Romā*). *Etio. Et Studio Consoleb.* Propter hanc subscriptionem iam Zir. l. c. p. 348 et Am. l. c. p. 58 fragmentum a Cuiacio editum ad Valentiniani Novellas revocaverunt.

a) Ex cod. 1, Zir. Am. ita reposui, sed 1 *clerecatum*. Codd. 2, 3, 6, Cui. 1 et Aur. in ind. titt., P. — Ri*. R. Be. *De Successione Curialium* et om. *qui ad cl. tr.* b) 1 *ad Maximum*. P. in cod. 2 corr. *M.* pro *Maximo*. c) P. *Pf. Po.*, unde P[a]. Rittersh. P[b]. *Pf. Pon.* Ri*. om. *P.* 6 *preposito*. Rein. in Chron. const. Cui. 2, 2* add.: „L. *Italiae* vel *Iterum*." d) 1 *singolare*. *) Cf. C. Th. XII, 1, 121, 123, 163, 172; XVI, 2, 19; Cod. Iust. I, 3, 21. e) 1 *observandā decernimus*. 2 *discernimus*; em. a P. Seqq. des. in cod. 3. Mox 2 *habundanti*. f) 1 *inminutionem*. g) Ex codd. 1, 6, sed 1 *ministirii*. 2, P[b]. *misterii*; rell. edd. *mysterii*; iam P. in m. cod. 2, P. in not. P. ms. P[b]. in m. Cui. 2, 2* in m. Lugd. in m. et Rittersh. in m. corr. *ministerii*, recte. Cf. C. Th. XII, 1, 121. Ri. impr. *ministerii*, quia C. Th. XII, 1, 123, §. 5 *sacrosanctis mysteriis* dicitur; neque vero illa vv. codd. 1 et 6 scripturam refutant. *Venerabile ministerium* significat *sacerdotium*. Infra §. 3 *ecclesiastica ministeria* et *ministerium clericatus*. Verisimile est v. *misteriis*, quod cod. 2 habet, sed edd. in *mysteriis* mutarunt, ortum esse ex compendio *m̄isteriis*. Am. utramque vocem sustineri posse credit, nec ego dico falsum esse *mysteriis*. Equidem sequor codd. auctoritatem. h) 6 *remittetur*. i) Ita codd. P. in m. cod. 2 em. *recasum* et P. in not. Cui. 2, 2* et Lugd. in m. *recisum*, ex sequenti videtur Novella. P[b]. in m. *recesium*. Dubitari potest de h. v. An *relatum*, *relapsum*, *remissum?* sed nil muto. k) 1 *rursum*. l) Lugd. Go. *qui*. m) 1 *civitatis nature sustanciā*. 2 *preterea*; P. corr. *propterea*. n) 1 *lege decernimus. ut que ante*, i. e. *lege decernimus*, *ut qui ante*. o) 1 *propriis*, sed del. est a librario lit. *s*. 6 *susceperit — expletis civitatis propriae*. p) 1 *ad muneribus — quā meruit*. Etiam 6 *quam*. 2, edd. *qua*. Mihi prob. *quam*. q) 1 *prouili portione*. 6 om. *singulis*. r) Be. ex cod. 1 *Qui si*, sc. propinqui. 2, 6, P. — Ri*. *Quodsi*, neque hoc falsum. Supra *Quodsi filios non habuerit*. s) 2 *proprii*, corr. a P. *proprio*. t) 1, 6, Be. *censemus*. 2, P. — Ri*. *censuimus*. Paullo ante 1 sec. Am. *ordine*; em. ab Am. *ordini*; infra Lugd. *miror*, mendose. *) Nominativus absolutus. Vid. infr. tit. XV,

muneribus [u] dudum ad officium clericatus accessit, filiis, quos sibi proculdubio [v] curia vindicat, facultatum suarum, sicut iam diximus, virilem singulis portionem tradere non moretur. Qui si filios non habuerit, ea, quae superius et [x] de patrimonii distributione talis personae [y] constituta sunt, observare cogetur [z]. Decet enim eum, qui sacrosanctis desiderat [a] inhaerere mysteriis, fide magis divitem, quam facultatibus approbari [b]. §. 3. In futurum vero [c] ad ecclesiastica ministeria curialem suscipi praesenti lege prohibemus, ut fiscales necessitates numerositate municipum facilius impleantur. Si quis sane ad clericatus obsequium etiam contra legum vetita animi devotione [d] properaverit [e], si propriae non compleverit onera civitatis universa, per suffectum reddere compelletur [f]: simili legis observatione facultates suas, sicut supra scriptum est, aut cum filiis aut cum propinquis aut cum patria divisurus. Quod si expletis muniis sacrosanctae religionis fuerit ministerio coniunctus, facultates suas viritim filiis distribuere per iudicium mox [g] cogetur, sibimet virilem portionem inter liberos servaturus. Qui si filios [h] non habuerit, duas partes patrimonii sui propinquis, qui tamen curialitatis [i] oneribus obnoxii sunt, absque ullo imminutionis commento, sicut superius dictum est, sciat protinus conferendas [k], omnibus in medium deductis, quae post honorem [l] clericatus in fraudem legis alienanda crediderit: tertiam cui voluerit proprio dispensaturus arbitrio. Quae nostram serenitatem temperasse [m] humanitatis intuitu vetera legum constituta [n] testantur, quibus omne patrimonium cedere ordini proprio curialis praeceptus est, quoties ad ministerium clericatus eligitur [o]. §. 4. Illam quoque partem dispositio nostra [p] non praeterit, ut, quisquis [q] civis vel incola deinceps in nullo obnoxius, cuius tamen substantia trecentorum solidorum non exsuperet [r] quantitatem, fuerit repertus, habeat adipiscendi clericatus liberam facultatem. Eum vero, cuius patrimonium maiore, quam definivimus *), aestimatione censebitur, liceat curiae secundum vetera statuta **) sociari: exceptis his, qui sacris scriniis nostris et agentium in rebus scholae militant, et aliis, qui continuatae militiae observatione desudant, ut multis provisionum generibus ordinum numerus suppleatur [s], nec tamen desint ministri venerandae religionis obsequiis, Maxime, parens carissime atque amantissime. §. 5. Illustris [t] et praecelsa magnificentia [u] tua huius legis saluberrima constituta sub edictorum promulgatione faciat [v] in omnium notitiam pervenire, ut sacrilegii reatus involvat, ac [x] viginti librarum auri mulcta percellat, quem non obedisse [y] claruerit edictalibus constitutis. *Dat. V. Kal. Sept.* [z] *Ravenna* [a], *Theodosio* [b] *A. XVII.* [c] *et Festo* [d] *V. C.* [e] *Coss.* (439.)

TIT. IV. IN DAMNUM PUBLICUM ELICITUM [a] NON VALERE RESCRIPTUM, NEC SPECIALIA BENEFICIA GENERALIBUS PRAEFERENDA.

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Maximo Pf. P. II.* [b] Usu rerum frequenter agnovimus, specia-

Tit. IV. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. IV.* 6 *Tit. XVI.* 2, 3, P. P [a]. P [b]. in indice titt. *Tit. XLII.* Nov. Th. et Val., sed P. P [a]. P [b]. in edit. *Tit. XL.* pro *XXXIX.* Rittersh. *Tit. XL.* et sec. titt. seriem *Tit. XXIV.* Nov. Val. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Tit. XLII.* Nov. Th. Lugd. Go. *Tit. XXXIV.* Nov. Th., ponitur autem a Go. in Prol. c. VIII. inter Novv. Valent. Vid. tit. III, not. sup. et infr. tit. XXXV., not. sup. Commemoratur in Cui. 1. Aur. in indice titt. Novellis Valentiniani adiecto. De cod. 3 vid. not. *l.* Cod. Th. I, 2; Cod. Iust. I, 19 et 22. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1 sive *un.* Be. add. (*XLI.*), i. e. omnium Novellarum ed. suae.

not. *g.* u) 6 *redditis muneribus patriae.* v) 1 *quosibi proculdubiū.* 6 om. *proculdubio.* x) 6 *Quodsi filios — superius* et deest *et.* y) 1 *persona.* z) 2 *cogitur*; corr. a P. *cogetur.* a) 1 om. *desiderat.* Mox 2 *misteriis.* Rittersh. in m. *ministeriis*, ut supra not. g. Nam infra etiam legi *ministerio.* b) 1 *adprobare.* c) Ex codd. 1, 6. 2, edd. om. *vero.* Paulo post Rittersh. *curiali.* d) 1 *ut fiscales necessitatibus numerositas. tem municipum — divocione.* e) Codd., P. P [a]. Rittersh. P [b]. *properaverit*; rell. edd. *properavit.* Recte *properaverit*; paullo infra *compleverit.* f) 1, 2 *compellitur.* P. in cod. 2 em. *compelletur.* Mox Lugd. Go. *leges.* g) 1 *aut cum patri divisurus — per iudici* | *mox.* h) Hic, neque vero supra in §. 2, ut Be. notat, 1 *Qui si liberus* (Am. em. *liberos*) *non habuerit.* Ri*. mendose *patres.* i) 2 *propinquis* (om. *qui*, sed add. *qui* a P.) *tamen curialitates*, em. a P. *curialitatis.* k) 1 *Sciant protinus conferendas.* 2 *protenus*, corr. a P. Etiam 6 *conferendas.* 2, edd. *conferenda*, male. Recte *conferendas*, sc. duas partes patrimonii. l) 2 *post hanc rem*, sed annotatur a P. in cod. 2 et in P. ms. *characterem* vel *honorem.* Similiter P. in not. et P [b]. in m.: „*an* characterem, *an potius* honorem, *quod Cuiacio magis probatur.*" Nam P. P [a]. *post * hanc rem* habent, et rell. edd. ante Be. *post hanc rem*, sed Cui. 2, 2*. Lugd. in m. *honorem*, quod Be. recepit. Pithoei et Cuiacii em. confirmatur cod. 1. In cod. 6 om. *honorem.* m) 1 *alienanda est* (em. *esse*). *credederit — arbitriū — serenenitatē.* | *phasse humanetates.* Non recordor, utrum 2 habeat *sperasse* an *tesperasse*, em. a P. *temperasse.* n) 6 *statuta.* o) 1 *patrimonio. credere ordine proprio curiales — elegitur.* p) 6 om. *nostra.* q) 1 *quisque*; 2, 6, edd. *quisquis.* r) 1 *substanciā — exuuerit.* 2, P. — P [a]. P [b]. Ri. Ri*. Be. *exuberet.* 6, Go. *exuperet* pro *exsuperet*, recte, quod restitui. *Exuberare*, quod v. neutrum est, h. l. non quadrat. Rittersh. mendose *exhiberet.* *) P [b]. *definimus.* **) Vid. supr. pr. h. Nov., not. *. s) 1 *secunda vetera — agentum* (saepissime ita dicitur) *in rebus — numerū suppleatur.* 2 *supplicatur*, corr. a P. *suppleatur.* t) 2 *p̄k̄ā Inlustras*; corr. a P. *inlustris.* P. P [a]. Rittersh. P [b]. *P. K. A.* u) 1 *magnitudo.* Ita etiam in aliis Nov. Vid. Nov. seq., not. *h.* v) 1 *faciet.* x) 2, edd. ante Be. om. *ac.* y) 1 *oedisse.* P [b]. Be. *obediisse.* z) 1 *Sep̄b.* 2, 6, edd. *April.* Iam Br. l. c. p. 862 et Zir. l. c. pag. 303 nuntiaverant in cod. 1 esse *Sept.* a) 1, 6 *Raū.* 2, edd. *Ravennae.* b) 1 *teūd.* c) Recte Be. ex cod. 1 rest. *XVII.* 2, 6, edd. ante Be. *XV.*, male. Iam Br. h. l. commemorat in Fastis ann. 439 et verum numerum in cod. 1 esse dicit. Etiam Ri. em. *XVII.* Cf. Zir. l. c. p. 303. d) 6 *Fausto.* e) 1 *uuc.* 6 om. *V. C.* Rittersh. *Cons.* Ri. Ri*. om. annum.
a) In 2, 3, P. — Ri*. deest *elicitum.* 6, om. vv. *In — nec*, habet: *Specialia beneficia generalibus non prae-*

libus beneficiis generalem devotionem[c] gravari, recidente[d] in reliquos tributorum sarcina[e], quae singulis quibusque subducitur, Maxime, parens carissime atque amantissime[f]. §. 1. Et ideo illustris[g] et praecelsa magnificentia[h] tua pragmatici nostri secuta decretum sciat, secundum suggestionem[i] suam, manentibus his, quae dudum de removendis specialibus[k] beneficiis censuimus, omnia, quae specialiter contra vetitum impetrata sunt, non valere, et[l] functionem publicam aequaliter ab omnibus oportere cognosci[m], ut et quod in commune statutum salubriter fuerat perseveret, nec denuo in haec ambitus redeat, quae iterata praeceptione removemus[n]. *Dat. VIII.*[nn] *Kal. Febr. Romae, Valentiniano A. V.*[o] *et Anatolio V. C. Coss.*[p] (440.)

TIT. V. DE PANTAPOLIS[a] AD URBEM ROMAM REVOCANDIS[b], ET QUI A TIRONUM PRAEBITIONE EXCUSANTUR[c].

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Edictum*[d] *ad populum.* Urbis Romae[e], quam merito caput nostri veneramur imperii, in tantum nos cura non deserit, ut quieti eius atque abundantiae modis omnibus consulamus. Graecos itaque[f] negotiatores, quos pantapolas[g] dicunt, in quibus manifestum est, maximam inesse multitudinem, magnamque[h] in emendis vendendisque mercibus diligentiam, ulterius non patimur sacrae[i] urbis habitatione secludi[k], licet eos dissensio et maxime[l] invidia tabernariorum magis[m] quam venerabilis urbis[n] Romae utilitas, a negotiatione submoverit. §. 1. Idcirco hoc edicto singuli universique cognoscant, pantapolis ad urbem Romam redeundi negotiandique licentiam restitutam, ut cura pervigili ubertas populo[o] ministretur, et in rebus suspectis a maiore multitudine civitas[p] possit habitari[q], ita ut, si quis statuta pretia non servaverit, in eum[r] pro qualitate facti vindicta procedat, nec ob unius aut alterius delictum omne corpus liceat excludi. Ita enim cura multorum nec abundantia[s] deerit, et profutura civitati[t] augebitur multitudo. §. 2. Ex illa sane parte totam sollicitudinem omnemque formidinem vestris animis censuimus auferendam, ut huius edicti serie cognoscat universitas, nullum de Romanis civibus, nullum de corporatis ad militiam esse cogendum, sed tantum ad murorum portarumque custodiam, quoties usus exegerit, illustris viri praefecti urbis[u] dispositionibus ab omnibus[v] obsequendum[x]. §. 3. Cuius ordinatio etiam in muris, turribus et[y] portis, quae sunt labefactata, restituat[z], ita ut[a] reparatione murorum vel omnium, quae supra dicta sunt, nullus penitus excusetur[b]. §. 4. Illud quoque pro

---

Tit. V. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. V.* 6 *Tit. XVI* (*bis*). 2, 3, P. P[a]. P[b]. in ind. titt. *Tit. XLIII.* P. P[a]. P[b]. in ipsa ed. *Tit. XLI.* pro *XL.* Rittersh. *Tit. XLI.*, sed sec. ordinem *Tit. XXV.* Nov. Val. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Tit. XLIII.* Nov. Th. Lugd. Go. *Tit. XL.* (vid. Nov. Th. tit. IV. et Nov. Val. tit. III. et XXXV, not. sup.) Nov. Th., sed ponitur a Go. in Proleg. cap. VIII. inter Novellas Valentiniani. Commemoratur in Cui. 1. Aur., in indice titulorum Novellis Valentiniani adiecto. Explicatur a Cuiacio in Obs. X, 19. C. Th. XIV, 6 et XV, 1. De cod. 3 vid. infr. not. g. — N. 1. Codd. edd. *N. un.* Be. add. (*XLII.*), i. e. omnium Novellarum in Be. editione.

---

ferenda. In ind. titt. Cui. 1. Aur. om. non solum *elicitum*, sed etiam *nec — praeferenda.* Be. add. *elicitum* ex cod. 1, sed 1 sec. Zir. l. c. pag. XXV, not. g *elicetum.* b) 2, P. P[a]. P[b]. Rittersh. *II. Pf. P.*, sed P. *Pf. Pō.* et P[a]. Rittersh. P[b]. *Pf. Pon.* 6 *II p̃posito.* Rell. edd. *Pf. P. II.*, ut 1. c) Cf. Zir. l. c. p. 316. d) 1 *recidenti*, em. ab Am. *recidente.* 6, Be. *recidente.* 2, edd. ante Be. *recedente.* Iam Rittersh. vult *recidente.* e) 1 *sarcinā*; em. ab Am. *sarcina.* f) 2 *p̃ k ā.* P. P[a]. Rittersh. P[b]. *P. K. A.* g) 2 *inlustras*; corr. a P. h) 1 *magnitudo.* Vid. Nov. anteced. §. 5, not. *u.* i) 2 *suggessionem*, corr. a P. Rittersh. *secunduu.* k) 1 om. *specialibus.* P. in not. et P[b]. in m. indigitari putat epistolam illam ad Senatum, cuius partes sunt c. 3 Cod. Iust. de Legibus (I, 14), c. 5 Cod. Iust. Si contra ius (I, 22) et c. 7 Cod. Iust. de Precibus imp. off. (I, 19). l) 1 om. *et.* In cod. 3 praeter vv. *specialiter — valere*, nihil huius Novellae superest. m) Ri. vult *agnosci.* Solenniter enim dici in tit. C. Th. de Ann. et trib. (XI, 1) *agnoscere tributa*; sed ipse in c. 14 ed. *cognoscere functiones* scribi concedit. 6 *publicam ab omnibus aequaliter debere cognosci.* n) 1 *perseverit — removimus.* nn) 1 sec. Am. *VIIII.* o) Br. l. c. p. 864, ubi hanc subscriptionem ex codice 1 profert, om. *V.*, quare Ri. dicit, in cod. Ottob. *V.* deesse, quod falsum sit. Sed tamen ibi esse *V.*, iam exposuit Am. p) Go. *Val. R. V.* et Rittersh. *Anatalio V. C. Cons.* 1 om. *V. C.*

a) 3, 6 *de Pantabolis* et om. in cod. 6 *ad — excusantur.* Ri., qui disputat de h. v. not. *a*, ubique scribi vult *Pantopolis.* Rittersh. in m.: „*al. Pentapolitanis*" et hoc quidem est in ind. titt. Cui. 1. Aur. b) 3 *sevocandis* et *tyronum.* c) 1 *prebitionē excusentur.* Reciperem *excusentur*, nisi duo codd. adversarentur. Cui. 1. Aur. in ind. titt. om. *et qui — excusantur.* d) 1 om. *edictum.* e) 2 *Urbem Romam*, corr. *Urbis Romae* a P. f) 6 *Itaque Graecos.* Petitus Comm. in Leg. Att. V, 5 interpung. *consulamus Graecos. Itaque negotiatores.* g) 6 *Pantabolas.* Vid. not. *a.* 3 nihil habet nisi vv. *Pantabolis greci negotiatores sunt.* h) 6 *multitudinem unamque.* Ro. ms. *multus in aliqua re* ad v. *multitudinem.* i) 6 *patimur a sacrae.* k) 1 *habitationi secludi.* Mox Lugd. et Go. *dissentio.* l) 1 *maxima.* m) P. in cod. 2 notat: „*graeca phrasis, ubi subauditur magis.*" Vid. C. Th. XII, 6, 9, not. *. Reposui *magis* ex cod. 6, quae v. deest in codd. 1, 2 et in edd. n) 2, 6 om. *urbis*, ut edd. ante Be. Addidit Be. h. v. ex cod. 1. o) 1 *populi.* p) 2 *civitatis*, em. a P. *civitas.* q) 1 *habitare.* r) 1 om. *in eum.* 6 *in eum solum pro.* s) 1 *curā multorum nec habundancia deherit.* 2 *habundancie.* 6 *nec abundantia.* Edd. *abundantiae.* t) 2 *civitate*; corr. *civitati.* u) 1 *praefectus. urbis*, em. ab Am. *praefecti.* 2, edd. *urbis praefecti.* 6, ut nos. v) 2 *omnium*; P. corr. *omnibus.* x) P. in cod. 2 corr. *obsequendis.* y) 6 om. *et.* Paullo post Lugd. et Go. *labefactura.* z) 1 *restituet.* a) 6 add. *a*, recte. b) 1 *extur*, corr. *exsetur.* 6 *nulli p. excusentur.* Ri. falso hanc sententiam assutam esse dicit c. 12 Cod. Iust. de Oper. publ. (VIII, 12), quae hausta est ex

tuendo statu venerandae[c] urbis decernimus, ut a collatione tironum et ab exsolvendis septem solidis per millenas[d] nuper indictis cespes formensis[e], aëtrinsis[f], calcarius et victurarius[g] habeatur immunis[h], ut promptius[i] devotionem solitae functionis agnoscat[k]. *Dat. VI.*[l] *Non. Mart. Romae, Valentiniano A. V. et Anatolio V. C. Coss.* (440.)

TIT. VI. DE TIRONIBUS[a] ET OCCULTATORIBUS DESERTORUM.

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Sigisvuldo*[b] *Comiti et magistro utriusque militiae.* Frequentari[c] saepius constituta temeritas plectenda compellit, ut inexcusabilis[d] culpa sit, quam etiam recens prohibitio non emendat. Nulli enim concedi fas est, si toties vetita, nunc quoque severius interdicta, tentaverit. §. 1. Reparandi[e] feliciter exercitus cura conferri[f] debere tirones a[g] possessore censuimus. Ne qui[h] tamen damni publici abusus occasione lucrum capere se credat de fiscali dispendio, si personam semel insignitam militari titulo ruris[i] colendi caussa vel negotiationis exercendae gratia aut cuiuslibet ministerii occasione detentet[k], Sigisvulde[l], parens carissime atque amantissime[m]. Et[n] idcirco illustris et praecelsa magnificentia[o] tua hac nos sciat edictali lege iussisse, quisquis[p] de tironibus aliquem, nec non prioris militiae virum proprios numeros[q] et signa deserentem rustico urbanove[r] praedio crediderit occultandum, et ipsum restituat[s], quem celavit, et tres alios aptos militiae poenae nomine cogatur inferre[t]. Colonus, conductor actorve loci si id aetatis sit, ut stipendia[u] ferre possit, militiae protinus aggregetur. Quod si nesciente*) domino desertor in cuiuslibet aedibus latuerit, colonum, conductorem actoremve[v], qui id scierit, capitali supplicio esse feriendos. §. 2. Veruntamen ne occasionem

Tit. VI. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. VI.* 6 *Tit. XVII.* 2, 3, P. P[a]. P[b]. in ind. titt. *Tit. XLIV.*; in ipsa ed. P. P[a]. P[b]. *Tit. XLII.* pro *XLI.* Rittersh. *Tit. XLII.* inter Novv. Val., sed sec. ord. *Tit. XXVI.* Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Tit. XLIV.* Nov. Th. Go. Lugd. *Tit. XLI.* Nov. Th., sed ponitur a Go. in Prol. c. VIII. inter Nov. Val. Cf. Nov. Val. tit. III. et XXXV, not. sup. Commemoratur in indice Novellis Val. in Cui. 1. Aur. adiecto. Constat in cod. 1, in ed. Am. ex duabus Novellis; ex tribus in codd. 2, 6 et in edd. P. — Be. Etiam in Cui. 1. Aur. indice tres Novellas complecti dicitur. In cod. 3 nihil superest, nisi ultima sententia Nov. 3. Vid. Nov. 3, not. *u.* C. Th. VII, 13 et 18; XI, 18; VI, 12 et 18. — N. 1. 1, 2, 6, edd. *N.* 1. Be. add. (*XLIII.*), id e. omnium Novv. in Be. ed. Savigny über den Römischen Colonat (Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. T. VI, p. 291).

C. Th. XV, 1, 34. c) 6 *eterne.* Mox 2 *tyronum.* d) 2 *millena*, corr. a P. *millenas.* Go. *milenas.* Ri. em. *millenos*, impr. Savign. (Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. T. XI, p. 42). Cf. C. L. Fr. Schulz, Staatswissenschaft der Römer p. 657. Carlo Baudi di Vesme dei Tributi nelle Gallie. Torino 1839. 8. p. 12. Ferd. Walter, die Geschichte d. Römischen Rechts bis auf Justinian; praef. p. XII. Codex 6 *solidis oms Romanus civis habeatur immunis* et om. *nuper — victurarius.* e) 1 *formenses.* Vid. Go. ad XIV, 6, 3 et 1 (comment.), ad XV, 2, 1 et in Paratitl. ad XV, 6; Ri. ad h. l. not. *l.* Go. enim vult *formensis*, dict. *a formis.* Cf. C. Th. XIV, 6, 3 et XV, 2, 1. Go. cj. confirmat cod. 1. 2, edd. *formonsis.* Ri. cj. *Formiensis*, quasi a Formiis prope Terracinam dictum sit, sed ipse se revocat. Etiam Dirksen. in Manual. Latin. *formensis*, quae scriptura Ri. quoque probabilis videtur. f) Go. ad C. Th. XV, 2, 1 comment. em. *aëriensis*, quacum em. fere convenit cod. 1, qui *arenses.* 2, edd. *aetrinsis s. aëtrinsis.* Ri. cj. *Aletriensis* (Aletrium in Hernicis), neque vero insistit em. suae. Dirksen. l. c. ut Go. g) 1, 2, edd. ante Be. *victurarius.* Cf. C. Th. XIV, 6, 1. Ri. em. *vecturarius*, quod Be. reposuit. h) P. in not. P[b]. in m. P. ms. em. *habeantur immunes*, quia sequitur *agnoscant*; *inmunes* habet 1; sed vid. not. *k.* sq. i) Ita 1 (*proptius*), 6. Edd. ex cod. 2 *propitius.* Iam P. in not. P[b]. in m. P. ms. Rein. em. *promptius*, prob. Be. Vid. etiam Zir. l. c. p. 316. k) 1 *solite. functiones agnuscant.* 2, edd. *agnoscant*, sed rectius 6 *agnoscat.* l) 1 *V.* Infra Rittersh. *Cons.* 1 om. *Coss.*

a) 2, P. P[a]. P[b]. Rittersh. *tyronibus* et fere ubique infra, quod semel moneo. 6 om. *et occultatoribus desertorum.* b) 2, P. — Ri*. *Sigisvaldo.* 6 *Sigiswaldo.* 1 *Segisvuldo.* Iam Ri. em. *Sigisvuldo*, quod Be. rec. Cf. infr. tit. IX, not. *k*, Ri. not. *b* et ad tit. IX. Nov. Val. de Redd. iure arm. (ap. Ri. tit. XX. Nov. Th.), not. *e*, Zir. l. c. p. 319 et p. 500, qui vero ultimo loco *Sigisvulte* scribit. 1 om. *Comiti — militiae.* c) 1 *Frequenter et sepius.* 6 *Frequentare.* d) 1 *incusabiles* (Am. em. *incusabilis*) *culpas. id* (Am. em. *culpa sit*) *quā.* Be. *incusabilis.* 2, P. Cui. 2, 2*. Lugd. P[a]. P[b]. Go. — Ri*. *excusabilis.* P. in cod. 2 corr. *inexcusabilis*, convenienter cum cod. 6. Etiam Rittersh. *inexcusabilis*, quod cur improb. Ri., non video, praesertim cum *inexcusabilis* a scriptura cod. 1 paullum discrepet, cuius librarium errasse puto. Praetuli igitur duorum codicum scripturam; nam P. ex eo codice, unde 2 descendit, correxit *inexcusabilis*, quod ad sermonem latinum magis convenit quam *incusabilis.* P. in notis et P[b]. in m. em. *non excusabilis*, et infra deleri vult *non* ante *emendat.* Rittersh. *prohibito.* e) 1 *reparandis.* f) 2 *confessi d. tyronis*, corr. a P. 6 *conquiri.* g) 1 om. *a.* h) 1 siglum habet v. *neque.* i) 1 *titulū roris.* 2 *insignanitam*, corr. a P. 6 *militari titulo insignitam.* k) 1 *detentet, non detentat*, ut Be. nuntiat. Etiam 6 *detentet.* 2 *detenet* (sola lit. *t* post *n* exc.); corr. a P. *detinet.* P. — Be. *detinet.* Restitui *detentet.* Cf. Dirksen. Manuale, v. *detentare.* l) Recte Be. ex cod. 1 rest. nomen *Sigisvuldi*, quod deest in cod. 2 et in prioribus edd. Etiam 6 add. *Sigiswalde.* Cf. Zir. l. c. p. 319. m) 2 *p̄k̄ā.* Edd. ante Be. *P. K. A.* n) Codd. add. *Et*, recte. Edd. om. *Et.* Vid. tit. IV. antec. §. 1, tit. XIV. sq. de Fructibus §. 2. 2 *inlustras*; corr. a P. o) 1 *magnitudo*, quod v. in cod. 1 pro *magnificentia* positum esse iam supra vidimus et videbimus infra. p) 1 *quisque.* 6 *iussisse si quisquis aliquem de tironibus.* q) 1 *virū propriū numerus.* 2 *proprius numerus* et *signa deferentem*, corr. a P. r) 1 *urbano. uepdia credederit.* 6 *rustico praedio urbanove.* Rittersh. *urbanoque.* s) Codd. *restituet*; em. a P. in cod. 2 *restituat*, recte, nam infra *cogatur.* 6 *ipsum quem celavit restituet.* t) 6 *poenae cogatur nomine inferre.* u) 1 *etates. situtspendia.* *) Ri*. mend. *Quod nesciente.* v) 1 *actorē ue qui id.* 6 *actorumve qui id.* 2 *actorem vel quid*, corr. a P. *qui id.* Edd. *actorem vel qui id.* Restitui *actoremve, qui id.* Vulgata scriptura hanc sententiam habet, ut quisquis desertorem latere sciverit, neque vero detulerit, capitali supplicio feriatur, quod

calumniae [x] dedisse videamur, si temporaliter, habitandi caussa, miles vel tiro cuiuslibet praedium forte [y] successerit, id servata moderatione censemus [z], ut intra [a] tricesimum diem, postquam in eodem loco esse coeperit [b], correptum is, quem superior legis poena constringit, ad civitatem, quamque proximam deducat [c], officio publico ac primoribus civitatis [d] tradat sub confectione gestorum ad [e] provinciae moderatorem protinus perducendum [f], ut eius cura ad signa propria reducatur et poenis competentibus subiugetur [g]. §. 3. Iudicem sane, si conniventiam [h] in his exsequendis [i] negligentiamque praestiterit, decem libras auri, eiusque officium similem quantitatem poenae nomine fisco iubemus exsolvere. §. 4. Quam legem ne quis se ignorasse confingat, per omnes provinciarum civitates edictis solennibus divulgabis [k]. *Dat. XIII.* [l] *Kal. April. Romae, Valentiniano A. V. et Anatolio V. C. Coss.* (440.)

2. *Iidem AA. Quadratiano Pf. P.* [m] Dispositionem cunctis salubriter profuturam certatim debet omnium praevenire [n] devotio. Quid enim magis professis est desideriis expetendum [o], quam ut adiectis viribus per delectum [p] roboris militaris [q] Romanus augeatur exercitus? Quadratiane, parens carissime atque amantissime [r]. §. 1. Unde illustris magnificentia [s] tua pragmatici nostri tenore comperto sciat, secundum pragmatici prioris tenorem [t], quod de delectu [u] novo agitando datum est [v], senatores vel universos possessores oportere [x] a se conveniri, ut actores [y] et conductores suos sine ulla tam necessariae rei dissimulatione his repraesentandos noverint, quibus per suburbicarias provincias tironum congregandorum munus iniunximus, quo facilius ad effectum publicae utilitatis valeat perveniri. §. 2. Quisquis [z] vero conventus ad eos, qui id exsequuntur, deducere gubernatores agrorum suorum aliqua cunctatione distulerit, cognoscat, se decem libris auri [a] multandum, et tirones eius numeri, qui deprehensus fuerit, nihilominus traditurum. Aversum [b] quippe animum a communi defensionis studio iure talis [c] severitas insequitur. Superest igitur, ut nullius [d] animus retardet iniuncta, quia, quisquis in hac parte cessaverit, sese quodammodo [e] confitetur non [f] esse Romanum. *Dat. VIII. Kal. Iun. Ravenna* [ff], *Maximo II. et Paterio V. C.* [g] *Coss.* (443.)

3. *Iidem AA. Hisiodoro* [h] *Comiti.* Cogit diversarum rerum necessitas equidem [i] pro utilitate communi, ut suggestio sublimitatis tuae provida nimis pro qualitate temporis esse videatur. Parvo etenim unusquisque contentus [k], sperare debet securitatem futuri. Nec enim grave esse credimus, quod honoris [l] contemplatione deposcitur, Hisiodore, frater amantissime [m]. §. 1.

— N. 2. 1, 2, 6, edd. *N.* 2. Be. add. (*XLIV.*), id est omnium Novellarum in Be. ed. — N. 3. Deest in cod. 1 et ap. Am, 2, 6, P. — Be. *N.* 3. 3 *N. un.* Sed vid. infra not. *u.* Be. add. (*XLV.*), i. e. omnium Novv. in Be. ed.

---

nimis atrox videtur. Iam soli coloni, conductores, actores, qui tironem in aedibus domini latere sciunt, poena illa feriuntur. Convenit hoc cum antecedentibus, ubi de colonis, conductoribus actoribusve sermo est, neque vero de aliis. Vid. etiam C. Th. VII, 18, 8 et 12. x) 2, P. P[a]. *calumnij.* P[b]. *calumnii.* Rell. edd. *calumniis* de cj. Cuiacii. 1 *calumnia ededisse*, i. e. *calumniae dedisse.* 6 *calumniae.* Etiam P. in cod. 2 corr. *calumniae*, et *calumniandi.* Scripsi cum codd. 1, 6 *calumniae.* y) 1 *causam miles — predium forti.* z) Edd. *sancimus*, sed 1, 6 *censemus* et 2 *censuimus.* a) 2, edd. *in*, sed 1, 6 *intra.* 2 *trecensimum*, corr. a P. *tricensimum.* Etiam 1, edd. ante Be. *tricensimum*; solus Go. *trigesimum.* b) 2, edd. ante Be. *ceperit.* Mox 2 *his*, corr. a P. *is.* c) 6 add. *et*, quae copula videtur rectius addi quam omitti. d) 6 om. *civitatis.* Paulo supra Rittersh. om. *ac.* e) Rittersh. *ac.* f) 1 *producendum.* 6 *dirigendum* et om. *protinus.* Non magni interest, utrum *perducendum* an *producendum* legatur. g) 1 *subiungitur.* P[a]. P[b]. *subiungetur.* h) 1 sec. Am. *conhivenciam.* P. P[a]. P[b]. Rittersh. *cohibentiam.* 2, 6, Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. Ri*. *conhibentiam*; iam Rittersh. Ri. em. *conniventiam*, prob. ut videtur Am. i) 1 *exhibendis.* k) 1 *devulgavit.* 2 *divulgavit*, em. a P. *divulgabis.* l) 6 *VIII.* Rittersh. *Cons.* m) 1 *Id āā ad quadraciano p̄u.* 6 *prepõ.* P[a]. Rittersh. P[b]. *Pf. Pon.* n) 1 *dispositione cunctis s… profutura certatim debit omnium uenire.* o) Lugd. *pofessis.* 2 *expectendum*, corr. a P. *expetendum.* p) 2 *delictum*, corr. a P. *delectum.* 6, P. — Ri*. *dilectum*, sed P. in not. P[b]. in m. em. *delectum.* q) 6 om. *militaris.* r) 1 *Quadraciane pk̄aa.* Zir. l. c. p. 500. 2 *p̄kā.* P. — Ri*. *P. K. A.* Lugd. Go. mendose *Quadratione.* s) 2 *inlustras*, corr. a P. 1 *magnitudo.* Rittersh. om. *tua.* t) 2, P. — Ri*. om. *pragmatici nostri — secundum* et habent *tenore* pro *tenorem.* Vid. not. *v* seq. u) 1 *de delectū* (corr. Am. *dilectu*) et om. *novo.* 2, 6, Rittersh. *dilectu.* P. Cui. 2, 2*. Lugd. P[a]. P[b]. Ri. Ri*. *dilecto*, sed Ri. em. *dilectu.* Go. *delicto.* P. in m. cod. 2 em. *delicto* et *delectu.* Cf. C. Th. VII, 13, 10. v) P. ms. P. in not. P[b]. in m., ut locus recte se habeat (vid. not. *t* anteced.), addi volunt *sciat*, vel quid aliud simile. Iam lacuna codicis 1 ope expleta, nihil add. est. 6 ut codex 1. x) 2 om. *oportere*, additur a P. in m. 1 *universū possessorē.* y) 2, P. — Ri*. *auctores.* 1 *actores vel conductores suos sine ullā . tā necessariā.* Iam Ri. em. *actores* ex super. Nov., prob. Am.; Be. *actores*, ut 6. Rittersh. *suas sine.* z) 1 *utilitates valeat pervenire. Quisque.* a) 6 add. *esse.* b) 2 *ausum.* P. P[a]. P[b]. Rittersh. *Aversum*, recte. Rell. *Adversum.* c) Lugd. Go. *tali.* d) P[a]. P[b]. om. *nullius.* e) 1 *cessaverit esse quod admodo.* f) 2 *nomen*, em. a P. *non.* ff) P. P[a]. P[b]. *Ravennae.* g) Ex cod. 1 addidi *V. C.*, quod sigl. om. in rell. Cf. Nov. Th. tit. XXII, Nov. 1, not. *k.* Rittersh. *Cons.* h) 2 *Insiodoro*, corr. a P. *Hisiodoro.* 6 *Id ag Isidoro consulari.* Ri*. *Hisiodoro.* Puto scrib. esse *Isidoro.* Isidori in legibus mentio fit anno 436. i) 2, P[b]. Go. Rittersh. *necessitas se quidem*, sed P. in m. cod. 2 em. *Licet quidem.* P. *necessitas * se quiden.* P[a]. Cui. 2, 2*. Lugd. Ri. Ri*. *necessitas * se quidem.* Be. *necessitas * * se quidem.* Ro. l. c. p. 191 em. *necessitas equidem*, convenienter cum cod. 6. Ro. ms.: „forte transponendum *cogit quidem* f. *quidem.*" Reposui *equidem*, quod non absonum est ab huius aetatis more dicendi. k) 2, edd. *contemptu.* Rittersh. in m. em. *contentus*, prob. Be. et convenienter cum cod. 6. Reposui *contentus.* Supra Ri*. *Parvo enim.* l) Bene 6 *honoris.* Infra enim commemorantur, quibus ob honorem tironum praebitio s. adaeratio imponitur. 2, edd. *oneris.* m) 6 *Isiodore fr. k. aa.* Vid. not. *h.* 2 *inlustras*, em. a

Unde illustris auctoritas tua sciat secundum suggestionem suam[n] pragmatici auctoritate firmatam[o], hoc nos praesenti tantum tempore censuisse propter imminentium expensarum necessitatem, quibus sufficere aerarii vires nequeunt, id, quod conferentes plurimum non gravet, nos[p] parte aliqua valeat adiuvare. Idcirco illustres vacantes*) per omnes nostras provincias constitutos ternos tirones in adaeratione debere persolvere: comites quoque consistorianos**) vel primi ordinis, nec non tribunos et notarios, sed et eos, qui administrationes ordinarias[q] in provinciis gubernarunt, dare singulos oportere: tribunos vero vacantes sive comites secundi vel tertii ordinis omnesque clarissimos tertiam partem tironis agnoscere, ita ut unius tironis pretium[r] triginta solidis taxetur (exceptis Afris, qui hostili necessitate sedibus suis nuper expulsi sunt[s]): pro excubiis autem praesentibus viginti consistorianos comites[t], triginta[u] notarios immunes esse debere. Gaudere enim debent[v], quos labor suus[x] et desudatae vigiliae probabili ratione commendant[y]. *Dat. prid.*[z] *Id. Iul. Ravenna, Theodosio A. XVIII. et Albino V. C.*[a] *Coss.* (444.)

TIT. VII. DE PALATINIS.

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Maximum II. Pf. P.*[a] Palatinae exactionis[b] enormitas, deducta saepius in querelam, necessitatem[c] nobis formandae sanctionis imposuit, cuius obstinatio quae refugere debuit augere[d] contendit, ad hoc praeteritae impunitatis praesumptione decepta, ut continuato[e] scelere graviores aculeos[f] severitatis incurreret. Unde magnificentiae tuae suggestionem numerosis administrationibus et virtutibus congruentem libenter accepimus[g], quae possessoribus et negotiatoribus consuli generaliter postulavit, quorum brevi devotio concidisset, si, quantum fisco inferendum est, aut tantum aut amplius exigendum sibi avaritia vindicaret, non dissimulandam obiectionem[h] nostris saeculis generans, cum devotum publico privatis utilitatibus dispendia profutura comitantur. §. 1. Quapropter sublimis excellentiae tuae saluberrimam[i] suggestionem secuti[k] veneranda in aevum[l] lege sancimus, ne quisquam palatinorum superindicti vel aurariae ceterasque ad utrumque aerarium pertinentes exigens functiones ultra summam traditis sibi, iuxta[m] praesentem censum, de scrinio brevibus comprehensam[n] commodi nomine accipiendum aliquid noverit aut petendum; cessantibus caussarum titulorumque[o] instructionibus fictis, quos[p] odio calumniarum cessare praecipimus, et quos non[q] in usum publicum, sed in aviditatis exemplum calliditas compulsorum minatur[r], sacrilegii percellendis reatu, proscriptionis etiam, supplicioque dedendis[s], cum huius modi usurpationem probatio confutarit.

Tit. VII. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. VII.* 6 *Tit. XVIII.* 2, 3, P. P[a]. P[b]. in ind. titt. *Tit. XLV.*, sed P. P[a]. P[b]. in ipsa ed. *Tit. XLIII.* pro *XLII.* Nov. Th. et Val. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Tit. XLV.* et Lugd. Go. *Tit. XLII.* Nov. Th., ponitur autem a Go. in Prolegom. cap. VIII. inter Novv. Val. Rittersh. sine num., sed sec. ord. *Tit. XXVII.* Vid. Nov. Th. tit. IV. et Nov. Val. tit. III. et XXXV, not. sup. Commemoratur in indice titt. Cui. 1. Aur. Novellis Val. adiecto. Constat in codd. 1, 2, 6 et in edd. ex tribus Novellis. In cod. 3 nihil superest, nisi fragmentum Nov. 1, ubi vid. not. *t.* C. Th. VI, 30; XI, 7 et 8. Cod. Iust. XII, 24. — N. 1. 1, 2, 6, edd. *N. 1.* 3 *Nov. un.* Be. add. (*XLVI.*), i. e. omnium Novv. in Be. ed. Derogatur Nov. sq.

P. Rittersh. *FU. A.* n) Lugd. Go. *tuam.* o) 6 *firmata.* p) 6 *vires aerarii nri nri nequeant — gravet et nos.* Voluit librarius locum, qui mendosus est, corrigere. Potius scribendum est *ut* pro *id*, quod codd. et edd. habent. *) Cf. Zir. l. c. p. 62 et Go. ad C. Th. VI, 18. **) Cf. Go. ad C. Th. VI, 12 et Hollweg, Handbuch d. Civilprocesses T. I, p. 110, not. 60. q) 2 *ordinarios*; P. corr. *ordinarias.* r) 6 *unius pretium tironis.* 2 *treginta*, corr. a P. s) Edd. ante Be., omm. uncinis, *sunt. Pro.* t) 6 *comites consistorianos.* P. in not. P[b]. in m. Cui. 2, 2*. Lugd. Go. interpungunt *consistorianos, comites triginta, notarios*, male. Vid. paulo supra. Est tit. C. Th. de Comitibus consistorianis (VI, 12). P. abrogari putat c. 1 C. Th. Qui a praeb. tir. excus. (XI, 18). u) 2 *treginta*, corr. a P. Sola vv. *triginta — ratione condemnat* supersunt in cod. 3. v) 6 *Debent enim gaudere.* x) 2 *suos*, corr. a P. y) 2 *condemnant*, corr. P. *commendant.* 3 *condemnat.* z) 6 *II.* P. P[a]. P[b]. Rittersh. *Ravennae.* Rell. *Rau.* a) 2 *vecar.*, corr. P. *V. C.* Rittersh. *Cons.*

a) 1 *ad Maximo. II. ppo.* 6 *praepo* et add.: *Hic Maximus eundem Valentinianum per dolum a satellite Etii fecit occidi cuius fraude idem Valentinianus Etium occiderat. regnavit idem Maximus sed a Romanis discerptus est.* P[a]. P[b]. Rittersh. *Pf. Pon.* b) 2 *exactiones inormitas*, corr. a P. c) Go. Lugd. *necessitate.* d) 1 *obtinatio. quie refugire del . . . augere.* Erasae sunt post *del* tres literae, sed postea super lacun. appositae literae *buit.* 6 *effugere debuit augere.* e) 1 *ut com* (a sec. man. corr. *cum*) *continuato.* f) 2 *continuatio — acutu*, em. a P. 6 *graviores* (om. *aculeos*) *severitates incurreret.* Recte *incurreret*; rell. *incurrerit.* Rittersh. om. *severitatis.* g) 1 *suggestione — accipimus que possessorebus.* 6 *accipimus.* h) 1 *brevis devotio — si quantō fisco — avariciā vindicare et non dissimolandū obiectionē.* Rittersh. *dissimulandum.* i) 6 *cum devotos privatis et publicis utilitatibus dispendia* (om. *profutura*) *comitantur — tuae*, om. *saluberrimam.* k) 2 *suggessionem sicuti*, corr. a P. l) Aliis locis dicitur *in omne aevum.* Sed vid. Nov. 1 Val. tit. VIII. de Invas. §. 2. Mox Ri*. *supe indicti* et infra *summam rtraditis.* m) 1 *si iuxta.* n) 6 *censum scrinio brevibus comprehensam*, sed del. *scrinio*, ut desint vv. *de scrinio.* 1 *conprehensum*, quasi *censum* supplendum sit. Melius *comprehensam*, sc. *summam.* o) 6 om. *titulorumque.* p) 2, P. — Ri*. *quod*; recte Be. propter sqq. *et quos* corr. *quos.* Assentiunt codd. 1, 6; nam ille habet *instructionis fictis. quos*, hic *instructionibus fictis quos.* Iam P. in cod. 2 corr. *quos.* Bene praeterea 1, 6 *fictis*, quod reposui pro *factis*, quod 2, edd. habent. q) 1 om. *non.* 2 *nominosum*, corr. a P. *non in usum.* r) P. P[a]. *compulsorum * minatur.* Rittersh. *terminatur.* Ro. ms. Ro. l. c. p. 191 em. *comitatur.* Vid. paulo supra v. *comitantur.* Recte se habet *minatur.* Mox Cui. 2, 2*. P. P[a]. P[b]. *percellandis.* s) 1 *supplitio quededendis.* 2 *supplitioque de edendis*, corrigitur a P. *damnandis.* 6 *sup-*

§. 2. Quam examinationem atque vindictam si aditi illustres[t] viri comites utriusque aerarii fortasse neglexerint, amplitudinem tuam nobis oportet[u] suggerere, ut neglectas iustissimas provincialium querimonias[v] vindicemus. §. 3. Tantum autem nos licentia huius cupiditatis offendit, ut, inveteratam usurpationem resecare[x] cupientes, moderatores provinciarum rapinis ire obviam[y] censeamus, et ad magnitudinem tuam sine ullo metu suae condemnationis referre. §. 4. Praeterea cunctis excusationibus aditus obstruentes, quibus agenda necessario aliquoties[z] negliguntur, hoc constituto nostro[a] adiicimus, ut illustres viri comites[b] utriusque aerarii a condemnationibus iudicum et[c] curialium noverint abstinendum, delicta[d] eorum vel dissimulationem tam clementiae nostrae, quam sedi tuae amplitudinis[e], cum exstiterint[f], ingerentes, quo praedictae sedis tantum secuta[g] correptio praesentia resecet[h], futura componat. Quam rem vetustatis et disciplinae publicae amore decernimus, Maxime, parens carissime atque amantissime[i]. §. 5. Illustris igitur et praecelsa magnificentia[k] tua edictalem legem et functionibus publicis iugiter profuturam programmate suo in cunctorum provincialium iubebit ire notitiam, ut agnoscat universitas, nostro[l] saeculo improbis ausibus[m] nihil licere. *Dat.*[n] *prid. Non. Iun.*[o] *Ravenna, Valentiniano A. V.*[p] *et Anatolio V. C. Coss.* (440.)

2. *Iidem AA. Paterio Pf. P.*[q] Cum pietas nostra ad provincialium quietem tuendam, simul ad[r] avaritiam palatinorum, quae caussa nuper fuerat ferendae legis, arcendam remedia quaereret[s], data[t] nuper lege censuerat, ut illustres viri sacri ac[u] privati aerarii comites facultatem condemnandorum iudicum[v] non haberent, similiter a desidia ordinum mulctanda se eorum severitas abstineret[x]. §. 1. Sed quia nunc suggestio magnitudinis tuae indecorum[y] hoc illustribus viris et inefficax[z] publicis necessitatibus explicandis provisione necessariae suggestionis insinuat, et experiendo[a] cognovimus, nec satis prodesse[b] id possessorum commodis, et plurimum consuetis aerarii[c] exactionibus obfuisse, abrogata lege[d], quam prius super his rebus observari statuimus, ius omne ad praedictos illustres[e] viros, quod[f] longo tempore iam tenebant, illibata[g] pristinae censurae auctoritate revocamus, ne qua illis morae aut negligentiae excusatio de expensarum[i] destitutione tribuatur, quibus non solum mulctandorum iudicum, sed et curialium (segnitiem condemnari et a rationalibus[k] licet) auferebatur facultas. §. 2. Et tamen sub hoc prae-

— N. 2. Codd. 1, 2, 6, edd. *N.* 2. Be. add. (*XLVII.*), i. e. omnium Novellarum in Be. ed.

plicioque dedendis quos huiusmodi usurpatio probata. Edd. *supplicio condemnandis.* Codices igitur habent *supplicioque dedendis.* Construendum est, *sacrilegii percellendis reatu, proscriptionis etiam* (scil. *percellendis reatu*), *supplicioque dedendis.* Mutavi hac de caussa interpunctionem, quae haec est in edd. P. P[a]. P[b]. Be. *minatur sacrilegii p. reatu, proscriptionis etiam supplicio condemnandis*; Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. Ri*. *minatur: sacrilegii p. reatu, pr. etiam supplicio condemnandis*; Rittersh. *terminatur sacrilegii p. reatu proscriptionis etiam supplicio condemnandis.* Fortasse leg. est *proscriptioni.* t) In cod. 3 sola vv. *inlustris — vindicemus* supersunt. 1 videtur habere *inlustris*, ut apud Ri*. est. u) 1, 2 *oportere.* 3, 6 *oportē.* P. in cod. 2 corr. *oportet*, quod in edd. transiit. Utrumque probum est. v) 6 *querelas.* Infra Rittersh. *in veteratam.* x) Be. ex cod. 1 *resecare*, recte. 2, 6, P. — Ri*. *resarcire.* Infra *resecet* in §. 4. y) 6 *obviam rapinis ire.* z) 6 *necessario agenda aliquotiens.* a) 1, 2, 6 *constituto nostro.* P. in cod. 2 corr. *constitutioni nostrae*, quod in edd. transiit. Ceterum P. Cui. 2, 2*. Lugd. Rittersh. Ri. Ri*. *adicimus*, ut 1 et 2. b) 1 *uc utriusque erarii*, i. e. *viri comites utriusque aerarii.* Idem est in cod. 6. Vid. etiam supra §. 2. Codex 2, edd. *viri aerarii utriusque comites.* c) 1 *ei.* d) 2 *dilecta*, corr. a P. Rittersh. mendose *delecta.* e) 6 *dissimulationes — amplitudinis tuae.* f) 1 *steterint.* g) 6 om. *tantum secuta.* h) 1 *psencia resecit*; Am. corr. *resecet*, recte et convenienter cum cod. 6, qui *correptio et praesentia resecet et futura componat.* Be. igitur repos. *resecet.* Male 2, rell. edd. *recitet.* i) 2 *pkā.* P. — Ri*. *P. K. A.* k) 1 *magnitudo.* 2, 6, edd. *magnificentia.* l) Rittersh. *noticia — nostra.* m) 1 *inprouis auribus.* 2 *inprovis usibus.* 6 *inprobis ausibus.* P. in cod. 2 corr. *inprobis abusibus*, quod transiit in edd., except. Rittersh. Codicibus spectatis leg. est *improbis ausibus*, quod recepi, sed etiam Rittersh. edidit. Vid. Nov. Val. tit. VIII. de Invasoribus Nov. 1, §. 2: *illicitis ausibus.* Praeterea 1 *nil licere.* n) 6 om. *prid.* o) 1 *Ian.*, male, propter antecedentes titulos. p) 6, edd. ante Be. om. *V.* et 2, Go. *V. et.* 1 add. *V.* Iam Br. l. c. p. 864 et Ri. cod. 1 scripturam nuntiant et comprobant. Be. recte add. *V.* Rittersh. *Cons.* q) P[a]. P[b]. Rittersh. *Pf. Pon.* 6 *Paterio preposito* et add. *Hec lex priorem derogat.* r) 6 *simul et.* Postea Rittersh. *qua causa.* s) 1 *arcenda remedia quererit.* t) Ro. ms. *lata.* u) 6 *et.* v) 1, P[b]. *iudicium.* 6 *haberent et similiter.* x) 1 *multanda se eorum severitas abstinerit.* Etiam 6 *multandá se.* 2, edd. om. *se.* y) 2 *indeeorum*, corr. a P. 6 om. *indecorum — viris.* z) 2, 6 *efficax*, corr. a P. in cod. 2 *inefficax.* a) 1 *experiendum.* 6 *provisionem — et quia experiendo.* b) 6 *satis id prodesse.* Rittersh. *res satis prodesse.* c) 6 *aerarii actionibus.* d) 2, edd. *abrogatam legem.* Ri. Be. em. *abrogata lege.* Illam em. confirmant codd. 1, 6. Intellig. est Nov. 1 huius tituli, §. 4. e) 6 om. *illustres.* 1 *praedictus — viris.* f) Haec Ritteri cj. est, sed et scriptura codd. 1, 2, 6; *quos* P. male corr. in cod. 2, unde in edd. transiit. Turbavit Pithoeum v. *tenebat*, quod sequitur in cod. 2; eo rectius 1 *tenebant*, ut Ri. cj. Etiam 6, edd. *tenebat.* P[a]. *temporei am.* g) 1, 6 *inlibata.* 2, edd. *inlibatum.* Ri. in not. coniungit h. v. cum v. *tenebant.* i) Ri. h. l. in Cui. 2, 2* asteriscum esse notat. Est in m. eodemque loco in Lugd. Addit Ri. mutilum esse locum. „Tantum, inquit, video, Palatinos exactores excusasse negligentiam moramque, cum ipsi destituerentur plena potestate, neque Comites S. L. et R. P. haberent condemnandorum iudicum facultatem.“ Sed asteriscus in m. illarum edd. uno versu altius positus ad v. *rationabilibus* pertinet, ubi P. eum add. Vid. not. sq. 6 *expensarum distributione.* Rittersh. *expensorum.* Be. cj. *exsecutionum*, quod non confirmatur codicibus. 2 *distitutione*, corr. a P. Non est quod mutetur *expensarum*: v. *expensarum* significat erogationes. k) Locus in edd. corruptus, quem Ri. desperat emendari posse. 1 *segnitiem condemnari*

cepto[l] nullum possessorum seu curialium palatinorum mancipamus aviditati. De quorum fraudibus, si quae exstiterint, aut si modum veri census sub occasione titulorum ad se pertinentium supergressi fuerint, et aliquid commentitium[m] praeter id, quod explorata fides chartarum[n] continet, studio depraedationis invenerint[o], iubemus, gravatis patere accusandi eos liberam facultatem, sed ita, ut ad proprios iudices laesorum querela perveniat, hisque[p] solis in eorum commissa permittatur inquirere, de quorum factis, si qua in[q] reprehensionem venient, non modo[r] praesentium querelis, sed et absentum relationibus instruentur. §. 3. Sane si quid est, quod vindictae censuram[s] exigat acrioris, erit illustribus viris palatinorum iudicibus consulendae serenitatis nostrae copia, ut[t] genus ultionis agnoscant[u], sed de his duntaxat criminibus, quae contra ius stimulo illicitae[v] cupiditatis admiserint, Pateri, parens carissime atque amantissime[x]. §. 4. Illustris igitur et praecelsa magnificentia[y] tua hanc omnibus innotescere[z] sanctionem iubebit, remotaque ea, quae de his ordinem solitum commutaverat, huic legi, quam nunc statuimus, perpetuo valiturum sciat robur[a] impositum, quippe moderatione tali[b] et status provincialium inviolatus[c] manebit, et decus potestatis suae ad genuinos[d] iudices revertetur. *Dat. V. Kal. Oct. Spoleti, Dioscoro*[e] *et Eudoxio VV. CC.*[f] *Coss.* (442.)

3. *Iidem AA. Floriano Comiti S. L.**) Aequum est, serenitatem nostram provida oraculi nostri constitutione[g] sancire, ne aut[h] impune[i] quemquam temerario contemptu, deserta officii sui militia, licuerit segnis otii[k] elegisse desidiam, aut in posterum proposita interminatione[l] cavere, ne quis audeat[m] inconsulto iudicis sui testimonio militiae sacramenta deponere, Floriane, frater amantissime. §. 1. Unde illustris auctoritas tua pragmatici nostri secuta praeceptum sciat, secundum suggestionem suam[n] palatinos omnes sacrarum largitionum, qui stipendiis non peractis sine testimonio vel auctoritate[o] praesulis sui, ad ecclesiastica obsequia et[p] ad aliam transiere[q] militiam, nomine clericorum et privilegio cinguli superioris exutos[r] palatino officio ac militiae, quam contumaciter[s] reliquerunt, protinus esse reddendos: atque hoc circa universos oportere servari[t], quos intra triennium[u] post militiae commutationem pragmatica huius sanctionis forma

— N. 3. Codd. 1, 2, 6, edd. *N.* 3. Be. add. (*XLVIII.*), i. e. omnium Novellarum in ed. Be. Eodem die data est Nov. Val. de Negotiatoribus.

et a rationalibus licet auferebatur facultas. 2 *segnitiem condemnari et a rationabilibus licet auferebatur facultas.* 6 *segnitiem condemnari facultatem tribuimus*; corr. igitur librarius suo ingenio. P. in cod. 2 corr. *condemnandi*, quod in edd. transiit, et *rationalibus.* P. P[a]. Be. *segnitiem condemnandi et a rationabilibus* * *licet auferebatur facultas*, modo quod Be. comma ponit post *condemnandi*; rell. edd. *segnitiem condemnandi et a rationabilibus licet auferebatur facultas*, sed est asteriscus in m. Cui. 2, 2*. Lugd. Vid. not. *i.* Ro. ms. em. *segnitiem condemnandi et ut a rationabilibus quilibet auferebatur facultas.* Ri., qui in not. *p* pro *rationabilibus* habet *rationabilium*, em. *rationalium.* Be. locum mutilum esse putans, em. *condemnandi restituimus*, *antea licet auferebatur*, *facultatem* et addit: „Rationalium vero novellam non meminisse puto, si quid valet in hoc iudicio et prioris et huius novellae analogia." Be. em. nimis recedit a codicum scriptura, qui consentiunt in v. *condemnari*; simul apparet ex codd. 1, 2 scribendum esse *rationalibus*; nam *rationabilibus* est merus error librarii. Locus obscurus fit in edd. v. *condemnandi et a rationabilibus licet.* Scribi potest *curialium segnitiem condemnandi et a rationalibus scilicet auferebatur facultas.* Sed cum codd. habeant *segnitiem condemnari et a rationalibus licet*, iis verbis interiectam aliquam sententiam contineri existimo. Inclusi igitur haec vv. uncinis, quo facto locus videtur expeditus. Vv. *auferebatur facultas* cohaerent cum *quibus*, vv. *segnitiem — licet* separatam a reliquis sententiam de rationalium potestate condemnandi curialium segnitiem continent. Construendum est: *abrogata lege — ius omne ad praedictos illustres viros, quod longo tempore iam tenebant, revocamus, ne qua illis — excusatio tribuatur, quibus non solum mulctandorum iudicum, sed et curialium auferebatur facultas.* Ablata erat facultas §. 4 antec. Novellae. l) 1 *p̄sepio.* 2 *presepio.* Edd. *praesepio*, pro quo P. in cod. 2, Ro. ms. Ri. Dirksen. in Manual. Ro. l. c. p. 191 em. *praesidio.* 6 *praecepto*, recte. Rep. *praecepto.* m) 2 *commentitū*, corr. a P. Supra Rittersh. *extiterunt.* n) 1 *aviditate. de quorum fradibus — aut si morum viri census — explorate fedes cartarum.* o) 1 *invenerit.* 2, 6, edd. *invenerint.* Be. prop. *invexerint* et Ro. ms. Ro. l. c. p. 191 *iniverint.* Non licet in dubium vocare v. *invenerint.* p) 1 *hisqui.* Go. *iisque.* q) 6 add. *eorum*, sed del. *eorum* a sec. manu. Rittersh. *in re reprehensionem.* r) 1 *modū.* Infra Ri*. *absentium.* s) 6 *instruantur — censura.* t) 2 *aut*, corr. a P. *ut.* u) 6 *cognoscant.* Rittersh. *agnoscat.* v) 1 *stimolo inlicitate.* x) 2 *p̄k̄ā*; edd. ante Be. *P. K. A.* 1 *Inlustribus*, corr. ab Am. *inlustris.* 2 *inlustras*, corr. a P. y) 1 *magnitudo.* z) 6 *innotescere omnibus.* Go. *inhibebit* pro *iubebit.* a) 1 *perpetuo valitura sciat.* 2 *scit*, em. a P. *sciat.* 6 *statuimus in perpetuo valituram sit robur.* P. P[a]. Cui. 2, 2*. Lugd. Rittersh. Go. Ri. *robor.* b) Be. ex cod. 1 rep. *tali*, consentiente cod. 6. 2, P. — Ri*. om. *tali.* P. in m. cod. 2 reponi vult *hac.* c) P. *inviolutus.* Cui. 2, 2*. Lugd. *involatus.* d) 1, 6 *ad genuinos iudices* et 1 *revertitur.* Etiam P. in m. cod. 2 notat *genuinos* et *germanos*, sed delet *germanos.* 2, edd. *geminos*, quod Ri. interpretatur comites S. L. et R. P. Reposui ex codd. *genuinos*, i. e. ad iudices, quibus olim competebat ius mulctandorum curialium et iudicum, antequam sublatum erat Novella 1 h. t., ad iudices, quorum proprium est, sc. ad Comites S. L. et R. P. e) 1 *epolitidio scoro.* Iam Ri. ex Br. l. c. p. 865 corruptam hanc codicis 1 subscriptionem profert. 2 *discoro*, em. a P. 6 *spoleto.* f) Ita cod. 1; rell. *V. C.* 1 *Cons̄.* Rittersh. *Edoxio V. C. Cons.* *) 6 om. *Comiti S. L.* g) 1 *constitutionem.* Go. *nostra provida.* h) 2, 6, edd. *ne aut.* Be. delendum videtur *aut*, deinde reponendum *et in posterum.* 1 *nec aut.* Nihil mutandum est. i) 2 *puni*, P. corr. *impune.* 6 *in posterum quemquam*, del. a sec. man. *in posterum.* k) 1 *signis otii.* 2 *segne socii*, corr. a P. l) 1 *interminatione̅.* m) Rittersh. *audiat.* n) 1 *suam*, ut in permultis Novv. Rell. *tuam.* o) 6 *sine auctoritate vel testimonio.* 2 *praesolis auctoritate.* p) 1 om. *et.* q) 1, 2 *transire*; corr. a P. in cod. 2 *transiere.* r) 2 *exutus*, corr. a P. s) 2 *obtumaciter* et mox *protenus*, quod P. mutat in *protinus.* t) 1

repererit [v], ceteris vero non movendam [x] penitus quaestionem, qui [y] prolixioribus [z] temporum spatiis muniuntur: §. 2. hac in futurum praeceptione servata, ne cui [a] liceat sine iussu et testimonio praesidentis vel deserere vel commutare militiam: provincialium iudices [b] esse cogendos, ut [c] tabularios largitionalium [d] titulorum ad amplitudinis tuae sedem cum [e] ratiociniis instructionibusque transmittant, noverintque in [f] procurandis exactionibus legibus se teneri [g]. Dubium enim non est, eum fore et nobis et legibus nostris obnoxium, quisquis maiestatis nostrae praecepta lentaverit. *Dat. VII. Kal. Mai. Roma, Calypio* [h] *V. C. Cos.* (447.)

TIT. VIII. DE INVASORIBUS.

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Pierio* [a] *Pf. U.* Si divalium sanctionum [b] nulla pervasorem [c] poena percelleret [d], nostris proculdubio remediis esset temeritas persequenda, ne [e] alieni iuris usurpator [f] praesumptionis suae fructu impune [g] potiatur, cum ea, quae disceptationis examinatione decursa posset recuperare legibus, poscendi [h] festino cupiditatis ardore pervaserit. §. 1. Movet si quidem serenitatem nostram viri illustris Auxiliaris [i] tam iusta, quam vindicanda conquestio, cuius querelis et subiectorum series fidem [k] tribuit et magna assertio virtutum [l], multis perennitati [m] nostrae administrationibus comprobata, qui se domus suae possessione [n] intra urbem venerabilem positae nullius litis actione [o] pulsatum per illustrem virum Apollodorum [p] patefecit esse depulsum, absentiae videlicet suae occasione captata, dum, si qua precatio [q] fuisset in caussa, non parvis temporibus Romae in eadem domo [r] consistens, a memorato illustri viro actione proposita potuerit conveniri [s]. Quando hoc [t], quod in praedicto viro illustri [u] non perspicimus observatum, possessorum praetermissa conventio est? quando dominis non sunt [v] denuntiata litigia,

---

Tit. VIII. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. VIII.* 2, 3, P. P [a]. et P [b]. in ind. titt. *Tit. XIX.* Cui. 2, 2 *. Lugd. Go. Ri. Ri *. *Tit. XVIIII.* Nov. Th. Est etiam in codd. 4, 5 et in cod. S. Germani 366 fol. 210 [a], col. a. Cf. Diss. mea de Constitutionibus, quas Iac. Sirmondus ed. p. 7, not. *t.* In cod. 4 est *Tit. XVIII.* et in cod. 5 *Tit. XVII.* Nov. Th.; in utroque cod. debebat scribi *XVIIII.* In cod. S. Germani pro numero tit. scriptum est: *In libro primo Novellarum.* 6 *Tit. XVII.* Nov. Th., sed add. *Ista lex et sequens debuisset scribi cum legibus Valentiniani.* Cui. 1. Aur. *Tit. XIII.* N. Th., secundus enim est titulus, qui Novellis Theodosii in Br. Al. receptis adiectus est. Vid. Nov. 2 h. tit., not. sup. et not. *q.* P. P [a]. P [b]. in ipsa ed. *Tit. XVIII.* Nov. Th. et Val.-Rittersh. per duos titulos Novellas h. t. distribuit; prima enim efficit *Tit. XVIII.* (sec. ord. *Tit. XXIV.*) N. Th., altera *Tit. XIII.* N. Th. Go. in Proleg. cap. VIII. titulum inter Novellas Valentiniani poni iubet. In codd. 1, 2, 6 et S. Germani, in edd. P. — P [a]. Go. — Be. Am. titulus ex duabus constat Novellis, in codd. 3, 4, 5 et in Cui. 1. Aur. ex una sola Novella. Vid. Nov. 1 et 2 h. t., not. sup. Idem significatur in ind. titt. P. P [a]. P [b]. vv.: „*II.* (i. e. duae Novellae h. t. sunt) *quarum posterior edita est XIII. inter Theodosii Novellas sed non integra, ob idque maxime eam adiecimus.*“ De Rittersh. ed. vid. supra. C. Th. IV, 22; IX, 10 ibique not. sup. L. R. B. tit. XXXIX. i. f. Ed. Athal. §. 1. — N. 1. 1, 2, 6, cod. S. Germani, P. Cui. 2, 2 *. Lugd. P [a]. P [b]. Go. Ri. Ri *. Be. *N.* 1. Rittersh. *N. un. Tit. XVIII.* Vid. not. super. In codd. 3 — 5 et in Cui. 1. Aur. haec Novella deest. Be. add. (*XLIX.*), i. e. omnium Novellarum in Be. ed. In cod. S. Germani haec Novella mutila est. Vid. infr. not. *z* §. 2, Go. ad C. Th. IV, 22, 3 (ed. Ri. p. 457, col. 2 i. f.) et Ri. praef. T. II C. Th. fol. III [b].

---

opportere servare. u) 1 *triennium.* 2 *trecennium*, corr. a P. *tricennium.* 6, edd. *tricennium.* Iam Be. cj. *triennium.* v) 1 *repperit.* x) 2, edd. *novandam.* Rittersh. in m. recte proponit *movend.*, prob. Am. Be. ex cod. 1 rep. *movendam*, consentiente cod. 6. y) Omnes codd. P. P [a]. P [b]. Rittersh. add. *qui.* Cui. 2, 2 *. Lugd. Go. Ri. Ri *. Be. om. *qui*, mendose, sed Be. in not. addi vult *qui.* z) 2 *pro levioribus*, em. P. *prolixioribus.* P. *proxilioribus*, mendose. Mox 2 *hanc.* a) 1 om. *cui*, quod non falsum est. b) 2 *praesedentis* — *iudicis*, em. a P. 6 *provinciarum iudices.* c) 2, edd. *atque.* Ri. em. *ut*; confirmant hanc em. codd. 1, 6, sed 1 habet *cogendus.* d) 1 *tabularius largitionarium.* e) P. P [a]. *tuae * eodem* et om. *cum*; rell. edd., cod. 2 *tuae eodem*, om. *cum.* Cui. 2, 2 *. Lugd. in m. em. *sedem*, prob. Ri. et Am. Rectius etiam 1, 6 *tuae sedem cum*, quod Be. repos. f) 2, edd. ante Be. om. *in.* g) 1 *tenere* pro *teneri*, optime. 2 *reteneri*, corr. a P. *retineri*, quod 6, edd. habent, sed 6 om. *se.* In m. Cui. 2, 2 *. Lugd. asteriscus est. h) 1 *Calepio*, prob. ut videtur Ri. Vid. etiam Br. l. c. p. 870. 2 *Calupio*, corr. a P. *Calypio.* 6, Ri *. *Calipio.* 2, edd. ante Be. add. *Aug.*, quod om. 1, 6 et iussu Ri. Be. delevit, etiam Br. l. c. improb. G. scribi vult *Callypio et Ardabure VV. CC. Coss.* Scrib. *Callipio.* Ceterum Ri *. *Romae.*

a) Corsini in Serie Praef. urb. ad ann. 440, p. 346 *Hierio* scribendum esse suspicatur. 6 *preposito.* Cui. 2, 2 *. Lugd. Go. Ri. Ri *. Be. om. *Impp.*, err. b) 1 om. *sanctionum.* c) 1 *nulla pervasoris:* cui scripturae si fides habenda est, antiquitus videtur fuisse *pervasores.* d) 1 *percellat*, sed add. a librario *e* supr. *a.* 6 *Si divales sanctiones nulla invasores pena percellerent.* e) 2, 6 om. *ne*, add. a P. in cod. 2. f) 2 *usurpatur*, corr. a P. g) 2 *pune*, corr. a P. *impune.* 6 *pena.* h) 1 *examinatione decursa* ||(fol. 79 [b])|| *legibus poscenti festino*; deest igitur *posset recuperare.* Praeterea pro *poscenti* antiquitus scriptum erat *poscendi.* 2 *poscenti*; P. in m. cod. 2 add. *possidenti*, quo deleto corr. *in qua post disceptationis examinationem decursam posset recuperare legibus, ante.* 6 *poscente.* P. P [a]. *legibus * poscenti.* Cui. 2 — Ri *. *legibus, poscenti*, sed Ri. em. *poscendi* et in m. Cui. 2, 2 *. Lugd. add. asteriscus. Be. *legibus, poscendi.* Ro. ms. *possidendi* aut *deposci*, quia infra *legibus deposci.* Ro. l. c. p. 188 prop. *recuperare et legibus deposci* aut *recuperare legibus, possidendi festino*; Rittersh. in m. *recuperare legibus, poscente* (improb. Ri.) *festino.* P. ms. *possidenti.* Bo. l. c. p. 223 em. *recuperare, legibus poscentibus, festino.* Leg. aut *potiendi* aut *possidendi.* Ferri etiam potest *poscente.* i) 2 *auxiliariis*, corr. a P. In P [a]. P [b]. est *tam iuxta.* k) 1 *subiectorum se es fide*; antea scriptum erat *sedes*, sed erasa est litera *d.* l) 2, 6, edd. ante Be. *virtutis*, quod fere melius est, quam *virtutum*, quod Be. ex 1 edidit. m) 1 *perennitatis.* n) 1 *possessionē.* o) 6 *acttonis lite.* p) 1, Go. *appollodorum.* q) P. in m. cod. 2 corr. *praecautio*, sed postea del. h. v. P. ms. P. in not. et P [b]. in m. em. *precarium.* Ri. pro *petitione* accipit. r) 1 *domū.* Mox P. P [a]. Rittersh. P [b]. *inlustre.* s) 1 *vero actione proposita potuerit convenire.* t) Ri. em. *haec.* Uncinos delevi, quibus Be. inclusit vv. *quod* — *observatum.* u) 1 *quod in praedictū ū inl.*, quod non falsum est. v) Ita Be. ex cod. 1. 2 *domini non sunt*,

et[vv] de cognito potius[x] negotio exspectata sententia? aut[y] quae patrimoniorum potest esse securitas, si toties insidietur invasor, quoties possessores esse contingit absentes? §. 2. Verum[z] quia illicitis ausibus videmus[a], quae sunt pro possessorum quiete[b] salubriter constituta[c], calcari, et frequenter pro multorum negotiis specialis querela commonuit[d], omnibus profutura decerni, merito praecedentia inclitorum principum parentumque nostrorum statuta renovamus. Idcirco mansura in aevum lege sancimus, ut, quisquis inconvento domino, non exspectata[e] vel adversus praesentem vel in contumacem definitiva sententia possessorem de praedio rustico urbanoque[f] depulerit, possessione protinus restituta, caussae totius, sicut dudum constitutum est[g], amissione mulctatus, aestimationem[h] rei occupatae mox cogatur inferre: hoc etiam coniuncto, ut, si iudex in huius modi negotiis hanc putaverit sanctionem nostram[i] dissimulandam[k], ac non in exsecutionem[l] mittendam esse sententiam, quae de inferenda aestimatione prolata est, iustitia statutam[m] taxationem, cum fuerit accepto successore privatus, exsolvat. §. 3. In praesenti vero caussa viro illustri Auxiliari domum restitui iubemus[n] invasam, omni, si qua viro illustri Apollodoro competere potuerat[o], actione consumpta, qui, quod legibus debuerat postulare[p], inconvento possessore pervasit. Quem ulterius prosequi lites caussasque non patimur[q] earum rerum, quas aliis possidentibus non debuit comparare, quique[r] debet in acceptum referre, quod ei[s] aestimationem rei, de qua agitur, nostrae pietatis humanitate concedimus, quae potuit multiplicium legum securitate[t] deposci. §. 4. Eas vero mulieres, quas aut vendendo litigium, aut invasioni participando temeritatem[u], constat negotium non habere, ne qua instaurandi litigii quaeratur occasio[v], omni actione privamus: non praeiudicantibus contractibus, si quos occupatores fortasse[x] cum quibuscunque personis de eadem domo in praeiudicium domini inire voluerunt, quoniam res pervasa in alium transferri[y] iure non potuit. §. 5. Restituturum quoque censemus[z], quaecunque[a] de rebus eius illo expulsionis tempore a quocunque[b] pervasa sunt. Neque enim ita remittimus ultionem, ut diripi aut occultari aliena patiamur, Pieri, parens carissime atque amantissime[c]. Quare illustris[d] magnificentia[e] tua in traditionem[f] aedium pervasarum[g] Marcianum, agentem[h] in rebus, vel officium suum[i] iubebit parere decretis[k], nec ullam saluberrimis praeceptionibus nostris tarditatem, sub impedimento cuiuscunque personae, patiatur afferri. §. 6. Ut vero ea, quae pro possessorum[l] omnium quiete sancimus, in omnium possint notitiam pervenire, hanc legem nostram amplitudo tua propositis vulgabit[m] edictis. *Dat. V. Id. Iun.*[n] *Ravenna, Valentiniano A. V.*[o] *et Anatolio*[p] *V. C. Coss.* (440.)

---

sed P. in m. cod. *domino non.* 6 *qm̄ dn̄is.* P. — P[a]. Go. Ri. Ri*. *domini * sunt.* Rittersh. P[b]. *domini sunt.* P. ms. *domi non sunt.* P. in not. et P[b]. in m. prop. aut *domino non sunt* aut potius *domi non sunt*, improb. Ro. ms. Bo. l. c. legi vult *dominiSunt* pro *dominis sunt.* Ro. ms. *quando de dominio non.* Ri. em. *dominii non sunt*, recte, modo quod *dominis* scribere debebat. 1 *denonciata.* vv) Ro. ms. em. *nec*, quia infra §. 2 *non exspectata sententia.* Nil muto. x) 6 *pus.* y) 2, P. — Ri*. *ut quae.* 6 *et quae.* Idem corr. P. in cod. 2, P. in not. P[b]. in m. et Ri. Etiam Ro. ms. vult *et* vel *sed* pro *ut.* 1 *autque*; inde Be. *aut quae.* Leg. est *et* s. *aut*, sed praefero *aut*, quia error cod. 2 explicatur antecedenti v. *sententia*, quo absorpta est litera *a* v. *aut.* z) 1 *absentes verō.* 6 *contingit esse absentes. Verum.* Cum v. *quia* inc. Novella in cod. S. Germani 366. a) 1 *videmur.* 6 om. *videmus.* Vid. not. *c* sq. b) Ex codd. 1, 2, 6 et ex edd. P. — Go. Vid. infra §. 6 huius Nov. Cod. S. Germ. Ri. Ri*. *quae sunt possessorum quiete.* Be. suo ingenio *quae sunt possessorum quieti.* c) 6 add. *scimus.* Vid. not. *a* antec. d) 2, cod. S. Germ. P. — Ri*. *commovit.* e) 6 *inconventum dn̄m et non exspectatum* et om. *vel — sententia.* Cod. S. Germ. supra *in eum lege — inconventu — exspectato.* f) 1 *urbano. depulerit.* Rittersh. *urbanove.* Ri. cf. Cassiod. Var. IX, 18. g) Cod. S. Germ. *constitum.* Vid. C. Th. IV, 22, 3, ex qua hausta est c. 7 C. Iust. Unde vi (VIII, 4), ad quam Rittersh. in m. provocat. h) 1 *estimatione.* 6 *occupatae rei.* i) 2, 6, cod. S. Germ. P. — Ri*. *sanctionis nostrae.* Be. ex cod. 1 recte rest. *sanctionem nostram.* k) 1 *potaverit* et *dissimolandā.* 2 *dissimulanda hac*, corr. a P. l) 2 supr. lin. *excusatione*, corr. a P. *executione.* Cod. S. Germ. *executione.* m) 1 *iusticie ipsam statutā.* 2, 6, cod. S. Germ. edd. *iustitia statutam taxationem.* P. in m. cod. 2 em. *iuxta* et sic in Nov. 27 esse dicit. P. ms. *iustam.* Proba est cod. 1 scriptura, neque vero mala illa reliquorum codd. n) 1 *iubeamus.* 6 *invasam etiam omni.* Cod. S. Germ. *vir inl. — invasam et omne si qua vero.* Ri*. *Appollodoro.* o) 6 *potuit.* p) 1, 6, cod. S. Germ. *postulare*; 2, edd. *postulari* et cod. S. Germ. *inconventu.* q) 1 *patemur.* 6 *caussas litesque prosequi.* r) 1 *non debui. et conpare quoque.* P. in m. cod. 2 *occupare.* s) 1 om. *ei.* 2 *quod ei in estimationem*, sed P. del. *in.* Cod. S. Germani *quod in aestimationem.* Recte edd. t) 1, 2, cod. S. Germani, edd. *securitate.* P. in cod. 2, P. ms. P. in not. P[b]. in m. et Ri. em. *severitate*, quod cod. 6 habet et aptius est h. l. quam *securitate.* P. tamen in not. et P[b]. in m. add.: „Vetus tamen lectio temporis praescriptione secura est." u) 1 *vindendo litigium aut invasione partecepando temeritatem.* 6, cod. S. Germani *invasionis.* 2, Go. Rittersh. P[b]. Be. *invasioni participando temeritatem.* P. P[a]. Cui. 2, 2*. Lugd. Ri. *invasioni participando * temeritatem* et Ri*. *participando ** temeritatem*, quasi aliquid desit. Sed in not. nihil deesse Ri. dicit et ita interpretatur h. vv.: quas constat, aut lit. vend., aut invasioni participando, temeritatem quidem, negotium vero non habere. Si scribitur *invasionis*, omni locus expeditur difficultate (*mulieres, quas — participando invasionis temeritatem, constat, negotium non habere*), etsi non nego *participare* aliquem alicui rei dici. Haec sententia abrogatur sequenti Nov. v) 1 *ne qua instaurā diligitii queratur occassio.* x) 2 *furtasse*, corr. a P. *fortasse.* y) 1, 2, cod. S. Germ. *transferre*, sed P. in cod. 2 corr. *transferri.* z) 1, 6, cod. S. Germ. *censemus.* 2, edd. *sancimus*, sed P. in cod. 2 supr. lin. add. *cēnsuimus.* a) 1 *decūque.* b) In cod. 2 add. *de rebus*, sed del. a P. c) 2, cod. S. Germ. *p̄k ā.* P. P[a]. Rittersh. P[b]. *P. K. A.* d) 2 *que inlustras*, corr. a P. 6, cod. S. Germ. *itaque.* e) 1 *magnitudo.* f) 6 *traditione.* g) 2, cod. S. Germ. *invasorū*, sed corr. a P. in cod. 2. h) 1 *agente.* i) Cod. S. Germani *officio suo.* k) 6 *edictis.* l) Cod. S. Germ. *pro possessorē.* Deinde 1 *quietem.* m) 1 *deuulgauit.* 2 *vulgavit*, corr. a P. Etiam P[b]. *vulgavit.* n) 2, 6, cod. S. Germ. P. — Ri*. *Ian.* 1 *iun.*, quod Be. reposuit, sed iam Br. l. c. p. 863 et ex eo Ri. nuntiave-

2. *Iidem AA. Auxentio Pf. U.*[q] Habet hoc insitum sollicita[r] aequitatis examinatio, habet secundarum cogitationum[s] subtilior et exactior[t] cura, ut, si quid in legibus ferendis post impetum primum deliberatio properata[u] deliquerit, hoc consilio propensiore[v] revocetur[x]. Permittit enim consuetudo ipsa rerum, adstipulantur innumera vetustatis exempla, multas leges[y] a suis latoribus, dempta[z] aut addita[a] parte, posse corrigi[b], multas tractatu maturiore penitus abrogari. Quod nunc de abolenda constitutione[c] decernimus, quam non ante multos menses ad preces[d] illustris viri Auxiliaris promulgaveramus, moti ingesta nobis pervasionis[e] invidia. Sed quia obsecratio viri illustris Apollodori[f] nuper nos[g] attentiores ad aestimandam[h] iustitiam fecit, ob[i] hoc, tractatis[k] omnibus et plena aestimatione[l] discussis, propter illa praecipue, quae[m] negotii modum, de quo[n] tunc actum est, supergressa fuerant, et immerito[o] personas mulierum pariter illigaverant[p], supra memoratam legem praesentis[q] edicti auctoritate removemus[r], Auxenti, parens carissime atque amantissime[s]. §. 1. Unde illustris magnificentia[t] tua hanc, qua[u] praecepti superioris vacuatur incautior definitio, programmatis lectione vulgabit[v], ut agnosci ab omnibus possit, his, quae in illa displicent, abolitis id[x], quod solum de vetustate repetitum probabile videtur[y], priscarum tantum legum definitione servandum. *Dat. VI. Kal. Febr. Ravenna, post consulatum*[z] *Valentiniani A.*[a] *V. et Anatolii*[b] *V. C.* (441.)

TIT. IX. DE REDDITO[a] IURE ARMORUM.

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Populo*[b]

— N. 2. 1, 2, 6, cod. S. Germ., edd. P.—Ri*. Am. Be. *N.* 2. 3—5, Cui. 1. Aur. *N.* 1, i. e. *un.* Be. add. (*L.*), i. e. omnium Novellarum in Be. ed. In codd. 4, 5, S. Germ., omissa inscriptione positum est interpretationis siglum. In cod. 3 nihil superest, nisi particula §. 1. Etiam in Cui. 1. Aur. mutila est. Vid. infr. nott. *q*, *r*, *u*. In m. ed. Rittersh. notantur diversae scripturae addito v. „*al.*"; eae omnes ex Cui. 1 aut ex Aur. descriptae sunt.

Tit. IX. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. IX.* 2, 3, P. P[a]. P[b]. in ind. titt. *Tit. XX.* Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. Ri*. *Tit. XX.* N. Th., sed ponitur a Go. in cap. VIII. Prol. inter Valent. Nov. 6 *Tit. II.* P. P[a]. et P[b]. in ipsa ed. *Tit. XIX.* Nov. Th. et Val. Rittersh. *Tit. XIX.* N. Th., sed sec. ord. *Tit. XXV.* Commemoratur in ind. titt. Novellis Theod. Cui. 1. Aur. adiecto. Cf. Nov. Maior. tit. VIII. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1, i. e. *un.* Be. add. (*LI.*), h. e. omnium Novv. in Be. ed. De cod. 3 vid. infr. not. *r.*

rant. Rectius *Iun.* propter antecedd. titt. Novellas, quae anno 440 datae sunt, et quia in Nov. 2 huius tituli VI. Kal. Febr. ann. 441 data de hac lege dicitur: *quod nunc de abolenda constitutione decernimus, quam non ante multos menses — promulgaveramus.* o) 2, 6, cod. S. Germ. P.—Ri*. om. *V.* Be. add. *V.* ex 1, sed in 1 deest *A.* Etiam Br. l. c. Ri. Am. probatur hic numerus. p) 2, cod. S. Germ. *anatholio.* 6 *et auxentio*, male. 1, 6 om. *V. C.* P. P[a]. P[b]. Rittersh. *Ravennae* et *Cons.* q) 1 *p̄p̄o.* 6 *Id. A. auxentio praeposito.* Auxentii Pf. U. hoc anno non vidi nisi in hac Novella mentionem fieri. Cui. 1. Aur. pro inscr. haec vv. habent: „*Deerat initium istius, et alia Constitutio.*" Vid. not. sup. et Nov. 1 h. t., not. sup. r) 5 *sollicitate.* s) In cod. 5 supr. hoc v. scriptum est *cognitionum.* t) Ita 1, 4, 6, cod. S. Germ. Cui. 1. Aur.; rell. *subtilior exactiorque cura.* u) Cui. 1. Aur. *praepropera.* Rittersh. in m. *praepopera.* 5 *dereliquerit*, corr. *deliquerit.* v) 1 *propinsio*, antiquitus in eo scriptum erat *propinsionê.* Go. in comment. ad C. Th. I, 1, 2 et Rein. cj. *perpensiore*, quod mihi placet. x) 2, 4, 5, cod. S. Germ. *revocatur.* y) 1 *multis legis.* 4, cod. S. Germ., 5 supr. lin. *legis*, sed praeterea 5 *multa.* Supra Go. *immunera.* z) 1, 4—6, cod. S. Germ. Cui. 1. Aur. Rittersh. in m. *dempta.* 2, P. Cui. 2—Be. *adempta.* a) 2 *aditā.* b) 2 *corregi.* 5 *corregi multas*, a sec. man. corr. *corrigi multā.* Mox Cui. 1. Aur. Rittersh. in m. *maturiori.* c) 1 *de ambulenda constitutione.* 4 *nunc se abulendā constitutionē.* 5 *nunc se abolendā constitutionem*, sed ponitur *es* supra *se*, id e. *esse* et corr. *constitutione.* Cui. 1. Aur. Rittersh. in m. *nunc abolendam constitutionem.* d) 2, 5 *de preces*, sed corr. in 5 *prece* et in cod. 2 a P. *ad preces.* 4 *de precis* et om. *illustris.* 6, cod. S. Germ. *de prece.* 2 *inlustri.* e) Cui. 1. Aur. Rittersh. in m. *persuasione invitis*, sed Cui. 1. Aur. in m. „*γρ. peruasione.*" f) 5 *inlustri appollodori*, corr. *inlustris.* Etiam Aur. *Appollodori.* g) Ex codd. 1, 6, S. Germ.; rell. om. *nos.* h) 1 *adtentiones ad estimandas iusticiam.* 4 *adstimandam.* 5 *adstimandum*, corr. *ad estimandum.* Rittersh. *attentiorem.* i) 4, Cui. 1. Aur. Rittersh. in m. *ab.* k) 4, 5 *tractis*, sed corr. in 5 *tractatis.* l) 2 *planā estimationē.* 4, 5 *planā stimationem*, sed corr. in 5 *plenaestimationem.* Cod. S. Germ. *plana aestimatione.* Rittersh. *plenae.* m) 4 *illā praecipui qua.* 5 *precipui qua*, corr. *precipue quae.* 2 *precipue qua*, sed in m. add. *quae.* n) 1 *negotii modo. de quo.* 4, 5 *equo*, sed corr. in 5 *quod.* Cui. 1. Aur. Rittersh. in m. *negotium de quo.* o) Cui. 1. Aur. Rittersh. in m. *fuerant in medio.* p) 1 *inlegaverat.* 2, Cui. 1. Aur. P. P[a]. P[b]. Rittersh. *inligaverat*, sed a P. in not. P[b]. in m. corr. *inligaverant.* 5 *inle* (corr. *inli*).... *gaverat.* q) 5 *presentes*, corr. *presentis.* r) 4 *renovemus.* Ro. ms. *revocemus*, ut supra *revocetur.* Cui. 1. Aur. *supra me * res vacuatur * removemus.* Lacunam iam Rittersh. in m. commemoravit. s) 1 *autxenti. post k̄ āā.* 2, 4, 5 *p̄ k̄ ā.* Cui. 1. Aur. *Auxenti Parens Karissime. Incautior definitio* et des. vv. *Unde — vacuatur.* P. P[a]. P[b]. Rittersh. *Auxenti Parens Karissime. A.* Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. Ri*. *Auxenti Parens Karissime AA.* Be. *p. k. a. a.* t) 1 *magnitudo.* 2 *inlustras*, sed corr. 4 om. *illustris.* u) 2, 4, 5 *quam.* Inde a vv. *hanc qua praecepta* incipit cod. 3, continuatur usque ad v. *servandum.* v) 1 *vacuatur incaucis* (add. est *o* supra *is* [*incaucior*]; antiquitus videtur scriptum fuisse pro *ca pa* [*in paucis*], sed a librario pro *p* repos. esse *c*) — *lectione uulgauit.* Verisimile est fuisse *vulgabit.* Nam 2 *programmaticis lectionem vulgavit.* 3 *lectione mulgabit.* 4, 5 *programmaticis lectionē mulgavit* et 5 *aut*, sed corr. *ut.* Etiam 6 *vulgabit* et cod. S. Germani *pragmatica lectione vulgabit.* Cui. 1. Aur. *lectionem evulgavit*, *ita ut.* Rell. *evulgabit.* Rittersh. in m. „al. *lectionem.* al. interp. *ita.*" x) Cui. 1. Aur. Rittersh. *abolitis. Id.* Supra Rittersh. *omnibus posset.* y) 1 *probabilem videtur.* 3 *e vetustate petitum probabile vinditur.* Cui. 1. Aur. Rittersh. in m. *repetitur.* z) Cui. 1. Aur. om. *post consulatum.* a) 1 *agusti.* Seqq. des. in codd. 2, 4, 5, S. Germ. et in edd. Cui. 1—Ri*. Cf. Br. l. c. p. 863 et Corsin. l. c. p. 347 et Zir. l. c. p. 256. Lacuna in Cui. 1. Aur. indicatur asterisco. 6 *Valentiniano ipso augusto consule.* Veram subscript. restit. Be. ex 1. b) 1 *Anatolio*, impr. Br. l. c. Zir. l. c. et Ri., qui corrigunt *Anatolii.* Ceterum 1 post *V. C.* add. *Cosl.*

a) 6 om. *Reddito.* 1 apud Am. *redito.* b) 1 *AA*

Romano. Quoties publica poscit [c] utilitas, universitatis sollicitudinem ducimus [d] advocandam, ut omnibus profutura impleantur ab omnibus; nec molestum esse [e] provincialibus nostris credimus, quod pro ipsorum salute disponitur, ut resistendi praedonibus cura subeatur. Gensericus [f] hostis imperii nostri non [g] parvam classem de Karthaginensi portu nuntiatus est eduxisse, cuius repentinus excursus et fortuita depraedatio cunctis est litoribus formidanda. Et quamvis clementiae [h] nostrae sollicitudo per diversa loca praesidia disponat, atque invictissimi principis Theodosii, patris nostri, iam propinquet exercitus, et [i] excellentissimum virum patricium nostrum Aëtium cum magna manu adfore mox credamus, cumque vir illustrissimus magister militum, Sigisvuldus [k], tam militum atque [l] foederatorum tuitionem urbibus ac litoribus non desinat [m] ordinare, tamen quia sub aestiva navigandi opportunitate satis incertum est, ad quam oram [n] terrae possint naves hostium pervenire, singulos universosque hoc admonemus [o] edicto, ut Romani roboris confidentia et [p] animo, quo debent [q] propria defensare, cum suis adversus [r] hostes, si vis [s] exegerit, salva disciplina publica servataque ingenuitatis modestia, quibus potuerint, utantur armis, nostrasque provincias ac fortunas proprias fideli conspiratione et iuncto umbone tueantur: hac videlicet spe laboris proposita, ut suum fore non ambigat, quicquid hosti victor [t] abstulerit. *Et manu divina: Proponatur* [u] *amantissimo nostro populo Romano; et ad latus: Dat. VIII. Kal. Iul. Ravenna* [v], *Valentiniano A. V.* [x] *et Anatolio V. C. Coss.* (440.)

TIT. X. NEQUE DOMUM DIVINAM NEQUE ECCLESIAM AUT ALIQUAM PERSONAM A [a] QUOLIBET MUNERE PUBLICO EXCUSANDAM [b].

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Maximo II.* [c] *Pf. P.* Cum publice privatimque in omnibus rebus ac negotiis iustitiam conservari oportet [d], tum praecipue in his [e] tenenda est, quae vectigalium nervos sustinent [f], quae attenuatis [g] devotorum viribus utili aequitate [h] succurrunt. Quod plurimi respuunt, qui, domesticis tantum compendiis obsequentes, bonum commune destituunt, quo vera ac solida utilitas continetur, melius plane ad singulos perveniens, cum proficeret [i] universis, maxime exigente hac [k] tributorum necessitate, sine quibus nihil in pace aut bello [l] curari potest. Neque ultra valebit perpetuitas eorum manere paucis atque defessis imposita sarcina, quam potior detrectat,

* Tit. X. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. X.* 2, 3, P. P [a]. et P [b]. in ind. titt. *Tit. XXI.* Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. Ri*. *Tit. XXI.* N. Th. 6 *Tit. VIII.* P. P [a]. et P [b]. in ipsa edit. *Tit. XX.* N. Th. et Val. Rittersh. *Tit. XX.* N. Th., sed Rittersh. sec. ord. *Tit. XXVI.* Commemoratur in indice Novellarum Theod. Cui. 1. Aur. adiecto. Go. hunc tit. in Prol. cap. VIII. inter Novellas Val. poni iubet. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1, i. e. *un.* Be. add. (*LII.*), id est omnium Nov. in Be. ed. De cod. 3 vid. infr. not. *y* §. 2.

popolo Romano; rell. *ad Populum.* Infra *proponatur populo Romano*; quare secutus sum cod. 1. c) 1 *possit.* d) 6 *sollicitudinem credimus.* e) 2 add. *ad*, sed corr. a P. *id.* Edd. add. *id.* 1, 6 om. *id* et commode abesse potest. f) 6 *Geisericus.* Cf. Zir. l. c. pag. 302. g) 1, 6 *non.* 2 *ut.* P. in m. tentat *haud*; hoc transiit in edd. Mox Rittersh. *Cartaginensi* et mendose Go. *fortuita depraecatio.* h) 2 *dementiae*, corr. a P. i) Go. *et et.* k) 1 *magister* (om. *militum*) *Sigisuuldos tā.* 2, Cui. 2, 2*. P. P [a]. Lugd. P [b]. Go. — Ri*. *Sigisundus.* Rittersh. *Sigismundus*, impr. Ri. 6 *Sigisuualdus.* P. ms. em. *Sigisuultus.* P. in not. P [b]. in m.: „Sigisundus *in No. de Tyronibus* Sigisualdus, *scribitur et* Sigisuultus *ut in Prosperi Chronico, alias et* Sigisbaldus. *Nomen etiam fortissimi viri conservari Reip. interest.*" Similiter P. in m. cod. 2. Rein. em. *Sigisvaldus.* Ri. not. *e* huius Novellae scribendum esse probat *Sigisvuldus*, quocum etiam cod. 1 fere concinit. Be. igitur repos. *Sigisvuldus.* Vid. supra Nov. 1 Val. tit. VI, not. *b.* l) 6 *militum quam.* De foederatis cf. Go. ad C. Th. Tom. II, p. 391 (ed. Ri.). m) Cui. 2, 2*. Lugd. Ri. Ri*. *desinet*, impr. Be. n) 2 *incestum — horam*, corr. a P. o) 1 *singulus* (Am. em. *singulos*) *universus.. que hoc admonimus* (Am. em. *admonemus*) *edicto.* 6 *universosque nostro monemus edicto.* 2, edd. *universosque nostros monemus edicto.* Quam velis scripturam, bonae omnes sunt, equidem vero legi cum cod. 1. p) 1 *et*; rell. *ex.* Probo *et.* q) 2 *quod debet*, corr. a P. *quo*, quod transiit in edd. 1 *quod debent — defensari.* Praefero vulg. scripturam, quam 6 tuetur, sed non male in 1 scriptum est *defensari.* r) In cod. 3 nihil superest, praeter vv. *quamvis adversus — publica servatur.* s) 1 *si usus.* 2 *ius*, corr. P. *vis.* Praeterea 1 *exigerit* et infra Ri*. *tuantur* pro *tueantur.* t) 1 *oste victur.* u) P [b]. *Proponantur.* 6 *nostri.* In cod. 1 om. *Et manu — latus.* v) 1 *Rau*, id est *Ravenna*, et desunt sqq. Iam Br. l. c. p. 863 et ex Brencmanno Ri. nuntiant in cod. 1 esse *Rau.* 2, 6, edd. *Romae.* Zir. l. c. p. 302 et Ri. probatur *Ravennae*, recte, nam Valentinianus hoc tempore *Ravennae* constitit. Vid. supra tit. VII, Nov. 1, tit. VIII, Nov. 1, quarum Novellarum subscriptiones Ravennae neque vero Romae urbis nomen habent et paullum temporis distant ab hac Novella. Reposui *Ravenna.* x) 2, edd. om. *A. V.* et 6 *V.* De cod. 1 vid. not. antec. Ex Novellis quas dixi reposui *A. V.* Ceterum Rittersh. *Anatolino.*

a) 2, 3, P. — Ri*. om. *a* et Cui. 1. Aur. (ind. titt.) *aut aliquam personam a.* Zir. *aut quamlibet personam ab.* Be. *a* ex 1. Ceterum P. P [a]. P [b]. in ind. titt. et Cui. 1. Aur. in ind. titt. *divinam domum.* b) 1, Zir. Am. *munere publico*; rell. *publico munere.* In cod. 6 rubrica mutata est in *Nullam domum a publico munere excusandam.* c) 6 om. *II.* d) 1 *conservare oporteat.* Non male se habet *oporteat.* e) 6 *in his praecipue.* f) 1 *nervus*, corr. Am. *nervos.* P. — Ri*. *substinent*, corr. Ri. *sustinent.* g) 1 *quam* (Am. corr. *quae*) *adtenuatis.* h) Ita Be. ex cod. 1, sed 1 *equitate.* 2, Cui. 2 — Lugd. Rittersh. P [b]. Go. — Ri*. *uti equitatum*, sed est asteriscus in m. Cui. 2, 2*. Lugd.; P. *uti * equitatū* et P [a]. *uti * equitatum.* P. ms. P. in not. P [b]. in m. em. *uti aequum.* Ro. ms. Ro. l. c. p. 189 *sua aequitate.* 6 *salva aequitate.* Ri.: „Emenda, *uti et civitatum*, quam emendationem ipsa constitutio suadet. Posset et ita quis tentare, *adtenuatis devotarum viribus civitatum*," improb. Am. Recte Be. secutus est cod. 1. P. *succurunt.* i) 1 *domestici statum — bone commune — cum proficerit universi.* Ro. l. c. vult *profecerit*, sine caussa. k) P. in not. P [b]. in m. *hoc.* l) 6 *in bello aut pace.* P [a]. P [b]. *sive*

locupletior recusat[m], et validiore reiiciente[n] solus agnoscit infirmior. §. 1. Hanc itaque iniquitatem corrigentes[o], primo capite huius sanctionis decernimus, ut omnes, quicunque ex iure domus regiae vel a[p] pietate mea vel a qualibet persona[pp] sacrarum necessitudinum mearum praedia adepti sunt, sive usufructuaria[q] largitate, seu donatione directa, seu[r] commutationis vel emptionis ratione quaesita, parem cum ceteris possessoribus subeant functionem[s]: in hac sorte numerandis his quoque, qui retento sibi[t] usufructu proprietatem iuris sui venerabilium pignorum meorum vel[u] pietatis meae domui contulerunt: quos omnes ea conditione tributa volumus agnoscere, ut nihil sibi ex aurariis[v] titulis vel superindictitiis vindicent, quos, ad similitudinem domus nostrae, qualibet sacri praecepti impetraverunt[x] sanctione. §. 2. Secundo gradu[y] huius legis cavemus, ut, quicunque census[z] illustrium dignitatum, sive ecclesiasticus vel in urbe sacratissima[a], vel in quibuslibet provinciis, ad exemplum domus nostrae, quocunque praecepto diversam[b] sibi ab aliis ipsius census, quem solvere videbatur, conditionem fecerit[c], onus consuetum absque ulla[d] privilegii exceptione sustineat[e], nec in arcalibus tantum titulis, sed et his[f], quos sacri vel privati aerarii partibus deputavit vetustas, ut[g] ita demum difficultati expensarum vexationique[h] inopum, divinam moderationem secuti, gemina salutaris constituti remedia[i] porrigamus. §. 3. Nunc iam non dissimile[k] superioribus, immo cuius utilitas paene latius patet, hac edictali lege complectimur, sine ulla honorum[l], personarum, privilegiorum distinctione generaliter sancientes, ut itinerum reparatio aliaque munia[m] huius modi omnium[n] certante studio quo[o] cum facilius, tum firmius impleantur. Haec enim superioris aetatis principes et divorum parentum nostrorum liberalitas illustribus titulis, redundantes opulentia[p] saeculi, minore aliorum possessorum pernicie conferebant. Quod[q] quamvis et tunc iniustum, tamen inter initia lenius[r] videbatur. Sub difficultate autem praesentis temporis non modo rei ipsius natura iniquum, sed et[s] impossibile paucis ac tenuioribus[t] constat, qui, multiplicato suae alienaeque functionis onere[u] depressi, procumbent[v] penitus, nisi aliquando idoneorum societate[x] respirent. An forte contumeliosum putandum est inventum contraria ratione[y] nomen munerum sordidorum, quo instauratio militarium viarum[z], quo armorum fabricatio, quo murorum refectio[a], quo apparatus annonae, quo reliqua opera, per quae ad splendorem defensionis[b] publicae pervenitur, prava appellatione censentur? sine quibus nullus maximarum[c] rerum procedit eventus, quorum adminiculo salutem[d] pariter et decus tuemur[e] imperii, ac, ne singula prosequamur, sine quibus nihil necessarii operis effici[f] potest? [g]Repetita clementiae nostrae praeceptione san-

---

quibus. m) 2 *decertat.* 6 *potior aut locupletior recusat.* n) 1 *reiciente solus agnuscit.* 2, P. — Ri*. *rei cedente.* P. in not. Rittersh. in m. Cui. 2, 2*. Lugd. in m. P[b]. in m. corr. *recedente*, quod 6 habet et Ri. prob. Et *recedente* et *reiiciente* bonam sententiam praebet, sed cod. 1 scriptura non solum Am., sed mihi etiam concinnior videtur. Be. quoque *reiiciente.* o) 1 *corrigente.* p) Recte 1, 6 add. *a*, quae praepositio deest in 2 et in edd, 2 *pietatem ea*, em. a P. pp) Rittersh. om. *persona.* q) 1 *usufructum. aria*, unde Am. Be. *usufructuaria.* 2, 6, P. — Ri*. *fructuaria*, sed P[b]. *fructaria.* Recte *usufructuaria.* r) 1 *sive* et paullo infra *querita.* 6 *sive emtionis vel commutationis.* s) 1 *possessoribus conditione subeant funcione* (corr. *funccione*) *in hac sorte.* 6 *possessoribus conditionem subeant functionum.* Comparatis inter se codd. 1 et 6 scripturis, videtur scrib. esse *possessoribus conditionem subeant functionum*, sed neque vulg. scriptura impr. est. t) 1 *siue.* u) 6 *iuris sui sive venerabilium pignorum sive.* v) 1 *exauriis titulis vel superindictiis vindicent*; eodem vv. ordine 6; 2 *exaurariis titulis vel*, sed del. *titulis* a P. P. P[a]. *aurariis* * * *vel superindictitiis titulis vindicent*, sed P. in not. deleri iubet asteriscos. Rell. edd. *aurariis vel superindictitiis titulis vindicent*, sed P[b]. *super indictitiis.* x) 1 *inpetraverant.* y) 2 *secundum.* 6 *secundum gradum.* In cod. 3 adsunt vv. *Secundo — videbatur*, omnia rell. desunt. 1 *gra* et deest *du.* z) 6 *census dignitatum illustrium.* Omnes codd. habent v. *census*, quod Be. male interiectum videtur. Ri. sic: „Haec vox retrahenda est ad illa infra, *diversam sibi.* Sensus hic est, *quicunque illustrium dignitatum, sive ecclesiasticus, vel in urbe sanctissima, vel in quibuslibet provinciis, ad exemplum domus nostrae, census diversam sibi ab aliis, ipsius census.*" Mihi non videtur abundare *census*, si *census* accipiatur pro *qui census est.* a) 1, 6 *sacratissima.* 2, edd. *sanctissima.* Mox 1 *vel quibuslibet.* b) 1 *quecūquepceptum diversā.* c) 1 *condicione* (Am. em. *conditionem*) *fecerat.* 2, edd. *fecerat.* 6 *fecerit*, quod iam Be. vult, ego vero restitui. d) Vv. *onus — ulla* restituit Be. ex cod. 1; sunt etiam in cod. 6; desunt autem in 2 et P. — Ri*. Sed debebat Be. pro *sine* cum codice 1 scribere *absque*, quod etiam 6 habet. Vid. Zir. l. c. p. 521. e) 1, 2, edd. *sustineant.* Am. et Zir. l. c. em. *sustineat*, recte et consentiente cod. 6. Ri. cj. *abstineat.* Vid. not. anteced. et Zir. l. c. 1 *archalibus.* f) 6 *sed etiam his.* g) Be. ex cod. 1 restituit *ut*; deest *ut* in codd. 2, 6 et in edd. P. — Ri*. Quare Ri. interpungendum legendumque censuerat *vetustas. Ut demum — porrigamus: nunc iam etc.* h) 1 *expensarum. uexatione. que.* Am. em. *vexationi*, quod Be. dicit in 1 esse. Recte *vexationique* (supr. §. 1 *iniquitatem*). 2, 6, edd. *exactionique.* i) 6 *salutaris remedii constituta.* k) 2 *dissimilis.* l) 1 *horum.* m) 6 *reparatio atque munia.* n) 1, 6 add. *omnium*; 2, edd. om. *omnium.* Cf. c. 4 C. Th. de Itin. mun. (XV, 3) *certatim studia cunctorum — volumus festinare.* o) 1 *studium.* 2 om. *quo.* p) 2 *opulentie.* P. — Ri*. *opulentiae.* Ri. em. *opulentia*, quod Be. rep. ex 1. 6 ut 1; sed 6 *redundante* et 1 *reddundantes.* q) 1 add. *si.* r) 1, 6 *lenius*; 2, edd. *levius.* s) Optime *et* interponitur in codd. 1, 6; 2, edd. om. *et.* t) 1 *paucis ante moribus.* u) 1 *suae aliene neque functionis honere.* 6 *suae et alienae f. o.* 2, edd. *suae alienoque f. o.* v) 2 *procumbant*; corr. P. *procumbent.* x) 6 *aliquando sordidorum munerum societate.* y) 1 *contraria racione. nomen numerū sordidorum.* 2, 6, edd. ante Be. *contra rationem.* Be. ex cod. 1 ed. *contraria ratione*, recte. z) 2, 6, P. — Ri*. *virorum*, male et impr. Ri. Iam P. in not. P[b]. in m. et Ri. em. *viarum*, etsi P. quin utrumque ferri possit non dubitat. P. ms. *viarum* vel *virorum* vel *tyronum.* Be. ex 1 *viarum.* a) 6 *quo armorum refectio quo murorum fabricatio.* Rittersh. *annorum fabr.* b) 2, 6 *distinctionis*, ut P. — Ri*. Ex 1 Be. *defensionis.* c) 2 *maximorum.* d) 1 *adminicolū* (Am. corr. *adminiculo*) *salutē.* 2, 6, edd. ante Be. *amminiculo statum*, quod aeque bonum est, atque *salutem.* e) 2 *tuimur.* f) 6 *perfici.* g) Edd.

cimus, ut antiquatis omnibus privilegiis, quae vel dignitatibus delata fuerunt [h], vel diversae militiae collegia meruerunt [i], aut nomine venerandae religionis obtenta sunt [k], omnis ubique census, qui non personarum est, sed agrorum, ad universa [l] munia a nona [m] duntaxat indictione, ut supra [n] definivimus, absque ulla discretione cogatur. In qua parte [o] quo quisque honoratior aut opulentior est, eo alacriorem publicis necessitatibus animum debet, quarum sibi procurationem magis intelligit profuturam, Maxime, parens carissime atque amantissime [p]. §. 4. Illustris igitur et praecelsa magnitudo tua hanc legem consuetae sibi provisionis vigore in omnium provinciarum populorumque notitiam perferet [q] et celeriter universos diu exspectati remedii salubritate iubebit potiri [r], ut sero saltem difficultati rerum [s] devotio locupletum pariter ac pauperum iustis aequata partibus libentius obsecundet. *Dat. X.* [t] *Kal. Mart. Ravennae. Accept. prid. Idus Mart. Ubi sup. post consulatum* [u] *Valentiniani A. V. et Anatolii V. C.* [v] (441.)

TIT. XI. DE HONORATIS, ET QUIS IN GRADU PRAEFERATUR [a].

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Storacio* [b] *Pf. U.* Studiose niti atque agere [c] clementiam nostram decet, ut quicquid ad cumulandum consularium [d] titulorum nomen proficit [e], sanciamus, quos pro sui magnitudine ac reverentia vetustatis etiam nobis libenter adsciscimus [f]. §. 1. Et quoniam certum est, lege divi [g] parentis nostri Gratiani cautum (quae amplissimis dignitatibus definitum venerabilis constitutio ordinem dedit [h], ut patriciatus honor et infulae consulares, si copulata sibi unius personae meritis iungantur, eum [i], cui utrumque contigerit, potiorem faciat illo, qui ex his alterius honoris tantum fulgorem consequutus videtur, plenum rationis et aequitatis putavimus, ut, quisquis bis consulatus [k] adipisci meruisset insignia, praeferatur his, qui semel functi sunt hoc [l] honore. Quod si alterius [m] adiectio dignitatis hanc solam superat, quanto magis duplicatae tanti [n] suggestus infulae, et curulium ornamenta geminarum [o] obtentis semel anteferenda sunt fascibus? Storaci, parens carissime atque amantissime [p]. §. 2. Illustris igitur et praecelsa magnificentia tua hac nos generali [q] lege sanxisse cognoscat, quam propositis edictis vulgare debebit, ut, quisquis [r] consulare fastigium secundo [s] conscendere meruerit, illis etiam praeferatur, qui uno anno fastis nomen dederunt, quamvis anteriore tempore consulatum cum patriciatu [t] pariter

---

Tit. XI. 1, Zir. in ind. titt. Am. *Tit. XI.* 2, 3, P. P [a]. et P [b]. in titt. indice *Tit. XLVIII.* 6 *Tit. XIX.* P. P [a]. P [b]. in ipsa ed. *Tit. XLVI.* pro *XLV.* Nov. Th. et Val. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Tit. XLVIII.* Nov. Th. Lugd. Go. *Tit. XLV.* Nov. Th. Rittersh. *Tit. XLVI.*, sec. ord. *Tit. XXX.* Nov. Val. Be. *Tit. XII.* Vid. Nov. Th. tit. IV. et Nov. Val. tit. II, III. et XXXV, not. sup. Commemoratur bis in indice Nov. Valent. Cui. 1. et Aur. subiuncto, sed primo loco *de Honoratis* dicitur, rell. om., quod unde factum sit, cum Novellae ipsae desint, iudicari non posse, Be. recte quidem monet, sed tamen errore Pithoei, qui titulos in usum Cuiacii transscripsit, videtur accidisse. Go. in Prol. h. tit. inter Valentiniani Novellas ponit. Commemoratur a Cui. in Comm. c. 1 Cod. Iust. de Consul. (XII, 3) l. c. p. 424. C. Th. VI, 5 et 6; VII, 3. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1, id e. *un.* Be. add. (*LIV.*), scil. omnium Novv. in Be. ed. De cod. 3 vid. not. *c.*

---

add. *Quare*, sed deest in codd. h. v. Primum add. est a P. in cod. 2. Etsi imperatores solent epilogum cum antecc. copulativa coniungere, tamen sine offensione hic om. potest. 2 *reperta*, corr. a P. h) 1 *dilata fuerant.* 6 *fuerant.* 2, edd. *fuerunt.* i) 6 *meruerant*, bene, nam ante habet *fuerant.* k) Ex cod. 6. Etiam Ri., nisi hic quid desit, em. *obtenta sunt.* 1, 2, edd. *obtentum est.* l) 2 *adversa*, corr. a P. *ad universa.* m) 2 *annona.* 6 *annone.* n) 6 *indictione quam supra.* o) 2, P. — Ri*. *cogatur in quarta parte. Quo*, sed P [b]. *cogatur. In quarta parte quo.* P. in not. P [b]. in m. P. ms. Cui. 2, 2* et Lugd. in m. em. *In qua parte quo quisque*, prob. Ri. et convenienter cum cod. 1, ex quo Be. veram scripturam rest. 6 *In quartam partem quo enim quisque opulentior et honoratior.* Cui. 2, 2*. *honorarior.* Infra 2 *intellegit.* p) 2 *p̄kā.* P. P [a]. Rittersh. P [b]. *P. K. A.* 2 *Inlustras*, corr. a P. q) Codd. *perferret* pro *perferet.* P. in cod. 2 corr. *perferre*, quod in edd. transiit. Certe debebat corr. *perferri.* r) 1 *diu spectati remedii sabritate iuberi. poteri.* 2 *potiori*, corr. a P. 6 *iubebit salubritate potiri.* s) 6 *difficultate remota devotio.* Edd. praeter Go. et Be. *saltim.* t) 6 *XV.* u) 1 om. *Accepta — sup.*, sed sec. Am. etiam *Rau.* 6 om. *Accepta — consulatum.* P. P [a]. Cui. 2, 2*. Lugd. *sup post* (Rittersh. *sub post*), quod Ri. falso interpretatur *supposita* seu *proposita*, nam *sup.* significat *supra. post* pertinet ad v. *consulatum*; annum autem 441 requirit series titulorum. v) 1 *Valent. aug.* (deest *V.*) *et Anatolio VC. Cons.* 2 *anatolio cons.* 6 *Valentiniano Aug. cons.* P. P [a]. P [b]. Rittersh. *Valentiniano A. V. et Anatolio Cons.*; rell. edd. ante Be. *Valentiniano A. V. et Anatolio Coss.*, impr. Br. l. c. p. 863 sq., qui cod. 1 subscriptionem profert et corr. *Anatolii.* Ex Br. illius cod. subscriptionem repetiit Ri., qui recte em. *Valentiniani A. V. et Anatolii.* Ri. secutus est Be., qui ex 1 supplevit *V. C.*

a) 3 *perferatur.* 6 *Quis in gradu cui praeferatur.* b) 2 *stauratio. p̄c*, sed Zir. l. c. p. 349 *Storacio* scribi vult, quia infra idem codex secundum suum et Ruggierii apographum *Storaci* habet. Am. em. *p. u.* 2, 6, P. P [a]. P [b]. Cui. 2, 2*. Rittersh. *Storatio.* Rein. in Chron. const. Cui. 2 cj. *Asporatio.* Cf. Br. l. c. p. 871 sq. et Am. ad Nov. Val. de Postul. p. 60, not. 2. c) In cod. 3 sola vv. *clementiam — sanciamus* supersunt. d) 2 *comulandum consolarium*, corr. a P. Rittersh. *titulorium.* e) 1 *proficet.* 3 *profecit.* f) 2, P. — Ri*. *adscimus.* P. in cod. 2 et Rittersh. em. *adsciscimus*, recte et consentientibus codd. 1, 6. Ri. cj. *adcimus* s. *accimus.* Be. ex cod. 1 *adsciscimus* ed. g) Go. *Divini.* Vid. c. 1 C. Th. de Consulibus (VI, 6). h) 6 *quae venerabili constitutione amplissimis dignitatibus definitum ordinem dedit.* i) 1 *ei.* k) 2 *consolatus*, corr. a P. 6 *ut quisque bis* et om. *adipisci.* P. in not. et P [b]. in m. h. l. abrogari putat c. 1 C. Th. cit. l) 6 om. *hoc.* m) Go. *Quod alterius.* n) 1 *duplicatā tantū.* o) 1 *currulium hornamenta geminarum*, unde Be. recte ed. *curulium orn. geminarum*; nam P. — Ri*. habent *curialium ornamenta gemmarum*, etsi in cod. 2 est *curialium ornamenta geminarum.* P. ms. *curulium* et *geminarum.*

sunt adepti. Ea enim dignitas, quae nomini quoque Augusto quoddam[u] decus videtur acquirere, secundo delata[v] privatis personis, absque superioris praescriptione temporis[x], iure universis honoribus antecellit[y]. *Dat. III. Id. Mart. Roma*[z]. *PP. in foro Traiani*[a], *Maximo II.*[b] *et Paterio*[c] *V. C. Coss.* (443.)

TIT. XII. DE PECUNIA AFRIS CREDITA ET DE FIDEIUSSORIBUS EORUM[a].

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino II. Pf. P.*[b] Si afflictis Afrorum fortunis[c], qui omnes facultates suas per[d] acerbissima supplicia amittere sunt coacti, decet miserationem publicam quocunque potest humanitatis genere vel singulis vel in commune consulere, quanto dignius est infortunia[e] eorum contra molestias improbas creditorum clementiae nostrae remediis sublevari[f]? Quos enim constat pericula famis aliter non posse depellere, nisi ope aliena auxilioque recreentur[g], quam magnae acerbitatis[h] putandum est, hos ipsos, inopes omnium rerum et precario victu egentes, compelli ad iniuriam, restituere ea[i], quae improviso cladis impetu vis maior abstraxit, sibique[k] inter omnium spolia vindicavit[l]? Et certe solet etiam salva re[m] prodesse debitoribus, si quid his calamitatis acciderit. Hic vero, ubi omnium fortunarum diluvium, ubi etiam, quod per ignorantiam dominorum latere potuit, intolerabilis[n] inquisitionum cruciatus extorsit, quisquam dubitare poterit, quin immanitatem[o] superet hostilem, si quis, quod[p] integris et florentibus dederat, nunc ab spoliatis, egentibus[q] et extorribus[r] patria[s], recuperare conetur, nec eos vereatur exigere, quos erubescendum est non iuvare? Albine, parens carissime atque amantissime[t]. §. 1. Ob hoc illustris et praecelsa magnificentia tua pragmatici nostri secuta[u] praeceptum sciat, miseriarum circa Afros intuitu clementiam nostram statuisse, ut nulli nomine chirographorum[v] creditae pecuniae sive fideiussorum usque ad recuperationem rerum suarum quolibet pulsante teneantur[x]; pro quibus neque fideiussores, neque mandatores eorum quolibet genere obligatos inquietari volumus, qui plerumque a creditoribus nomine debitorum conveniri pro arbitrii sui interpretatione consuerunt[y]. Quae forma circa eos debitores servabitur[z], quos cum patria omnia sua amisisse[a] constiterit, hoc est exceptis, qui alibi locupletes atque idonei non debent uti excusatione miserorum. §. 2. De his quoque, quae intra provinciam[b] gesta sunt, in qua liberum modo non est, sub quolibet caussarum vel litium titulo solitum ius a quoquam conventionis[c] exigere, amissis aut relictis ibidem neces-

---

Tit. XII. 1, Zir. in ind. titt. Am. *Tit. XII.* 2, 3, P. P[a]. P[b]. in ind. titt. *Tit. XXII.* Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. Ri*. *Tit. XXII.* N. Th. 6 *Tit. III.* P. P[a]. P[b]. in ipsa ed. *Tit. XXI.* Nov. Th. et Val. Rittersh. *Tit. XXI.* N. Th., sed sec. ord. *Tit. XXVII.* Be. *Tit. XIV.* Vid. tit. II, not. sup. Go. in Prol. cap. VIII. hunc tit. inter Nov. Valent. ponit. Commemoratur in indice Novellarum Theodosii Cui. 1. Aur. adiecto. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1, id e. *un.* Be. add. (*LVI.*), omnium scil. Novellarum in Be. ed. De cod. 3 vid. infr. not. *s.* §. 4.

Idem est in m. Cui. 2, 2*. Lugd., probb. Zir. l. c. p. 118 et Am. et Ri., recte. P. in cod. 2, P. in not. et P[b]. in m. corr. *curulium.* 6 *et gemina curiarum ornamenta obtentis.* Quin cod. 1 habeat *geminarum*, dubitari non potest, quicquid dicit Zir. l. c. p) 2 *p̄k̄ā.* P. — Ri. *P. K. A.* Ri*. *P. R. A.* q) 1 *magnitudo tua hanc nos gerali.* r) 1 *ut quisque.* 2 *consolare*, em. a P., ut infra *consolatum.* s) 1 *secunđ*, id e. *secundum.* Mox 6 om. *etiam.* t) 1 *conpatriciatu.* Go. *cum Patriarchatu.* 6 *sint adepti.* u) 2 *quodam.* P. in m. cod. 2 corr. *quoddam* s. *quodammodo.* v) 1 *secundū delata.* Go. Lugd. *deluta.* Vid. Zir. p. 119. x) Vv. *praescriptione temporis* des. in cod. 2 et in edd. P. — Ri*. Restituit ea Be. ex cod. 1, qui vero *superiores*, quod Am. corr. Iam Zir. l. c. pag. 119 locum ex cod. 1 supplet, id vero falso dicit in cod. esse *superioris.* 6 *praescriptione superioris temporis.* y) 1 *antecellet.* z) Br. l. c. p. 866 scribit in cod. 1 esse *Dat. XIII. Kal. Nov. Rau.*, quae subscr. hac de caussa Ri. placet, quia Valentinianus mensibus Mai. August. et Octob. h. anni Ravennae dicitur constitisse. Sed iam Am. docuit codicem 1 non differre a vulg. scriptura et errorem esse Br., qui Nov. sq. in mente habeat. Vid. ibi. 6 *Maii.* a) Vv. *PP. in foro Traiani* des. in cod. 1. b) P[a]. P[b]. *I.* c) 1 om. *V. C. Coss.* et 6 *V. C.* Vid. subscript. Nov. 1 Th. tit. XXII, not. *k.* Rittersh. *Cons.*

a) 1 *Afr. credita et* et om. *de.* Etiam Zir. Am. om. *de* et 6, Cui. 1. Aur. (in ind. titt.) *Et — Eorum.* 3 *Aficis* pro *Afris.* b) P[a]. P[b]. Rittersh. *Pon.* 6 *Albino preposito et patricio.* c) 6 *personis.* d) 2, P. — Ri*. *super.* 1, 6, Be. *per*, recte. e) 2 *in fortuna*, corr. P. *infortunia.* f) 1 *sublevare.* g) 1 *recehenter*, sed corr. est *recehentur.* h) 2 *acervitatis*, corr. *acerbitatis.* i) 6 *iniuriam et ea restituere.* k) 2, Cui. 2, 2*. Lugd. P[b]. Rittersh. Go. — Ri*. *ubique inter omnium.* P. P[a]. *ubique inter * omnium.* P. in not. P. ms. Cui. 2, 2* et Lugd. in m. Ro. ms. em. *sibique*, prob. Ri., recte; tuentur hanc em. codd. 1, 6, quos Be. secutus est. Non ferenda est em. Ro. l. c. p. 189 *abstraxit et ubique interemtorum.* Pro *inter omnium* etiam Ro. ms. ponit *interemtorum* et P. ms. *hostium* pro *omnium.* l) 2, P. — Ri*. *vindicabit*, sed P. in cod. 2 corr. *vindicavit.* Etiam P. in not. Ro. ms. Ro. l. c. Ri. recte em. *vindicavit.* Confirmant h. em. codd. 1, 6; ex illo Be. ed. *vindicavit.* m) 2 *salvare*, dividitur a P. in *salva re.* Mox 2 *accederit.* n) 1 *poterit intollerabilis.* o) 2 *quin humanitatem*, corr. P. *qui inhumanitatem*; etiam 6, edd. *quin inhumanitatem*; sed 1 *quin inmanitatē*, quod cum multo melius sit quam vulg. scriptura, a me receptum est. p) 1 om. *quod.* q) 1 *spoliantibus*, sed del. est *bus* (spolianti). 6 *spoliatis et egentibus.* r) 2 *extortibus*; sed P. in m. *extorribus.* s) Ita Be. ex cod. 1. 2, 6, P. — Ri*. *patriae.* Iam Ri. tentat *patria.* t) 2 *p̄k̄ā.* P. P[a]. Rittersh. P[b]. *P. K. A.* 1 *post k̄ aa.* Mox 2 *inlustras*, corr. a P. u) 1 *magnitudo tua pr. n. secuti.* Rittersh. om. *secuta.* v) 1 *cyrografforum credete.* 2, P. Cui. 2, 2*. P[a]. P[b]. Ri. Ri*. *cyrograforum.* Go. *chirografo-rum.* Lugd. *chirogaforum.* Rittersh. *Cyrographorum.* x) 2 *teneatur*, corr. *teneantur.* y) 1 *inquietare — convenire — conservent.* P[a]. P[b]. *consueverunt.* Rittersh. *censuerunt.* z) Rittersh. *servabitur debitores.* a) 2 *admisisse*, corr. P. *amisisse.* P. P[a]. *amississe.* b) 2 *provincia*, corr. a P. *provinciam.* c) 1 *titulū solitū*

sariis instructionibus, nemo pulsabitur, nisi forte alia evidenter approbatione [d] doceatur. Quod observari [e] volumus, sicut dictum est, usque ad illud tempus, quo [f] qualibet ratione atque eventu patriae vel propriorum recuperatio optata contigerit. §. 3. Illud etiam pari iustitiae ratione [g] servandum est, ne creditae pecuniae cuiuslibet temporis a personis, quarum supra infortunia [h] expressa sunt, usurae penitus postulentur, cum abundare [i] debeat creditoribus, si postremum integrationem [k] ad sortem potuerint [l] pervenire. §. 4. Quae ut [m] inviolata serventur, mulcta [n] decem librarum auri dispendio ferietur, quisquis contra statuta numinis [o] nostri, quae circa Afros moti aerumnis [p] protulimus, venire tentaverit. Quam rem et [r] his ipsis rationabilem videri posse credimus, qui [s] aequitatis tramitem, stimulis cupiditatis animum depravantibus, vel nolunt tenere vel nesciunt. *Dat. XIV.* [t] *Kal. Nov. Ravenna* [u], *Maximo II. et Paterio V. C.* [v] *Coss.* (443.)

TIT. XIII. DE FRUCTIBUS INTER MARITUM ET UXOREM EXPENSIS FILIIS VEL HEREDIBUS MINIME IMPUTANDIS [a].

1. *Impp.* [b] *Theodosius et Valentinianus AA. Albino II.* [c] *Pf. P.* Auctoritatis suae memorem amplissimum senatum gratanter agnovimus *), cuius consilium improbis rebus semper occurrit. Hinc est, quod nuper illustribus ac sublimibus viris, quos evocari [d] ad sacratissimum comitatum utilitas publicae necessitatis [e] exegit, nobis suggerenda [f] mandavit, ne abhorrenda usurpatio [g] ab omni honesta [h] conversatione vires diutius obtineret. §. 1. Comperimus enim, quasdam [i] post maritorum [k] obitum filios suos proposita [l] indecora actione [m] nudasse, cum ab his patrimonii sui fructus quaererent, quos utique stante matrimonio in illa aequalitate vivendi in commune consumptos convenit aestimari, quorumque ratiocinium perplexum atque confusum ad veritatis fidem

---

Tit. XIII. Tituli sq. Novellarum ann. 444 et 445 datarum non recto ordine in cod. 1 positi sunt. Ordo enim is est: 1) de Tributis fisc. (XI. Kal. Iul. 445) *Tit. XIII.*; 2) de Fructibus (III. Id. Sept. 444) *Tit. XIV.*; 3) de Episcoporum ordin. (VIII. Id. Iun. 445) *Tit. XV.*; 4) de Manichaeis (XIII. Kal. Iul. 445) *Tit. XVI.*; 5) de Homicidiis (VI. Id. Dec. 445) *Tit. XVII.*; 6) de Corporatis (XVIII. Kal. Mai. 445) *Tit. XVIII.* Ex subscriptionibus, quas addidi, apparet, primo loco ponendum esse titulum de Fructibus, secundo titulum de Corporatis, qui in cod. 1 ultimus est anni 445; tertio titulum de Episcoporum ordinatione, quarto titulum de Manichaeis, quinto titulum de Tributis, sexto titulum de Homicidiis. Beckius verum ordinem recte restituit. Eum secutus sum, modo quod ante titulum de Corporatis posui titulum de Pretio solidi, qui ap. Be. tertius Novellarum Valentiniani est. Vid. tit. sq., not. sup. et not. *n.* 1, Zir. in ind. titt. Am. *Tit. XIV.* 2—5, 8—13, 15, 17—38, 40—42, Aeg. Sich. Cui. 1. Aur. Cui. 2, 2*. Lugd. Rittersh. Go. Ri. Ri*. *Tit. I.* et add. in m. cod. 2 a P.: *Incipit Liber Legum Valentiniani augusti impressus.* Nov. 1 Valent. *edita.* 6 *Tit. XXI.*, antecedunt enim XX tituli, quos Visigothi non receperant, iam sequuntur in codice tituli in Br. Al. recepti. Be. *Tit. XV.* De codd. 7, 14, 16 vid. tit. XVI. Nov. Th., not. sup. et §. 14 Nov. 2 Th. tit. XXII, not. *v.* In edd. P. P [a]. P [b]. commemoratur in indice, neque vero editus est, quia iam ex Breviario innotuerat. Ob eandem caussam reliqui tituli Breviarii omissi sunt. Vid. tit. II. et tit. sq., not. sup. C. Th. VIII, 18, 19. Nov. Sev. I. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1, id est *un.* Be. add. (*LVII.*), sc. omnium Novv. in Be. ed. Integra cum interpr. est in codd. 2, 11—13, 15, 17—23; omnia desunt in cod. 40, sed addita est interpr. tit. XIX. (Br. Al. tit. III.) de Homicidiis, qui ipse om.; omnia praeter interpr. des. in codd. 3, 41, 42; inscr. et textus in codd. 4, 5, 24, 30; textus et subscr. in codd. 25, 26, 35; solus textus in codd. 8—10, 27—29, 31—34, 36—38.

---

ius conventionis a quoquam. d) 1 *nisi forte alique videntur adprobatione.* 6 *evidenti — doceantur.* e) 1 *observare.* f) Rittersh. *pro.* g) 6 *iustitia et ratione.* h) 2 *in fortuna*, corr. a P. *infortunia.* 6 *sunt expressa.* Vid. init. h. Nov., not. e. i) 1 *abulare.* k) 1 *si postremum integratione.* 2, Cui. 2, 2*. Lugd. P [b]. Rittersh. Go. Ri. Ri*. Be. *si postremum integrationem*, sed corr. a P. in m. cod. 2 *post demū redintegrationem.* P. P [a]. *si * postremum integrationem.* 6 *si post rerum integrationem.* Idem vult Be. in not. P. ms. P. in not. P [b]. in m. em. *si post rerum integrationem* vel *si post demum redintegrationem*, nisi quod P. ms. praeterea *post redintegrationem* prop. pariter atque Cui. 2, 2*. Lugd. in m. Scrib. *si post rerum integrationem.* l) 2 *potuerit*, corr. a P. *potuerint.* m) 1 *quā ut.* n) 6 *multe.* 1 *multa. X. libras.* o) Codd. *numinis.* P. in cod. 2 corr. *nominis*, quod transiit in edd. Equidem restitui *numinis.* p) 1 *afros muti erūnis.* r) 1 om. *et.* s) 1 *credimus quia equitatis* pro *qui aequitatis.* 2, Cui. 2, 2*. Lugd. P [b]. Go. — Be. *credimus aequitatis* et P. P [a]. *credimus * aequitatis.* 3 *credidimus qui aequitatis.* 6 *credimus qui aequitatis.* Rittersh. *credimus, adde qui aequitatis*, errore typographi, qui notam Rittersh. inter ipsa contextus verba inculcavit. P. in m. cod. 2, P. ms. P. in not. post *credimus* add. *nisi*, sed rectius Rittersh. Ri. et Be. in not. *qui*; omnes enim codd. praeter 2 habent *qui.* In cod. 3 nihil receptum est, praeter vv. *quam rem — aequitatis.* t) 1 *XIII.* Vid. Nov. anteced., not. z. u) 2, P.—Ri*. om. *Rav.* Be. ex cod. 1 recte add. *Rav.*, quod urbis nomen iam Br. l. c. p. 865 et proinde Ri. in cod. 1 esse nuntiaverant. Congruit praeterea cod. 6 cum cod. 1. v) Go. om. *C.* Cf. subscriptio Nov. 1 Th. tit. XXII, not. *k.* 1 om. *V. C. Coss.*

a) 6 om. *Expensis — imputandis*; alii *vel — imputandis.* Scribitur etiam *et* pro *vel.* 1 *heredibus n̄ inputaneis*, id est *heredibus non imputandis*, ut Zir. Nonn. codd. habent *De fructibus inter virum et aut filiis vel nepotibus minime.* 25 *a filiis.* 22 *maritum uxoremque.* b) 13, 15, 21, 23 *DD. NN. Impp.* c) 15, 21 *ad Ablavium praepositum.* Br. l. c. p. 868 negat stare posse inscriptionem huius Nov.; datam enim eam Albino consule, ut eodem tempore praefectus praetorio esse nequiverit. At Am. et Ri. refutant Br. dubitationem. Plerique codd. *ad Albinum* et om., ut Sich.—Ri*. *II.* Be. add. *II.* ex 1. 6 *praeposito.* Multi codd. *Theud.* et *pfū*, improb. Ri. *) Rittersh. *cognovimus.* d) 21 *probis — hic est — vocari.* 19, 22 *hic est quod.* e) 6 *necessitatis publicae.* 2, 11—13, 18—21 *exigit*; corr. a P. in cod. 2 *exegit.* f) 1, 19 *suggerendā.* g) Sich. in m. deesse dicit v., quale sit *aliena*; recte Ri. vulg. script. tuetur. h) 1, 2, 11—13, 15, 18—22 *ab omni honesta conversatione.* 13 *ab homine hon.* et 20 *vires huius.* Rell. codd. Sich. — Be. *ab omni conversatione honesta.* Aur. Rittersh. *obtinere.* i) 11, 12, 18, 19, 22, 23, Sich. *quosdam*, impr. Ri. k) 1 *post uxorem obitum.* 2 *obitu.* l) 15, 21 om. *proposita.* m) 22 *inde oratione*; alii *indecorā*

discuti posse non credimus. Cumque [n] illud frequentius noverimus accidere [o], ut maiores expensas flagitet matronalis ornatus, et cum nunquam [p] viri post uxorum obitum huiusmodi aliquid credant communibus filiis opponendum [q], durum est, muliebri tantum licentiae [r] ista permitti. §. 2. Ideoque [s] Albine, parens carissime atque amantissime [t], illustris ac praecelsa magnitudo [u] tua hac edictali sciat [v] nos lege sanxisse, ne de coniugii copula eorum alter superstes [x] defuncti heredes super hac repetitione redituum aestimet lite pulsandos. Hac enim conditione et uxores teneri [y] volumus, et maritos. Sive enim intercesserit dos, seu oblata non fuerit, omne iurgium huiusce repetitionis et ratiocinii conticescat [z]. §. 3. Hanc autem legem utilitati et concordiae humani generis profuturam edictis per provincias [a] propositis amplitudo tua in omnium notitiam faciet pervenire [b]. *Dat. III.* [c] *Id. Sept.* [d] *Ravenna, D. N.* [e] *Theodosio A. XVIII.* [f] *et Albino V. C.* [g] *Coss.* (444.)

INTERPRETATIO. *Si vir uxore superstite moriatur, fructus, quos stante* [h] *coniugio constat expensos, nullam postea a communibus filiis seu ab heredibus mater repetendi* [i] *habeat facultatem. Quod* [k] *et si uxor vivo marito decesserit, maritum praecipit* [l] *eadem lege constringi, ut et* [m] *ipse a filiis vel heredibus* [n] *uxoris de ipsis fructibus, qui in commune expensi sunt, penitus nihil requirat* [o].

TIT. XIV. DE PRETIO SOLIDI, ET NE QUIS SOLIDUM INTEGRUM RECUSET [a].

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Edictum ad populum urbis Romae.* Frequens ad nos, Quirites [b], temerarii [c] ausus querela pervenit, ut in parentum nostrorum contumeliam insigniti solidi eorum nominibus ab omni emptore recusentur: quod diu impunitum esse non patimur. Hoc ergo edicto agnoscat [d] universitas, capitale manere supplicium, si quisquam vel domini patris mei Theodosii, vel sacrarum necessitudinum nostrarum, vel superiorum principum solidum [e] aureum integri ponderis refutandum esse crediderit, vel pretio minori taxaverit. Vir autem illuster [f] praefectus urbis eiusque officium decem librarum [g] auri dispendio subiacebit, si quemquam contra hoc statutum venisse fuerit approbatum. §. 1. Quo praecepto etiam illud in perpetuum [h] volumus contineri, ne unquam intra septem millia nummorum solidus distrahatur [i], emptus a collecta-

Tit. XIV. Vid. not. *n.* Deest in cod. 1, Zir. Am., neque lacunae signum in cod. 1 perspicitur (vid. Zir. l. c. p. XXVII, not. *i* et Am. p. 104, not. *X.*), cum etiam in indice titulus desit, quae res probat, Novellarum Valentiniani librum ms., ex quo codices Pithoei et Seldeni, Fuldensis et Phillippicus 1735 descendant, ab eo, quem Ottoboniani s. 1 codicis librarius descripsit, diversum fuisse. Vid. infr. tit. de Praediis pist. et tit. III, not. sup. 6 *Tit. V.* 2, 3, P. P [a]. P [b]. in ind. titt. *Tit. XXV.* Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. Ri*. *Tit. XXV.* Nov. Th., sed Go. in Prol. h. t. Valentinianis assignat. P. P [a]. P [b]., ubi tit. ipse editus est, *Tit. XXIII.* Nov. Th. et Val. Rittersh. *Tit. XXIII.* Nov. Th., sed sec. ord. *Tit. XXIX.* Be. *Tit. III.* In brevem summam contractus est in cod. Phillipp. 1735 post subscriptionem Breviarii Alarici, add. numero *XXII* (*hr̄ XXII.*). Commemoratur in Cui. 1. Aur. in ind. Novellis Th. adiecto et a Cuiacio in Comm. c. 2 Cod. Iust. de Suariis (XI, 16) l. c. p. 355. C. Th. IX, 22. — N. 1. Codd. edd. *N. un.* Be. add. (*XL.*), i. e. omnium Novellarum in ed. Be. De cod. 3 vid. not. *e.*

act. Mox Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. *ab hiis*, Go. *ab iis* et nonn. codd. *suis — quaeret* (aut *quaereret*) *utique in tanta matrimonii nulla — consumptus — ratiocinio.* n) 11, 17, 19, 22, 23, R. Sich. add. *in.* 2 *Cum illud.* o) 2, 11 — 13, 19, 20, 22, 23 *accedere.* Mox 13 *matrimonialis.* p) Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. et 6, 11, 12, 17, 19, 22, 23 *nonnumquam*, impr. Ri. 19, 22 *viros.* 11 *post uxorem*, ut 1, sed Am. corr. 21 *obitum uxorum.* q) 11, 18, 19, 20, 22 *opprimendum.* Supra 17 *reddant* pro *credant.* r) 2, 11, 12, 19, 20 *licentia.* 15, 21 *licentiam.* 22 *mulieri tantum licentiam permitti.* Nonn. codd. *permittere.* s) 1, 15, 21, R. *Ideoque*; rell. *Et ideo.* t) 2 *p̄ k̄ ā inlustras.* 15 *p̄ k̄ auguste.* 22 *p k aug aug.* Sich. *Praefecte charissime Augustorum.* Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. om. *atque amantissime.* Mox nonn. codd., etiam 1, *et* pro *ac.* u) 1, 15, 17, 19, 21 *magnitudo.* 6, 11, 12, 18, 23 *p̄ m̄ tua*, i. e. *praec. magnitudo tua.* 17 *praeeminens m. t.* 20 *praemissa m. t.* 22 *ils et magnificenā ūc̄t haec.* Sich. *ac magnifica autoritas tua.* Rell. edd. *praecelsa auctoritas tua.* v) 1 *hanc edicta lisceat.* 2 *editali.* x) Nonn. codd. *coniungit* et Aur. *coniungii.* 22 *ne coniugii culpa eorum.* Multi codd. *superstis* s. *superstitis* et *heres.* 6 om. *eorum* post *copula.* y) 1 *estimet et lite pulsandus — tenere.* 22 *Hanc enim conditionem.* 2 *ut uxores.* z) Nonn. codd. *huiusmodi* s. *huiuscemodi* et *conticiscat.* 22 *rep.* (om. *et*) *rat. conticisscat.* 1 *fuerit omniū iurgiū — repetionis et raciocinii.* a) Sich. — Ri*. *provinciam*, ut 23. b) Nonn. codd. *faciat.* c) 2, 8, 32, 33 *IV.* 36 *VI.* Epit. Mon. *VII.* L. R. U. ap. Canc. *VIII.*, sed codd. S. Gall. et Piper. *IIII.* d) 32, 33 *Febr.* e) 13 om. *Rav. — Coss.*; alii codd. (etiam 1) om. *D. N.* aut *N.*, ut edd. f) Plerique codd. Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *XVII.*, impr. Ri. 4, 20, 22 *XVI.* 1 *VIII.*, improb. Am. Vid. etiam Br. l. c. p. 867. g) Plerique codd. om. *V. C.* (8 *vk̄*) et supra nonn. *A.* h) Fere omnes codd. *stante*; edd. *constante.* In ipsa lege *stante matrimonio.* Supra nonn. codd. *uxorem.* i) Nonn. codd. *repetendi mater.* k) 22 om. *Quod.* l) Aliquot codd. *praecipiat* s. *praecepit* et *marito.* m) Nonn. codd. om. *et.* n) 15, 21 *filiis vel ab heredibus.* o) 11, 12, alii codd. *quaerat.* Nonn. *nihil penitus.* 23 *nil.*

a) 6, Cui. 1. et Aur. in ind. titt. om. *Et — Recuset.* Cod. Phill. *De pretio solidi et reprobati. Ymp̄ theod* et *Valentinian' aa ad Pr̄ In Libro Novellarum hr̄ XXII.* b) 2 *Quiritis*, corr. a P. c) P. *temerarj.* P [a]. Go. *temerarij.* Cui. 2, 2*. Lugd. *temerari.* Ri. Ri*. *temerarI*; rell. edd. *temerarii*, convenienter cum codd. 2, 6, quare non opus est Ri. interpretatione, qui de siglo *temerarI* loquitur. d) 6 *contumeliam solidi eorum nominibus insigniti ab omni — cognoscat.* e) In cod. 3 supersunt sola vv. *Si quis solidum — taxaverit — X lib. auri dispendio subiacebit.* Similiter cod. Phillipp. *Si quis solidum aureum integri ponderis et certe monaetae ausus fuerit reprobare X l̄b̄ auri dispendio subiacebit, quo p̄cepto etiam illud volumus continere — milia numerū — collectariis. VII. CC. aequalitas — custodiet.* f) 6 *pretio minore — illustris.* Defendi potest *illuster.* Vid. Gest. in Sen. de recip. C. Th. (edit. meae pag. 82), not. *h.* g) 2 *libras*; corr. P. *librarum.* 6 siglum habet. Vid. not. *e.* h) 6 *perpetuo.* i) Cf. Go. in C. Th. T. IV, p. 579,

rio[k] septem millibus[l] ducentis. Aequabilitas enim pretii et commodum venditoris et omnium rerum venalium statuta custodiet. §. 2. De ponderibus quoque ut fraus penitus amputetur, a nobis aguntur[m] exagia, quae sub interminatione superius comprehensa sine fraude debeant custodiri. *Et manu*) divina: Proponatur amantissimo nostri populo Romano: et ad latus: Dat. XV. Kal. Febr. Romae, Valentiniano A. VI.*[n] *Cos.* (445.)

TIT. XV. DE CORPORATIS URBIS ROMAE, QUI[a] AD MILITIAM VEL AD CLERICATUM TRANSIERUNT[b], REVOCANDIS.

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Auxentio Pf. U. II.*[c] Quaecunque utilitatem sacratissimae urbis respiciunt, oportet clementiam nostram salubriter ordinare[d]. Providam[e] itaque amplitudinis tuae et geminis fascibus[f] comprobatam suggestionem[g] secuti, Auxenti, parens carissime atque amantissime[h], illustris magnificentia[i] tua pragmatici nostri tenore comperto sciat, corporatum[k] urbis Romae, qui non expleto ordine coepti officii, priusquam ad primum inter suos[l] locum emeritus pervenerit[m], ad militiae cuiuslibet cingulum se crediderit transferendum, corpori[n], cui nomen suum ante dicaverat, oportere revocari; sive etiam[o] in clericorum numero reperitur, usque ad diaconis[p] locum similis praecepti conditio[q] teneatur, quatenus necessitatibus urbis venerabilis hoc salubri constituto restitutis ministeriis consulatur[r]. *Dat. XVIII.*[s] *Kal. Mai. Romae, Valentiniano A.*[t] *VI. et Nomo*[u] *V. C. Coss.*[v] (445.)

TIT. XVI. DE EPISCOPORUM ORDINATIONE.

1. *Impp. Theodosius*[a] *et Valentinianus AA. Aetio*[b], *viro illustri Comiti et Magistro utriusque militiae et*

Tit. XV. 1, Zir. in ind. titt. Am. *Tit. XVIII.* 2, 3, P. P[a]. P[b]. in ind. titt. *Tit. XXVI.* Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. Ri*. *Tit. XXVI.* N. Th. 6 *Tit. VI.* P. P[a]. P[b]. in ipsa ed. *Tit. XXIV.* Nov. Th. et Val. Rittersh. *Tit. XXIV.* N. Th., sed sec. ord. *Tit. XXX.* Commemoratur in indice Nov. Th. in Cui. 1. Aur. adiecto. Ponitur a Go. in Prol. cap. VIII. inter Nov. Valent. Vid. tit. II, XIII, XIV, not. sup. C. Th. XII, 1 et XIV, 2. Nov. Severi tit. II. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1, id e. *un.* Be. add. (*LVIII.*), s. omnium Novell. in Be. ed. De cod. 3 vid. not. *o.*

Tit. XVI. 1, Zir. in ind. titt. Am. *Tit. XV.* 2, 3, 5, P. P[a]. P[b]. in ind. titt. *Tit. XXIV.* Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Lab. Ri. Ri*. *Tit. XXIV.* N. Th. In ind. titt. P. P[a]. P[b]. add.: „*quae edita est XIIII. inter Nov. Th.*“, quare ipsa Novella in P. edd. om. est. 4 *XVIIII* (err. pro *XXIV.*, ut in cod. 5). 6 *Tit. IV.* Cui. 1. Aur. Rittersh. *Tit. XIV.* N. Th. Be. *Tit. XVII.* Vid. supr. tit. XIII, XIV, not. sup. A Go. in Proleg. cap. VIII. ponitur inter Nov. Val. C. Th. XVI, 2. Invenitur hic titulus in libris iuris ecclesiastici et manu scriptis (veluti Oxon. Coll. Oriel. T.V, p. 203 (ed. Ri.).

k) Cf. Go. l. c. T. III, 203 sq., T. IV, 600. l) 6 om. *millibus.* Infra Go. *venialium.* m) 2 *agentur.* 6 *venalia st. — fraus penitus omnis auferatur a nobis dabuntur exacta.* Mendose Rittersh. *axagia.* In Cui. Comment. l. c. proferuntur vv. *De ponderibus — custodiri.* Cf. Go. l. c. T. IV, 91 et 584. *) Go. *Ex manu.* n) Codex Phill. *Valentiniano ag VI. Conss.* Tribuitur igitur Nov. anno 445. 2, 6, edd. *V. A.* (440). In codd. 2, 3, 6 collocatus est tit. inter titulum de Episc. ord. et tit. de Corporatis, qui anni 445 sunt, omittitur autem inter quinque illos Novellarum titulos, qui anni 440 sunt et ibi eodem atque in codice 1 ordine commemorantur (tit. III — VII. Novv. Valent.), nisi quod in cod. 6 Nov. de Praediis pist. anni 451 post Nov. de Successione curialium interposita est, errore librarii, qui titulorum ordinem in codd. 2, 3 observatum suo consilio et arbitrio mutavit. Accedit quod data est haec Novella *Romae*, ubi Valentinianus anno 445 quidem constitit, neque vero anno 440. Vid. supra tit. IX, not. *x.* Quibus ex caussis cod. Phill. secutus titulum revocavi ad ann. 445, posui autem ante titulum de Corporatis et de Episcop. ordin., quia in codd. 2, 3, 6 series titulorum, si menses spectantur, turbata est, quod non semel in illis factum esse recordor. Nomi consulis nomen fortasse ideo omissum est in subscriptione, quia nondum innotuerat Romae. Ceterum Go. *Valentiano* et Rittersh. *Coss.*

a) 3 *Romanae et qui.* In ind. Cui. 1. Aur. om. *Romae — Revocandis* et in cod. 6 *Qui — Revocandis.* P. P[a]. P[b]. in ind. titt. *vel clericatum.* b) 2, P. — Ri*. *transeunt.* 3 *transeant.* 1, Am. Be. *transierunt.* Zir. *transierint.* c) 1 *ad Auxentio pu.* 2, P. P[a]. Rittersh. P[b]. *II. Pf. urbis.* 6 *Id. aa a preposito.* P. in not. P[b]. in m.: „*sed et in antiqua epigraphe Auxentius.* II. P. V. *inscribitur.*“ d) 2 *ordinari*, corr. a P. *ordinare.* e) 2, P. — Ri*. *providentiam.* 6 *clem. sal. nostr. ord. Providentiam.* f) P. in not. P[b]. in m.: „Sic nos cum in vet. esset faricib.“ g) 2 *suggessionem*, corr. a P. 6 *secuti sumus.* Nisi h. l. nonnulla exciderunt, negligentiae arguendus est scriptor legis, quippe qui non recordatus est eorum, quae antecedunt. *secuti* est nominativus, quem dicunt absolutus. Vid. Nov. Val. tit. III, §. 1 *servaturus.* h) 2 *p k a inlustras*, em. a P. *inlustris.* 1 *post k aa inl.* P. P[a]. *P. K. A.* Ill.* Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *P. K. AA. Inlustris.* Rittersh. P[b]. *P. K. A. Inl.* Lugd. Go. *F. K. AA. Inl.* i) 1 *Inluster* (em. ab Am. *Inlustris*) *magnitudo tua.* k) 1, 2 *corporatus*, em. a P. in cod. 2 *corporatum*, quod transiit in edd. et in cod. 6 est. Mox Rittersh. *caepti — oprtere.* l) 1 *ad primum inter uos locum.* 2 *ad primum iter favos locum*, corr. a P. *inter.* 6 *primum* (om. *inter suos*) *locum.* P. P[a]. *ad primum * iter favos locum.* Rittersh. P[b]. *ad primum iter favos locum.* Cui. 2, 2*. Lugd. Go. Ri. *ad primum iter favos ad locum* et Ri*. *ad primum inter favos ad locum*, improb. Be. P. in m. cod. 2, P. ms. P. in not. et P[b]. in m. Cui. 2, 2* et Lugd. in m. em. *inter suos*, prob. Ri. et Am. Eos secutus Be. rep. *ad primum inter suos locum.* m) 1 *perveniret.* n) 2, P. — Ri*. *credidit — corporibus.* o) In cod. 3 sola vv. *Si quis locum clericorum — teneatur* supersunt. p) 1 *subdiaconis.* 6 *diaconi.* q) 6 *praeceptionis conditione.* r) 2 *consolatur*, corr. a P. *consulatur.* s) 1 *VIII.* t) 1 om. *A.* u) 1 *Nomo.* Rein. in Chron. Cui. 2, 2* legi vult *Nonio.* Rel. in Fastis *Nonio.* 2, 6, edd. *Numo.* Br. l. c. p. 868 sq. mavult *Nomo* ex cod. 1, recte; vid. N. Th. tit. XXIV, XXV, ubi *Nomus* mag. off. ann. 443 commemoratur. Zir. l. c. pag. 257. v) 1 om. *Coss.* et 2 *V. C. Coss.*, sed rep. a P. in cod. 2.

a) 2, 4, 5 *Theud.* In cod. 1 inscr. tota deest. b) 2, 6 *Etio.* 4, Cui. 1. Aur. Rittersh. *Accio.* Cui. 2, 2*.

Patricio [c]. Certum est, et [d] nobis et imperio nostro [e] unicum esse praesidium [f] in supernae divinitatis favore, ad quem [g] promerendum praecipue Christiana [h] fides et veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur sedis [i] apostolicae primatum [k] sancti Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronae, et Romanae [l] dignitas civitatis, sacrae etiam synodi firmarit auctoritas [m], ne quid praeter auctoritatem [n] sedis istius illicita [o] praesumptio attentare nitatur: tunc enim demum [p] ecclesiarum pax ubique servabitur, si rectorem suum agnoscat universitas. §. 1. Haec cum hactenus [q] inviolabiliter fuerint custodita, Hilarius Arelatensis [r], sicut venerabilis viri Leonis, Romani papae, fideli relatione comperimus, contumaci ausu illicita quaedam [s] praesumenda [t] tentavit, et ideo transalpinas ecclesias abominabilis tumultus [u] invasit, quod recens maxime testatur exemplum. Hilarius enim, qui episcopus [v] Arelatensis vocatur ecclesiae, Romanae urbis inconsulto pontifice, iudicia sive ordinationes [x] episcoporum sola temeritate usurpans [y] invasit. Nam alios incompetenter removit [z], indecenter alios invitis et repugnantibus civibus [a] ordinavit. Qui quidem [b], quoniam non facile ab his, qui [c] non elegerant, recipiebantur, manum sibi contrahebat [d] armatam, et [e] claustra murorum in hostilem morem vel obsidione [f] cingebat, vel aggressione reserabat, et ad sedem quietis pacem praedicaturos [g] per bella ducebat. §. 2. His [h]

insinuatio benevolentiae titulo[f] praestando gloriam cumulat insinuationis effectu. §. 1. Censeo igitur, ut iuxta suggestionem[g] culminis tui honoratis Afris[h] et possessoribus hostili vastatione nudatis isto remedio consulatur, ut, quod fortunae impressio sustulit, id, quantum potest, largitas augusta compenset[i]. Dulce est, remedia fessis optata largiri, et licet habeat inexhaustum dolorem atque aeterna[k] suspiria propriarum[l] amissio facultatum, tamen, quae in tam tristi fuerint sorte[m] collata, amissa solantur[n]. §. 2. Igitur intra Numidiam provinciam ex desertis locis, de quibus, sicut[o] celsitudinis tuae suggestio[p] loquitur, nihil emolumenti accedit[q], honoratis et possessoribus, quos praediximus, XIII millia fere[r] centuriarum sub quinque annorum vacatione[s] concedimus: duo millia praeterea solidorum*), qui ex titulo vicenarum[t] siliquarum, quae per singulas centurias[u] exiguntur, et superesse et fisco perire[v] dicuntur, exacta per officium magnitudinis tuae ad arcam praetoriam deferri praecipio, ut hostili vastitate nudatis atque depulsis[x] ad eandem summam, quemadmodum iuxta[y] merita personarum per ordinem annis singulis dividi debeat[z], pro tua moderatione decernas. §. 3. Et in Sitifensi et in Caesariensi provincia (Mauritania et Numidia) praedia iuris emphyteutici et domus[a] divinae, quae ab accolis[b] post Vandalicam vastationem fuerant[c] competita, et a diversis hodie possidentur, auferri ab iisdem[d] censeo, et sub eo pensitationis[e] modo, quo nunc tenentur, subsignatione cessante[f] honoratis proconsularis[g] provinciae ac Byzacenae[h] potius collocari, quos a barbaris sublatis patrimoniis etiam de sedibus propriis constat expulsos. §. 4. De pistoriis autem praediis statuo[i], quoniam his, quos barbaries afflixerat, et ob alimoniam[k] ante fuerant lege concessa, ut[l] ad eos tantum debeant pervenire, quos ab hostibus certum est facultates captivitatis infortunio perdidisse[m], iisdem[n] pulsis, quos

---

f) 6 *benevolentia titulum* et mox *effectu* pro *affectum*, quod rell. habent. Optime legitur *effectu*. Ri. em. *praestandi*, quod minus placet. Interpungitur autem apud Ri. Ri*. ita: *insinuatio, benevolentiae titulo praestando gloriam, cumulat.* P. — P[b]. *gloriam, cumulat.* 2 *comulat*, em. a P. g) 2 *iusta suggessionem*, em. a P. h) 2 *Affris*. i) 2 *quod fortunae in precio sustulit ad quantum — augusta competens et dulce*, sed corr. a P. *quod fortunae impressio sustulit id quantum — compenset. Dulce.* 6 *quod fortunae pretio sustulit ad quantum potest largitas angustet. Competens et dulce.* P. in not. et P[b]. in m. notat, in vet. cod. (nimirum ex quo 2 descriptus est) esse *in pretio s. ad q.* et *competens et.*. P. P[a]. Rittersh. Go. P[b]. *quod fortunae impressio sustulit ad quantum potest largitas Augusta compenset. Dulce.* Rell. edd. *quod fortunae impressio sustulit, id, quantum potest, largitas Augusta compenset. Dulce.* Vulg. scriptura solis Pithoei et Cuiacii cj. nititur. Sec. codd. legendum esset *fortunae in pretio s. ad quantum p. largitas angustet. Competens et dulce.* Uterque quidem codex habet *pretio*, sed solus 2 *in*, quare suspecta est scriptura *in pretio*, qua praestat *impressio*. *Ad quantum* et cod. 2 et 6 habet, aperto errore pro *id*; neque enim *ad quantum potest* dicitur, sed *in q. p.*; v. *angustet* solus 6 habet, et *competens et*, quod in utroque cod. est, mendose scriptum est pro *compenset*. Accedit quod *angustet* bonam sententiam non offerat et recepta scriptura *competens et dulce* diminuatur gravitas v. *dulce*, quod primum sequentis loci est. Requievi igitur in vulg. scriptura. Ceterum supra 2 *consolatur*, em. P. *consulatur*. k) 6 *et aeterna*. l) 2 *propria*, em. P. *propriarū*. m) 2, Cui. 2, 2*. Lugd. Go. *forte*, sed P. in cod. 2 em. *sorte*. n) 2 *solvantur*; P. em. *solantur*. Mox Rittersh. *disertis*. o) Ro. ms. Ro. l. c. p. 190 em. *fiscus ut* pro *sicut*. Vid. not. *q* seq. p) 2 *suggessio*, em. a P. q) 2 *emolumentis agnoscet*, sed P. em. *emolumentis fiscus agnoscit*. Edd. *emolumenti agnoscet*, et em. P. in not. P[b]. in m. P. ms. *emol. fiscus agnoscit*, impr. Ro. l. c.; vid. not. *o*. Be. vult *agnoscit*. 6 *emolumenti accedit*, quod probum est. r) 2 *milia ferte*. Rittersh. P[b]. *millia ferte*; P. P[a]. *millia* * *ferte*; rell. edd. *millia ferre*. Cui. (vid. P. in not. et P[b]. in m.) P. in cod. 2, P. ms. Cui. 2, 2* in m. em. *terrae* pro *ferre* s. *ferte*, prob. Ri., sed in m. Lugd. *terra*. Ro. ms. Ro. l. c. p. 190, Be. (cui tamen abundare videtur haec vox) malunt *fere*, quod 6 habet, equidem vero restitui. s) 2 *vagatione*, corr. a P. *) P[a]. P[b]. *solidum*. t) 2, P. — Ri*. *vicinarum*. Cuiacius (vid. P. in not. et P[b]. in m.), P. in cod. 2, P. ms. em. *vicenarum*. Idem est in m. Cui. 2, 2*. Lugd., prob. Ri. Etiam 6 habet *vicenarum*. Recte Be. rest. *vicenarum*. u) 2 *centorias*, corr. a P. v) 2, edd. *et superesse fisco perire dicuntur*, sed P. P[a]. *superesse fisco* * *perire dicuntur*. P. in m. cod. 2 *per se* et ponit *te* supra *se*. Cui. (vid. P. in not. et P[b]. in m.) P. ms. Cui. 2, 2* in m. et Lugd. in m. em. *superesse fisco per se dicuntur*, impr. Ro. l. c., qui *superesse fisco pro parte dicuntur* prop. 6 om. *superesse*, qua voce deleta librarius locum emendare studuit, sed debebat etiam delere *et*. Cum vero deletis his vv., unde librarius cod. 2 prompserit v. *superesse*, ignoretur, consultius est servare hoc v. et addere *et*, quod propter compendium v. *esse* facile a librario post *esse* poterat omitti. *Superesse* autem h. l. significationem habet v. *residere*. x) Vv. *praetoriam — depulsis*, quae desunt in cod. 2 et in edd., restitui ex cod. 6. y) 2, 6 *iusta*; P. in cod. 2 corr. *iuxta*. z) Recte 2, 6 *debeat*, scil. summa. P. in cod. 2 corr. *debeant*, quod transiit in edd. a) 2 *emfyteutici et domos*, corr. a P. *domus*. P. P[a]. P[b]. *emfitheutici*. Cui. 2, 2* *emphtheutici*. Lugd. Go. *emphitheutici*. Rittersh. *Emphiteutici*. b) 2 *quia a vaculis*, sed P. em. *quae a vagulis*. Edd. ante Be. *quae a Vaculis*. Ri. quoque cj. *vagulis*, scil. Afris, qui per Wandalos bonis exuti et ad ultimas miserias redacti essent. Be. rep. *a vagulis*, etsi Ri. se nescire fatetur, quomodo emendandus aut intelligendus sit locus. Iam vero omnem dubitationem tollit 6, in quo *ab accolis* scriptum est. c) 6 *fuerint*. d) 2 *aufferri ab hisdem*. Edd. ante Be., praeter Go., *hisdem*. e) 2, edd. *insitationis*. P. in cod. 2, Dirksen in Manual. malunt *insitionis*. Be. v. *insitationis* nusquam reperiri affirmat et cj. *insinuationis*. Praeterea P. in m. cod. 2 notat: „*insitatio emphyteusis*“ et P. in notis et P[b]. in m.: „insitationis. *idest*, *Emphyteuseos*, *sive insitionis*.“ Locus sanatur ope codicis 6, qui *pensitationis*. f) 6 *subsignante cessatione*. Rittersh. *sub signatione*. g) 2, edd. *proconsulis*. P. in cod. 2, P. in not. Cui. 2, 2* et Lugd. in m. P. ms. P[b]. in m. em. *proconsularis*, prob. Ri. Coniecturam illam confirmat cod. 6. Itaque repos. *proconsularis*. h) 2, edd. *Abidiacenae*. P. ms. Ri. em. *Byzacenae*; hoc latet in cod. 6 scriptura, qui *bizanzine*. Ri. em. *ac Byzacenae*, recte; vocis *ac* vestigium superest in vulg. scr. Praeterea Be. scribit a P. in m. em. *Arzacenae*, quod ubi factum sit a P., nescio. Recepi Ri. cj. i) 6 *censeo* et om. *quoniam — concessa*. k) 2 *alimonia*, corr. a P. l) In cod. 2 et in edd. deest *ut*; solus 6 habet *ut*. m) 6 *captivitatis infortunio facultates perdidisse*. n) 2 *idem*. P. in cod. 2 em. *iisdem* vel

ad [o] hoc beneficium indecenter [p] constat admissos: nec liceat quemquam amplioribus, quam eius loci ratio postulat, remediis adiuvari. Aequum enim [q] est, ut, quod perculsis graviori sorte contulimus, iusta singulis distributione [r] proficiat; penes [s] quos salvo urbis Romae privilegio haec humanitas permanebit, donec meliore auspicio ubertas rerum Africae contingat. §. 5. Praedia obeuntium, eiusdem scilicet [t] iuris, ad filios eorum, quibus data sunt, successionis iure perveniant, salvo tamen, ut dictum est, privilegio urbis aeternae; qui, si defuncto fortasse non fuerint, auctoritate [u] iudicis huic dari praecipio, cui magis consuli [v] iusta necessitas persuadet; maioribus [x] enim debent [y] beneficiis adiuvari, quos dubium non est [z] adversa vehementiora perpessos [a], Firmine, parens carissime atque amantissime [b]. §. 6. Itaque illustris [c] et praecelsa magnificentia tua ad assignatos [d] provinciales sub programmate suo nostra edicta faciat pervenire, ut, quanta nobis eorum cura sit, praesenti lege cognoscant [e]. *Dat. III. Id.**) *Iul. Romae, Adelphio* [f] *V. C. Cos.* (451.)

TIT. XXXIV. DE EPISCOPALI IUDICIO, ET DE [a] DIVERSIS NEGOTIIS [b].

1. *Imp. Valentinianus A.* [c] *Firmino Pf. P.* [d] *et Pa-*

Tit. XXXIV. 1, Zir. in ind. titt. Am. *Tit. XXXII.* 3, 8—15, 18—34, 37—42, Aeg. Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Rittersh. Go. Ri. Ri*. *Tit. XII.* 4 *Tit. X.* 6 *Tit. XXXI.* 35 *Tit. IX.* 36, L. R. U. *Tit. XI.* Be. *Tit. XXXV.* In cod. 2 et in ind. titt. P. P [a]. et P [b]. deest. Vid. Nov. Th. titt. XXII, Nov. 2, §. 14, not. *v*; Nov. Val. tit. XVII, not. sup. et §. 3, not. *p*; tit. XXII, not. sup. et pr. not. *t*; tit. XXXI, not. sup. et §. 1, not. *a*. De cod. 16 cf. infra not. *e* §. 14. Rec. est in cod. S. Germani 366 et Phillippsii 1741, sed sparsis per diversa loca et ipsius Novellae et interpretationis fragmentis omissaque posteriore parte inde a §. 8 et 9. Est praeterea haec Nov., sed non integra (vid. infra §. 18, not. *o*) in cod. Paris. Suppl. Lat. 215 (quem infra num. 215 designo) et ap. Lab. l. c. p. 767—769 usque ad §. 8. Prooem. autem Witte l. c. p. 35 ed. esse dicit a Seldeno de Synedr. Vett. Hebr. 1. Opp. I. col. 965. C. Th. III, 5; IV, 14 et 15; V, 9 et 10; VIII, 18; XIV, 2 et 7; Nov. Valent. tit. XV, XXVI. et XXX. Nov. Maior. tit. XI. Nov. Severi tit. II. Const. Sirmond. I, XVII, XVIII. L. R. B. tit. XXVI. et de interpr. L. R. B. tit. XXXI, XXXVI. Docum. Francic. ann. 838 et Hincmari Opp. II, 545. Nominatur in interpr. Nov. Val. tit. XXVI. de Trig. ann. praescr. et tit. XXX. de Colonis vagis. Haenel, de Constitutionibus quas Sirmondus ed. diss. p. 23. Abrogatam in Gallia per Karolum M. hanc Novellam putat Le Gendre de Episcopali Iudicio p. 56. Pertz, Monumenta III, 191 et c. VI. Sirmond., not. sup. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1 s. *un.* Be. add. (*LXXVIII.*), i. e. omnium Novellarum in Be. ed. Integra cum interpr. est in codd. 11—15, 19—23, 30; omnia praeter interpr. quae quidem truncata est s. in compendium redacta, des. in codd. 3, 39—42; inscr. et textus in codd. 4, 24; textus et subscr. in codd. 26, 28, 34, 35; pars textus et subscr. in cod. Par. Suppl. Lat. 215; subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 8—10, 27, 29, 31—33, 36—38; pars textus in cod. 18. De cod. 16 vid. infr. §. 14, not. *e*.

---

iis demum vel *iis depulsis*; recte *iisdem*; etiam 6 habet *eisdem*. o) 2 *ab*, corr. P. *ad*. p) 6 om. *indecenter*. Rittersh. *indecedenter*. q) 2 *etenim*. P. em. *Aequum est*. 6 om. *enim*. r) 2, edd. *quos — iuxta singulos distributione proficiat*. P. in cod. 2, P. ms. P. in not. P [b]. in m. em. *iusta singulis*, recte. Val. in m. vult *queis — sorte consulimus iuxta singulis distributio pr.* Be. praeterea cj. *quod* (et hoc quidem recte) vel *quae — proficiant*. Iam sanus est locus cod. 6 ope. s) 6 *apud*. t) 6 *donec meliore auspicio ubtas rerum Africe contingat ut praedia obeuntium eiusdem* et om. *scilicet*. 2, edd. *donec auspice deo Africam redire contingat. Praedia* etc. Vulg. scripturae praetuli scripturam cod. 6, quippe cuius ope haec Novella suppleta et emendata est; sed omisi *ut* et retinui *scilicet*. Ri*. *salvos — permunebit* et Rittersh. *ac filios*. Apud Go. deest *iuris*. u) 2, P.—Ri*. *auctoritatem*. P. in cod. 2, P. ms. P. in not. P [b]. in m. Cui. 2, 2* et Lugd. in m. em. *auctoritate*, prob. Ri., quem Be. secutus reposuit *auctoritate*, recte. 6 confirmat hanc em., sed habet *fortasse defuerint auctoritate*. v) 2 *consulti*, P. em. *consuli*. x) 2 *maior ibi*, P. em. *maioribus illi*. y) 2 *debet*, em. a P. *debent*. z) 2 om. *non*, sed rep. a P.; *non est* exc. in edd. P. P [a]. Rittersh. P [b]., sed in m. notat Rittersh. haec vv. omitti a P. P. in not. et P [b]. in m. negationem deesse recte vidit. Primus illa vv. restit. Cui., recte. 6 *non dubium est*. a) 2 *perpensos*, P. corr. *perpessos*. b) 2, P. P [a]. Rittersh. P [b]. om. *parens — amantissime*, sed add. a P. in cod. 2. c) 2 *inlustras*, corr. a P. d) 2, P.—P [a]. Go.—Ri*. *adsignatos*. Ri., quem Be. secutus est, vult *ad signatos*, id est definitos, designatos. Antequam Be., iam Rittersh. ediderat *ad signatos*. Melius 6 *ad assignatos*, sed deest *provinciales*. e) 2 corrupte *suo facit pervenire, ut quanta nobis doralium* (?) *cura sit presenti lege cognoscat*. P. em. *faciat*, *eorum* (pro *dotalium*) vel *curialium* (quod iterum del.) et *cognoscant*. P.—P [a]. *suo faciat — nobis* * *doralium*, ubi asterisco indicatur non tam lacuna quam obscura sententia, cum *doralium* nulla sit vox, sed P. in not. et P [b]. in m. post *quanta nobis* deesse quaedam videntur. Rittersh. et Go. *suo faciat — nobis doralium*. P [b]. Ri. Ri*. Be. *suo faciat — nobis dotalium*. Val. suppl. *praediorum*. Ri. propter c. 7 et 13 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3) tuetur *dotalium*. Praedia enim pistoria proprie dicta fuisse in illis legibus *fundos dotales*, quia alienari non possent et corpori pistorum instar dotis essent attributa (cf. Cui. Observv. XVI, 5), quae quidem vera sunt, neque vero in hunc locum cadunt. Iam ex cod. 6 apparet, nonnulla vv. excidisse in cod. 2 et in edd., et P. recte emendasse *eorum*. Ita enim habet 6: *sub pragmatico suo nostra edicta faciat pervenire, ut quanta nobis eorum cura sit, praesenti lege cognoscant*. Restitui ex cod. 6 *nostra edicta* et *eorum*, sc. *provincialium*. *) Ri*. om. *Id*. f) 2, P.—Ri*. *Adelfio*.

a) *De* habent 1, 3, 11, 12, 22 et plerique codd.; Sich. *De e. i. et diversis negotiis clericorum*. 23, Cui. 1—Be. *et diversis*. 6, Zir. in ind. titt. om. *Et de div. negotiis*. 1 De *Episcupali*. b) In omnibus fere, quos inspexi codd., etiam in codd. 1, 6, uti apud Sich. et Zir. in ind. titt. om. *Et Ne Quis Clericus Invitus Ordinetur*, quod Cui. 1—Be. h. l. addunt. Delevi illa vv., cum desint etiam in cod. 1, neque huius rei lex quicquam contineat; nam §. 3 et 6 de alia re agunt. Supersunt in solis codd. 27, 28, 34, 37, sed in cod. 28 *invitus clericus* est et in 37 *invitis clericis*, quod melius. Non constat, ex quo codice Cui. in Cui. 1 illa vv. apposuerit. In explanationibus titt. multa praeterea add. sunt, quae huc non pertinent. c) 1 *AA.* 6 *Idem Aug.* 27, 28, 34 *Imp. Valentinianus Africa A.* Rittersh. *Impp.— Firmio.* d) Multi codd. om. *et Pa-*

tricio. De episcopali iudicio diversorum saepe caussatio [e] est. Ne ulterius querela [f] procedat, necesse est praesenti lege sanciri [g]. Itaque cum inter clericos iurgium vertitur, et ipsis litigatoribus convenit, habeat [h] episcopus licentiam iudicandi, praeeunte tamen vinculo compromissi. Quod et laicis [i], si consentiant [k], auctoritas nostra permittit. Aliter eos [l] iudices esse non patimur, nisi voluntas iurgantium interposita, sicut dictum est, conditione praecedat, quoniam [m] constat, episcopos et presbyteros [n] forum legibus non habere [o], nec de aliis caussis, secundum Arcadii et Honorii divalia [p] constituta, quae Theodosianum [q] corpus ostendit, praeter religionem, posse [r] cognoscere. Si ambo eiusdem officii litigatores nolint, vel alteruter [s], agant [t] publicis legibus et iure communi: sin*) vero petitor [u] laicus, seu [v] in civili seu in [x] criminali caussa [y], cuiuslibet loci clericum [z], adversarium suum, si id magis eligat, per auctoritatem legitimam in publico iudicio respondere compellat. §. 1. Quam [a] formam etiam circa [b] episcoporum personam observari [c] oportere censemus [d]: ut, si in huiusce [e] ordinis homines actionem pervasionis [f] et atrocium iniuriarum dirigi necesse fuerit, per procuratorem solenniter ordinatum apud iudicem publicum inter leges et iura confligant [g], iudicati exitu ad mandatores [h] sine dubio reversuro. Quod his [i] religionis et sacerdotii veneratione permittimus. Nam notum est, procurationem [k] in criminalibus negotiis non posse concedi. Sed ut sit ulla [l] discretio meritorum [m], episcopis et presbyteris tantum id oportet [n] impendi: in reliquis [o] negotiis criminalibus, iuxta legum [p] ordinem, per se iudicium subire cogantur [q]. Si ab executore [r] conventi parere detrectent [s], servato iuris ordine sententia [t] teneat contumaces. §. 2. In clerico [u] petitore consequens erit, ut [v] secundum leges [x] pulsati forum sequatur, si, ut [y] dictum est, adversarius suus [z] ad episcopi vel presbyteri audientiam [a] non praestat assensum: poena defensoribus [b] negotii, qui in eodem extraordinario iudicio [c] adfuerint atque egerint, huius modi constituta, ut [d] caussidicum officii amissio [e], iurisconsultum [f] existimationis [g] et interdictae civitatis damna

---

tricio; nonn. *praeposito* pro *Pf. P.* 22 *Prefecto et patricio.* e) 20 *cognatio est.* 19 *iud. de diversorum.* f) 6 *est. Quam ne.* 19 *est. Ne de te unquam querela.* 22 *Nisi de eo unquam querela procaedat.* 215 *est et ne.* g) 1, 215 *sancire.* 22 *sanctire.* Et *sanciri* et *sancire* h. l. dici potest. Rittersh. *praesente.* h) 215 *verteretur* (etiam 30 *verteretur*) — *ut habeat.* 22 *convenisse habet — praecunctet tamen.* i) 6, 15, 18 — 23, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab. *Quod et de laicis.* 215 *vinculum primis sicut et de laicis* et om. *si.* 13 om. *Quod — iudices.* k) 11, 19, 22 *consentiat*, ut Rittersh. Go. 20 *consenciet.* 215 *conscientia auctoritas permittat.* Cod. S. Germ. *sicut sentiant.* l) 1 om. *eos.* 14 *eius.* Infra 19 *interpositas.* m) 6 *dictum est voluntate praecedat.* 13 *conditionem.* n) 1 *eps. et presbiter.* Multi alii codd. *presbiteros.* o) 18 *adhibere.* 20 *habe.* 22 *habere nec de altis.* p) 22 *secundum Archadii et Honorii secundum divalia.* 215 *et alia* pro *divalia.* Cui. 2, 2* *constitura.* Vid. C. Th. XVI, 11, 1. Cod. Iust. I, 4, 7. Diss. mea cit. pag. 23. Praef. C. Th. pag. XXXIV, not. 203. Non omnes superesse antiquas leges, etiam Ri. concedit in not. ad exemplar editionis suae adscripta, si quidem non solum c. 1 cit. intelligit, sed etiam alias leges Arc. et Hon., quibus potestas cognoscendi episcoporum ad compromissum partim restricta sit. q) 6 *quae in Theodosiano corpore ostenduntur.* 18, 30 *quae et Theodosianum.* 15, 21 *Theodosiani opus* et 20, 215 *Theodosiani.* r) 22 *possit.* 30 *prae rel. posse.* s) 6 *nolent vel alter* et om. *uter.* 18 *nollent vel aliter.* Cod. Phill. *nolunt.* t) 22, Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *agunt.* *) Ri. Ri*. *si.* u) Nonn. codd. *petitur.* v) 215 om. *seu.* Ceterum haec non satis cohaerere dicit Sich. in m., verum cohaerent. x) 20, 30, Sich. — Ri*. om. *in.* 215 *civili et in.* y) 6 add. *voluerit.* z) 11 *luci curiarum.* 12, 19, 20 *curiarum.* 22 *curialium adversariorum suorum.* 30 *quoslibet loci clericorum.* Rittersh. *adversarii.* a) 22 *publico* (om. *iudicio*) *respondere compellit.* Cod. 215 *legitimam de publico i. r. c.* (om. *Quam*) *firmam.* b) 11, 20, 22, 23, Sich. om. *circa.* Mox 22 *personas* et 30 *persona.* c) 1, 215 *observare.* Cod. Phill. *obs. ut* et deest *si.* d) 19 *censimus.* 30 *censuemus.* Sich. — Ri*. *censemus. Ut.* e) Edd. et nonn. codd. *huiuscemodi.* 1 *huiusce* (om. *modi*) *hordinis hominis.* Etiam 11 — 14, 19, 20, 22 om. *modi.* Bene om. *modi.* 215 *huiusmodi* Ceterum 22 *ordines hominis* et 14 *homini sanctione.* f) 19 *pervationis.* 22 *praevaricationis.* 11, 12, 23, Sich. Rittersh. Ri. Ri*. *persuasionis.* 20 *atrociarum ini. durigi.* Mox 30 om. *per.* g) 11 *inter legis.* 19, 20 *intra legis et i. c.* 14, 215 *confligit.* 20 *configant.* Sich. *confligunt.* h) 1 *extituat. mandatores.* Cod. S. Germ. et cod. Phill. *exitū ad mandatorem.* 23, 30 *exitum.* 22 *exito.* i) 11 *rev. Quod iis.* 22 *reversurum quod si huius.* 30 *rev. quos his.* 215 *reverso. quod in his.* Cod. S. Germ. cod. Phill. *reversurum. Quod his.* Sich. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *hiis.* Go. Lab. *iis.* 14 *religionibus* et infra nonn. codd. *sacerdoti.* k) 11, 12, 18 — 20 *procuratorem.* 22 *venerationi permittamus. Nam totum est procuratorum*, non *procuratorem*, ut Ri. Be. notant. l) 6 *ut aliqua sit.* 14 *ut sit illa.* m) 22 *meritorum discretio.* 13 *descriptio meritorum.* 30 *distructio meritorum.* n) 6, cod. S. Germ. et Phill. *presbyteris in tantum oportet.* 19, 22 *presbyteris his tantum id op.* 13 — 15, 21, 30, 215 *presb. id tantum.* o) Sich. — Ri*. *impendi. In reliquis.* p) 15 *ius legum.* q) 14 *cogatur.* 30 *ordine — cogatur.* 215 *iudicio subire cogatur.* Sich. — Ri*. Lab. *coguntur.* 1 *cogantur se ab.* r) 14 *exercitore.* Cod. Phill. *exactore.* Cod. S. Germ. *actore.* s) 15 *decertent.* 18, 19, 22 *detractant.* 11, 12, 20, cod. S. Germ. *detrectant.* t) 6, 15 *sententiam t. contumacis.* Cod. Phillipps. *s. teneant contumacis.* Etiam 22, cod. S. Germ. *contumacis.* u) 19, 22 add. *in.* 22 *petitorem.* v) 1 *et.* x) 15, 21 *legem — sequantur.* Etiam 22 *sequantur.* Cod. Phill. *lege.* 6 *forum pulsati.* 14 *foro.* 13 om. *forum sequatur.* y) 1 *sequatur ut si ut dictum est.* 12, 14, 15, 19 — 23, cod. S. Germ. cod. Phill. *sicut.* z) 1, 11, 12, 19, 20, 23, cod. Phill. cod. S. Germ. *adversarios suos.* 22 *adversariis suis ad episcopum vel presbyterum in audientia.* 30 *adversarii suos.* 6 om. *ad.* a) 6 *audientiae non praestet.* Cod. Phill. *audientie non praestat.* Cod. S. Germ. *audiente non praestat.* 18 *audientiae non praestans.* Vid. not. z. b) 11, 12, 19, 20 *defensores.* 22 *poenam defensoris.* Sich. — Ri*. *adsensum. Poena.* Mox 30 *in eadem*, ut Sich. c) Cod. S. Germ. om. *iudicio.* d) 18, 20 *aut.* 22 *constet ut aut causedecus.* e) 11, 12, 19, 22 *amissi.* 15 *amissione.* 21 *admissione.* 30 *namisso.* f) 19 *iuris consulium.* Cod. Phill. et cod. S. Germ. *iurisconsultorum.* 30 *iuriconsultorum.* g) 1 *extimationes.* 11, 12, 14, 15, 20, 21, 22, cod. Phill. cod. S. Germ. Sich. *aestimationis s. estimationis.* 19 *aestimationes.* 6 om. *existima-*

percellant. §. 3. Nullus[h] originarius, inquilinus, servus vel colonus ad clericale munus[i] accedat, neque monachis et[k] monasteriis aggregetur, ut vinculum[kk] debitae conditionis evadat: non[l] corporatus urbis Romae, vel cuiuslibet urbis alterius, non curialis[m], non ex primario[n], non aurarius, civis, collegiatus sit vir[o] aut publicus servus. §. 4. Iubemus, ut[p] clerici nihil prorsus negotiationis exerceant. Si velint[q] negotiari, sciant, se iudicibus subditos clericorum privilegio non muniri[r]. §. 5. Defensores ecclesiae de expressis urbium ministeriis[s] non liceat ordinari, acquiescentes huic officio rerum suarum amissio comitetur[t], quas curiae vel corpori suo praecipimus applicari. Si custodire[u] haec et[v] exsequi neglexerint[x] iudices competentes[y], facultatibus suis et status[z] privilegiis exuantur, primoribus officii capitali discrimine constituto[a], ipsis nihilominus a tali officio[b] repellendis, ut ab urbis suae[c] competentibus obsequiis non recedant[d]. Hi autem, qui intra decennium transactum a[e] die latae[f] huius legis diaconi[g] ordinati sunt, suffectos pro se dare debebunt. Si non habent, unde sibi hac ratione[h] prospiciant, ipsi ad nexum proprium reducantur[i]; ceteris inferioris gradus ad competentia ministeria retrahendis[k], exceptis episcopis atque presbyteris, servatis[l] tamen, quae de patrimonio talium personarum legum praecedentium[m] statuta sanxerunt[n]. §. 6. Originarii sane[o] vel servi, qui iugum natalium declinantes ad ecclesiasticum se ordinem transtulerunt[p], exceptis episcopis, ut dictum est[q], et presbyteris, ad dominorum iura redeant[r], si non in eodem officio annum tricesimum compleverunt[s]: ita ut huius[t] conditionis diaconus domino pro se vicarium reddat, omni pariter[u] peculio restituto[v]. Circa quem nihilominus, si copia vicarii[x] dandi non suppetat, quae de ministeriis urbium superius sunt statuta, ser-

---

tionis et. Sich. in m. cj. *iurisconsultorum aestimatione*, improb. Ri. h) 14 *interdicta.* 30 *interdicta civitates d. percellat. Ut nullus.* 22 om. *damna.* Rittersh. *Nullius.* 15 *p̄cellant.* i) 19 *clericalem onus.* k) 22 *monachis in.* 12 *monastheriis.* 30 om. *et monasteriis.* kk) 1 *adgregentur ut vinculum.* 6 *vincula.* l) 15, 21 om. *debitae* et 30 *evadat.* Sich. — Ri*. *evadat. Non.* Sich. *corporatur.* m) 22 om. *non curialis* et 20 *non.* In cod. 12 haec vv. bis scripta sunt. n) 11, 12, 18, 20 *ex primarius.* 22 *exprimariis.* Edd. *exprimario*, sed Ri. in not. *ex Primario.* Rein. cj. *Xprimarius*, i. e. e decem primis. o) Locus impeditus, qui Be. non integer esse videtur. 1 *aurarius civis collegiatus seuir aut publicus servus.* 11, 12, 18 — 20, 23 *aurarius civis colleiatus* (s. *collegiatus*) *sit vir aut publicus servus.* 6, Selden. l. c. *aurarius civis non collegiatus fori aut p. s.* 13 *aurarius civis collegiatus seu vir aut publicus servus.* 14 *aurarius sive collegiatus revera ut publicus servus.* 15, 21 *aurarius civis collegiatus sive aut publicus servus.* 22 *aurarius cives collegiatus sit vir aut publicus servus.* 30 *aurarius cives collegiatus se vira ut publicus servus.* 215 *aurarius civis collegiatur se vir aut publicus servus.* Cod. S. Germ. *aurarios sive collegiatos fieri aut publicus servus.* Cod. Phill. *aurarios cives collegiatos fieri aut publicus servus.* Sich. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab. *aurarius, cuius collegiatus sit vir aut publicus servus.* Cui. 1 *aurarius, cuius collegiatus si vir aut publicus servus.* Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *aurarius quivis collegiatus se vir aut publicus servus.* In m. Cui. 1. Aur. Lugd. ad v. *cuius* et in m. Cui. 2, 2* ad v. *quivis* annot.: „alias, *civis. ἴσως, sive.*“ Praeterea in m. Cui. 1 ad v. *si vir*, in m. Cui. 2 ad v. *sevir* annot.: „alias, *sevorilis. ἴσως, seu libertus*“; similiter in m. Aur. Lugd. ad *sit vir*: „alias, *severilis. ἴσως, seu libertus*“ et in m. Cui. 2* ad *sevir*: „alias, *servilis. ἴσως, seu libertus.*“ Unde Cui. diversas illas scripturas hauserit, nescio. Be. *aurarius, sive collegiatus, seu libertus* (ex m. Cui. 1 et Cui. 2), *aut publicus servus.* Ri. prob. scriptura *aurarius quivis*, intelligit enim *susceptorem aurarium*, qui et ipse ex ordine curialium eligi solebat. Reponendum est *civis*, quod fere omnes codd. (pauci tantum om. *civis*), etiam 1, 6 habent et ex quo facile nasci poterat *quivis* aut *cuius*. Pro *collegiatus sevir aut publicus servus* Ri. cj. *collegiatus civitatis publicus servus.* Iam vero comparata inter se scriptura codicum 1, 11 — 13, 15, 18 — 23, 30, 215, Sich. — Ri*. videtur reponendum esse *sit vir.* Vv. enim *civis — servus* ad v. *aurarius* pertinent (*aurarius, sive civis sive collegiatus sit sive publicus servus*). Scripsi igitur *aurarius, civis, collegiatus sit vir aut publicus servus*, etsi inutile est v. *vir*, quod codices tuentur. Be. scriptura *seu libertus* ideo displicet, quia sola Cuiacii cj. nititur, neque vero codicibus. Non solum ex curialibus aurarii eligebantur, verum etiam ex officialibus, negotiatoribus, poenae etiam nomine. p) Rittersh. add. *servi.* 21 *nihil denegationis.* 215 om. *iubemus.* q) 15, 18, 21 *si vellint.* 30 *si vellent neg.* et om. *sciant.* Rittersh. *veluit.* 22 *negotiare.* r) 6 *non munere.* s) 21, 22, 30 *ministris.* t) 1 *officio* (om. *rerum suarum amissio*) *cōmitetur.* 6, cod. Phill. cod. S. Germ. *off. r. suarum amissione multandos.* 22 *off. r. s. a. comitetur quia quos curia.* 30 *officium r. s. admissio comitetur.* 15 *commitetur.* 21, Aur. Lugd. Rittersh. Go. *committetur.* u) Cod. S. Germ. cod. Phill. *custodiri.* v) 18, 215 om. *et* et 21 *haec.* x) 6, cod. Phill. cod. S. Germ. *noluerint.* y) 11, 12, 18 — 20, 22 *consentientes*, improb. Ri. 6 *iudiciis competentibus.* 215 *competentibus.* z) Aur. Lugd. Go. Rittersh. *statu.* 15 *privilegii.* a) 20 *constitutis.* 21, cod. Phill. *constituo.* 22 *consuetudo.* 30 *constitutum.* b) 1 *a tali officii repellendi.* 6 *nihilominus ab officio suo.* 14 *ad officio.* 22 *a tali fidutia rep.* c) 19, 22 *ut ab urbibus sibi.* 30 *ut ab orbibus.* Rittersh. *et ab urb.* 15, 21 om. *ut.* d) 18 *praecedant.* Plerique codd. Sich. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *Hii.* Go. *Ii.* e) 22 *autem* (om. *qui*) *intra decennio transacto* et deest *a.* 215 om. *intra.* f) Om. *latae* in cod. 15, *huius* apud Rittersh. g) 1 (sec. Am.), 11, 12, 15, 20, 22, 23, cod. Phill. cod. S. Germ. Sich. *diacones.* 30 *diaconis.* Mox 22 *suffectus.* h) 19 *unde sibi actione.* Nonn. codd. *hac* pro *ac.* 21 om. *unde.* 30 *prospectant.* Supra 1 *debebunt se non.* i) 1 *ab nexum.* 20 *ad nixum p. r.* 22 *ad necessaria propria revocantur ceteros inferiores.* 215 *ducantur.* Cod. Phill. cod. S. Germ. *deducantur.* Sich. — Ri*. *reducantur. Ceteris.* k) 11 *a competentiā.* 12, 20 *a competentia.* 19 *competentiam m. subtrahendis.* 22 *ministeria subtrahendis exc. episcopis et presb.* 215 *ac presbyteris.* l) 13 *servantes.* 19, 22 *servent.* m) 19 *praecedentium legum personarum.* n) 11 *sanxerint.* 22 *sancserunt.* o) 1 *vero.* 215 *Originariae sane — qui in iugum.* Go. *iungum.* Vid. interpr. tit. XXX, not. *o.* Mox 18 *declinatae sunt ad.* p) 15, 21 *transtulerint.* 22 *ad aecclesiasticos ordines transt.* q) 1 om. *ut dictum est.* 6 *ut ductum est.* 11, 12, 18, 22 *atque s. adque presbyteris.* Nonn. codd. *presbiteris*, ut Go. 22 add. *hi* post *presbyt.* r) 215 *iurare debeant.* 15 om. *in* post *non.* Go. *recedant* pro *redeant.* s) 1 *conpleverant.* 6, cod. Phill. *impleverint.* Sich. — Ri*. *compleverunt. Ita.* t) 1 apud Am. *Itaque ut huius.* 22 *ius* pro *huius.* 19 *diaconi* et 30 *condictionis.* u) 215, cod. S. Germ. *omni*

ventur[y]. §. 7. Universis clericis, praeter[z] ecclesiasticos actus, nihil omnino[a] cum aliis caussis decet esse commune, nec[b] cum locis iuris publici, quae, quasi destituta[c] plerumque et non necessaria, elicitis[d] supplicationibus[e] velut ad usum quendam religionis evertunt[f]: poena XX librarum auri[g] scriniorum proximis[h] interposita[i], si aditus huic supplicationi fuerit attributus[k]. §. 8. Opportunum duximus occasione legis, ea de[l] successione decernere, quae anterioribus constitutis non sunt[m] evidenter expressa. Itaque si vir sine liberis uxore superstite moriatur, sponsalium, quae mulier accepit, obeuntis[n] patri matrive[o] mediam restituat portionem, sibi residuam servatura[p]. Si desint personae, quas loquimur, ipsi universa proficiant[q] pro pudore percepta, quae non exstantibus tam caris religiosisque nominibus imminui non oportet. §. 9. Similis erit de dote conditio, quam dari[r] praesentis oraculi decernit auctoritas[s], ut, si nullis interpositis[t] conditionibus viro fuerit attributa[u] (quae lucrativa esse potest), uxoriae mortis eventu[v] patri matrive defunctae maritus acceptae dotis mediam restituat quantitatem. Pars vero feminae tantum dare debebit[x], quantum[y] sponsalibus maritus intulerit, ut dantis et accipientis[z] sit aequa conditio, ne placita futuraque coniunctio[a] uni lucrum, alteri faciat detrimentum. §. 10. Muliere[b] in matrimonio intestata deficiente superstitibus filiis derelictis, pater ususfructus totius patrimonii habeat potestatem usque ad vicesimum filiorum aetatis annum: post medietatem[c] restituat filio filiaeve[d], sibi in diem vitae suae medietate detenta[e]. Si expleto[f] filiorum vicesimo anno medietatem portionis suae unicuique dare noluerit[g], soboli, quae medietatem ex bonis maternis[h] a patre non fuerit consecuta, post obitum patris a successoribus aestimatione habita iubemus exsolvi, ut, quod in familia quis constitutus amisit, futura saltem compenset aetate[i]. §. 11. In ipsorum autem matrimoniorum reverentia et vinculo[k], ne passim et temere deserantur, antiquata[l] novella lege, quae solvi[m] coniugia sola contraria voluntate permiserat, ea[n], quae a divo patre nostro Constantio[o] decreta sunt, intemerata serventur. §. 12. Tricennali temporum definitione[p] concludi ea praecipimus, quae perpetuis aut infinitis saeculis servabantur[q], exceptis Afrorum negotiis, qui se probaverint[r] necessitatem Vandalicam pertulisse: ut de eorum[s] caussis illa tempora praefixo tricennio subtrahantur[t], quae claruerit[u] sub hostilitate con-

---

parte. v) 11, 12, 19, 20, 22 *destituto*. Cod. Phill. *peculii destit*. x) 1 *si copii vic*. 22 *vicaria dandi non* et om. *suppetat — sunt*. 6 *dandi non sufficit*. 20 *non suppetunt*. 215 *non superat*. y) 1 sec. Am. *sunt superius statuta serv*. 22 *servetur*. 215 *Diversis clericis*. z) 14 *praeterea*. 30 *praeterea et eccl*. 14, 23 om. *actus*, sed est spatium in cod. 23. a) 15, 22 *nihilominus*. b) 12, 15, 20, 21, 215 *communem ne cum*. 11, 22 *communem nec cum*. 30 *causis dictis commune*. 1, cod. S. Germ. cod. Phill. om. *nec*. c) 19, 22 *destituuntur*. 30 *destita*. 15, 21 om. *quae*. Cui. 2, 2* *distita*. d) 14, 15, 19, 21, 30, 215 *necess. electis*. 20 *necessariae licitis*. 22 *necessariae licet his*. Cod. S. Germ. cod. Phill. *necessariis licitis*. Zir. l. c. p. 179 not. *B* em. *illicitis*; elicita quidem dici rescripta, neque vero supplicationes elicitas. Ferri etiam potest *elicita*. e) 11, 12, 18 — 20, 22, 23 *subpcationibus s. subpraecationibus*. Cod. Phill. *s. vel ad*. f) 1 *relegionis severunt*. 6 *religionis emerentur*. Vid. Zir. l. c. g) 1 *libras*. 22 *poenam*. 21 om. *scriniorum*. 23, edd. *auri libr*. h) Sich. in m. *praepositis* pro *proximis*. Cod. Phill. *proximus*. i) Zir. l. c. p. 180 et Be. em. *imposita*, quod ne unus quidem codex confirmat. k) Seqq. desunt in cod. Phill. et in ed. Lab. Apud Go. om. *attributus*. l) 6 *legis etiam*. 13 *lex eadem*. 22 *occasionem legis eadem occasione*. 11, 12, 19, 20, 215 *eadem*. 21 *discernere*. m) 22 *quam anterioribus nostris constitutis non sunt*. 13, Sich. — Ri*. *sint*. C. Th. III, 5 et 13; VIII, 18. n) 1 *obeuntes patre*. 6 om. *obeuntis*. Vid. not. sq. 11, 12, 20 *obeuntes*. 19 *obiecti*. 21 *obeunti*. 22 *accipit* (30 *acceperit*. 215 om. *acc.*) *obeunti matri patrive*. 23 *abeuntes*. Sich. *abeuntis*. Ri. Ri*. *obeuntis, patri*. o) 6 add. *defuncti*. 14 *media*. p) 1 sec. Am., 6, 11—13, 15, 18, 20, 22 *servatura*; rell. et edd. *reservatura*. 13 *residua*. Mox 30 *qua loquitur*. q) 11, 12, 20, 23 *proficiunt*. 22 om. *pro pudore percepta*. 215 *pro pudore recepta quae non stantibus*. Infra 13 *relig. in omnibus* et 30 *relig. omnibus*. r) Sich., neque vero 22, ut Be. dicit, *dare*. 215 *de re*. s) 22 *auctoribus*, sed in m. *auctoritus*. t) 1 *nullus interpositis*. 22 *nullis interpositus*. 30 *i. c. vero*. u) 1 *fuerit contribuerit*. Similiter 15, 21 *contributa*. 22 *utrum fuerit* et deest *attributa quae*. Etiam 19, 215 om. *quae*. Hic terminatur cod. S. Germ. 20 *lucrative*. v) 1 *uxorie morientes eventu*. 22 *luxuriae m. e*. x) 1, 12 — 14, 18 — 20, 22, 30, 215 *tantum dare debebit quantum*. 15, 21, 23 *tantum dari debebit quantum*. 11 *dare*; rell. codd. et edd. *Pars vero feminae tanta dari debebit, quantam etc.*, quae scriptura propter seqq. vv. *ut — detrimentum* ferri nequit. *Pars feminae* ut *pars viri* in L. R. Burg. tit. XXI. y) 1, 11, 12, 15, 18 — 22 om. *in*, quod rell. codd. et edd. habent (*in sponsalibus*). 18 *intulit*. z) 1 *ut dantes et accipientes sidequa condicione placita*. 19 *dandis et accipientes*. 215 om. *ut*. 23 *ne dantes* et Sich. *ne dantis et accipientis non sit*. 215 om. *ut*. a) 1 *condicio*. 22 *ni placita f. condicio*, sed in m. *coniunctio*. Sich. *nec pl. f. conditio*. b) 19 *mulier*. 22 *Muliere habeat in matrimonio* et om. *intestata — habeat*. 30 om. *in*. c) 6 *Postea med*. Sich. *restitutam*. 18 *medietate*. 22 *annum aetatis filiorum post — restitutam — die*. d) 11, 19, 20, 23 *filiave*. 6 om. *sibi*. e) 1 *medietatem detenda*. 14 *deteneat*. f) 6 *Si vero expleto*. g) 14, 23, Sich. *voluerit*. 22 *suae ac cuique dare voluerit subolique* et om. *medietatem*. 15, 21 *subolisque*. h) 6 *bonis paternis*. i) 1 *saltim compenset etatem*. 11 *compensit aetate*. 6, 12, 19, 23, 30, 215 *compenset*, sed om. *futura* in cod. 6. 15, 21 *futuram compenset aetatem*. 20 *saltim compensit et aetate*. 22 *futurum saltim penset aetate*. Vulgo *compensetur*, quod aeque bonum est; secuti sumus codices. k) 1, 6 *vinculum*. 15, 21, 30 *reverentiae vinculo*. 215 *aut vinculo*. Mox 215 *desiderantur*. l) 13 *antiqua*. Cf. Nov. Th. tit. XII. de Repudiis. m) 11, 12, 19, 20, 22, 23, Sich. *exsolvi*. n) 23, Sich. *permiserat et ea*. 22 *perm. aeque*. o) Ri. em. *Constantino* et intelligit C. Th. III, 16, 1. *Constantino* habet 14. p) 6 add. *ne*. 22 *tempore definitione*. 30 *praecepimus*. 215 om. *Tricennali — concludi*. q) 15, 21, Sich. — Ri*. *servabuntur*. 22, 30 *servantur*. Nonn. codd. *excoeptis* et 14 *arrarorum* pro *afrorum*. r) 18 *provocaberint*. 22 *probaverunt*. s) 1 *ptullisse ut deorū*. 11, 12, 19, 20 *horum*. 15, 21 *necessitate Vandalica p. et de horum*. 22 *pertulisse de illorum caussis illo tempore*. Rittersh. om. *caussis*. t) 12, 19, 20 *subtrahuntur*. 22 *subtrahentur*. 23 *subtrahatur*. u) 6,

sumpta[v]. Ceterum alia intra expressa metarum suarum censemus spatia contineri[x]. §. 13. Sane sicut non coeptam[y] intra tricennium[z] quamlibet caussam vetuimus[a] inchoari, ita quae contestatae litis[b] sumpsit exordium, excepto privilegio pupillaris[c] aetatis, quod divae memoriae patris nostri Theodosii lege[d] concessum est, intra eadem tempora terminetur[e], nisi forte post[f] vicesimum quintum annum, ex quo[g] competere actio coeperat[h], contestata lis fuerit. Cui si is casus[i] eveniat, emenso hoc tricennio[k], quod statutum est[l], aliud quinquennium prorogamus, intra quod debent[m] negotia universa consumi, ne[n] a malitiosis ingeniis[o], calumniando legem priorem contestatis litibus, aliud tricennium vindicetur. Abunde[p] enim sufficit[q] quinquennii adiectio, qua evoluta[r], nulli penitus actioni[s] copia tribuetur. Quae autem intra vicesimum quintum annum contestata lis fuerit, statuto tricennio[t] modis omnibus consumatur. §. 14. Petitorem iubemus, postquam edito[u] actionis genere adversarium suum tenuit, et ad respondendum coegit[v], propositae litis probationibus imminere, quoniam ad[x] damnosam iudicii observationem quemquam[y] prius non debet ullus attrahere[z], quam omnia documenta praepararit[a], quibus exhibitum[b] in disceptatione convincat. Quod et scitis[c] veterum principum continetur. Alias, si quis ad iudicium quem venire[d] compulerit, et[e] eodem in[f] officio, vel fideiussionis vinculo[g] constituto non urgeat, quo intra[h] quattuor menses institutas peragat actiones[i], et constiterit[k] iudicem caussas alias cognovisse, petitor[l], qui secretarium vitio suo[m] noluit introire, sumptus expensasque restituat, quoniam actoris[n] tergiversationem esse non[o] convenit impunitam. Pulsatus his recuperatis[p] ab observationis[q] necessitate, integro petitori[r] negotio, liber abscedat. §. 15. Quod si pulsatus quis[s] adesse neglexerit, evocatus[t] secundum ordinem iuris sententiam excipiat contumacis[u]. Exhibitus sane si de solo[v] pulsatus fuerit, cessante fideiussionis necessitate, periculo negotii observationem[x] se subiturum promittat. In pecuniariis autem caussis non nisi pro[y] quantitate debiti, quod fuerit[z] postulatum, praesentiae suae fideiussorem dabit[a], si maluerit subire conflictum: si tamen eum in his[b] locis, in quibus pulsatus fuerit, patrimonium petitae summae conveniens[c] constiterit non habere. §. 16. Si quis a suspecto[d] iudice illustri[e] viro praefecto urbis Romae,

13, 15, 21, 22 *claruerint.* 19 *claruit.* v) 22 *consummata.* Postea Rittersh. *alia inter.* x) 1 *continere.* 30 *censuemus.* y) 11, 12, 15, 19, 20, 22, 23 *coepta* s. *cepta.* z) 22, Rittersh. *triennium.* a) 22 *venimus.* 30 *veteremus.* b) 1 *itaque contestate* (sed ponitur *a* supr. ult. lit. *e*) *nelitis.* 11 *ut quae in cont.* 19 *itaque.* 22 *itaque c. l. exordio sumsit.* c) 19 *pupillari.* d) 1 *theudose.* 12 *theudosi.* 15, 21 *theodosi.* 22 *thoeodosii.* Cf. C. Th. IV, 14, 1. 30 *Th. l. consensum.* Rittersh. *nosti Theod.* e) 6 *terminentur.* 1 *terminitur.* f) 1 om. *post.* Idem et alii codd. *vicensimum.* g) 1, 15, 21, 30 *ex eo.* 6, 11 sec. Ri., 12—14, 18—20, 23, 215, Sich. *ex eo quo.* 22, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *ex eo quod.* Ceterum 1 *petere* (pro *competere*) *actio ceperat.* h) 13 *coeperit.* i) 1 *cui si his* (hoc etiam 12, 20) *causa eveniat.* 22 *contestalis fuerit. Cuius casus.* 14 *casu.* 215 *contestata* (om. *lis*) *fuit* et deest *Cui.* k) 1, 12, 20 *triennio.* 13, 30, 215 *emisso* et 30 *tricennium.* 23 *quo.* l) 1 *instatutum est.* Vid. L. R. B. tit. XXXVI. i. f. m) 1, 11, 12, 14, 15, 18—23, 30 *debent*; rell. et edd. *debeant.* 6 *negotia universa negotia.* n) 22 om. *ne.* o) 19, 22 *ingenuis.* 1, 6 om. *calumniando — litibus.* p) 6 *tricennium inchoetur.* 22 *alio tricennio vindicetur. Habunde.* 1 *vindicitur habunde.* q) 1, 6, 15, 21 *sufficit.* 18 *sufficiat.* Rell. *sufficiet.* r) 1, 22 *adiectio quevoluta.* 6 *adiectio quo evoluto*, sc. *quinquennio.* 20 *adiectio quae voluta.* 215 *adiectio quae devoluta.* 30 *adictio quae devoluta.* s) 22 *otio.* 30 *adiectionis copia.* 215 *a. c. retribuatur.* 15, 19, 21 *tribuatur.* t) 19, 20, 22 *triennio.* u) 1 *Petitorem . iobemus* (om. *postquam*) *edito.* 6 *Petitorem enim i. p. e.* 11 *aedito.* 30 *edicto.* v) 14 *coepit.* 18 *cogit.* 22 *coegit proposita lis.* x) 1 *inminire.* 6, 13 *imminere quod ad.* 11, 12, 20, 22, 30 *imminere quam ad.* In cod. 18 inde a v. *quoniam* omnia des. usque ad §. 19. Mox 22 *damnosa* et 19 *iudicis.* y) 1 *quemquem.* 21 *quamquam.* 20, 30, 215 *obs. quam.* z) 19, 22 *nullus* et 22 *abstrahere.* a) 1, 11—15, 19—21, 23, 215 *praeparet.* 6 *doc. prius comparet.* 22 *pararit.* 30 *praeparare*; nullus igitur codex *praepararit*, quod editiones habent, at vero melius est, quam *praeparet.* b) 6 *exhibitos.* 19 *exhibitinum.* 22 *exhibitis.* 30 om. *in — principum con.* c) 1 *quod et sciens veterum principium.* 22 *quod ei sicut eis veterum principium.* 15 *principem.* 20 *prinoipium.* 215 om. *et.* Ri. cf. vult. c. 1 et 2 C. Th. de Dilationibus (II, 7). d) 22 *iudicium convenire.* 6 *iudicium aliq̄ venire.* 30 *tenetur aliquas si — compellerit.* 15, 21 *quemquam venire comp.* 215 om. *quem.* Rittersh. *venire quem.* e) Cum v. *compulerit* pergitur in cod. 16. Vid. Nov. Th. tit. XXII. Nov. 2, §. 14, not. *v.* f) 1 *eodem in officium vel fideiussiones.* 6, 19, 20, 22, 23, Sich. — Go. *in eodem officio.* 13, 16 om. *in.* g) Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go., neque vero 22, ut Ri. nuntiat, *titulo.* h) 6 *urgueat* (hoc etiam alii codd.) *ut intra.* 30 *urgue quod inter.* 215 *urg. quod intra.* i) 1 *constitutas pagant actionis.* 30 *instituta.* k) 11, 12 *constituerit.* l) 22 *constituere — petitur.* 14 *petitur quae qui.* m) 1, 6, 12, 13, 19, 20, 23 *vitio suo.* 22 *vitio se voluit introire cum tot expensas rest.* 215 *viro suo*; rell. *suo vitio.* In cod. 30 haec omnia mutt. vv. ita scripta sunt: *cogn. sumto exp. rest. quoniam pet. qui secretar. v. s. n. introire actoris tergiversationem.* n) 21 *auctores.* 22 *quō actores.* 13 *rest. quod act.* o) 21, 215 om. *non.* 22 *non venit impunitum.* 23 *cognovit imp.* p) 11, 12, 19 *reciperatis.* Plerique codd. Sich. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *hiis.* Go. *iis.* 14 om. *his.* q) Rittersh. *ac observat.* 30, 215 *ab observationibus.* 16, 21 om. *ab.* r) 1, 11, 12, 15, 19—22 *petitori.* 23 *petituri.* Edd., rell. codd. *petitoris.* Ceterum 11, 20 *necessitatem.* s) 1 *quoniam si pulsatus quis.* 11, 12, 20, 23, 215 *Quodsi pulsatus his.* 13 *Quodsi pulsatus quid.* 14, Sich. *Quodsi pulsatus is.* 19 *Nisi pulsatus his.* 22 *Nisi pulsatus is.* 30 om. *si* post *Quod.* t) 6 om. *evocatus.* u) 1 *excapiat contumaces.* 22 *contumaces exibitus.* 23 *contumacis exhibitus. Sane si.* v) 215 om. *solo.* Rittersh. in m. *dolo*, impr. Ri. 14 *fuerit ius sanctae.* x) 1 *periculū. negutio observatione.* 11, 12, 19, 20 *observatione* et om. *se.* 22 *periculum n. observatione* et deest *se.* y) 22 om. *pro.* z) 19, 22 *fuerat.* a) 6 *fideiussorem praes. suae dabit.* 11, 12, 19, 20 *fideiussorem det.* 22 *fideiussore det.* 23, Sich. *fideiuss. debet.* 30 *fidei. dabis.* 16 om. *dabit.* b) Plerique codd. Sich. — Cui. 2*. Ri. Ri*. *hiis.* Go. *iis.* c) 13 om. *conveniens.* 30

propter aliquas domesticas et privatas[f] simultates, vocem appellationis emiserit, apud successorem eius sequentem mox, quas ante timuit, exserat actiones[g], ut relationibus difficultatum ac morarum[h], quas intercedere ad respondendum[i] nolumus[k], necessitas auferatur. §. 17. Nec[l] quisquam provocet[m] a praefato cognitore in caussa, cuius meritum intra centum solidos continetur. §. 18. Si forte duorum praediorum unus dominus[n] atque possessor[o] ex referto originariis et colonis agro[p] ad alterum rus[q] aliquos homines propria voluntate et[r] ordinatione transtulerit, ita id[s] maneat, ut, sive venditione seu donatione[t] seu quolibet alio modo ad diversos dominos res utraque pervenerit, translatos[u] originis iure et titulo[v] revocari non liceat. Indecorum est, auctoris[x] facta convelli, quae pro consilio suo et tractatu[y] necessaria iudicavit, cum magis deceat[z] ad eius[a] reverentiam, quae illi visa sunt, inviolata servari. §. 19. Quod autem[b] antehac promulgata lege censuimus[c], amissae temporibus originariae sobolem priori domino non perire, id in argumentum[d] trahi aperta definitione prohibemus[e]: scilicet, secundum legem ad Palladium datam[f], sobolem dividi censemus[g], quae de originario suscepta fuerit alieno, Firmine, parens carissime atque amantissime[h]. §. 20. Quare illustris et[i] praecelsa magnificentia[k] tua hanc[l] saluberrimam edictalem[m] legem, etiam pendentibus in foro negotiis profuturam, propositis vulgabit[n] edictis, ut, quanta nobis disponendae[o] quietis publicae cura sit, omnibus innotescat. *Dat. XVII.*[p] *Kal. Mai.*[q] *Romae*[r], *Herculano*[s] *V. C.*[t] *Cos.*[u] (452.)

INTERPRETATIO. *Lex ista de diversis rebus multa constituit: sed inprimis de clericis quod dictum est, ut nisi per compromissi vinculum*[v] *iudicium episcopale non adeant, posteriori lege Maioriani* *) *abrogatum est*[x]. *De reliquis praecepit, ut si quis laicus clericum sive*[y] *in civili seu in criminali negotio per auctoritatem iudicis ad publicum provocaverit*[z], *pulsatus sine dilatione respondeat. Episcopi etiam sive pro pervasione*[a] *rei alicuius, sive pro quibuscunque gravibus iniuriis ad iudicium fuerint provocati, licet in criminalibus caussis per alium nulli liceat respondere. Episcopis tamen et presbyteris hac lege praestatur, ut in talibus caussis misso procuratore respondeant*[b], *sine dubio ut ad eos redeat sententia iudicati. In reliquis vero criminalibus caussis, ubi de scelere persona convincenda est, suam in iudicio praesentiam exhibere procurent. Quod si tertio conventi per exsecutorem, ad iudicium venire noluerint, sententiam excipiant contumacis. Clericus si aliquem lite pulsave-*

---

conv. non debere. d) 14 *suscepto.* 19 *ac senatusconsulto iudice.* 22 *ad senatū consultū iudice.* e) 1 *inlm* (cum virgula per literam *l* traiecta) pro *ill. vir.* 15 *illustre.* 16 *ill. iudice.* 30 *inlustris vero praefecti.* 215 *inlustris viri praefecti.* 21 *urbis.* f) 22 om. *et privatas.* Be. notat „fort. scriptum fuit: *suspecto propter al. dom. et priv. simult. iudice ill. v. pf. u. R.* etc.“ g) 16 *quasi ante extractionis.* 22 *quas ante tenuit exerat actiones.* h) 6 *morarum ac difficultatum.* 22 *difficultate*, sed sup. lin. *difficultatum.* 1 *relationis difficultatū.* i) 12, 20 *ad respondendam.* 22 *interdicere ad respondendum.* 30 *intercredere — noluimus.* k) Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *volumus*, impr. Ri. l) 15, 21 *Ne.* m) 6 *provocetur.* 11, 12, 19, 20, 22 *provocat a s. provocata.* 16 *provocat ad p̄fecto.* 23 *provocatā.* n) 6 *dominus unus.* 215 *forte quorum praediorum unus dominus.* 20 *duorum forte.* o) Cum v. *possessor* terminatur Novella in cod. 215 et sequitur interpretatio. p) 22 *uriginariis et colonis* et deest *agro.* q) 1 *ad alterum rosalu* || fol. 113ª || *ticus quos homines.* 14 *ius.* In 6, 15, 19, 21 om. *rus*, est vero in codd. 15, 19 spatium. 22 *rusticos* et 30 *alterum vel aliquos.* r) 16 om. *et.* s) 22 om. *id.* t) 6, 13, 14, 30 *venditionis seu donationis.* 22 *si vinditionis seu donationis.* Mox 21 *utra.* Paullo post apud Rittersh. deest *dominos.* u) 14, 21, 22, 30 *translatus.* 15 *translatis.* 15, 21 *origini.* v) 11, 12, 19, 22, 23 *originis iuris et titulo.* Sich. (neque vero 22, ut Ri. Be. scribunt) *et originis et iuris titulo.* 6 om. *titulo.* x) 16 *auctori.* 22 *auctorum.* 30 om. *facta.* Ri*. *convellli.* y) 13 *concilio — iudicabit.* 22 *tractato.* Sich. — Ri*. *iudicavit. Cum.* z) 22 *doleat.* a) Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *id eius.* Ri*. *ad ius.* 15, 21 *reverentia.* b) 11, 12, 19, 20, 22 om. *autem* et 6 *Quod — alieno.* 14 *antehoc.* Vid. Nov. Val. tit. XXX. c) 19 *censimus.* 30 *admissae.* d) 1 *priori dn̄o non periret. dinargument.* 22 *subolis — argumento.* e) 11 *def. prohibimus.* 22 *definione prohibemus.* Sich. — Ri*. *Prohibemus. Scilicet.* 1 om. *ut*, quod h. l. edd. et plerique codd. add. Vid. infra not. g. f) 1 *data soboli*, em. ab Am. *datam sobolem.* 22 *legem appellantium datam sobolem.* 30 *Palladio data subole.* Ri. cf. vult C. Th. V, 10, 1. g) 1, 15, 21 *censemus*; edd. et rell. codd. *censeamus.* Vid. supr. not. e. Aur. Lugd. *senseamus.* Mox 19 om. *de.* *) Cui. 2, 2* *originaaio*, sed corr. in Corr. h) Sich. *Praefecte charissime Augustorum.* 30 om. *Firmine — tua.* Ceterum Sich. Cui. 1. Cui. 2, 2* *alieno. Firmine.* i) 6, 16 om. *Quare.* 22 *Qua regibus et.* 6 *Illustris igitur.* 16 *Ill. itaque.* k) 1, 15, 21 *magnitudo*; rell. codd. maximam partem *et p̄m̄.* l) 11, 12, 19, 30 *ac.* 14 *tam hanc.* 22 om. *tua hanc.* m) 14 *edictam.* 22 *saluberrime dictalem.* n) 11, 12, 19, 22, 30 *vulgavit.* 14 *evulgavit.* Ri*. *propsitis.* o) 14 *disponenda.* 30 *disponendi.* 19 *ut tamen nobis disponendae.* 22 *edictis at tamen novi disponendae.* Mox nonn. codd. *innotiscat.* p) 4 *VI.* 6, 9, 18, 31, 36 *VII.* 30, 32, 33, epit. Monachi *XVI.* Sic quoque L. R. U. ap. Canc., sed cod. Piper. *XV.* 22 om. *XVII.* q) 13 *Ja.* 36 *Mad.* 8 *XVII ū mai.* r) 14 om. *Romae.* s) Plerique codd. *Ercolano*; alii *Hyrcolono*, *nrcolano*; 1 *erculano.* t) Nonn. codd. *vic*, aut *ucc* s. *uucc*, aut *viro claro.* Nonn. om. *V. C.* u) Nonn. codd. et Rittersh. *Coss.*; alii om. *Cos.* 1 *consolebus.* v) 8—12, 19, 20, 22, 23, 38 et multi alii codd. *vinculo.* Sich. *pro comp. vinculo* et mox *adeant. Posteriori.* *) Val. „forte *Martiani* pro Mai. in l. 13 C. de Episc. aud. quia nullam de ea Maioriani legem habemus.“ Similiter Jungk p. 65. Non dubito quin intelligenda sit Nov. Maioriani IX. de Episc. iud., quam vero Visigothi truncarunt. x) 13 *confirmatum est.* Mox nonn. codd. *praecipit.* y) Multi codd. *seu* pro *sive* et sic infra. 13 *seu in vinculis.* 22 *laicus* (om. *clericum*) *seu in* (om. *civili seu in*) *criminali.* z) 9 *publicaverit.* Mox nonn. codd. *sine nulla — episcopus.* a) Sich. in m. *persuasioni.* Codicum hic et ille habet *persuasione, prevasione, per uagationem, pervationem, persuasione regali cuius* et infra *episcopus tantum*, ubi 13 om. *per alium — talibus.* b) Hic et illic codices *sine dubio respondeat ut* (nonn. *et*) *ad eos sedeat sententia iudicali — ubi disceptare — in iudicium — procurent. Ut si — contumaces* et om. *Clericus.* 23 *vero causis criminalibus.*

rit, in foro illius, quem ad iudicium[c] *provocat, audiatur: si tamen pulsatus non acquieverit ad episcopi vel presbyteri venire iudicium. Quod si aliud fecerit ille, qui pulsat, defensores caussae ipsius taliter notari praecepit, ut ab omni officio et prosecutione*[d] *caussarum habeantur extranei. Nullum etiam originarium, inquilinum, servum*[e] *sive colonum ad clericatus officium iubet*[f] *accedere, neque in monasteriis recipi, ne per hanc occasionem debitam conditionem possint evadere. Nam nec corporatus civitatis alicuius, qui publicum servitium debet, nec curialis nec collegiatus clericus esse praesumat. Clericos quoque praecepit*[g], *ut negotiationes nullatenus exercere praesumant: quod si fecerint, velut alii negotiatores, a iudicibus emendentur. De corporibus namque publicis nullum fieri defensorem ecclesiae, lex ista constituit. Quod si quis ex curia acquieverit, ut fiat defensor ecclesiae, noverit, res suas omnes curiae aut illi corpori, unde discesserat, applicandas, et se ad servitium civitatis in suo corpore revocandum. Nam et iudicem et officium eius provinciae, si eos non revocaverint, gravi, sicut ipsa lex loquitur, dicit poena feriendos. Diaconis*[g], *qui ex curialibus vel ex quolibet corpore publico facti sunt, praecepit*[h], *ut pro se ad agenda, quae utilitati publicae debentur, suffectos dare debeant. Quod si non dederint, ipsi ad conditionem debitam revocentur. Nam episcopos atque presbyteros non iubet hac lege constringi, nisi tantum, ut de patrimoniis suis, quae sunt Maioriani lege constituta, evidenter observent. Originarios vero vel servos, qui ad honorem ecclesiasticum adspiraverint, debere intra XXX annos a dominis revocari. Ita tamen, ut diaconus pro se vicarium, si habuerit, reddat, et omne peculium suum dominus eius usurpet. Quod si vicarium non habuerit, unde reddat, ipse ad conditionem propriam revocetur. Nam omnes clericos iubet, ut nullas alias caussas, nisi*[i] *actus tantum ecclesiasticos agant, et ut publica loca pro ecclesiarum reparatione non destruant. De successione*[ii] *quoque hoc specialiter credidit inserendum, ut, si vir uxore viva moriatur, et filios non habeat, sed aut patrem aut matrem dimittat, de sponsalitia donatione, quam fecit, medietatem sibi uxor vindicet, medietatem patri aut matri*[k] *defuncti mariti, qui superstes eorum fuerit, sine difficultate restituat. Quod etiamsi uxori talis casus evenerit, de dote, quam ab uxore maritus accepit, simili ratione, id est, medietatem parentibus, aut si unus eorum superstes fuerit*[l], *se noverit redditurum. Quod si nec parentes superstites fuerint, nec filii, persona coniugis, quae altero supervixit*[m], *et dotem et donationem sibi iure perpetuo vindicabit*[n], *ita ut faciendi de his, quicquid voluerit, habeat liberam potestatem. Mulier vero, quae filios*[o] *dereliquit, si marito superstite intestata defecerit, maritus eius, hoc est pater eorum, facultates ab uxore dimissas*[p] *pro usufructu in sua habeat potestate: ita ut cum unusquisque filiorum ad vicesimum aetatis suae annum pervenerit, medietatem portionis suae sine dilatione recipiat*[q], *et medietatem sibi pater in diem*[r] *vitae suae ad usumfructum retineat. Quod si alicui transacto vicesimo anno medietatem portionis suae dare noluerit, fructus eius medietatis, quam daturus erat, post mortem patris filius*[s] *de paterna hereditate a successoribus*[t] *eius habita aestimatione recipiat, quos patri*[u] *exigere pro sua potestate non valuit. De divortiis vero inter coniuges, sublata Novella lege, quae sunt a divo Constantio ordinata, praecepit observari. Tricennalem vero legem in omnibus negotiis ita iubet evidentius custodiri, ut omnia tempora, quae in infinitum negotia extendebant: quia diversi in quadraginta annos, diversi iurisconsultores de aliquibus rebus perpetuam fecerant*[v] *actionem; specialiter commemoravit*[x], *ut omnia de omnibus caussis*

---

c) 22 et alii codd. Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab. *quem in iudicium* et mox Rittersh. *acqueverit.* Mox nonn. codd. *Quod si aliter* s. *alter faceret — caussae illius.* d) Nonn. codd. Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab. *persecutione*; alii codd. habent *excusatione* s. *excutione.* e) 28, 34, 37, alii codd. Sich. *inq. vel servum*; alii codd. habent *inq. ac servum.* f) Nonn. codd. *iubeat — occasione debita — possit evadere* (et om. *Nam*) *nec conparatus — debent nec curialis vel* (ut Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab.) s. *ne collegiatos* s. *colligiatus* (ut Aur. Lugd. Rittersh. Go.) *clericos e. pr. clericus* (s. *clericis*) *praecipit ut negotiationis — praesumat — vel alii — de corporalibus — quis de curia — unde decesserat* (aut *discesserit* s. *discenderant*) *applicandas* (om. *et*) — *ad servitium servitutis in s. c. vocandum. Manet* (alii om. *Nam*) *iudicium — feriendus.* 23 *lex ipsa.* g) Multi codd. *Diaconus*, alii *diacones.* Sich. *diaconi.* h) In sqq. hic et ille codex *praecipit ut pro se accedam — suffectus — non crediderint* (Ri*. om. *ipsi*) — *non debet hoc — maiorani* (ut Go.; al. *Maiora*; Sich. *Maioriana*) *lege — ecclesiasticam adsciverint debere* (om. *intra*) — *dominos observentur* (s. *a domino*) *revocare — pro se si habuerit vicarium — ut nullas* et om. *alias.* Etiam apud Go. om. *alias.* Cf. Nov. Maior. tit. VII. de Curialibus. i) Fere omnes codd., etiam 8—13, 19 – 23 *nisi*; edd. *praeter.* In sqq. nonn. codd. *actos — agant* (om. *et*) — *per e. reparationem* s. *pro e. separatione non distrahant.* V. *destruant terminatur* Lab. ii) Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. add. *coniugis.* Sich. *hoc quoque.* k) Nonn. codd. *patri vel matri — medietate sibi uxor eius vindicet et* (etiam Sich. *vendicet et*) *medietatem — superstis.* l) 22 om. *se noverit — fuerint.* Infra nonn. codd. *superstes fuerint* (alii *superstis*, alii om. *superstites*) — *personam.* m) Nonn. codd. *supervixerint*, sed plerique, etiam 11, 12, 22, 23 *supervixit.* Edd. *supervixerit.* Deest *et* in multis codd. n) Nonn. codd. *vindicavit — de iis* s. *de id — liberam habeat.* 22 om. *de his.* Go. *iis.* Rell. edd. *hiis.* o) Plerique et optimi antiquissimique codd., veluti 11, 12, 19, 20, 22 et multi alii *filios dereliquit.* 23 *filios derelinqt.* Edd. *filium derelinquet*, sed Sich. *derelinquet*, et *marito* additque in m. *si* pro *et.* p) Nonn. codd. *demissas — ita ut eum unusquis — pervenerint.* Aur. Lugd. Rittersh. Go. *dimissas usurpet, et pro usufructu.* q) Plerique et antiquissimi codd., interque eos 11—15, 19, 20, 22, 23 *recipiat*, ut Sich.; rell. *percipiat.* §. 10 Nov. *restituat filio.* Sich. *dubitatione*, sed in m. *dilatione.* r) Nonn. codd. *in die* aut *pater sibi in d.*; in aliis om. *sibi.* s) In nonn. codd. *et mater superstiti filio et alii propinqui non fuerint.* t) Cui. 1 *successribus.* Nonn. codd. *successoribusque eius.* u) Nonn. codd. *quos pater* s. *patrem — Constantino ord. praecipit — in infinita n. extendebat — annos* (om. *diversi*) — *iurisconsultoris* (ita etiam Sich.) s. *iurisconsultore in aliquibus.* 22 *lege Novella.* Ceterum haec paullo obscuriora sunt et ab Interprete ad-

intra[y] *XXX annorum curricula concludantur, praeter, sicut de postliminio*[z] *dictum est, ut illi anni salvo tricennio captivis imputari non debeant, in quibus hostium dominatione detenti sunt. Quae tamen lex tricennalis, sicut illa tempora ad XXX annos revocat, quae amplius lites fecerant*[a] *propagari, ita reliqua, quae intra XXX annos suis quibusque locis evidenter iussa sunt observari, in omnibus praecipit*[b] *custodiri. Nam etiamsi lis intra tricennium inchoata fuerit, et non definita, quasi nec coepta*[c] *fuerit*[d]*, habeatur exstincta: excepta pupillari caussa*[e]*, quibus pro aetatis fragilitate, sicut lex divi Theodosii continet, constat esse consultum: ut ea tempora in tricennio non imputentur, in quibus minores sub tutorum iubentur potestate consistere. A quibus tamen, si post XXV. annum, ex eo, quo competere actio coeperat, lis fuerit contestata, quintum tantum annum supra tricennium pupillis iubet augeri. Ita ut completis XXX et quinque annis, sicut reliquorum caussae intra XXX annos, ita et eorum intra XXX quinque annorum spatia*[f] *concludantur. Pupillorum vero caussae vel lites, quae, antequam ad XXV.*[g] *annum perveniant*[h]*, contestatae fuisse probantur, intra tricennium sine adiectione quinquennii modis omnibus consumantur. De petitoribus vero constitutum est, ut si petitor adversarium suum pulsatum in iudicio deferre voluerit: quem aut sub fideiussione aut cautione fecit adduci, et non festinet intra quattuor menses, in quibus tamen iudex ad audiendas caussas vacare dignoscitur*[i]*, actionem, quam proposuit, debeat expedire*[k]*. Ille, quem compulit ad audientiam, observare sumptus et expensas litis a petitore recipiat, et liber abscedat: salva tamen integritate negotii illius petitoris, qui ad praesens pro tarditate sumptuum vel expensarum damna sustinuit. Nam si quis pulsatus in iudicio adesse noluerit, post trinam*[l] *conventionem sciat se contumacis sententiam subiturum: id est, ut quicquid, si adfuisset, in iudicio addicendus erat, petenti litigatori quasi victus exsolvat. Quicunque autem si de agro vel de domo*[m] *fuerit pulsatus, sine*[n] *fideiussione alicuius caveat se adfuturum esse in iudicio. Nam si pecuniam quis ab eo repetat, fideiussionem pro quantitate pecuniae dare debebit*[o]*, si de hoc debito voluerit parare conflictum: tunc tamen fideiussor ab eo requiri non debet, quando pulsatus in his locis, in quibus audientia est, non minoris debiti ipsius possessiones habere probatur. Si quis iudicem pro quibuscunque caussis adversum sibi esse*[p] *senserit, aut habuerit*[q] *fortasse suspectum, vocem appellationis exhibeat, ut cum ei successum fuerit, integro negotio apud alium iudicem amotis dilationibus possit audiri. In ea vero caussa iudiciariae potestati, id est inlustri appellari non debet, in qua usque ad centum solidos fuerit iudicatum. Si quis dominus duorum fuerit praediorum, et de una possessione ad aliam, quae iuris sui est, mancipia originaria vel colonaria transtulerit, et ad diversos dominos fundus uterque pervenerit, nihil contra ordinationem domini prioris aliunde translatis mancipiis repetere aut pulsare praesumat, sed cui aut venditus, aut donatus, aut dimissus ager fuerit, in eo eum statu possideat, in quo ab auctore constat fuisse dimissum. De colonarum vero agnatione id remota ambiguitate hac lege*[r] *constat esse praeceptum, ut secundum legem, quae ad Palladium data est de colono et colona, inter*

---

iecta. v) Fere omnes codd. *faciant*; Rittersh. *fecerunt*; rell. edd. *fecerant*. 13 *f. actionem haec lex specialiter*. 22 *speciali*, sed corrig. x) Plerique codd. *commemoravit*, ut 11, 12, 22, sed 22 in m. *censuit*, ut edd. et rell. codd. y) Reposui hic et in sqq. ex codd., veluti 11, 12, 22, *intra* pro *infra*, quod in edd. est. Etiam Ri. prob. *intra*. z) Nonn. codd. *postliminium dictum est et* (alii om. *ut*) — *a* (Sich. om. *ad*) *triginta annis revocant*. Rittersh. *hostium denominatione*. a) 11, 12, 22 et multi alii codd. *faciant* et mox *videntur* pro *evidenter*. b) Nonn. codd. *praecepit* — *fuerit*, et om. *et*. Rittersh. om. *revocat* — *annos*. c) Fere omnes codd., etiam 11, 12, 23, *coepta*, recte. Vid. §. 13 Nov. 23 *concepta*. Edd. *incepta*. d) Fere omnes codd. add. *ita*, quod edd. om. Respexit interpres §. 13 cit., neque vero ibi aliam esse coniunctionem vv. perspexit. Multi codd. *stincta*. e) Fere omnes codd. *Excepto pupillares caussae*, ubi interpres iterum male intellexisse videtur §. 13 cit. In sqq. hic et ille codex *Theudosii* — *consultum* (om. *ut*) — *inputetur* — *sub tuorum* (etiam Go. *tuorum*) — *annum et ex eo quod* — *quinque tantum annos* (nonn. om. *annum*) *super tricennio pupillis sic iubeatur* — *triginta* et om. *et*. f) Sic plerique codd., etiam 11, 12, 22, 23, nisi quod nonn. *spatio* et (ut 11) *in* pro *intra*. Edd. *XXX et quinque* (om. *annorum*) *spatium*. Nonn. codd. *compleatur* pro *concludantur*. Mox Cui. 2, 2* *ut* pro *vel*; deest etiam *ad* in multis codd. g) Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go., neque vero 22, ut Ri. scribit, *XXX et V*, impr. Ri. h) Nonn. codd. *pervenerant* — *intra tricennio* — *quod si petitor* — *differre noluerit* — *aut causatione* — *tam iudex*. i) Fere omnes codd. *dignoscitur actionem*. Sich. *cognoscitur, actionem*. Rell. edd. *cognoscitur* — *ut actionem*. §. 14 Nov. *constituerit iudicem caussas alias cognovisse*. k) Nonn. codd. *debeant experire* sive *expetere* — *sumptos* (om. *et*) — *lites a pet. accipiat* (*accipiat* habent etiam Sich. Aur. Lugd. Rittersh. Go.) *et liber* — *tarditatem* — *sustinuit* et add. *quasi petenti litigatori vectus* s. *victus exsolvat*, quae vv. paullo infra repetuntur. l) Multi codd. *tertiam*. Edd. *trinam*. Nonn. *coniunctionem*. Vid. Tractatum de Trina conventione, quem inveni in nonn. codd. et Wenckius ex schedis meis ed. in Hauboldi Opp. T. II, p. 910 — 912. Mox nonn. codd. *vectus* pro *victus*. m) Ita fere omnes codd., sed nonn. ut 11, 23, *vel domo*. Edd. *Sive de domo vel de agro fuerit pulsatus*. n) Male 11, 12 et alii codd. *sub*. Vid. supr. §. 15 *cessante fideiussionis necessitate*. Mox edd. *adfuturum se esse*. In nonn. codd. deest *in* post *esse*, alii *iudicium*. o) Sic plerique et optimi codd.; edd. *repetit et fideiussionem* (nonn. codd. *fideiussorem*) *pro quantitate pecuniae, unde pulsatur, dare debet* — *tamen ab eo fideiussor requiri non debebit*. Nonn. codd. om. *in* ante *his*, alii habent *possessionis*. p) Edd. om. *esse*, quod v. plerique codd. habent. q) In sqq. hic et ille codex *forte* — *exhibuit ut cum eo* (s. *eis*) *s. f. integrum negotium* — *motis* — *potestatis* (etiam Sich. *potestatis*. Go. *iudicariae*) *id est industriae* — *praediorum* (om. *et*) *de* — *ad aliquam* s. *aliam qui* — *trigenaria vel* (ita 23. Rittersh. *Originari vel*. Go. *voluntaria* pro *colonaria*) — *fundos* — *sed cum aut* (s. *sed aut cui*) *vendet aut donet aut commissus* — *in eo cum* (etiam Cui. 2, 2* *cum* pro *eum*. Alii codd. *in eo enim*) *statuto* (s. *statum*) — *ab actore* — *dimissū* (s. *perceptu*) *de colonorum*. r) Vv. *hac lege* des. in edd. Nonn. codd. *p̄ceptū* — *de colonis*

duos dominos dividatur agnatio, id est, ut coloni dominus duas partes filiorum, et[s] *tertiam colonae dominus sibi debeat vindicare. Quae vero actiones perpetuae fuerunt*[t], *et ad tricennium revocatae*[u] *sunt, placuit annecti, id est, hereditatis petitio, si tamen ab auctore, cui competebat, fuerit inchoata finalis actio, homicidii, furti, tutelae gestae, de fugitivis, de curialibus, vel de collegiatis revocandis, empti, venditi, locati et conducti, negotiorum gestorum, mandati, pro socio*[v].

TIT. XXXV. DE SUARIIS, BOARIIS ET PECUARIIS[a].

1. *Impp. Valentinianus et Marcianus AA. Firmino Pf. P. et Patricio*[b]. Non miramur, inter[c] bellicas curas et obstrepentes lituos ordinatione[d] magnifici[e] viri parentis patriciique nostri Aëtii[f] formam publicae dispositionis in meliorem statum fuisse mutatam[g], cuius sollicitudini[h] facillimum effectum praestitit amplitudinis[i] vestrae in aeternum consulens laudanda provisio, quae sacrae urbis privilegiis et administrantis providentia[k], et optimi civis affectione[l] subvenit, et iamiamque[m] occidui corporis functionem[n] ita salubri dispositione*) constituit[o], ut remotis dispendiis nunquam defectum virium[p] devotio servientis[q] incurrat, quippe cui et permutatione provinciarum et exactionis qualitate et pretii moderata adaeratione[r] prospexit, Firmine, parens carissime atque amantissime. §. 1. Unde[s] illustris[t] et praecelsa magnificentia[u] tua pragmatici[v] nostri tenore comperto[x] sciat, secundum saluberrimam suggestionem[y] suam, quae ex magnifici viri parentis patriciique[z] nostri Aëtii[a] dispositione processit, patronis corporis suariorum[b] intuitu sacrae urbis Romae in primis hoc beneficium debere praestari[c], ut, delegatione[d], quae his intra provinciam[e] Sardiniam praebebatur[f] (de qua propter incertum navigationis illatio fluctuabat), ad ar-

---

Tit. XXXV. 1, Zir. in ind. titt. Am. *Tit. XXXIII.* 2—5, P. P[a]. P[b]. in ind. titt. *Tit. XXXIX.* 6 *Tit. XXXIII.* Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *Tit. XV.* Ad Cui. edit. referenda sunt, quae apud P. P[a]. P[b]. in ind. titt. leguntur: „*edita inter easdem Nov. XV.*" P. in edit. *Tit. XXVII.* Nov. Th. et Val., err. pro *XXXVI.*, quem numerum P[a]. et P[b]. habent. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Tit. XXXVIIII.* Nov. Th. Be. *Tit. XXXVI.* Cf. Nov. Th. tit. IV, not. sup., praefatio not. 156, et Nov. Val. tit. II, XIII, XIV. Commemoratur a Cui. in Comm. c. 2 Cod. Iust. de Suariis (XI, 16) l. c. p. 355. C. Th. XIV, 4. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1 s. *un.* Be. add. (*LXXIX.*), id e. omnium Novell. in Be. ed. De cod. 3 vid. §. 8, not. *d.*

---

et colona. s) Copulam, quam plerique et antiquissimi codd. habent, om. edd. et omitti potest. Nonn. codd. *et tertia.* t) Ita fere omnes codd.; edd. *fuerint.* u) Nonn. codd. *provocatae — petitionis* (s. *pretio*) — *actore* (etiam Sich. *actore*) *cui — de fugitivis* (Cui. 2, 2* *sugitivis*) *et de curialibus — mandare* (s. *mandaret*) *pro socio.* v) In codd. Br. Al. diversis formulis terminatur liber Legum Novellarum Valentiniani: *Expl. Novellarum D. Valentiniani; Expliciunt Novell. Divi Valentiniani Aug.; Legum Novellarum D. Valentiniani Aug. Finis*, ut Sich. etc. Pauci add. *II.* In cod. 22 multa vv. cum interpretatione huius Novellae uno tenore cohaerent; adduntur enim nonnulla ex §. 7 tit. I. Novv. Martiani; deinde principium et rubrum tituli illius, tum pars §. 3, 4 et 5 eiusd. Novellae; postea sequitur omissis tit. II. et III. pars tituli IV. Nov. Martiani et annectitur Novella I. Martiani, ita tamen ut rubro eius legis siglum adscriptum sit *Interpret.* et add. inscriptio et pars principii Novellae. Post illius subscriptionem scripta est formula: *Explicit Novellarum Divi Valentiniani III. augusti. Incipit Novellarum Divi Marciani Augusti liber.*

a) 6 *De Suariis et Boariis*, om. *et Pecuariis.* P. ms. P. P[a]. P[b]. in ind. titt. et P. in not. P[b]. in m. *Pecorariis.* 4 *Pecoariis.* Mendose Go. *Pecuniis.* b) 1 *p̄* pro *Pf. P.* 4, 5, Cui. 1. Aur. Lugd. Go. om. *et Patricio*, sed Go. *Firmino p. p.* [*Italiae*]. Be. in not.: „fort. idem simul urbi praefuit." Edd., except. Cui. 1. Aur. Lugd. Go., *Marc.* P. in not. P[b]. in m. *Marcianus.* c) 4 *in bellicos.* d) 4 *ordinationē.* e) Ita 1; rell. codd. et edd. *viri magnifici.* Go. *parentes.* f) 4 *eti formam poplici.* 1 *aeti.* g) 4, 5 *mutatum*, corr. in 5 *mutatam.* h) 4, 5 *sollicitudine*, corr. *sollicitudini* in cod. 5. i) 4 *amplitudine.* Mox Rittersh. *laudandae.* k) 4 *providentie.* Val. *providentiā.* 5 *providentiae*, ut Cui. 1. Aur. Lugd. Go. 6 om. *et.* Aur. Lugd. Go. *administrandis.* l) 4 *optimi cuius affectionē.* 5 *optimi eius vis affaectioñ.* Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *adfectioni.* m) 4 *subveniat etiam iamque.* 5 *etiam iamque*; videtur in cod. 5 v. *iam* deletum esse punctis. n) 4, 5, Aur. Lugd. Go. *iunctionem.* Cui. 1 *iūccionem.* *) 4 *dispositionē.* o) 1 *constituet.* p) 4 *iuriū.* q) Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *inservientis.* r) 1 *cui et pmutatione provinciarum et exactionis qualitate et pretii moderata adaeratione.* 2, 4 (sed hi omiss. comm.), P. P[a]. P[b]. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. Be. *cui per mutationem provinciarum, exactionis qualitate* (in m. cod. 2 *aequalitate*, sed del. a P.) *et pretii moderata ad.* 5 *cui per mutatione provinciarum exactionis qualitate et pretii moderatae adaeratione*, corr. a sec. man. *adaerationis.* 6 *cui per mutatione* etc., ut 2. Cui. 1 *cui perimitationem* etc., ut 2. Aur. Lugd. Go. *cui per imitationem provinciarum exactionis qualitate ex pretii moderata adaeratione.* Rittersh. *cui permutationem provinciarum, exactionis qualitate et pretii adaerata moderatione prospex.* Ri. displicet *per imitationem*, sed etiam quod ipse edidit, emendat igitur *per nutationem*, i. e. *defectum virium*, ut paullo ante dictum est. Hanc fuisse caussam moderatae pretii adaerationis. Confirmari hoc iis, quae infra dicuntur: „*plurimum in reliquis habere probantur.*" Sed *mutationis* v. est in omnibus codd.; latet etiam in Cui. 1. Aur. Lugd. Go. edd. scriptura; praeterea de mutatione provinciarum sermo est in §. 1. Recepi cod. 1 scripturam; sequitur *exactionis qualitate, pretii adaeratione.* s) 2 *p̄k̄ā* et om. *Unde.* Etiam 4—6 om. *Unde.* Cui. 1—Ri*. *P. K. A.* et om. *Unde.* Vid. not. sq. Be. rest. *Unde* ex 1. t) 6 *Inlustris igitur.* 2 *inlustras*, corr. a P. u) 1 *magnitudo.* v) Cui. 1 *pragmitici.* x) Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *confecto.* y) 2, 4 *suggessionem*, sed corr. est in cod. 2. z) 5 *parentes patriciiquae*, sed corr. est a sec. manu. a) 1, 5 *aeti.* 4 *eti.* b) 1 *patronis corporis intuitu*, om. *suariorum.* Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *patronis et corpori.* 5 *suap* (videtur deleta esse una litera) *riorum* et add. *i* supra *a* syll. *suap.* c) 4 *praestare.* 1 *praestare debere*, sed Am. em. *praestari.* d) 1, 2, 4, 5, edd. *delegatio.* Ri. em. *delegatione*, recte et consentiente cod. 6. P. in m. cod. 2 *tenta legatione.* e) Cui. 1. Aur. Lugd. *intra provinc.* * * *provinciis sub* et excid. *Sardiniam — cum aliis.* Ita etiam Go., nisi quod post *provinc.** lacuna in medio versu incipit et maiorem ambitum habet. f) 4 *praebeatur.*

cam praetorianam reducta, cum aliis provinciis sub refusione [g] universorum titulorum (qui dispersi antehac [h] plurimum in reliquis habere probantur [i]) de vicinis provinciis, id est [k] de Lucania [l] sex millia quadringentorum, Samnio quinque millia quadringentorum [m], Campania MDCCCCL solidorum [n] debita emolumenta oporteat [o] decerni. §. 2. De boariorum etiam vel pecuariorum praestatione nongentos quinquaginta solidos exactos [p] sibi noverint profuturos: centum millia aequi ponderis porcinae [q] de interpretiis [r] iuxta priora constituta praebeant [s], ducentena quadragena [t] pondo ad solidos secundum promissionem [u] suam illaturi [v], quoniam certa emolumenta [x], amota solita dubitatione, percipiunt, ita [y] ut centum quinquaginta diebus obsoniorum praebitionem sine ulla caussatione [z] singulis annis a se noverint procurandam [a], quae quantitas in tricies sexies centenis viginti octo millibus libris [b] cum duarum decimarum ratione colligitur [c]. §. 3. In ipsorum autem patronorum sit arbitrio [d] constitutum, utrum per praetorianum officium, adiunctis ei quinque de [e] corpore suo, quos elegerint, quibus ducenariae militiae honorem praeberi [f] iubemus, an per suos tantummodo, ne forte onerosi sint apparitores [g], id ipsum munus velint [h] exactionis impleri, non exspectata deinceps praetorianae sedis annua delegatione, quae [i] hactenus servabatur. §. 4. Nec ante [k] quicquam de Lucania Samnioque [l] provinciis arca praetoriana deposcat, quam suariis exigentibus debitum [m] omne solvatur [n]. Moderatores provinciarum eorumque [o] officia sub periculo [p] facultatum suarum diligentiam [q] et efficaciam huic operi commodabunt, ut ea ipsa, quae [r] providimus [s], facilius impleantur. §. 5. Baonio [t] priori corporis cum dignitate lege concessa etiam cingulum militiae iubemus adiungi, quo [u] in rebus ordinandis sub privilegio militari maior huic auctoritas suffragetur; quod circa successores eius venientes per ordinem volumus custodiri. §. 6. Quos [v] ad nullum aliud praeterea [x] onus convenit devocari [y], nisi ut [z] huic officio vacantes, a ceteris habeantur immunes [a]. §. 7. Suarios ipsos nullius apparitionis neque iniuriae [b], neque dispendiis subiacere, manentibus circa eos, quae superiora scita sanxerunt. §. 8. Obnoxias [c] sane suario [d], boario et pecuario corpori personas ad debita praecipimus cum agnatione *), peculiis et praediis onera revocari, amotis [e] omnibus, quae sibi contra

---

g) 1 *sub refusionem*, ut Cui. 1. Aur. Lugd. Go. h) 1 *antea.* i) 1 *probabantur.* 4—6, Cui. 1—Lugd. Go. *probatur.* 6 *in reliquum pr. haberi.* k) 4 *divitiis* (pro *de vicinis provinciis*) *id est.* 6 om. *de.* Aur. Lugd. Go. *i.* pro *id est.* l) 4 *de lunia ex milia quadr.* 1, Cui. 1—Ri*. *quadrigentorum*, sed Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *de* (omitt. in Aur. Lugd. Go. *de*) *Lucania Aemilia quadr.* P. in not. et P [b]. in m. *Sic vet. Cod. alias, Aemilia.* m) 1 *quadrigentorum.* 4, 5, Cui. 1—Ri*. om. *Samnio — quadringentorum.* n) 1 *campinia . milli* (Am. em. *mille*) *ngentos . quinquaginta sold* ||fol. 114 [a]|| *sex actus* (Am. *exactus* et em. *exactos*) *sibi noverint*, et om. vv. *debita — solidos*, duo igitur vel tres versus. 5 *campaniam* (a sec. man. supra add. *de* et corr. *campania*) *millae nonagintorum quinquaginta solidorum.* Rittersh. *Camparia.* 2 *debite*, P. corr. *debita.* 5 *emulamenta.* o) 2, 4, 5, Cui.—Ri*. *oportet.* 6 *oportere.* P. in cod. 2, Ri. em. *oporteat*, quod Be. rec. p) 4 *vel pecuniarū praestationē n. q. solidorum exacto.* Aur. Lugd. Go. *exacto sibi noverit.* P. P [a]. Cui. 2, 2*. Rittersh. P [b]. Ri. Ri*. *noningentos.* q) 1 *profuturus cento milia . equo ponderes porcinae.* 4 *eque ponderis portionē.* 5 *aequae portione*, corr. *aequi.* Cui. 1 *portionē.* Aur. Lugd. Go. *portionem.* Rittersh. *portionis*; rell. *portione.* Ri. em. *portiones*, quod quidem inest in cod. 4 scriptura. Restitui cod. 1 scripturam. 6 om. *centum — illaturi.* r) 2, P. P [a]. Rittersh. P [b]. *de interdictis pretiis*, sed P. in not. et P [b]. in m. P. ms. em. *de interpretiis*, quo v. utatur etiam Cassiod. Var. epist. II, 26. Vid. Ri. ad h. l. not. *n*; Go. ad C. Th. XIV, 4, 4. 4 *iusta.* 5 *inter praeciis iusta*, sed em. *iuxta.* Go. *iuxa.* Haec constituta non inveni. s) Ri. legi vult *habeant*, sed omnes codd. habent *praebeant.* t) 1 *ducena* et om. *quadragena.* 2, P. P [a]. Cui. 2, 2*. Rittersh. P [b]. Ri. Ri*. *ducentena quadraginta.* u) 1 *pondo ad solidum . secundā promissionē.* 4 *pondus ad solidor* (cum virgula per literam *l* traiecta) *sec. promissione.* 5 om. *promissionem.* Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *pondus ad solid. secundum.* v) 6 *ut quoniam.* x) 1 *certe molumta.* 4 *dubitationē.* y) 6 om. *ita ut.* z) 6 om. *ulla caussatione.* 4 *causationē.* a) 6 *a se noverint procur. singulis annis quae.* b) 1 *in tricies. sexies centinis. XXVIIII milibus libris.* 4 *tricies sexies centis.* 5 *tricies sexes* (corr. *sexies*) *centenis.* Cui. 1 *triciès*, *sexties*, *cëties* etc. Aur. Lugd. Go. *tricies sexies*, *centies* etc. Ri. Ri*. Be. om. *sexties.* c) 1 *cum duarum decem marū racione colligitur.* 2 *collegitur*, corr. a P. d) 1 *arbitri.* P. *constitum.** Paullo post apud Ri. Ri*. deest *per.* e) Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *adiuncti ei, quique de.* 4 *quinque quinque de.* f) 1 *p̄bere*; Am. em. *p̄beri.* 2 *ducenariae milie* (corr. a P. *militiae* et om. *honorem*) *pr.* 4 *ducenarie miliae* (om. *honorem*) *pr.* 5 *decenariae miliae* (corr. *militiae* et om. *honorem*) *pr.* Cui. 1—Ri*. *ducenariam militiam praeberi.* 6 om. *quibus — praeberi iubemus.* g) 1 *tantummodo nene forte — adparitoris.* h) 2 *id i. m. vel inter*, sed corr. a P. *velint.* 4 *ad ipsum munus velint.* 5 *in ipsum munus vellint*, sed corr. *velint.* Etiam Rittersh. *in ipsum.* 6 om. *ipsum.* i) 4 om. *quae.* k) 5 *Non ante.* l) 1 *somnioque.* 4 *samnique.* Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *Samique.* 5 videtur habere *bucania.* m) 1 *soariis exegentibus debetum.* 5 *exgentibus.* n) Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *salvatur*; Rein. corr. *solvatur.* 5 *maderatores propuinciarum*, utrumque em. a sec. man. o) 6 *earumque.* p) 1 *sub periculū.* q) 4 *diligentie.* r) 4 om. *quae.* s) 5, 6 *providemus.* t) 1, 4—6, Cui. 1. Aur. Lugd. Go. in m. Cui. 2, 2*. in m. Rittersh. (ubi vero err. scriptum est *Barnio*, quod iam in textu est rec. ex P [b].) *Baonio.* 2, rell. edd. *Barnio.* Restitui *Baonio.* Vid. infr. §. 9, not. *i.* Rein. ann. *Handwerksmeister.* Praeterea 5 *prior*, sed corr. *prius*, ut videtur. u) 4 *quod.* 5 *quo rebus*, sed supr. lin. add. *in.* v) 1 *quod.* 5 *qđ*, corr. *quo* a sec. man. Cui. 1—Lugd. Go. *subfragetur.* x) 4, 5 *praetereat*, sed corr. in 5. Cui. 1. Aur. Lugd. Go. om. *aliud.* y) 2, P. P [a]. Rittersh. Cui. 2, 2*. P [b]. Ri. Ri*. *revocari.* z) 1 add. *ut*, ni fallor recte. In rell. codd. et in edd. deest *ut*, quare Ri. cj. *sed — habeantur* aut potius *nam — habentur.* a) 1 *habeantur inmunus*, sed Am. em. *immunes.* 2, 4, 5, Cui. 1—Ri*. *habentur inmunes*; corr. *habeantur* in cod. 5. b) 1 *suarius ipsus nullius adpatriciones.* 4 om. *nullius.* 5 *nullus* (corr. *nullius*) *apparationis — iniurae*, corr. *iniuriae.* Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *Suarios ipsius apparitionis*, impr. Ri. c) 2 *obnoxios.* d) 3 habet sola vv. *suario — revocari.* 6 add. *et* post *suario.* 4 *peccario.* *) 5 *p̄cepimus cum agnationem*; corr. *agnatione.* e) 1 *honerare vocare amotis.* 2 *onerare vocari amotis.* 4 *honera revocare conmotis.* 5 *honerare vocari. ammotis*, corr. *amotis.* Edd. *remotis.*

leges[f] praesumptio et ambitio[g] vindicavit. §. 9. In quibus exsequendis[h] memoratus Baonius[i], vel successores eius fidelem operam commodare debebunt, quo statutis[k] nostris congruus[l] praestetur effectus[m]. Devotos enim ob hoc non solum provisione, sed etiam honore[n] duximus adiuvandos, ut splendidiores[o] in ministerio urbis aeternae[p] semper invigilent, suisque compendiis[q] aestiment[r] aggregari, quicquid iugis[s] procurarit[t] illatio. ***Dat. III. Kal. Iul. Romae***[u], ***Herculano***[v] ***V. C.***[x] ***Cos.***[y] (452.)

Reposui *amotis.* f) Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *legem.* Vid. C. Th. XIV, 4, 10. g) Cui. 1. Aur. Lugd. Go. om. *et ambitio.* h) 4 *exigendis.* i) 1, 4—6, Cui. 1. Aur. Lugd. Go. in m. Cui. 2, 2* et Rittersh. *Baonius*; 2 et rell. edd. *Barnius.* Vid. supr. not. *t.* Praeterea totus locus in Cui. 1. Aur. Lugd. Go. mutatis vv. et omissis ita scriptus est: *Baonius prior corporis eius fideliter * praestetur*, sed om. a Go. asteriscus. 6 *et* pro *vel.* k) 1 *cōmodate . debebunt .* (om. *quo*) *statutis.* 4—6 *debebunt ut* ēt 4, 5 *institutis.* Non interest, utrum scribatur *quo* an *ut.* l) 4, 5 *congruis*, ut Rittersh. m) 2, P. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. P[a]. Rittersh. P[b]. Go. Ri. Ri*. *affectus*, male; cf. init. h. Nov. 4 *debotus.* 5 *debotos*, sed corr. n) 1 *honorem.* Ante 4 *provisionē.* o) 4 (a sec. man.), 5 *splendoris.* Rittersh. *et splendidiores.* p) 6 *eternae urbis.* q) 1 *inpendiis.* r) 1, 4 *extiment.* 2 *existiment.* 5 *stiment*, corr. *estiment.* s) In cod. 1 in extremo fol. 114[b]. exc. syllaba *gis* verbi *iugis.* 6 *quicquid iuris.* t) 5 *procuraret*, sed corr. *procurarit* a sec. man. 6 *procurare.* u) 5 *romā.* v) 1, 2, 5, 6 *Hercolano.* x) 4 *vic.* 5 *cons̄.* y) In cod. 1 add. (fol. 115[a] med.) *explic. feliciter am̄* et sqq. *Tituli Legum Novellarum Divi Maioriani augusti.*

LEGUM NOVELLARUM

DIVI MAXIMI A.[a]

FRAGMENTUM DE SUMMA SILIQUATICI[b].

— — — Humanitati[c] concidemus[d] si recusaverint[e] admittetur: quid autem de concessa[f] sibi condicione ubium singularẽ[g] maticiae[h] obieccione viri p̃feritur prepter[i] pullata nobis coria ꝑquaeret[k] cuius ad omnis ꝓvincies nostre[l] serenitatis aedicto mox s̃cripta remiscitis[m].

In cod. Vatic. 1023 fol. 1[b] baec scripta sunt: „*In Christi No | mine Incipiunt | Sententiae Cum Diebus | Et Consulibus Excerptae | Cum Interpretationibus | Libri Legum Ex Corpore Teo | dosii. Ipsius Teodosii sunt Libri XVI. | Novellarum cum auctoribus eorum id est | Valentiniani Martiani Maiurani | Severi* MAXIMI *Lib. V. | Hic in finem istorum et ante | initium Gagi arborum iure | require | Gagi Liber I. | Pauli Sententiarum Libri V. | Gregoriani Lib. I. | Hermogeniani Lib. I. | Papiani Lib. I. | Anthemi Lib. I.* || Fol. 2[a] || *Fiunt insimul veterum ac novellarum libri legum XXXI.*“ Eadem vv., sed paullulum mutata, leguntur in cod. Reg. Par. 4412 fol. 8[a]: „*Incipiunt Sententiae Cum Diebus | Et Consol̃. Excerpte Cum Interpretationi | Bus Libri Legum Ex Corpore Theudosii | Ipsius Theudosii Sunt Libri XVI. | Novellarum Libri Cum Auctoribus Eorum Id Est | Valentiniani | Martiani | Maiuriani | Severi |* MAXIMI | *Sunt Libri Quinque Insimul | Hic In Fine Istorum | Et Ante Inicium Gagy Arborem Iure Require | Gagy Libro I | Pauli Sententiarum Libri V. | Gregoriani Libri I | Hermogeniani Libro I | Papiani Libro I | Antimi Libro I | Fint Insimul Veterum Ac Novellarum Libri Legum | XXX Et Uno* | . In indice titulorum codici Fuldensi praemisso Gregoriani atque Hermogeniani codd. titulos et Papiniani fragmentum sequuntur: a) *II* (tit. II. Novv. Severi) *de reorum custodia*; b) tituli Martiani; c) tituli Martiani (leg. *Maioriani*); d) titulus Novellae I. Severi. e) *Incipiunt Tituli Divi Maximi | De Summos laquidi | I. Humanitati concidemus* || fol. 14[a] || *Expliciunt Tituli Maximi* | ; f) Tituli Novellarum Anthemii, quibus additur: „*Explicit ad integrum | scintilla de libro | legum*“ et posteriore manu saec. X. interpr. c. 18 C. Th. de Accusat. et inscr. (IX, 1). In tribus igitur codicibus Novellarum Maximi mentio fit, ita tamen ut in Fuldensi (fol. 132[b] et 133[a]) unius Novellae fragmentum sit, id quidem misere corruptum, in reliquis omittatur. Inesse in codice aliquo Vaticano Maximi Novellas innotuit ex Montfauconii Bibliothecarum T. I. p. 38. Verba illa codicis Vaticani 1023 transscripsit Ruggerius communicavitque cum Zirardino, quem vid. l. c. p. 29 sq. et p. 421 sqq.; eadem vv. usque ad *Maximi Lib. V.* ex eodem codice habet Amadutius l. c. p. XXXVIII. sq., quem praeterea vid. p. 50, not. 2. Apographum fragmenti codicis Fuldensis dedi amicissimo STIEBERO, a quo in Hauboldi Opuscc. Acad. T. II, p. CLIV. editum est. De qua re agat, incertum quidem est, consentio autem cum Stiebero, de Siliquatico agi. Siliquarum mentio fit in Nov. 2 Th. tit. XXII. de Bonis decur.; Nov. Th. tit. ult.; Nov. Valent. tit. XXXIII. de Praediis pist.; Nov. Maior. tit. VII. de Curialibus (ubi *siliquaticum* commemoratur); etiam ex C. Th. aliisque iuris locis v. *siliquae* nota est. Vid. Stieber. l. c. p. CLV. et Dirksen. Manual. Latin. v. *Siliqua*. Quin exstiterint Novellae Maximi imp., dubitari non potest, quae si ad nostram memoriam pervenissent, ponendae essent post Valentiniani Novellas; nam Valentiniano III. occiso anno 455 Maximus successit, sed post aliquot menses obiit, antequam Martianus Orientis imperator mortuus est. Quod in codicibus ultimo fere loco Maximus est, non obstat; locus enim Novellas Maximi a libris Novellarum, quos Visigothi adhibuerunt, abfuisse quidem, sed a librariis appendicis loco, sicut Anthemii leges additas esse demonstrat. Verum eas extra libros illos superfuisse certum est; aliter enim librarii neque Maximum imperatoribus iis, quorum Novellae superessent, adnumerassent, neque legis alicuius fragmentum transscribere potuissent. Dolendum est fragmentum Novellae Maximi ita corruptum esse, ut sententia apta restitui nequeat. Edidi igitur, prout singula verba scripta sunt in codice, quae emendarem posui in notis. Solum libri et tituli rubrum mutavi.

---

a) Index codicis *Incipiunt Tituli Divi Maximi*, sed fol. 132 *Tituli Dui Maximo*. b) Index codicis *De summos laquidi*; fol. 132 *De Summo Silaquadio*, sed litera *a* post *l* aperta est et *u* similis (*siluquadio*). Eodem modo *a* in v. *recusaverint, admittetur, singularem*, aliis picta est. Stieb. *De Summo Siliquadio*. c) Ita in indice codicis; altero loco, ubi fragmentum ipsum est, et apud Stieberum *humanitate*. d) Leg. *concedimus*. e) Hic multa excidisse puto. Post syllabam *re* novus versus incipit et in sequentibus post vv. *quid, condicione, maticiae* (ubi fol. 132[b] terminatur et sequens fol. incipit), *prepter, cuius, serenitatis*. f) Incertus sum, utrum in codice scriptum sit *concesso* an *concessa* s. *concesse*. Stieb. ed. *concessa*. g) Leg. *urbium singularum*; nisi in vetusto codice scriptum erat *ob vim singularem*. Stieb. ed. *singularem*. h) V. incerta. Scripsi, quod ductus literarum codicis scribi iubent, nam prima specie facile aliquis leget *muticiue*. Quid si *materiae* scriptum fuisse dicamus? nam literae *ic* post *t* imperfectae videntur esse. i) Stieb. *praefertur*. An *praefecti praetorio*, aut *praefecti praeter* s. *profertur, propter*. Hoc malo, etsi facile quis legeret *preptes*. Leg. igitur fortasse est: *Quid autem de concessae* (s. *concessa*) *sibi conditione ob vim singularem materiae obiectione viri profertur, propter* etc. Si legitur *preptes*, latere in hoc v. puto *praeceptis* reponendumque: *quid autem de concessa sibi conditione urbium singularum materiae* (an *muti sive?*) *obiectione* (exciderunt nonnulla) *viri* (exc. *illustris*) *praefecti praetorio praeceptis pullata*. k) Leg. *perquiret* et add. *is*. l) Leg. *ad omnes provincias nostrae*. Stieb. *a domnis — serenitatisue dicto — remiscitur*. m) Leg. *edicta* (om. est *solenni*) *more scripta remittitis*, aut *edicto mox scripta remittitis*. Referendum est *remittitis* ad magistratum, cui lex inscripta erat.

LIBER
LEGUM NOVELLARUM
DIVI MARTIANI A.[a]

TIT. I. NEMINEM EXHIBERI DE PROVINCIA AD COMITATUM, NISI AD RELATIONEM IUDICIS[b], A QUO FUERIT APPELLATUM[bb].

1. *Impp. Valentiniani et Martiani*[c] *AA. Edictum*[d]. Multa remediorum genera nostrae clementiae, provincialibus suis prospicere gestienti[e], et crebra cogitatio suppetit[f], et ipse rerum usus apportat. Nam cum venalem iudicum[g] ambitum radicitus amputasset[h], et ad res privatas vel publicas sincerissime gubernandas homines spectandos[i] atque consultos traxisset[k] invitos, sciens quippe, felicem fore[l] rem publicam, si a[m] nolentibus et actus publicos repulsantibus regeretur[n], cogitanti nostrae pietati statim occurrit[o], quonam modo possint[p] longi itineris intervallo et enormibus[q] sumptibus legitimo egentes auxilio liberari. Videtis enim agmina[r], videtis catervas adeuntium[s] infinitas non solum a[t] finitimis provinciis, verum extremo orbis[u] Romani limite confluentes[v], et adversum suos adversarios conquerentes[x]. Quod profecto nullatenus accidisset[y], si in locis integritas vel severitas iudicum floruisset. Et[z] ne igitur huius modi flagitia etiam ulterius[a] porrigantur, ne quis desertis laribus[b] suis aut certe[c] dulcibus pignoribus per incognitas mundi partes diutius pervagetur, hoc consultissimo edicto statuendum pariter[d] et omnibus declarandum pietas nostra decernit.

Tit. I. Martiani Novellae desunt in codd. 1, 2 et edd. P. P[a]. P[b].; supersunt igitur in iis codd., quorum potissima pars Breviarium Alarici est: 3, 4, 6, 8 — 38, 41 et partim 40; in edd. Sich. Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Rittersh. Go. Ri. Ri*. Be., in quibus libris omnibus hic titulus primus est. Vid. Nov. Val. tit. XXII, pr. not. *t*. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1 s. *un.* Be. add. (*LXXXI.*), id est omnium Novellarum in Be. ed. L. R. B. tit. XXXIII. Ep. II. Felicis I. P. (Knust l. c. p. 60) et ad Interpr. Ep. II. Iulii P. (Knust l. c. p. 69). Decr. Grat. cau. III, qu. 6, can. 16 et 17. C. Th. I, 19, 2. Cod. Iust. VII, 51, 4. Bas. IX, 3, 68. Integra cum interpr. est in codd. 11 — 21, 23, 25; omnia praeter interpr. des. in codd. 3, 41; inscr. et textus in codd. 4, 8 — 10, 24, 30; textus et subscr. in cod. 35; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 27 — 29, 31 — 34, 36 — 38; in cod. 22 ipsius Novellae fragmenta tantum adsunt cum inscr., subscr. et interpr. Vid. interpr. Nov. Val. tit. XXXIV, not. *v*; infra pr. not. *e*; §. 3, not. *s*; §. 5, not. *; §. 7, not. *g* et *z*. Intra ann. 450 et 455 incid. c. 10 Cod. Iust. de Metatis (XII, 41) et c. 2 Cod. Iust. de Praet. (XII, 2).

---

a) Codd. *Incp̄ Divi* (*D.*) *Marciani A.* (et om. *Novellae*, quia antec. *Finiunt* s. *Expl. Novellae Valentiniani*) s. *Incp̄t Novllr̄ Divi Martiani* s. *Incp̄t Capitula Novell. Divi Martiani* (sequitur titulorum index eumque rubr. *Novellae D. Martiani A.*) s. *Incipiunt Legum Novellarum D. Martiani Imp. A.* et similiter. Pauci codd. add. *Lib. III.* Vid. Novv. Theod. tit. I, not. *a*. Sich. *Legum Novellarum Divi Martiani A. Liber.* Cui. 1 — Cui. 2*. Go. — Ri*. *Legum Novellarum Divi Martiani A. Liber III.* Be. *Novellarum Legum Liber III. Novellae Divi Martiani A.* Rittersh. *Incipit Legum Novellarum Divi Martiani Liber III.* b) Nonn. codd. *Nemini*, alii *exhibere*, *relatione* aut *rationem* et *appellatus*. 12 *comitatus*. 31 *de provincia sua ad c. ne ad.* 6 om. *de provincia* et *a quo* etc. In cod. 14 et apud Go. excid. *iudicis*. bb) Nonn. codd. add. i. e. *ut actor forum rei sequatur* ex Explan. c) Nonn. codd. *Valentinianus et Martianus*, alii *Val. et Martianus*. d) 6 *augusti edictum ad omnes iudices*. Cod. Iust. add. *ad populum*. e) 22, 25 *gestiendi*. 11 *gestuenti — usum*. Etiam 25 *usum*. In cod. 22 post v. *gestiendi* omnia des. usque ad §. 3 vv. *neglexisset nostrae*; sed vid. infr. §. 7, not. *z*, ubi principium h. Nov. repetitur. f) Rittersh. in m.: „f. *suggerit vel suppeditat. an suppetit*, pro *suppeditat.*“ g) 14 *venale iudicium*. 19 *iudicium*. 16 om. *cum*. Mendose Go. *indicum*. h) 12, 19, 20, 23, 26, Sich. *amputasse*. 6 *amputare et ad res privatas et publ.* i) Plerique codd. et Sich. *exspectandos*. *Spectandos*, i. e. qui digni sunt, qui suspiciantur, sed malim *spectatos*. Mox 13 *consultus*. Vid. not. sq. k) 11, 12, 15, 17 — 21, 26 *tradidisset*. 6 *homines spectabiles etiam invitos tradere vellet sciens* et om. *quippe*. Nonn. codd. *invitus* et infra *actos*, ubi 26 *actus suppliciis*. l) 6 *fore felicem*. 26 *sciens qui furore*. m) 25 om. *a*. n) 6 *publicos recusantibus regeretur haec cogitanti*; rell. codd. omnes et edd. om. *regeretur*. In m. Cui. 1 — Lugd. ann.: „*videtur esse, administretur*“ et in m. Cui. 2, 2*: *videtur deesse, administretur.*“ Ri. et Be. probatur Cui. coniectura. Rittersh. in m. suppl. vult *administretur* vel *regatur*; hoc recte. Recepi cod. 6 scripturam. o) 13, 16 *occurrerit*. p) 6 *quo iure p.* 11 *quoniam modo p.* 13 *quodammodo* (hoc etiam 26) *opus sint*. 15, 19, 21 *quo vrae p.* 16 *qd̄ admodo vestrae opus sint*. 25 *quomodo p.* Sich. *quonā mō*. q) 6 *et inermibus*. 23, Sich. *et in omnibus*. 25 *et inarmibus*. 18 om. *sumptibus — enim* et Rittersh. *modo*. r) Nonn. codd. *augmina*. s) 6 *Vidimus enim c. ad.* 13 *audientium*. t) 14 *in*. 25 om. *a*. u) Nonn. codd. *urbis*. 6 *Romani orbis*. v) 6 *commeantes*. 11, 12, 15, 18 — 21, 25 *confluentibus*. Meum Ri*. exemplar habet *confluentes*, | *set — integritas vel* | *everitas*. x) Nonn. codd. *conquirentes*, ut Cui. 2, 2*. y) 11, 12, 20, 25, 26 *occidisset*, sed corr. in cod. 12 *accidisset*. 13 *nullatenus concidissent occidisset*. 15, 16, 19 *concidissent*. z) 6 om. *et*, bene. a) 11, 12 *ulterior*. 18 — 21 *ulteriora*. 25 *flagitia huiusmodi* et om. *etiam*. Sich. in m. em. *prorogentur*. b) 14 — 16, 25, alii codd. *laboribus*. c) 19 om. *aut certe — et omnibus*, sed vid. infr. §. 2, not. *y*. d) 6, 18 om. *pariter et omnibus declarandum*. Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *sta-*

biles[g], et in provincialium viscera et damna saevientes[h] nec arguere quisquam apud provincialem iudicem[i] potest, cum resupina apparitori et totum sibi de superioris cinguli fastidio blandientes potestas provincialis examini[k] subiecta famuletur, nec de longinquis provinciae regionibus cum magno sumptuum expensarumque detrimento ad comitatum nostrum venire audeat ille, qui queritur[l], cui sub duro patientiae gemitu[m] tolerabilior videtur depraedatio saevientis[n], quam sub magno observationis incommodo sustinendus impetrandae[o] ultionis eventus. Hinc est, quod per iniuriam compulsorum destitutae ordinibus civitates idoneum nequeunt habere curialem, quod exigentium atrocitate perterriti[p] possessores propria rura destituunt[q], cum non iam amissio[r] fortunarum, sed saeva custodia et suspendiorum[s] crudelitas formidatur, quae immitis apparitor, et executio militaris pro commodo suae cupiditatis[t] exercet. Ac ne ulterius canonicariorum venalis improbitas[u] publicis fortunis inferat privatisque dispendium, veteri more revocato, provinciarum rectores celebrandae exactionis summa respiciat[v], per quorum officia profligari[x] iubemus annuas functiones, ita ut a[y] duodecimae indictionis[z] initio nullus ad provinciam magnificentiae tuae canonicarius, nullus palatinus, nullus armatae potestatis[a] minister accedat, sed universa fiscalia, quae de provinciis speranda sunt, per locorum iudices inferantur, quos aut negligentiae culpa[b] respiciat[c], aut laus manebit industriae[d], ita ut ipsis moderatoribus ad admonendum tantummodo directus exsecutor immineat. §. 3. Et quia totum pro remedio possessoris serenitas nostra[e] constituit, quem tributorum gratia solvendorum fruges suas sub opportunitate[f] vendentem volumus per temporis intervalla refoveri, trina per annum vice singularum[g] indictionum quantitas speranda solvatur, et quadrimenstruis[h] illationibus annuae functionis celebretur exactio, cuius summam[i], ita ut distinctum est, moderatoris annitente diligentia[k] ad arcam volumus congrua exactione[l] transmitti. §. 4. Habenda sane[m] ratio est potentium personarum, quarum actores[n] per provincias solutionem fiscalium negligunt, dum pro sui terrore[o] fastidii[p] minime perurgentur, ac se in praediis retinent contumaces, ne ad eos praeceptum iudicis possit aut conventio pervenire, et idcirco clarissimarum[q] domorum vel potentium iubemus actores[r] seu procuratores in his civitatibus iudici[s] per provinciam discurrenti sui[t] facere et exhibere praesentiam, in quarum territoriis[u] praedia suorum[v] sciant esse patronorum, et tam[x] diu publicis inhaerere conspectibus, quam diu in eodem[y] oppido morari viderint[z] cognitorem: quod[a] etiam sacrae domus nostrae observare iubemus actores[b]. Nam si quis ex memoratis defuerit, ac[c] se per totum annum pulsandus conveniendusque[d] subtraxe-

---

cognitus subv.; etiam edd. *cognitus.* Reposui ex cod. 1 *cognitor*; nam secundum modum scribendi, quo librarius codicis utitur, *cognitur* nihil aliud est, nisi *cognitor.* f) 1 *superiores.* g) 7, 9, 10 *terribilis.* h) 1 *damna de se uenientes.* An pro *desaevientes?* i) 1 *provincialium iudicem*; infra *provinciales iudices* nominantur. V. *potest* bis est in Go. ed. k) 1 *adpariture et totum sibi de superiores cingoli fastidio blandientes pot. provinciales examinis.* Etiam rell. codd. *fastidio blandientes,* ut edd. Rein. em. *fastigio blandiens* et Ri. *apparitoris — fastigio blandientis.* Non admitto *fastigio,* quod etiam Be. prob. Est *fastidium* pro *superbia,* quam apparitor ob cinguli honorem prae se fert; sed admitto *apparitoris* et *blandientis,* etsi neque haec em. locum corruptum, quem frustra corrigere studui, sanat. Vid. infr. §. 4, not. *p.* l) 7, 9, 10 *quaeritur.* m) 7, 9, 10, Ri. Ri*. *sub durum p. gemitum.* Cui. 1 — Go. *subdurum p. gemitum.* Iam Rein. corr. *sub duro p. gemitu,* quod Be. ex cod. 1 rep. n) 7 *saevientes.* o) 1 *sustinendus impetranda.* 7, 9, 10 *sustinendos inpetrandae s. inpetrande.* Paullo post apud Go. deest *per.* p) 1 *exhigencium atrocitate periti* (sed add. est supr. *r* altera litera *r* et Am. corr. *perterriti*); rell. codd. Cui. 1 — Cui. 2*. Go. Ri. Ri*. *auctoritate perterriti.* Rittersh. *auctoritate praeteriti.* Be. ex cod. 1 rep. *atrocitate.* Utraque v. *auctoritate* et *atrocitate* aptam sententiam habet, sed v. *atrocitatis* magis quam *auctoritatis* cum totius loci sententia videtur concinere. q) 1 *rura distituunt.* 7, 9, 10 *iura distituunt.* Edd. ante Be. *iura destituunt.* Be. ex cod. 1 rep. *rura*; id iam Ri. prop. r) 7, 9, 10 *tam amisso.* s) 1 *suspendorum.* t) 9, 10 *pietatis.* u) 1 *venalis probitas.* Cui. 1. Cui. 2, 2* *vaenalis* et mox Rittersh. *inserat.* v) 1 *celebrande exhactionis sub* || *ma respiciat.* x) 1 *profligare.* y) 7, 9, 10 om. *a.* z) 7 *indicitur initio.* 9, 10 *indictio initio,* et om. in his codd. et in Cui. 1 — Ri*. *nullus — canonicarius,* quae vv. Be. ex cod. 1 rest. Sec. Am. cod. 1 habet *ad* (Am. em. *a*) *duodecime.* a) 1 *armatule potestates.* Rittersh. *annatae.* Mox Aur. Lugd. Rittersh. Go. *ministret, accedat.* b) 1, 9, 10 *culpa.* 7, edd. *cura.* Rein. correxerat *negligentia curae,* sed postea del. Reposui *culpa.* c) Rein. Ri. et Be. propter seq. *manebit* em. *respiciet,* bene quidem, sed adversantibus codd. d) Ita 1, 9, 10, Rein. Go. (prob. Ri. et Am.) Be.; 7, rell. edd. *industria.* Ante Go. *au* pro *aut.* e) 1 *sereritas nostrae.* f) 1 *oportunitate.* 9, 10, Go. *oportunitatibus.* 7, rell. edd. *opportunitatem.* Recte Be. prop. *opportunitate.* Mox Rittersh. *reuoveri,* mendose pro *refoveri.* g) Cui. 1 — Rittersh. Ri. Ri*. *voce singulari.* Rein. legi vult et Go. ed. (prob. Ri.) *vice singulari,* consentientibus codd. 7, 9, 10. Be. rest. ex cod. 1 *vice singularum,* recte. h) 1 *quadrimestruis.* 7, 9, 10 *quadrumenstruis* et 10 *annae.* i) 1 *exatio cuius sūmam.* 7, 10, Cui. — Ri*. *exactio cuius summa.* Ri. em. *summae.* Recte Be. ex cod. 1 rest. *summam.* Rittersh. *id* pro *ita.* k) 7, 9, 10, edd. ante Be. *moderatores admonentes diligentiam,* sed Rittersh. habet *admouentis.* Ri. em. *moderatoris,* recte. Nostram scripturam rec. Be. ex cod. 1, quem praeterea dicit Am. *ad arca* (Am. em. *arcam*) habere. l) 7, edd. ante Be. *congrue* (s. *congruē*) *exactionē.* 9, 10 *congruae exactionem.* 1 *congrua exactione* (sec. Am. *exhactione*), quod Be. recep. m) 9 om. *sane.* 10 *sa* pro *sane.* n) Rittersh. *quarum amores.* 7 *quarum auctores.* o) 9, 10 *prosint errore,* nisi in cod. 9 scriptum est *prosiut.* p) Rein. Ri. Be. em. *fastigii.* Vid. supr. §. 2, not. k. q) Edd. ante Be. *clarissimorum.* r) 1 *iuvemus auctores*; etiam 7, 9, 10 *auctores* et 7 *procoratores.* s) 9, 10 *iudicii.* t) 1 *discurrente sui.* 9 *discurrentes. ui.* 10 *discurrentis ui.* Rittersh. *per iudici provinciam discurrendi.* u) 7 *terreturiis.* Rittersh. *territorii.* v) 9 *suarum.* 1 *suorū. sciunt.* Scribi potest etiam *sciunt.* x) 7, 9, 10, Cui. 1 — Ri*. *etiam.* Rein. Ri. em. *et tam,* consentiente cod. 1, quem Be. secutus est. y) 1 *quā diuini eodem.* z) 7, 9, 10 *viderint*; 1, edd. *viderent.* Iam Rein. em. *viderint,* quod reposui. a) 1 om. *quod.* b) 1, 9, 10 *auctores.* Paullo supr. Rittersh. *observari.* c) 1 *hac.* d) 7,

rit, raptus ad supplicium id, quod exacto indictionis tempore minus intulisse convincitur[e], duplum cogatur exsolvere. Sicut enim vexari incongruae exactionis incommódis devotos[f] nolumus, ita rebelles iustae severitatis vigore persequimur. §. 5. Illud quoque providendum est[g], ne provinciales iudices falso in obiurgationem apparitorum suggestionibus commentisque deducantur, qui, ad eos hac exactione[h] translata, ereptam[i] immanium commodorum praedam e suis[k] fraudibus[l] lugent: ac propterea hoc eis tribuimus dignitatis, ut de iniunctis[m] actibus, et de suae assertione[n] diligentiae referendi ad[o] mansuetudinem nostram habeant[p] facultatem, ut nos potissimum de eorum administratione iudicemus, quorum suggestiones inter quaslibet publicas curas sacrae providentiae attentione dignamus[q], Basili, parens carissime atque amantissime[r]. §. 6. Illustris et praecelsa magnificentia[s] tua huius legis saluberrima constituta propositis divulgabit[t] edictis, ut ad provinciales remedia concessa perveniant, et iudices ex nostra praeceptione cognoscant, ita industriae ac vigilantiae suae exactionum[u] publicarum redditam potestatem, ut non leviter arguendi sint, si augusto non inertem dissimulationem nequiverint respondere iudicio[v]. *Dat. VI. Id. Mart. Ravenna. Acc. V. Id. suprascriptis Ravennae, D. N. Maioriano A. I. Cos.*[x] (458.)

TIT. III. DE DEFENSORIBUS CIVITATUM.

1. *Impp. Leo et Maiorianus AA. universis rectoribus provinciarum*[a]. De civitatum per omnes provincias positarum raritate[b] cogitantes, quibus, fugientibus incolis[c], defensorum auxilio destitutis, qui unumquemque civium ab improbitatibus insolentum[d] antiquae ordinationis*) studio vindicare consueverant[e], sollicitudo[f] nostris ordinationibus summovenda possidendi[g], priscae consuetudinis morem revocandum esse censuimus[h], ut

Tit. III. 1, Zir. in ind. titt. Am. *Tit. III.* 4, 7, 8 in ind. titt., 9, 10, Aeg. in ind. titt., Cui. 1. Aur. Cui. 2, 2*. Lugd. Rittersh. Go. Ri. Ri*. *Tit. V.* Be. *Tit. II.* Vid. infra not. *i.* In cod. 4 hic tit. additus est statim post tit. *de Episc. iud.*, qui in Br. Al. secundus est, neque ibi alius Maioriani titulus praeter eos, quos Visigothi receperunt, invenitur. C. Th. I, 20. Cod. Iust. I, 55. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1 *s. un.* Be. add. (*LXXXVII.*), h. e. omnium Novellarum in Be. ed. In cod. 9 subscr. inter inscr. et legis vv. collocata est, deest autem in cod. 10. Cf. Hengel, Diss. Spec. Iuridic. p. 14—33.

9, 10, edd. *pulsandos conveniendosque.* 1 confirmat, quod Ritterus emendavit *pulsandus conveniendusque* idque recepi. Ceterum in cod. 1 lacuna est, qua exc. *per totum annum.* e) 9 *convicitur.* f) 1 *vexare incongrue* (hoc etiam 7) *exhactionis incomodis debetus.* 9, 10 *devotis.* g) Ap. Rittersh. deest *est.* h) 1 *deducantur qui ad eos . hac exactione.* 9, 10 *ducantur qui ad* (9 *quiad*) *eos haec exactione.* 7, edd. *quia, ad* etc. i) 7, 10, Cui. 1 — Ri*. *erepta.* Rein. Ri. em. *ereptam*, recte et consentiente cod. 1, quem Be. secutus est. k) 7 *immaniū c. praedam messuis.* 9, 10 *i. c. praedam me suis.* l) Rein. Ri. em. *faucibus*, ingeniose quidem, sed adversantibus codicibus. Mox 9, 10 *dignitates.* m) 7, 9, 10, Cui. 1 — Ri*. *inductis.* Be. ex cod. 1 recte rest. *iniunctis.* n) 7, 10 *adsertionē.* o) Cui. 1. Cui. 2, 2* om. *ad.* Rein. in Cui. 2 rep. *ad*, quod iam Aur. ed. add. p) 7, 9 *habent.* 10 *nostra habent.* Etiam Cui. 1 *habent.* q) 1 *adtemptatione dignā.* 7, 9, 10, Aur. Lugd. Rittersh. Go. *dignamur.* r) Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *Praefecte Karissime Augustorum*, sed Rittersh. in m. em. *Parens.* In codd. et in rell. edd. formula siglis expressa est. De *Palladio* h. l. consentiunt omnes codd. et edd. Vid. inscript. not. *a.* s) 1 *magnitudo.* Paullo post in Cui. 2, 2* deest *legis.* t) 7, 10, Cui. 1 *divulgavit.* Aur. et sqq. edd. *divulgabit.* 9 *praepositis divulgavit.* u) 7, 9, 10 *exactionem.* 1 *et iudices ea praeceptione cognuscant — industria hac vigilancie sue exactione publicarū reddita potestatem.* v) 1 *si augusti non inertem dissimulacionem nequererint respondere iudicio.* 7, Cui. 1 — Ri*. *si angusto non inertē dissimulatione nequiverint respondere iudicib;.* 9, 10 *si Augusto non inartem dissimulationem nequiverint respondere iudicibus.* Ri. em. *si augusto per inertem dissimulationem nequiverint respondere iudicio.* Be. partim cod. 1, partim Ri. secutus ed. *si Augusti per inertem dissimulationem nequiverint respondere iudicio.* Miror, v. *non*, quod sententiam turbat, in omnibus codicibus esse. Am. et Beckio probatur *per* pro *non.* 7 habet *dissimulatione*, fortasse etiam scriptum erat *inerte*; *non* significat *nostro*, quod expressum erat siglo *n̄o*, unde ortum est *non* et *n̄*, quod 10 habet. His positis verisimile est, fuisse in Novella *augusto nostro inerte dissimulatione nequiverint respondere iudicio. Per* nimis recedit a codicum scriptura. x) Subscriptionem rest. Be. ex cod. 1, ubi vero *A̅S̅.* pro *A. I.* scriptum est et *S̅S̅* pro *suprascriptis.* 7, 10 *Dat. VII. Idus Mart. Ravenna ipso augusto* (10 *ā*) *consulibus* et om. *Acc.* — *I.* In cod. 9 subscriptio deest. Cui. 1 — Ri*. *Dat. VII. Idus Mart. Rau. ipso A. Cos.* sive *Cons.* (sed Rittersh. Go. *Coss.*) et om. *Acc.* — *I.* Am. sigla cod. 1 ita solvit: *suprascripti* (sc. mensis Martii) — *Augusto consule.*

a) In codd. 9, 10 vv. *universis* — *provinciarum* ab inscr. divulsa sunt et coniuncta cum vv. *De civitatum* etc., sed in 9 admiscetur etiam subscriptio, hoc modo: *Maiorianus a̅.a̅.* || *Dat.* — *consulibus.* || *Universis* — *provinciarum de civ.* b) Ita 7, 9, 10, Cui. 1 — Ri*. Em. Ri. *vastitate*, quod non impr. Hengel. l. c. p. 19, quamquam longius a scriptura vulgari videatur recedere. Be. ex cod. 1 ed. *caritate*, praefert autem Hengel l. c. vulg. scripturam; *raritatem* esse pro *vastitate* civitatum, civitates incolarum multitudine carere, cum effugerint cives. Recte opinor. Infra dicitur: *fugientibus incolis, rurales habitationes et solitudines expetunt, repetili domicilii habitatione.* 4 *raritatē.* c) 1 *fugientibus incomis.* Mox 4 *auxiliis* et 10 *distitutis.* d) 4, 7, 9, 10 *insolentem.* 1 *ab inprouitatibus . . . . lentum* et est spatium ante *lentum.* *) Cf. C. Th. I, 20, et sec. Ri. inprimis c. 2 illius tit. e) 4 *consuerat.* 7, 9, 10, Cui. 1 — Rittersh. Ri. Ri*. Be. *consueverat.* Go. edidit *consueverant.* Etiam Be. (neque vero Hugo, quem Hengel pro Be. nominare solet. Vid. Praef. meam ad C. Th. p. XXI, not. 120) prop. *consueverant*, prob. Hengel. l. c. p. 19 et assentiente cod. 1. f) 1 *solitudinis.* 10 *sollitudo.* 7, Cui. 1 — Be. *solitudo*, sed 7 a sec. man. et 9 *sollicitudo.* Idem vult Be., prob. Hengel. l. c. p. 18, cui tamen obloquor, quod hac lectione recepta, interpungendum esse putat post vv. *sollicitudo* et *submovenda.* Vid. not. sq. g) 1 *submonenda . . . . . dendi* et est spatium ante *dendi.* 4 *movenda possidendi.* Rittersh. *possidente.* Locus obscurus, quem Hengel l. c. p. 18 sa-

probis[i] moribus, honestate, providentia viri iudicio universitatis electi, auctoritatem[k] tuendae in civitatibus suis plebis accipiant, et quaecunque utilitatem[l] publicam respiciunt, concessae per leges privilegio dignitatis[m] vel exsequendi[n] vel insinuandi auribus mansuetudinis nostrae habeant[o] potestatem. Hoc enim modo fieri potest, ut, repressis per eos insolentiae vitiis quoque, qui accidentia[p] in provinciarum nostrarum parte[q] tractatum intenti curis maioribus ignoramus, eorum ad emendandum suggestionibus[r] instruamur, et ii[s], qui per iniuriam compulsorum rurales habitationes et solitudines expetunt[t], sub defensorum tuitione degentes publicis se urbium conspectibus[u], repetiti domicilii habitatione[v], restituant. Quapropter praeceptionis nostrae tenore comperto[x], universarum civitatum, quae sunt, inhabitantium frequentia celebres, in tuae potestatis arbitrio constitutae[y], municipes, honoratos plebemque commoneat[z], ut adhibito[a] tractatu atque consilio sibi eligant defensorem, factumque dematurent, ut sub hac solennitate[b] desideria urbium singularum ad nostram mansuetudinem[c] dirigant (quia ipsos provinciales[d] propter expensas vel itineris laborem[e] ad comitatum venire non patimur), ut[f] compertis eorum moribus atque personis, quos praeter ambitum dignos tali ministerio et honore[g] iudicemus, idoneos defensores confirmatio[h] constituat. *Dat. VIII.Id.Mai.*[i] *Ravenna*[k], *D. N. Leone et*[l] *Maioriano AA. Coss.*[m] (458.)

TIT. IV. DE AEDIFICIIS PUBLICIS[a].

1. *Impp. Leo et Maiorianus AA. Aemiliano*[b] *Pf. U.*[c] Nobis rem publicam[d] moderantibus volumus emen-

---

Tit. IV. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. IV.* 7, 8 in ind. titt., 9, 10, Aeg. in ind. titt., Cui. 1. Aur. Cui. 2, 2*. Lugd. Rittersh. Go. Ri. Ri*. *Tit. VI.* C. Th. XV, 1. Cod. Iust. VIII, 12. Zir. l. c. p. 193. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1 s. *un.* Be. add. (*LXXXIX.*), h. e. omnium Novellarum in Be. ed.

---

nat iniecta v. *est* (*sollicitudo*, *nostris ordinationibus submovenda*, *est possidendi*), optime, sed cave, ne commata ponas. Vid. not. *f.* Melius quid proponam, nescio. Antea Hengel in animo habebat delere v. *possidendi*, aut scribere *solitudo n. o. possidendi submovenda*, ac si *ordinationibus possidendi* sit pro *ordinationibus de possidendo*. h) 1 *prisce consuetudinis more oms contempdum esse censuimus.* i) 1 *puis*, qua scriptura confirmatur *probis*, quod Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. Be. habent. 4, 7, 9, 10, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *provisi*, impr. Ri. Hengel. l. c. p. 23 prop. *probati*, quia in C. Th. I, 20, 3 defensores *probatissimi quique* esse iubentur. Mox Aur. Lugd. *providantia.* k) 1 *viri indicio universitatis edicti auctoritatem.* 7, 9, 10 *auctoritate.* Rittersh. *universitatis*, *electi auctor.* l) 7, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. om. *utilitatem.* Go. *qnaecunque.* Cui. 1. *quecunque.* m) 1 *concesse per legis. privilegio dignitatis* et em. Am. *leges.* 9, 10 *c. p. l. privilegia dignitates.* 4 *c. p. leges privilegiā dignitatis.* 7, edd. ante Be. *c. p. leges privilegia dignitatis*, ubi Ri. em. *concesso per legem privilegio dignitatis*, bene quidem, neque vero opus erat cj. *concesso.* Be. ex cod. 1 rest. *privilegio*, prob. Hengel. l. c. p. 20. n) 4 *sequendi* — *mansuetudines.* o) 4, 7, 9, 10, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *habent.* p) 1 *uiciis quoque* (om. *qui*) *accedenciae.* 4 *accedentiā.* 7, 9, 10, Cui. 1 — Rittersh. Ri. Ri*. *accedentia.* Rein. em. et Go. Be. edd. *accidentia*, pr. Hengel. l. c. p. 25. q) 4 *pariter.* 10 *part& ractatū.* Locus impeditus. Rein. em. *tractatuum.* Ri. totum locum sic rest.: *quia accidentia in provinciarum nostrarum parte tractuque ignoramus*, prob. Be., nisi quod is *nos quoque*, *qui accidentia* etc. legi vult. Hengel. l. c. p. 25 prob. *quia*, neque vero *nos* et *tractu*; illud ei displicet, quia v. *quoque* arcte cum antecc. cohaereat, hoc, quia *tractus* de certa quadam et definita regionis parte dicatur, hic vero de toto imperio Occidentis sermo sit. Ipse em. l. c. p. 26 *tractata* (*quia accidentia*, *in provinciarum nostrarum parte tractata*, *ignoramus*). Neque hoc mihi placet. *Accidentia* recte habet, deinde a Ri. recte em. est *quia*; denique cum Rein. rep. est *tractatuum*, eadem sententia, qua infr. dicitur *tractatu atque consilio.* Sed tamen remanet aliquid obscuri, mendumque videtur latere in v. *quoque.* Ceterum Rittersh. *intendi.* r) 4 *demandandum suggessionibus.* 9 *emendum s.* s) In codd. 4, 7, 9, 10 et in edd. deest *ii*; restit. *ii* ex cod. 1, qui *et hii* *qui* habet; *hii* autem pro *ii* in cod. 1 scribi, iam saepe adnotavimus. t) 1 *rorales habitacionibus ei sollicitudinis exp.* 4 *curiales habitationis et solitudinis* — *tuicionem.* u) 1 *publices si urbiū* ..... | *ectibus* et est spatium ante *ectibus.* 9, 10 *urbiumque consp.* v) 4, 7, 9, 10 *habitationem.* x) 1 *conpto*, sed 4 *p̄cepto* et 7, 9, 10, edd. *percepto*, quod ex antec. v. *praeceptionis* ortum est, quare ex cod. 1 rest. *comperto.* 4 *in universa.* y) 1 *civitatum quā sint habitancium frequencium celebris in tue potestatē arbitrio constituti.* 4 *constitae.* Aur. Lugd. Rittersh. Go. *frequentia*, *celebres in.* Mox 9 *honeratos.* z) 9 *commemorat*; rell. *commoneat.* Ri. em. *commoneas*, quod prob. Hengel. l. c. p. 30. Aut *commoneas* scrib. est aut *āt* (auctoritas tua) s. *m̄t* (magnificentia tua) *commoneat.* Inscriptum fuisse legem magistratui alicui, fortasse Basilio Pf. P., qui eam cum universis rectoribus provinciarum communicaret, apparet ex antecc. vv. *in tuae potestatis arbitrio constitutae.* Quia rectores provinciarum in inscr. commemorati erant, nomen magistratus, quod eodem loco erat, omissum est a librariis, ex quo hoc quoque loco mendum ortum est. a) 1 *adhibitio.* Mox 10 *elegant.* b) 1, 4, 7 *solemnitatem* et mox 4 *orbium.* c) 1 *mansuetudine.* 10 *masuetudinem.* d) 4 *ipso provincialis.* e) 1 *labem* et 9, 10 *l. ad comiatum.* Am. non omnino improbabile videtur *labem*, maxime vero displicet Hengel. l. c. p. 31. f) 4 om. *ut.* Hengel l. c. p. 32 prop. *et*, sed cum codd. consentiant, abstinet a mutat. g) Go. *honores*, mendose. h) 9, 10 *confirmato.* Rittersh. *confirm. destituat.* i) 1, 4 *Mai*; rell. *Mar.* sive *Mart.*, quod Be. seduxit, ut hanc Novellam uno die recentiorem antecedenti putaret et ordinem contra codicum et editionum auctoritatem everteret. Si accurate inspexisset cod. 1 scripturam ab Am. exhibitam, verum vidisset. Ceterum 9 *Dat. VII Id. Marl.* k) Aur. Lugd. Rittersh. Go. *Ravennae*; rell. *Rau.* s. *Rav.*; sed vid. not. *m.* l) *D. N. Leone et* om. in codd. 4, 7, 9, Cui. 1 — Ri*. m) 4, 7, Cui. 1 — Ri*. *Maioriano A. I. Cos.* s. *Cons.* (ut scriptum sit *Rav. Maioriano A. I. Cos.*), sed 7, Ri*. *Maiorano* habent et Rittersh. *Coss.* 9 *Ravenn̄ ipso ā consulibus.*

a) 8 in ind. titt., 9, 10 *de Aedif. curialium.* b) 1 *emiliano.* 7 *Aemeliano.* 9, 10 *Ameliano.* 7, 9, 10, Cui. 1 — Ri*. om. *AA.* c) Ita Be. ex cod. 1. Etiam 10 *pū.* Edd. ante Be. *Praet. praef.* siglum habent, ut 9. Vid. Am. l. c. p. XLIII. et p. 107, not. I. d) 1 *nobis publica*

dari, quod iam dudum ad decolorandam[e] urbis venerabilis faciem detestabamur admitti. Aedes si quidem publicas, in quibus[f] omnis Romanae[g] civitatis consistit ornatus, passim dirui plectenda[h] urbani officii suggestione manifestum est: dum necessaria publico operi[i] saxa finguntur[k], antiquarum aedium dissipatur speciosa constructio, et ut parum[l] aliquid reparetur, magna diruuntur. Hinc iam occasio nascitur, ut etiam unusquisque privatum aedificium construens per gratiam iudicum in urbe[m] positorum praesumere de publicis locis[n] necessaria et transferre non dubitet, cum haec, quae[o] ad splendorem urbium pertinent, affectione civica[p] debeant etiam sub reparatione servari[q]. §. 1. Idcirco generali lege sancimus, cuncta aedificia, quae vel in templis aliisque monumentis a veteribus condita propter usum vel amoenitatem publicam surrexerunt[r], ita a nullo destrui atque contingi[s], ut iudex, qui hoc fieri statuerit, quinquaginta librarum auri illatione feriatur: apparitores vero atque numerarii[t], qui iubenti obtemperaverint, et sua neutiquam[u] suggestione restiterint, fustuario supplicio subditos, manuum[v] quoque amissione truncandos, per quas servanda vetera[x] monumenta temerantur. §. 2. Ex his[y] quoque locis, quae sibi competitorum hactenus vindicavit revocanda surreptio[z], nihil[a] iubemus auferri, quae[b], ad ius publicum nihilominus redeuntia, ablatarum[c] rerum volumus reformatione reparari, summota in posterum licentia competendi. §. 3. Si quid[d] sane aut propter publicam alterius operis constructionem, aut propter desperatum reparationis usum necessaria consideratione deponendum est, hoc apud amplissimi venerandi senatus ordinem[e] congruis instructionibus[f] praecipimus allegari, et[g] cum ex deliberato fieri oportere censuerit[h], ad mansuetudinis[i] nostrae conscientiam referatur, ut, quod reparari nullo modo viderimus[k] posse, in alterius operis nihilominus publici transferri iubeamus[l] ornatum. Aemiliane[m], parens carissime atque amantissime[n]. §. 4. Quapropter illustris magnificentia[o] tua saluberrimam sanctionem[p] propositis divulgabit[q] edictis, ut, quae[r] pro utilitate urbis aeternae provide[s] constituta sunt, famulatu[t] congruo et devotione serventur. *Dat. V.*[u] *Id. Iul. Ravenna*[v], *D. N. Leone et Maioriano AA. Coss.*[x] (458.)

TIT. V. DE BONIS CADUCIS, SIVE PROSCRIPTORUM[a].

1. *Impp. Leo et Maiorianus AA. Ennodio*[b] *Comiti R. P.*[c] Sublimitatis tuae insinuationem[d] probamus, qua[e]

Tit. V. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. V.* 7, 8 in ind. titt., 9, 10, Aeg. in ind. titt., Cui. 1. Aur. Cui. 2, 2*. Lugd. Rittersh. Go. Ri. Ri*. *Tit. VII.* C. Th. X, 8 et IX, 42. Nov. Anthem. tit. III. C. Iust. X, 10 et IX, 49. Nov. Th. tit. XV, not. sup. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1 *s. un.* Be. add. (*XC.*), h. e. omnium Novellarum in Be. ed. Subscr. in cod. 9 transmissa est post inscr. sq. Nov.

---

moderantibus et add. est supr. *pu* v. *res* a librario. e) Rittersh. Go. *decorandam*, sed praeterea Rittersh. *dudum est ad.* f) 1 *si quidem publicās in quibus.* g) 1 *omne romane. civitatis.* 7 *omnis siquidem civitatis.* 9, 10 *omnis Romae civitatis.* Rep. ex cod. 1 *romanae*, quod v. deest in edd. Etiam 9, 10 innuunt antiquitus in Nov. ipsa fuisse *Romanae.* h) Rein. ann.: „an *perlegenda*: vel *plena.* Rectū est plectenda. Sensus: Urbani Officii iussu, in quē merito animadverti debeat, dirui aedificia publica. t. I. (tit. VII. Nov. Maior. ab init.) Exactorū plectenda venalitas.“ i) 7 *operis.* k) 9 *figuntur.* l) Ita codd. Cui. 1. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. Be., recte. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *earum*, bene quidem, sed sine necess. Ri. prop. *parvum.* m) 1 *inurbem.* n) 9, 10 om. *locis.* o) 1 *cum hec cum adsplendorē.* p) 1 *adfectionē civica.* 7 *affectione civicā.* 9, 10 *effectionē* (om. *civica*) *debeant.* q) 1 *seruare.* 9, 10 om. *Idcirco.* r) 1 *condita ꝓpterquā. vel amoenitate. publica surr.* Etiam 9, 10 *publica.* s) 1 *nullo dextrui adque contingui.* 9, 10 *distrui.* t) Omnes codd. et edd. *numerarii.* Be. mavult *numerarios*, recte; infra *subditos — truncandos.* Go. *apparitotes.* u) 9 *et sua nae utiquam.* 10 *eis. uanae utiquam.* Mox 7, 9, 10 *restituerint.* v) 7 *manum.* x) 1 *vetera*; rell. *veterum.* Melius *vetera.* 7 *monumentū.* y) Ita codd.; edd. *iis.* Vid. ad h. l. Nov. Th. tit. XVII, not. sup. z) 1 *uindicavit uindicando subr.* 9, 10 *locis* (om. *quae sibi*) *conpetitor actenus* (etiam 7 *actenus*) *vindicaret revocanda subr.* Cui. 1. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *vendicavit.* a) 9, 10 add. *se.* b) Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. *auferri, quae.* Rittersh. mendose *sufferri, quae.* Be. *auferri. quae.* c) 9, 10 *redeunti* et 9 *ablaetarum*, 10 *abletarum.* d) 1 *si quis.* Mox 7, 9, 10 *disperatum.* e) 1, 9, 10 *hoc apud amplissimi venerandi senatus ordinem*, sed Am. in cod. 1 esse dicit *ordinem senatus.* Be. in cod. 1 script. em. *amplissimum.* 7 *hoc amplissimi venerandi s. ordinē.* Edd. *hoc amplissimo venerandi senatus ordini.* Rep. codd. 1, 9, 10 scripturam, etsi *amplissimum* a Be. recte em. esse puto. f) 1 *structionibus.* Am. em. *instructionibus.* Mox 10 *p̄cepimus* et 9, 10 *alligari.* g) 9, 10, Cui. 1 — Ri*. *ut.* Be. ex cod. 1 ed. *et*, recte. 7 consentit cum cod. 1. h) 9, 10 *consueuerit.* i) 7, 10 *mansuetudini.* k) 7 *videremus.* Mox 10 *publi transferri.* l) 7, 9, 10, Cui. 1 — Cui. 2*. Ri. Ri*. *iubemus*, sed Rittersh. Rein. (em. in Cui. 2) Go. Be. *iubeamus*, confirmante cod. 1. m) 1, 7 *Emiliane.* 9 *Ameliane.* 10 *Amelianae.* n) 1 *post k̄aa.* 7 *p̄kā.* Cui. 1. Rittersh. *Parens Karissime Aug.* et Aur. Lugd. Go. *Parens carissime Aug.* o) 1 *magnitudo.* p) 1 *saluuerrima sancione.* 7, 9, 10, Cui. 1 — Ri*. *saluberrima sanctione.* Recte Be. rest. *saluberrimam sanctionem.* q) Codd. Cui. 1. Aur. Lugd. Go. *diuulgauit*, unde Ritterh. in m. „*vulg. divulgavit.*“ Ceterum 1, 7 *deuulgauit.* Saepe adnotatum est, scribi in codd. *u* pro *b*; id perspexit h. l. iam Cui. in Cui. 2; vid. de simili cod. 1 commutatione not. *p* antec. r) Rittersh. *utque.* Ri. *qua*, mendose. 7 *utilitatis.* s) 7 *providae.* 9, 10 *provida.* t) 9 *famulatos.* 10 *famulatus.* u) 1, 9, 10 *V.* 7, edd. *VI.* v) 1, 7 *Raū.* 9 *Ravenn̄.* 10 *Ravenna.* Cui. 1 — Lugd. Rittersh. Go. *Ravennae*; rell. edd. *Rau.* s. *Rav.* s. *Ravenn.* x) 1 *Don̄. Leon̄. et Maioriano. Consl.*, sed ap. Amad. *don. leon. — consl.*, quod non verum est. Rell. codd., edd. *ipsis AA.* (s. *ā.ā.*) *Coss.* s. *Consulibus.* Iam Ri. ex Br. l. c. p. 872 subscriptionem cod. 1 a vulgata differre indicavit, cum notasset: „MS. Ottobon. *Dn. Leone et Maioriano Cons.*“ Restitui subscriptionem codicis 1 ope, sed addidi *AA.* ex antec. Nov.

a) 8 — 10 in ind. titt. *proscriptorib'* s. *proscriptori-*

fisci compendia[f] supprimi per provincias plerumque iudicum venalitate commemoras. Cum enim caduca bona, vel proscriptorum, sed et eorum, quos in scelere deprehensos sine legitimo herede iuris vigor insequitur, privato aerario competere videantur, occultata[g] quibusdam fraudibus aerarii nostri commodis[h] abiurantur; quod specialiter factum nuper in damnatione Severinae[i] mulieris, quae peregisse asseritur necem mariti in Piceni provincia, indiscussum praeteriri non debet[k], Ennodi, frater amantissime. §. 1. Unde auctoritas tua, cuius[l] suggestiones providas comprobamus, pragmatici nostri secuta praeceptum, ordinatis in articulo[m] palatinis, antelato nostrae serenitatis oraculo, provinciarum iudices interminatione[n] proposita auctoritatibus[o] propriis admonebit, ut, ab huius modi fraudibus temperantes[p], venalitatis studium aestimationis[q] suae periculo anteferre non debeant, curaturi post haec[r], ut, ubi similis casus occurrerit, palatinum instruatur officium. §. 2. Ad Piceni vero consularem districtior[s] praeceptio dirigatur, ut omni censu[t] praedictae mulieris disquisito, investigatis[u] quoque vel in unam substantiam[v] reductis, quae ex eo intercipi[x] aut perire potuerunt a tempore quaestionis vel poenae[y], qua nocens periit[z], fructus quoque vel pensionum emolumenta discutiat[a]. Si qua[b] etiam apud diversos retentatores sunt, conventis his, quibus non potuerint[c] iure conquiri, ad utilitatem fisci[d] reducta, ac de omnibus missa relatione, instruat amplitudinis tuae iudicium, ut[e], sicuti fisco commoda provisione repertum est, quod[f] latebat, ita[g] aerario[h] profuturum nulla fraude aut dissimulatione depereat. *Dat. pridie Non. Sept.*[i] *Ravenna*[k], *D. N.*[l] *Leone et Maioriano AA.*[m] *Coss.*[n] (458.)

TIT. VI. DE SANCTIMONIALIBUS, VEL[a] VIDUIS, ET DE SUCCESSIONIBUS EARUM.

1. *Impp. Leo et Maiorianus AA. Basilio Pf. P.* Susceptis regendi imperii gubernaculis, cogitare debemus, quemadmodum nostra[b] res publica et armis, et legibus, et integra religionis reverentia conservetur atque proficiat, cui plurimum[c] sub hac emendatione confertur, si nobilium feminarum amplectenda[d] generositas procreatis liberis multiplicata subcrescat, si piae necessitudines inter parentes[e] et filios nullis insidiarum vitiis immutentur[f], et verum Dei cultum mens non invita[g] suscipiat. Hoc enim quamprimum[h] nostri egere[i] ma-

Tit. VI. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. VI.* 7 (sed vid. infra §. 6, not. *c*), 8 in ind. titt., 9, 10, Aeg. in ind. titt. Cui. 1. Aur. Cui. 2, 2*. Lugd. Rittersh. Go. Ri. Ri*. *Tit. VIII.* Eodem tituli numero addito legitur etiam ap. Lab. l. c. p. 773 sq. C. Th. III, 8 et 9; IX, 25. Const. Sirm. X. L. R. B. tit. XVI. et XXXVII. Hengel, Spec. Iurid. p. 34—87. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1 *s. un.* Be. add. (*XCI.*), i. e. omnium Novellarum in Be. ed. In cod. 9 duplex est subscriptio, subscriptio Novellae antec. post inscriptionem huius collocata et huius subscr. in extrema Nov. Vid. Nov. antec., not. sup. De interpr. et clausula post subscr. in edd. Aur. Lugd. Rittersh. Go. adiecta vid. subscriptionem, not. *y*. Reg. II, 173. Vid. infr. §. 5, not. *b*. Derogatur ei Nov. Severi Tit. I. de Abrogatis capitibus.

bus. b) 1 *agustus Ennodio.* 9 *ā. Ennodo.* 10 *AA. ennodo.* c) 1 *c̄rp.* 7 *crispo.* 9, 10 om. *C. R. P.* d) 9, 10 *insinuationum.* e) 1 *probamus que.* f) 9, 10 *conpedita.* 7 *supmi.* g) 7, 9, 10 *occulta.* Supr. Rittersh. *inscelere.* h) Be. ex cod. 1 *commodis*, recte. 7, Cui. 1 — Ri*. *commodi.* Ri. em. *commodo.* 9, 10 *commodia.* Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Be. *abiurantur. quod.* Rittersh. *abiurantur. Quod.* Ri. Ri*. *abiurantur: quod.* Go. *abiurantur, quod.* i) 7 *Saeverine.* Mox Rittersh. *adseritur, necem* et 10 *provinciam.* k) 1, 7, 9, 10 *praeterire*, sed Am. in cod. 1 em. *praeteriri.* 7, Cui. 1. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *debent*, impr. Ri., et 7 *Ennodo.* l) 9, 10 *Unde auctoritate cuius.* 1 *suggesciones.* 9 *successione*, 10 *successioñ.* m) 1 *in articulum palatilis.* n) 1 *iudicis. interminationē.* Aur. Lugd. Rittersh. Go. *in terminatione.* o) 9, 10 *auctoribus.* p) 7 *ad h. f. t.* 9, 10 *ad h. fr. temperantibus.* q) Scriberem *existimationis*, si codices em. tuerentur. *Aestimationis*, i. e. damni, mulctae periculo. r) 7, 9, 10 *curatori posthac.* Go. mendose *curararuri.* s) 9, 10 *distructior.* t) Aur. Lugd. Rittersh. Go. *sensu.* u) 7, Cui. 1 — Ri*. *vestigatis.* 9 *disquisitio.* 1 *praedicti mulieris disquisitio.* v) Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *in tuam substantiam.* 9, 10 *in unum subst.* x) 9, 10 *intercepi.* Mox Rittersh. om. *perire.* Supra 10 *reductisque.* y) 1 *quescionis vel pene.* 9, 10 *questionis v. p.* Rittersh. *paenae.* z) Locus suspectus, nam 1 *nocens imperit.* 7, 9, 10 *nocens imperii.* Nullus igitur codex *periit* (sc. Severina), quod edd. habent. Sillaba *im*, quae in omnibus codd. invenitur, innuit antiquitus scriptum fuisse *interiit.* a) 1 *emulenta* (Am. *emolumenta*) *discuciat. Si.* Etiam codd. 9, 10 *discutiat si.* 7, Cui. 1 — Ri*. *discuti, ac si*, quae lectio nata est ex eo, quod scriptum erat *discutiat si* in codice, unde haustus est 7. Am. prob. *discutiat.* Be. *discutiat, ac, si*; Am. enim om. dicere, deesse in cod. 1 *ac.* Delevi *ac.* b) 7 *quā* et mox 1 *diversus.* 9 *re*tores*, sed add. *ten* supr. literam inter syll. *re* et *to* erasam. c) Ita 1; rell. *potuerit.* Iam Be. prop. *potuerint.* d) 1 *conquiri ad utilitatē fisci* et 9, 10 *conquiri ad utilitatem fisci.* Similiter 7 *conquiri aut utitatem fisci.* Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. *conqueri, aut utilitatem fisci*, sed Aur. Lugd. *utilitaeem.* Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. Be. *conquiri, utilitate fisci.* Go. *conqueri, ad utilitatem fisci.* Supra est *in unam substantiam reductis.* Reposui ex codd. 1, 9, 10 *ad utilitatem.* Mox 1 *hac pro ac.* e) 7, 9, 10, Cui. 1 — Ri*. om. *ut.* 9, 10, Ri*. *iudicum* pro *iudicium.* f) 1 *qūd*, i. e. *quod*; rell. *quid*, sed 10 a sec. man., antiquitus ibi scr. erat *quod.* g) 7, Cui. 1 — Ri*. om. *ita*, quod Be. ex cod. 1 rep., sed etiam 9, 10 habent. h) 9, 10 *ratio* pro *aerario.* i) 9, 10 *Febr.* Vid. not. sup. h. Nov. k) 1, Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *Raū* s. *Rau.* Be. *Rav.* 9 *ravenñ.* 10 *Ravenna*; rell. *Ravennae.* l) Ex cod. 1, ubi *Dōn Leōn et Maioriā.* Rell. om. *D. N.* m) 7, 9, 10 *v̄c.* 1, Cui. 1 — Ri*. om. *AA.* n) 1 *cons.* 9 *cons̄.* 10 *const.* Aur. Lugd. Go. *Cos.*

a) 1, 9, 10, etiam in ind. titt., Zir. Am. *vel.* 7, Aeg. edd. *et.* Ceterum codex 1 *Sc̄imunialibus* et Aeg. *eorum.* b) 9 om. *nostra.* c) 9 *cum plurimis.* 10 *cum plurimus.* Hengel, Spec. Iurid. p. 44 pro *sub* prop. *subsidii* et mox *conferetur*, sed concedit vulg. script. defendi posse. d) 1 *femenarum adplectenda.* e) 9 *nec. inter praesentes.* 7 *necessitudinis inter praesentes.* 10 *necessitudis. interpraesentes.* 1 *necessitudinis inter parentis filius.* Hengel l. c. p. 45 ne quis corrigendum putet *filios*, monet. f) 1 om. *vitiis.* 10 *inmutenter.* g) 1 om. *invita.* h) 7 supr. lin. *praecipue.* i) 7 supr. lin. *indigere.*

iores, ut rem publicam armis et religione fundarent, cuius sanctam[k] venerationem laedi commentis[l] mortalium figmentisque prohibemus. Quis enim ferat, parentes[m] filias, quas oderunt, his non tam dicare[n], quam damnare consiliis, ut eas[o] in annis adhuc minoribus[p] constitutas necessitati continuae virginitatis addicant[q], ac, ne adolescentibus animis aliud velle sit liberum, capitibus invitarum[r] sacrum velamen imponant[s], cum huius modi observatio[t], philosophiam[u] religiosa mente suscipiens, non cogentis imperio, sed spontanea et matura[v] deliberatione capiatur? Vitandae[x] etenim sunt et magnis[y] attentionibus transeundae humanae[z] cupiditatis illecebrae, in quas praecipue[a] primae aetatis ardor impellit, ut iuventutis calore sedato Deo dicata virginitas[b] praeter ullum[c] poenitentiae vitium ad senectutis[d] annos et coelestis[e] militiae palmam pervenire mereatur[f]. Quid enim prodest, si cupiditas virginalis patria potestate compressa subdolam voluntatem nubendi arte[g] concipiat, et a legitimo revocata consortio ad illicitas trahatur[h] illecebras? §. 1. Unde ne per huius modi impietatem parentum egestas et opprobrium personis nobilibus irrogetur[i], et, quod praecipue summovendum est, irrisionibus exsecrandis omnipotentis Dei contrahatur[k] offensio, edictali[l] lege sancimus, filias, quas pater materve a saeculari permixtione translatas Christianae fidei servire praeceptis[m] continuata virginitate censuerint[n], in beatae vitae proposito permanentes non ante suscepto honorato capitis velamine[o] consecrari, quam quadraginta annos aetatis emensae talibus infulis inoffensa meruerint[p] observatione decorari, et multi[q] temporis series et coelestis consuetudo servitii ad perfidam[qq] voluntatem novis desideriis aditum non relinquant. §. 2. Qui ante definitum[r] temporis spatium sanctimonialem puellam, aliis[rr] adulti sexus sui votis[s] calentem, memoratorum quisquam parentum velari fecerit[ss] atque permiserit, tertia bonorum parte[t] mulctetur: eadem poena constringi etiam illam, quae parentibus destituta[tt] intra praedictae aetatis annos[u] voluerit consecrari. Diaconi quoque, qui huic rei ministerium contra interdicta praebuerint, proscriptione plectantur[uu]. §. 3. Et quia earum coepit caussa tractari, quas ad divinae religionis cultum cupientes demigrare*) volumus, non coactas, si qua parentum odiis obligata propositum**) servandae virginitatis induerit, quae a fratrum consortio parricidali quodammodo[v] arte subtrahitur, ne aut copulae tradenda maritali[x] patris

---

k) 1 sec. Am. *sacrosanctam*; potius 1 habet *s͠cam*, h. e. *sanctam*. Rell. codd. et edd. *sacrosanctae*, prob. Hengel. l. c. p. 47. Reposui *sanctam*. 7 *veneratione*. l) 7 supr. lin. *cogitationibus*. m) 1 *qui enim ferat parentis*. 7 *enim fecerat ferat*, sed del. *fecerat*. n) 9, 10 *ditare* et mox 10 *cosiliis*. o) 9, 10 *ut ea*. p) 7, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *annis ad minoribus*, sed a sec. man. in cod. 7 corr. *adhuc*. Lab. om. *adhuc*. Infra 9 *necessitatis* et Go. *viginitatis*. q) 1 *addicant hac ne adulesc*. Supra *addicant*. 7 *constringant*. r) 7 supr. lin. *nolentium puellarum*. s) Codd. *imponunt*. t) Hengel l. c. p. 48 ei, qui legem scripsit, in mente fuisse dicit v. *instituti*, *vitae rationis s. studii*. u) 9 *phylosophiam*. 10 *phylosophyam*. 7 supr. lin. *x͞pi servit'*. v) 7 supr. lin. *spontanea*, *voluntarie arbitrio*. x) 7 supr. lin. *proiciendae*. Rittersh. *enim* pro *etenim*. y) 7, 9, 10, edd. *magis*. Hengel l. c. p. 51 in hoc v. mendum odoratus erat et em. *magnis*; id confirmat cod. 1. z) Ri*. om. *humanae*. a) 9, 10 *praecipuae* et mox Go. *impelli*, *ut inventutis*. b) 1 sec. Am. *Deo dicata virginitas*; potius 1 *dō. dicat. autvirginitas*. 7, Cui. 1 — Ri*. *dei d. v.*, sed Rittersh. in m. et Ri. em. *Deo*. Etiam 9, 10 *dō*. Be. ex cod. 1 rest. *Deo*, pr. Hengel. l. c. p. 50. 7 supr. *sedato* habet *refrigerato*. c) 9, 10, Cui. 1 — Ri*. *illum*. Be. ex cod. 1 rest. *ullum*, pr. Hengel. l. c., qui impr. quod Ri. prop. *illud*. Etiam Lab. *ullum*. d) 1 *penitencie vicium ad senectutes annus* et em. Am. *senectutis annos*. 7 *senectutē*. 9, 10 *senectute*. Cui. 1 — Ri*. Lab. *senectae*, non impr. Hengel. l. c., sed quae de soloecismo dicit, non intelligo. Recte Be. rep. *senectutis*, quod commendatur etiam rell. codd. scriptura, quam Cui. suo ingenio videtur mutasse. e) 7 *coelestes*. f) 1 *mereantur*. g) Hengel l. c. p. 52 em. *arcte* aut *ante* aut *voluntatem nubendi subdola arte* legi vult, dissentientibus codd. 10 *sudolam*. 7 supr. *subdolam* habet *fraudulentam*. h) 9, 10, Cui. 1 — Ri*. *trahantur*, non impr. Hengel. l. c. p. 52, qui ex superioribus vv. *cupiditas virginalis* suppl. *virgines*. Rittershusius et Ri. em. *trahatur*, quod Lab. Be. rec. ac tuetur cod. 1. Utrum 7 *trahantur* habeat an *trahentur*, dubius sum. i) 7 supr. lin. *inponatur*. k) 7 supr. lin. *incurrat'*. l) 7 supr. lin. *decretali*. Mox 10 *matervae*. m) 1 *servire praeceptis*. 7, 9, 10 *servare praeceptis*. Edd. *servare praecepta*. Iam Hengel l. c. p. 56 haesit in h. l. Secutus sum cod. 1 scripturam, partim confirmatam rell. codd. n) 1 *censuerit*. 7, 9, 10, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab. *censuerint*. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. Be. *censuerunt*. Amad. et Hengel l. c. incerti sunt, utrum leg. sit *censuerunt* an *censuerit*. Restitui ex codd. 7, 9, 10 *censuerint*, nam in codice 1 virgula tantum om. est. o) 1 *permanentis* — *honorati capitis velamine*. 9, 10 *velanimae*. Go. *capitisve lamine*. Recte *honorato*; supra *sacrum velamen*. p) Aur. Lugd. Rittersh. Go. *meruerunt*. Rittersh. *in offensa*. q) 1, 9 *decorari ut multi*. 10 *docorari ut molti* — *caelestes*. Seqq. in Lugdunensi editione non ex Aurelianensi repetita, sed usque ad finem Novellarum denuo excusa sunt. qq) 9, 10 *perfidiam et* 10 *voluntetem*. r) 1 om. *definitum*. 7 *Quia ante d.* Aur. Lugd. Rittersh. Go. *relinquant*, *qui ante d.* Cui. 1. Cui. 2, 2* *relinquant. qui*. 9, 10 *diffinitum*. rr) 9, 10 om. *aliis*. s) 9 *sexui votis*. 10 *sexsui votis*. ss) 7 *velaficerit*. 9, 10 *vela fecerit*. Hengel l. c. p. 57 em. *aut qui* pro *atque*. t) 7 *tertiā b. partē*. tt) 7 *constringi etiam quae illa parentibus destituta ut intra*. Cui. 1 — Ri*. *constringi*, *etiam quae illa p. destituta*, *ut intra*. Lab. *constringitur etiam illa quae p. destituta intra*. Suppl. est sec. Be. *sancimus*. Ri. em. *constringenda etiam illa, quae p. destituta, intra*, non impr. Hengel. l. c. p. 58, qui praeterea prop. *constringatur puella, parentibus destituta, ut intra*, quasi *ut* significet *si quando*. Be. recte secutus est cod. 1. Ceterum 9, 10 *etiam illa* — *desit ut intra*. u) 1 sec. Am. *etates annus*. uu) 1 *praebuerit praescriptione plectantur*. 7, 9, 10 *plectentur* et 9 *qui earum*. *) Ri. Ri*. *cupientes, demigrare volumus*. Posui cum Hengel. l. c. p. 58 perspicuitatis caussa comma post *volumus*, quod in edd. h. l. deest. **) 1 *si quepar. odiis abligata pr*. 9, 10 *praepositum*. 7 *prepositum*, sed supr. lin. *propositum*. v) 7, 10 *quadammodo*. 9 *quamodo*. Ceterum 9 *cōtrahitur* et 10 *cobtrahitur*. x) 7 *copula trahenda maritalis*, sed corr. a sec. m. *tradenda*. 9 *cupule trahenda m.* 10

matrisve congrua largitate [y] aut eorum decedentium [z] aequa cum reliquis filiis successione potiatur, parentum obeuntium morte [a] iam libera [b], necdum quadraginta annos, quibus velari nequiverit, aetatis [c] egressa nubendi, ex quo suae potestatis esse iam coeperit [cc], licentiam sortiatur. Neque enim sacrilega iudicanda est, quae se hoc ante noluisse, aut certe non posse complere appetiti coniugii honestate prodiderit, cum Christianae religionis institutio [d] atque doctrina melius esse censuerit [e], virgines nubere, quam impatientiae ardore naturali professae pudicitiae non servare virtutem. Cum itaque in matrimonium, nuptias secuta, convenerit, exheredatio illi ob hoc a parentibus veniens [f], aut sola Falcidiae quantitas [g] relicta non noceat, sed scriptis heredibus vel suis in virilem portionem, vel extraneis in dimidiam tanquam praeterita secundum normam [h] veteris iuris accrescat. Digna [i] si quidem tali praemio [k] et successione censenda [l] est, quae procreationem liberorum professa generositatem [m] familiae suae ab interitu [n] nititur vindicare [o]. §. 4. Illis autem, quae spontaneo laudabilique proposito sanctimoniae observantiam [p] virginitatis amore susceperint [q], in tantum favemus, ut, si forte profana cupiditas improborum devotam Deo mentem per crimen raptus violare tentaverit, non solum divalium constitutorum, qui id admiserit [r], subiaceat ultioni, verum etiam cuiuslibet [s] accusationi reddatur obnoxius ita, ut, qui pollutum tanto [t] scelere hominem rebus probatis post haec constituta pertulerit [u], addicti censu facultatibusque [v] potiatur. Quod nos usque adeo a [x] religiosis [y] feminis iubemus arceri, ut etiam, si [z] quis simile aliquid in quamcunque [a] tentaverit, pari se noverit supplicio esse feriendum. §. 5. Viduarum sane obstinationibus permovemur, quae nulla [b] prole suscepta foecunditatem suam reparationemque familiae [c] repudiata coniugii iteratione condemnant, et solitariam vitam non eo eligunt [d], ut religioni pudicitiae amore famulentur, sed potentiae ambitum orbitatis suae casibus viduitatisque captantes [e] lascivam vivendi eligunt libertatem: quibus ad omnem licentiae [f] usum aut sollicitantium ficta [g] religio personarum, aut favore callidi captatores applaudent [h]. Has ad honestioris vitae tramitem prisca dispositione revocantes, aeternali lege sancimus [i], ut maritali obitu destituta [k] mulier quadragenaria minor, donec [l] procreare per aetatem liberos potest, intra quinquennium nubat; cui idcirco currentis [m] lustri largimur [n] inducias, ut, per spatium legitimi tem-

---

cupulae trahenda m. Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Ri*. Lab. *trahenda.* Cui. 2, 2*. Ri. Lab. in m. Be. *tradenda*, quocum consentit cod. 1. Mox 7 *matrisvel* et 9, 10 *matris vel*, sed corr. in cod. 7 a rec. man. *maritali* et *matrisve.* Hengel l. c. p. 59 comma, quod Ri. Ri*. habent (*maritali, patris*), reponi iubet. y) 1, 9, 10 *largitate.* 7, edd. *largitione.* Utrumque recte, sed praestat plurimorum codd. auctoritatem sequi. z) Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *decendentium.* a) 1, 7, 10, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *mortem.* b) Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *liberam.* c) 1 *nequi veritates.* cc) Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *ceperit.* Infr. 9, 10 *honestitate.* d) Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab. *instituta.* e) 9 *consueverit.* f) 1 *exheradacio illi ob hoc apparentibus. ueniens*, sed conflatis inter se literis *e* et *n* sillabae *uen.* Rell. codd. et edd. *a parentibus vehemens.* Sed Rein. Be. in not. em. *veniens.* Restitui *veniens*, quamquam Hengel l. c. p. 63 non interesse dicit, utrum legatur *vehemens* an *veniens.* Ipse mavult *eveniens.* Cf. Cuiac. Obs. VIII, 18 (eo nomine irrogata). 9, 10 *exhereditatio.* g) 7 *sola fallatie quant.* 9 *solatiae quantitatis.* 10 *solatallatiae quant.* h) 1 *vel in suis inuirilem porcionem vel extranea in dimidia — normar vet.* Cui. 2, 2* *norman*, sed corr. a Rein. i) 1 *dignā.* 7, Cui. 1 — Ri*. Lab. *dignam.* Am. quidem auctore 1 habet *digna*, sed err. Am. Be. ex Am. ed. *Digna*, quocum consentiunt 9, 10. k) 1 *pmia*; Am. corr. *praemio.* l) 7, 10 *successionem censendum est.* 9, Cui. 1 — Ri*. Lab. *censendum est.* 1 *et s... censenda est.* Be. ex cod. 1 ed. *censenda*, pr. Hengel. l. c. p. 64. m) 9, 10 *generositate.* n) 7, 10 *interitum.* 9, 10 *nitatur.* o) 1 *vindicari.* Infra 10 *laudabiliquae.* p) 1 *observancia*, ut Rittersh. q) 7, 9, 10 *susceperit.* r) 7 *quid admiserit*, corr. *qui id admiserit.* 9, 10 *qui admiserit.* Aur. Lugd. Rittersh. Go. Be. *amiserit*, mendose. Rein. (in Cui. 2) comma addit post *admiserit*, quod deest etiam in rell. edd. ante Be. Cui. 2, 2* *intantum.* Cf. C. Th. IX, 25, 3. Rein. ann. c. 5 Cod. Iust. de Episc. et cler. (1, 3). s) 9, 10 *cuilibet.* t) 1 *tantum.* u) 1 *pculerit.* v) 1 om. *que.* x) 1 om. *a.* y) 9 et 10 *religionis.* z) 1 *iobemus.*

sarceri ut eā si. 7, 9, 10 om. *ut*, sed add. a sec. man. in cod. 7. a) 9, 10 *similem a. in quacumque.* Ri*. *ferendum.* b) 1 *permovemur... nulla.* Pro v. *quae* est spatium. Vv. *Viduarum sane — cum fisco patrimonium partiatur*, sed aliquantulum mutata et truncata, habet Regino II, 173. c) 7 *facunditatem.* 1 *fecunditatem quam reparationē. quefamilie.* Reg. *reparationem* et om. *que.* Cui. 2, 2* *rupudiata.* d) 7 *non colliguntur religioni.* 9, 10, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *non colliguntur religionis.* 7 a sec. man., Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *non colligunt, ut religioni.* Lab. *non eligunt, ut religioni.* 1 *solitaria* (Am. add. *m*) *uitam non eo eligunt ut religionis.* Reg. (ed. Wasserschleben.) *non, ut colligitur, religionis ac pudicitiae amore, sed potentiae lasciviaeque vivendi* et des. intermedia vv. Hengel l. c. p. 67 comparata inter se scriptura *eligunt* et *colligunt* aut leg. esse putat *eo consilio agunt* vel *ex eo agunt* aut vv. *solitariam vitam non colligunt* ita explicanda: vitam angustis his includunt finibus, ut caelebs agatur. Recte Be. ex cod. 1 rest. *non eo eligunt*; *religioni* non solum aptum est, sed etiam in cod. 7 invenitur. e) 1 *potencie sue amb. o. sue — captatis lascivam.* 7, 9, 10 *captantis* et 9, 10 *lasciviae.* Rittersh. *lasciviam.* In cod. 7 corr. *captantes.* f) 1, 7, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *licentiam.* g) Reg. *facta.* Mox 10 *exlidi.* h) 1, 9, 10 *adplaudet.* 7 *adplaude.* Reg. *adplaudent*, ex quibus scripturis patet, scrib. esse *adplaudent* pro *adplaudunt*, quod est in Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. Be. Mendose Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. *adblandè* et Go. *ablandè.* Lab. *adblandiuntur.* Ceterum Cui. 2, 2* *adplaudunt, has.* i) 9, 10 om. *prisca — lege.* Similiter Reg. *Has ad h. v. tramitem revocantes sancimus* et des. intermedia vv. 1 *eternabili l. s.* Supra 9, 10 *onestioris.* k) 9 *distituta.* 10 *distitutam.* l) 7 *mulierem quadragenariae minor d.* 9 *m. quadrigenariae inor d.* 10 *m. quadrigenariae. in ordo nec.* Reg. *quadragenaria cum adhuc procr. liberos per aetatem potest.* m) 1 *nubbat. Cui idcorco currentes.* Etiam 7, 9, 10 *currentes.* Cui. 1 — Ri*. *nubat, cui* etc. et Be. *nubat. cui* etc. *Currentes*, sc. *inducias*, sed praestat *currentis.* Reg. om. *cui — damnaverit.* n) 7 *largimus*; a sec. man. corr. *lar-*

poris luctus moerore deposito [o], eligendi honestiores nuptias habeat potestatem. Sin vero saecularem vitam et coniugales taedas perosa [p] damnaverit, emenso, ut dictum est, quinquennio in viduitate persistens mox cum germanis fratribus, vel sororibus, eorumque filiis, vel parentibus propinquisque [q], per quos familiae origo reparatur, suas dividat facultates, aut, si hi [r] fortasse defuerint [s], cum fisco patrimonium partiatur [t], nihil intra lustrum temporis illius, quod luctui deliberationique [u] deputavimus, alienaturam de praedictis sex unciis se esse cognoscens, quas parentibus vel propinquis statuit serenitas nostra proficere, usufructu tantum contenta *) vivendi, quae tum se probare potuerit [v] studio [x] castitatis secundas nuptias respuisse, cum liberalis fuerit in propinquis. §. 6. Illarum vero ratio diversa est, quae suscepta prole gaudentes ob hoc [y] ad secundas nuptias non demigrant [z], ut affectuosam decedentis [a] viri memoriam in alendis [b] et locupletandis [c] filiis sollicita [d] pietate conservent: quas nubendi, si hoc maluerint, libertate suscepta a conditione superius enarratae definitionis [e] absolvimus, ita ut [f] filiis ex matrimonio [g] priore susceptis, si hoc tamen pars voluerit filiorum, dato [h] fideiussore prospiciant, qui salva fore corpora omnia sponsalitiae largitatis evidenti [i] sponsione promittat. §. 7. Optionem sane continuae viduitatis matribus eatenus relaxamus [k], ut filios in gremio indulgentiae suae positos [l] vel donationibus pro merito prosequantur viventes [m], vel heredes suprema voluntate constituant. §. 8. Illud sane latus [n] divalis constitutionis abolemus [o], quo videbatur matribus fuisse permissum, ut ex quantitate sponsalitiae largitatis in unum filium, si vellent [p], portionem maximam conferendi habeant [q] liberam facultatem: in quam nos filios aequa iubemus lance [r] succedere, si quidem recte illa [s] donatio inter bona paterna numerabitur, quam in uxorem maritus contulit tempore nuptiarum. Si vero matri contra religionem sanguinis [t] propositumque pietatis externus heres insidiatorque subrepserit, quicquid ab ea, non [u] iustis caussis exheredationis [v] exstantibus, quas [x] sine dubio probaturus est, qui videtur [y] filiis anteferri, donatum fuerit vel relictum, aut irreligioso [z] alienatum translatumque commento, id totum ab eisdem filiis vindicetur [a]. §. 9. Et quia studiose [b] tractatur a nobis utilitas filiorum, quos et numerosius [c] procreari pro Romani nominis optamus augmento [d] et procreatis competentia commoda perire non patimur, hoc necessario [e] putavimus praecavendum, ut marem feminamque iungendos [f] copula nuptiali par conditio utrumque constringat, id est, ut nunquam minorem, quam exigit [g] futura uxor sponsalitiam largitatem [h], dotis titulo se noverit collaturam, scituris puellis ac parentibus puellarum vel quibuscunque nupturis, ambos infamiae maculis inurendos, qui fuerint sine dote [i]

---

gimur. Mox Go. *legitimis.* o) 1 *luctus memore dep.* 7 *luctos m. disposito*, sed corr. *luctus m. deposito.* p) 7 *Sin viro — tedias perossa*, sed corr. a sec. man. *Sin vero — tedas perosa.* 9 *in viro — tedias perosa.* 10 *in viro — tedi asperosa.* Mox 9, 10 om. *est* post *dictum.* q) 7, Cui. 1 — Lab. deest *que.* 9, 10 *propinquisquae.* Hengel l. c. p. 70 vult *propinquisve.* Infra enim dici *vel propinquis.* Mox 10 *reparaeratur.* r) 7, 9, 10, Cui. 1 — Lab. *si his.* 1 *dividet f. aut si hii.* Ri. em. *hi.* Inde Be. ed. *hi*, ut Reg. s) Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab. *defuerit.* t) 9, 10, Reg. *matrimonium.* Tota sententia mutt. et omm. vv. ap. Reg. sic formata est: „*Emenso quinquennio, si in viduitate persistit, mox cum propinquis suas dividat facultates, aut, si hi fortasse defuerint, cum fisco matrimonium dividat.*“ u) 9 *deliberationemquae.* 10 *deliberationemque.* 7 *deliberationeque.* *) Aur. Lugd. Go. *contentata.* v) 9, 10 *poterit.* Pro *quae tum se* Hengel l. c. p. 73 scribendum fuisse dicit *atque haec revera.* Ri. Ri*. *tam* pro *tum.* x) 10 *cascastitatis.* y) 9, 10 om. *quae — ob hoc ad.* 7 *quae susceptū.* z) 1 *ob hoc non secundas* (om. *nuptias*) *non dimigrant.* Etiam 9, 10 *dimigrant.* a) 7 *decedentes.* 1 *adfectiosam decidentis.* b) Aur. Lugd. Rittersh. Go. *memoriam malendis.* c) Literis *locuple* terminatur quaternio XIII. cod. 7, et incipit quaternio XIV. in cod. 8 cum literis *tendis filiis* etc. Etenim unus solus est quaternio cod. 7, is quidem ab alia manu, quam reliqua codicis pars scriptus numeroque XIII. insignitus, qui Novellas Maioriani, sed non integras continet. Vid. infr. Interpr. tit. VII. de Curialibus, not. *p.* d) 1 *sullicitate.* e) 10 *libertatem — aenarrate diffinitionis.* Rittersh. *enarrata dafinitionis.* f) Cui. 1 — Ri*. *absolvimus. Ita.* g) 9, 10 *patrimonio.* h) Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Rittersh. Go. *voluerit, filiorum dat.*, sed Aur. Lugd. Rittersh. Go. *datos fideiussores.* Mutatum est hoc in Nov. Severi tit. I. de Abrogatis capitibus. i) 8 *largitate evidenti.* 9, 10 *corporū omnia sponsaliciae l. evidente.* Aur. Lugd. Rittersh. Go. *promittant.* k) 1 *obtionem ... continuae v. matribus ...... relaxamus*, est vero spatium pro vv. *sane* et *eatenus.* Go. *Opinionem sane* etc. Rittersh. *continua.* l) 1 *ut filius — possitus*, sed Am. em. *ut filios — positos.* 8, 9, 10 *ut filius — positus*, consueto errore. Cui. 1 — Ri*. Lab. *ut filio — posito.* Be. ex cod. 1 vestig. repos. *ut filios — positos.* Hoc iam prop. Ri., recte; paullo post *prosequantur.* Hengel l. c. p. 77 prob. Be. em., sed defendit etiam vulg. scripturam, ita quidem, ut *filio posito* ablat. absol. sint ac suppleatur *eum.* m) 8 *viventis.* 9, 10 *prosequatur* et infra *subp̄ma.* n) Lab. *latum.* Hengel. l. c. p. 77 displicet *sane*; mavult *tamen.* o) Vid. C. Th. III, 8, 2. Nov. Theod. tit. XIV. de Paternis §. 5. p) 1, 9, 10 *si vellent p. m.* 8 *si velint portioni maxima.* Edd. *si velint portionem maximam.* Ante 9, 10 *exponsaliciae* et infra 10 *maxima.* q) 9, 10 *habent.* r) 1 *nos filius equa iuuemus lance.* 9, 10 *nos filias.* s) 1 *recte illam.* 8 *rectae illa.* 9, 10 *recta illa.* t) 9, 10 *religio personarum sanguinis*, sed 9 *sanguis.* u) 8 — 10 *quicquid habeat non* et 9 *iusti.* v) 1, 9, 10 *exhereditacionis.* x) 9, 10 om. *quas.* y) 8 *detur.* 1 *videtur filiis anteferre.* z) 9, 10 *inligionoso.* Cui. 1 — Go. *in religioso.* 1 *inreligioso alienato.* a) 8 *vindicentur.* 1 *vindicitur.* Rittersh. *ab iisdem — tractatur nobis.* b) 9 *Et quia se.* 10 *Et quia sae.* c) 8 *quos enumero siue.* 9, 10 *quos et numero sive.* Similiter 1 *quos enumerosius.* Edd. om. *et.* Vid. not. sq. Ceterum 1 *procreare.* d) 1 *aucmento et procr.* 9, 10 *augmento et procr.* Restitui ex codd. *et numerosius — et procreatis*, etsi antecedit *quos.* Suppl. *quibus.* 8 *augmentum.* Edd. om. *et*, ut 8. Iam Hengel l. c. p. 79 reticeri putat *et quibus.* Rittersh. *optamus, augmento procreatis.* 9 *conpetentiae.* e) 8 — 10 *necessaria.* f) 1 *feminam . que iugendūs.* g) 1 *exigi.* h) 1 *sponsaliciam largitatem dotestitolo.* 8 *sponsalia largitate.* Rell. *sponsalitia largitate.* Haeret in his vv. Hengel l. c. p. 79. Restit. est *sponsalitiam largitatem.* i)

coniuncti, ita ut nec matrimonium iudicetur, nec legitimi ex his filii procreentur[k]. §. 10. Sane quoniam quorundam cupiditatibus[l] obviandum est, qui generorum exhauriunt facultates, ac sibi, vel filiabus suis[m], vel subornatis quibuscunque personis, priusquam aliquid de nuptiarum pactione[n] constituant, ab incautis iuvenibus et futuri coniugii desiderio concitatis multa faciunt occulta fraude conferri, quae secuta solennitate votorum filiabus refundant, aut forte maiore amore perfidiae sibi existimant acquisita[o], unde eius callidi frivolique commenti ita[p] nullum esse iubemus effectum, ut, infirmato talis[q] colore contractus, sui iuris[r] postea gener vindicet, vel actione proposita securus reposcat, quicquid per illiciti[s] posthac contractus imaginem alienare compulsus est. §. 11. Inter cetera captatorum etiam aviditas[t] comprimenda est, qui nonnunquam ignotorum paene[u] lectulis assidentes animos ipsa corporum aegritudine[v] fatigatos, et sincera iam iudicia[x] non habentes simulata affectione depravant, ut plerique[y], consanguinitatis et necessitudinum[z] suarum frequenter obliti, extraneos[a] scribere videantur heredes, cum insidiosa munuscula diriguntur[b], cum subornantur medici, qui prava persuadeant[c], et neglecto medendi studio fiant alienarum cupiditatum ministri. Quibus omnibus serenitas nostra diligenti examinatione perpensis hoc praesenti lege decernit, ut, si is[d], qui nulla testatori propinquitate coniungitur, neque ex iis[e] personis est, quibus etiam ab intestato deferri[f] quocunque gradu vel titulo poterat antiquo*) iure successio, heres fuerit institutus, legatum[g] fideicommissumve perceperit[h], ex relictis rebus atque corporibus tertiam publico[i] inferat portionem, quatenus[k] hoc saltem metu et testatorum iniquitas et captatorum cesset[l] improbitas. §. 12. Quae omnia constituta in futurum a die latae legis valere praecepimus[m], Basili, parens carissime atque amantissime[n]. Illustris igitur et praecelsa magnificentia tua saluberrimam sanctionem propositis divulgabit[o] edictis, ut omnes intelligant[p], remotis irreligiosarum[q] mentium fraudibus impiisque commentis[r] hoc constitutum fuisse[s], quod emendationi[t] morum utilitatique publicae[u], reducta in terras iustitia, votum[v] omnium socia pietate proficiat. *Dat. VII. Kal. Nov. Ravenna, D. N.*[x] *Leone et Maioriano AA. Coss.*[y] (458.)

8, 10 *sine dotem.* k) 8 *procreantur.* Aur. Lugd. Rittersh. Go. *filiis.* Respexisse hanc sententiam Rittero videtur Iustinianus in c. ult. C. de Dotis promiss. (V, 11) in vv. *Neque enim leges incognitae sunt — progenie.* Haec sola sententia ap. Aeg. in brevem summam contracta est: *Ut si inter coniugatos non fuerit aequa donatio, nec matrimonium iudicetur, nec legitimi filii procreentur.* l) 1 *cupiditatis.* Cui. 2, 2* *obviendum.* m) 1 om. *suis.* n) 9, 10 add. *nos.* o) 1 *estimant adquesita.* p) 1 *unde huius callidi friboli quecōmti ita.* 9, 10 *unde huius calidi frivoli quae conmentita.* Be. prop. *inde* pro *unde*, prob. Hengel. l. c. p. 81, sed Hengel cj. etiam *nunc.* q) 1 *iubus e. ut infirmatū talis.* 8—10, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab. *infirmato talis.* Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. Be. *infirmato tali.* Scripsi cum codd. *talis.* r) 1 *sub iure postea gener vindicet.* 9 *sui iuris p. venerint vindicet.* 10 *sui iuris postea iuener vindicet.* 8, edd. *sui iuris p. gener vindicet.* Hengel l. c. p. 81 repudiata codicis 1 scriptura, quae in edd. sunt pro *postea, cum gener sit, suo iure* scripta esse putat. Recte *suo iure.* s) 1 *inlicite.* t) 1, 9, 10, Aur. Lugd. Rittersh. Go. *auditas* pro *aūditas.* u) Edd. ante Be. *penè* s. *pene.* 8—10 *poene* et Cui. 2, 2* *ignitorum*, quod corr. Rein. v) 1 *ipso c. egretudine.* 9 *animo si ipsa.* 10 *animo si ipsa c. aegritudinem.* Mendose Aur. Lugd. Go. *adfidentes.* x) 1 *fatigatus et sincera || lem iudicia.* 10 *sinceram.* y) 9 *ut implerique.* 10 *ut inpleri que.* z) 9, 10 *necessitudinem.* a) 9 *frequentia o. extraneus.* 10 *frequen obliti. extraneus.* b) 9, 10 *dirigantur.* c) 9 *priva perseduant.* 10 *priva persudeant.* d) 1, 8—10 *si his.* Mox Rittersh. *propinquitatem.* Supra Go. *hac praesenti.* e) 1 *coniungetur neque ex his.* Etiam 8—10 *his.* Rittersh. *ex iis personis est, qui quo iure* et om. *bus etiam — poterat anti.* f) 1 *eciam .... deferri* et indicatur spatio, deesse *ab intestato.* 10 *defferri.* *) 1 *titulo .... antiquo* et est spacium, ubi debebat esse *poterat.* g) 1 *fuerit ..... legatum* et est spatium pro v. *institutus*, quod deest. 8 ante *heris.* Hengel l. c. p. 84 legi vult *aut legatum*, sine nec. h) 1 *perceperint.* i) 1 *publici.* k) Hengel l. c. pro *quatenus* mavult *quo.* l) 1 *et captatore cessat*, sed add. supr. *a* v. *cessat* litera e (cesset) et a librario quidem codicis. m) 1 *praecepemus.* 8—10 *praecepimus.* Edd. *praecipimus.* n) 8 *p̄ k ā.* Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab. *P. K. A.* o) 1 *sancionem proposita devulgauit.* 8—10, Cui. 1 *divulgavit.* p) 1 *ut omnis intellegant.* Rittersh. *intelligunt.* q) 1 *inrelegiosarum.* 9, 10 *inreligiosarum.* Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. Lab. *irreligiosarum.* 8, Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. Be. *religiosarum.* Reposui *irreligiosarum*, quod etiam Hengel l. c. p. 86 flagitat. r) 8, Cui. 1—Ri*. *mentis.* 9, 10 *mentes.* Rein. Ri. em. *commentis*, prob. Hengel. l. c. p. 85. Be. ex cod. 1 ed. *commentis*, recte. Iam Lab. receperat Ritteri em. Supra §. 8 *irreligioso commento.* s) 9, 10 *fuisset.* t) 1, 8, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *emendatione.* u) 1 *publicis.* 8 *publice.* v) 1 *in terras uia votū.* 8 *in terra sui a votum.* 9, 10 *in terra sua votum.* Cui. 1. Aur. *in terra sui * a votum.* Lugd. *in terras * Iustitia votum.* Rittersh. *in terra sui à votum.* Cui. 2, 2*. Go.—Ri*. Be. *in terras iustitia, votum.* Lab. *in terras iustitia ad votum.* Locus in codicibus corruptus, quem em. Cuiacius in Cui. 2.; Ri. em. *voto*, non consentiente Hengel. l. c. p. 85, qui interpretatur *votum omnium*, quasi breviter dictum sit, *quod votum omnium est* et tam a sequentibus, quam a praecedentibus commate seiungatur. Quid restituerem pro codicum scriptura non invenio. Fortasse scrib. est: *reducta* (scil. *socia pietate*) *in terra sua* (aut *in terram*) *ad votum omnium.* Certe v. *iustitia* mera cj. Cuiacii est. x) 10 *Ravenna.* 9 *ravenn̄*; rell. *Rau.* s. *Rav.* Addidi ex cod. 1 *D. N.* In rell. deest. y) In cod. 8 add. *Explicit Novellarum Divi Maioriani A.* et in codd. 9, 10 *Expliciunt Novellār* (10 *Novellae*) *Divi Maioriani Ā.* Cui. 1 add. *Desideratur Novella De adulteriis.* Praeterea in Aur. Lugd. Rittersh. Go. edd. haec sequuntur: „*INTERP. Hae sex sententiae praecedentes propterea non sunt defloratae, quia in aliquibus libris non inveniuntur, In aliquibus tamen inveniuntur.*“ Deprompta sunt haec vv. ex Aegidii Summa, quibus is, qui epitomen conscripsit, indicat, se invenisse quidem in codicibus (qui quidem ab illis, quos numeris 8—10 distinximus, non differant,) tit. I—VI, neque vero eos adhibuisse, quia in aliis libris non invenirentur. Monendum est, deesse ap. Aeg. v. *Interpr.*, quod in edd. illis inepte additum est. Deest etiam *praecedentes.* Ceterum vid. §. 9, not. *k.*

TIT. VII. DE CURIALIBUS, ET[a] AGNATIONE[b] VEL DISTRACTIONE[c] PRAEDIORUM EORUM[d], ET DE[e] DIVERSIS NEGOTIIS[f].

1. *Impp. Leo et Maiorianus AA.*[g] *Basilio Pf. P.* Curiales nervos[h] esse rei publicae ac viscera[i] civitatum, nullus ignorat. Quorum coetum[k] recte appellavit antiquitas minorem[l] senatum, huc[m] redegit[n] iniquitas iudicum*) exactorumque plectenda venalitas, ut multi patrias[o] deserentes, natalium splendore neglecto, occultas latebras et habitationem elegerint[p] iuris alieni[q], illud quoque sibi dedecoris[r] addentes, ut, dum uti volunt[s] patrociniis impotentum[t], colonarum se[u] ancillarumque coniunctione polluerint[v]. Itaque factum est, ut et[x] urbibus ordines[y] deperirent[z], et prope[a] libertatis[b] suae statum nonnulli per contagionem[c] consortii deterioris[d] amitterent[e]. §. 1. Quod ne ulterius possit licere, saluberrima lege sancimus, praeteritae praesumptionis[f] supplicium[g] relaxantes, ut praeter[h] illos, qui patrias suas aliqua munerum[i] collatione iuverunt[k], ac propterea nulla ordinibus praesumptione[l] depereunt[m], ubicunque intra triginta abhinc[n] retro annos inventi fuerint curiales, constrictis procuratoribus[o] vel conductoribus praediorum, dominisque conventis[p] ad urbes, quas deseruerant[q], cum uxoribus reducantur[r] (quod[s] ingratum esse agrorum dominis non oportet, cum debuerint poena severiore percelli[t]), amittant mulieres, quas illicitis[tt] consortiis iunctas esse noverunt[u]. §. 2. A quo constituto nec domum[v] nostrae serenitatis excipimus, quorum progeniem[x] ita dividendam esse censemus, ut, quotquot[y] fuerint[z] masculini sexus filii, patrem sequantur, feminis praedii domino[a] relinquendis: illa discretione[b] servata, ut, si ex colonabus[c] nati sint[d], curiae inserantur, si ex ancillis editi, collegiis deputen-

---

Tit. VII. 1, Zir. in ind. titt. Am. Be. *Tit. VII.* 3, 6, 8—38, 41, Aeg. Sich. Cui. 1. Aur. Cui. 2, 2*. Lugd. Rittersh. Go. Ri. Ri*. L. R. U. *Tit. I.* C. Th. XII, 1, not. sup. Ed. Th. c. CXLIX. Ed. Athalarici §. 2 (Cassiodor. Var. IX, 18). Edictum Athalarici ap. Cassiodor. l. c. IX, 2. Cassiodor. l. c. V, 14. Commemoratur in interpr. Nov. Val. tit. XXXIV. de Episc. iud. — N. 1. Codd. edd. *N.* 1 s. *un.* Be. add. (*XCII.*), h. e. omnium Novell. in Be. ed. Integra cum interpr. est in codd. 11, 12, 14 — 23. Totus deest in cod. 4, sed spatio relicto. Omnia praeter interpr. partic. des. in codd. 3, 41; inscr. et textus in codd. 24, 30; textus et subscr. in cod. 35; pars textus cum subscr. in cod. 13 (vid. §. 7, not. *k*); subscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 9, 10, 26 — 29, 31 — 34, 36 — 38. Pars interpr. deest in cod. 8 et ipsa Novella cum priore interp. parte in cod. 7. Vid. interpr. not. *p*. De cod. 1 vid. infr. princ. not. *i*.

---

a) Multi codd. (etiam 1 in ind. titt.) Aeg. Sich. in ind. rubr. add. *de*. b) 8 — 10 *actione*; nonn. codd. *agnationibus* s. *agnitione*, ut 11. c) 1, 15, 19, alii codd. *detractione*, sed 1 in ind. titt. *distract*. d) Add. ex codd. 1, 8 — 10, 13, 24, 29, 34, 38, Aeg. *eorum*. In edd. om. *eorum*. 20 om. *tione praediorum* et 24 *vel d. p.* e) Nonn. codd. om. *de*. f) 1 *ceteris negutiis*. Etiam Sich. in ind. titt. *caeteris* pro *diversis*. In cod. 6 inscriptio ita mutata est: *De decurionibus et diversis negotiis*. g) Nonn. codd. *A.* et *Basilio praeposito s. pū.* h) 1 *nervus*. 6, 14, 15, 23, Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *servos*, improb. Am. et Ri., sed em. in m. Cui. 1 — Lugd. Rittersh. *nervos*. 22 *servus*. Cassiod. l. c. IX, 2. i) Literis *essere publice ac vi* terminatur versus quintus folii 125ª cod. 1; reliqua pars paginae vacua est, et sequitur in sequenti Gaius, neque hic integer. Cf. Zir. l. c. p. 48 sq. Am. l. c. p. 109, 112. k) 11, 12, 19, 20, 22 *coetu*. Sich. — Ri*. *ignorat, quorum c.* l) 19 *minorū*. Similiter Rittersh. *minorum*. 22 *antiquitus min.* 23 om. *antiquitas*. Sich. *appellatū* (om. *antiquitas*) *minōrē*. m) Rittersh. *huic*. Fere omnes codd., etiam 11, 12, 22, 23 om. *huc* et omitti quidem potest. 6 *sed ad hoc*. n) 6 *rediit*. 11, 12, 15, 20, 23 *rediget*. 19, 25 *redigit*. 22 *redigi*. 12 in m. a rec. man. *sed id egit*. *) 14 om. *iudicum*, ubi 20, 22 *iudicium* habent. o) 6 *multi possessiones proprias*. 11, 12, 15, 18 — 21, 23 *multi proprias* et 22 *multi propria*. 25 add. *suas*. Insolitum est *patriae*, i. e. civitates; vulgo dicitur *patria*. Quod scriptum est in nonn. codd. *proprias*, indicat aliquid excidisse, quare non inepta est scriptura cod. 6. Nolo autem quicquam mutare; nam §. 1 paullo infra repetitur v. *patrias*, neque ibi codd. a vulg. scriptura differunt. Mox 22 *spendore* et infr. 25 om. *et*. p) 6, 11, 12, 23, Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *eligerent*. 19 *elegerent*. q) 11, 19 *rus alieni*. 15, 21 *ruris alieni*. 20 *ius alieni*. 22 *ius alienae*. 23 *iure suae alieni*. Sich. — Ri*. *alieni. Illud*. r) 6, 15, 19, 21, 22 *decoris*. 20 *si dedecoris*. s) Sich. *nolunt*. 11 *volint patroc.* t) Omnes codd. Sich. *inpotentum*; rell. edd. *potentum*. Recte *impotentum*, i. e. eorum, qui se continere non possunt, qui sui impotentes, fastu et potentia elati sunt. u) Nonn. codd. *seu*, sed 6 *et*. v) 6 *polluerent*. 25 *pollueunt*. Mox 22 om. *est*. x) 13, Sich. — Ri*. *et*. y) 6 *ordines urbibus*. Nonn. codd. *orbibus*, alii *ordinis*. z) 22 *dederint*. 25 *disperirent*. a) 22, 25 *pro*. 6 om. *prope*. b) 12 *liberatis*. 20 *liberalitates*. c) 6 *contagia*. d) Nonn. codd. *deteriores*. 22 om. *deterioris*. e) 11 *emitterent*. 13, 25 *admitterent*. 22 *omitterint*. Mox 11 *alterius*. f) 20 *praeterit de praesumptiones*. Ante 22 *leges sanctimus* aliique codd. *sanximus*. g) 6, 11, 12, 15, 17 — 22 *subsidium*. 23 *sufficiunt*. Sich. *officium*. Ceterum 6 *pr. subsidium praesumpt.* Ri. defendit v. *supplicium*. h) 6, 11, 12, 15, 18, 19, 21 — 23, 25, Sich. *propter*, improb. Ri., sed 22 om. *ut*. i) 15 *numerum*. Go. *aliquas*. k) 22 *iusserunt*. 25 *minuerunt*. l) 13, 16 *praescriptione*. 6 *nulla ab ord. pr.* m) 11, 12, 15, 19 — 22 *depereant*. n) 25 *triginta hic retro*. Mox 22 *annis*. o) 22 *constricti si proc.* 20 om. *vel conductoribus*. p) 22 *dum in hisque conv.* 20 *ad orbis*. q) 25 *deseruerunt*. r) 6, 11, 12, 15, 17, 19 — 22 *revocentur*. Sich. — Ri*. *reducantur. Quod — percelli, amittant*. s) 22 *quidquid*. t) 14 *percellere*. 25 *poenam s. praecelli*. tt) Mendose Go. *inclitis*. u) 6 *illicite quaesierunt* et om. *consortiis iunctas esse*. 11, 12, 15, 18 — 21, 23, Cui. — Lugd. Rittersh. Go. *quaesierunt* s. *quaesiverunt*. 14 *i. esse siverunt*. 16 *i. esse sciverint*. 22 *iusta esse quesierunt*. Sich. *consortiis iungere quaesierunt*. 25 om. *A*. v) 22 *donum* et om. *nostrae — dividendam*. x) 13, 16 om. *progeniem* et 6 *ita*. 25 *quarum p. i.* y) Nonn. codd. *quodquod*. 6 *ut quot* et 16, 22 *ut quod*. 25 *ut cum*. z) 22 *defuerit — filio*. 25 *fuerit*. 6 om. *masculini sexus*. a) 14, Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *praediis domini*. 25 *praediis dominis*. b) 19 *illa creatione*. Sich. — Ri*. *relinquendis. Illa*. c) 6, 11, 12, 15, 17 — 22, 25 *ex colona*. Sequitur *ancillis*, quare nihil mutavi. d) 11, 12, 15, 17, 19 — 23, Rittersh. Go. *sunt*. 16 *curiis*. Mox 22 om.

tur[e], ne materni sanguinis vilitate[f] splendor ordinis[g] polluatur. §. 3. De collegiatis[h] vero illa servanda sunt, quae praecedentium legum praecepit auctoritas. Quibus illud provisio nostrae serenitatis adiungit, ut collegiatis, operas patriae alternis vicibus[i] pro curialium dispositione praebentibus[k], extra territorium civitatis suae habitare non liceat. §. 4. Hoc de pendentibus[l] sanxisse sufficiat[m]. In futurum vero haec observanda censemus[n], ut, si quis actor procuratorve[o] domino nesciente susceperit curialem, aut non[p] intra annum propriae restituerit civitati[q], si ingenuus probatur, collegiis applicetur[r], si servus est, fustuario[s] supplicio interficiendum se esse[t] cognoscat. Quod si id sciente domino aut[u] volente[v] factum esse doceatur, et non intra statuti temporis metas, etiam cum ultione, correctum[x], ipsius praedii, in quo hoc[y] admissum fuerit, amissione mulctetur[z]. §. 5. Similiter si servo suo[a] actori procuratorique ullus[b] filiam iunxerit[c] curialis, aut certe[d] iunctam esse permiserit, et non intra praescripti temporis terminum[e] natalibus suis urbique reddiderit[f], illa quidem curiae restituenda[g] revocetur (quam[h] iubemus ab intestato[i] parentibus aequa[k] cum ceteris lance succedere, quia per eius quoque progeniem ordo reparandus est): ille[l] vero, si originarius erit, qui sibi frustra ac[m] temere mariti nomen contra interdictum legis[n] indiderit, collegiis nihilominus deputetur, si[o] famulus, servilibus poenis peribit[p]. §. 6. Filia curialis si genitalis soli amore neglecto in alia voluerit nubere civitate[q], quartam mox[r] omnium facultatum suarum ordini conferat[s], a quo se alienare[t] desiderat: illi urbi, ad quam migraverit[u], curialis sine dubitatione paritura. §. 7. Et quoniam[v] usquequaque obviandum est eorum dolis, qui nolunt esse, quod nati sunt, quicunque[x] se sub nomine clericatus[y] seu quodam religionis[z] obtentu curialis vel corporatus fortasse[a] subtraxerit, secundum praecedentium legum statuta, si intra[b] diaconatus gradum locatus probatur, ad originem suam sine dilatione revocetur, si[c] vero iam diaconus[d] aut presbyter aut episcopus[e] latae huius legis tempore reperitur, sive adhuc[f] obnoxius functionibus, sive muniis persolutis[g], nihil de patrimonio suo alienaturum se esse cognoscat[h]. Cui si masculini sexus prolem seu propinquos[i] esse contigerit, qui utique curiae necessitatibus obsequantur[k], mox medietatem omnium facultatum eis tradere non desistat, sibi ad usumfructum sex residuas uncias retentaturus[l]: si defuerit sexus virilis,

---

ex post *si*. Sich. — Ri*. *inserantur. Si.* e) 22 *collegiatis deputentur* et om. *ne*. Sich. *deputentur. Ne.* Cui. 1 — Ri*. *deputentur: ne.* 6 om. *ne — polluatur.* Ante nonn. codd. *edicti.* f) 11, 12, 20, 23 *vilitas.* g) 11 — 13, 15, 17 — 23 *ordinum*, ut Sich. — Lugd. Rittersh. Go. h) 11, 12, 15, 19, 21 *De collegia.* 13, 16, 17 *De collegiis.* Mox nonn. codd. *praecipit — provitio* et 14 *qd illud*, sed 22 *provisi* pro *provisio.* i) 22 *pariae alt. civibus.* 19 *collegia operas.* k) 6, 19 *propositione.* 18, 20 *praehibentibus.* l) 6, 17 *praesentibus.* Rittersh. *dependentibus.* 22 om. *de.* m) 13, 16 *sufficient.* 11, 12, 15, 17 — 23 add. *et.* n) 22 *hae o. censimus.* 25 *hoc observandum esse censemus.* o) 6, 11, 12, 15 — 17, 19 — 21, 23 *procuratorque.* Nonn. codd. *auctor pr.* p) 6 *curialem et non.* 18, 20 om. *non.* 23, Sich. *non infra.* q) 6 *restituat.* 22 *restituat civitatis ingenuos.* 20 om. *si.* r) 15 *deputetur.* 17 *adplicentur.* 22 *collegiatis adplicitos.* Sich. — Go. *applicetur. Si.* Ante 25 *ingen. adprobatur* et 19 *adprobetur.* s) Nonn. codd. *furtuario, fustario, fructuario.* t) 6 *se esse interficiendum.* 25 om. *se.* u) 11, 12, 15, 18, 20 — 23, Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *aut*; rell. *ac.* Repos. *aut*, antiquissimos codd. secutus, etsi neque *ac* falsum est. v) 14 *voluntate.* 22 om. *factum — amissione.* x) 11, 12, 15, 16, 19, 21 *c. u. correptum.* Ri. defendit v. *correctum.* 18, 20 *cumulatione correptum.* y) 11, 12, 19, 20 *haec.* z) 6 *admissum docebitur am. m.* a) 22 om. *si* et 6 *suo.* Nonn. codd. *auctori.* 6 om. *que* post *procuratori.* b) 11, 12, 18, 19, 22 *ullius.* 15, 21 *illius.* c) 22 *coniunxerit.* d) 6 om. *certe.* Idem mox *permiserit esse.* e) 11, 12, 15 — 21 *praescriptum terminum temporis*, sed 19 *in pr. t. t.* 14 *intra scriptum terminum temporis.* 22 *intra perscriptum terminum temporis.* 23, Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *praescriptum.* f) 6 om. *et non — reddiderit.* 22 *urbisque.* Aur. Lugd. Rittersh. Go. *ubique.* g) 25 *illam quidem — restituendum.* h) 6 om. *quam — reparandus est.* i) Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *intestatis.* k) 22 *eque.* Mox nonn. codd. *lancea* et 25 *et quia.* l) 22 *progenie* (etiam 12 *progenie*) *ordo neparandus* (sed corr. *reparandus*) *est illa.* Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *reparandus est.* *Ille.* Mox nonn. codd. *origenarius* s. *origenarios.* m) 6 om. *frustra ac.* Nonn. codd. *timere.* n) 6 om. *contra i. legis.* 16 *legis inde dederit.* 22 *collegiatis.* o) Sich. *deputetur. Si.* Nonn. codd. *famulos.* p) 11, 12, 20 *poenis perhibet.* 17 *poenis adficiatur.* 6, 15, 19, 21 — 23 om. *peribit*, sed in 23 spatium est. Sich. *poenis* * *Filia.* Mox Go. *generalis soli.* q) 6 *in alia nupserit civitate.* 22 *neglectum in aliam in aliam v. n. civitatem.* r) 6 om. *mox.* s) 6 *facultatem curiae inferat.* t) 16, 25, Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *alienari.* 22 *alienienare.* Mox 17 *illius urbis.* u) 22 *migravit.* 23, Sich. — Lugd. Go. *migraverat.* 11, 12, 19 *curiales.* 17 *curia sine.* 6 om. *cur. s. d.* Recte Be. h. l. interpunxit; nam Sich. — Ri*. habent *migr. curialis, sine d. p.* v) Nonn. codd. *et qd*; alii *et quia.* x) Sich. — Lugd. Rittersh. Go. *sunt. Quicunque.* 15, 19 — 22 *quique.* y) 15, 19 — 22 *curiatus.* 13 *civitatis.* 6 om. *sub nomine — corporatus* et 11, 12, 15, 18 — 23 *seu.* 16 *curialis sive.* z) 15, 19, 21, 22 *quod est religionis.* a) 22 *curiali vel c. forte.* b) 6 *infra.* c) 22 *diaconatum gradus l. pr. ab origine sua sine dubitatione revocatur* et om. *si — presbyter aut*, videtur autem pro *presbyter aut* scriptum esse *probat.* 25 *grado locus probatur.* 13 *revocetur sive iam.* Sich. — Ri*. *revocetur. Si.* d) 6, 19 *diaconatum.* e) 22 *episcopi.* f) 17 *reperiatur s. a.* 13 *rep. si vero adhuc.* 6 *episcopus est si adhuc est functionibus obnoxius* et om. *latae — reperitur.* g) 6 om. *sive muniis persolutis.* 25 *persolutus.* h) 6 *nichil se de suis alienaturum* (om. *esse*) *cogn.* 13, 16 *esse consttiterit.* 25 om. *se.* i) Nonn. codd. *propinquus.* Haec §. inde a vv. *Cui si* in cod. 6 ita mutata est: *Cui si filii vel propinqui fuerint curiae obsequentes medietatem omnium eis facultatum impertiatur sibi — uncias servaturus. Si masculi defuerint filiabus easdem daturus, si tamen curialibus nupserint. Si et he defuerint totum patrimonium curiae proficiet. Si quis sane ex talibus se sub divini ministerii occasione in ecclesia occuluerit conventus eum archidiaconus repraesentet.* k) 22 *obsecuntur.* 13 *esse consliterit qui — obsequentur* et om. reliqua pars textus cum subscr. l) 11, 12, 15, 19 — 22 *retinemus.* 17 *retinens.* 25 *reteneant ut si.* Sich. — Ri*. *retentaturus.*

easdem[m] in filiabus sine dubio servaturus[n], si tamen curialium connubiis copulentur. Qui si in totum fortasse defuerint[o], ad ordinem urbis suae praedictum[p] patrimonium pertinebit. Si qua sane huius modi persona originis[q] suae vinculis obligata ex his, quos ad ordines iubemus reduci, sub divini ministerii[r] occasione intra ecclesiam se crediderit occulendam[s], eam constrictus[t] archidiaconus repraesentet. §. 8. Hic etiam[u] eorum nequitia comprimenda est, qui locum principalitatis indepti vendunt defugas[v] curiales et obnoxios corporatos[x], cum eos occulta depraedatione concusserint[y], quos utique, si[z] honestatis memores patriae suae aliquid affectionis impenderent[a], revocare deberent[b]. Quod ne deinceps existiment[c] se impune facturos, quicunque in tam sceleratis nundinis fuerit quocunque accusante convictus, capitalem poenam subibit[d]. §. 9. Praedia vel urbana vel rustica[e] nunquam sine interpositione decreti curialis alienet[f]. Quod ne forte provincialis iudex facile[g] aut gratificanter indulgeat, ad eminentium praefectorum[h] sub relatione notitiam[i] dirigatur, quibus[k] solis aestimare permittimus[l], utrum ineluctabilis necessitas venditorem faciat curialem. Aliter[m] contractus super[n] his[o] rebus initi non valebunt. In mancipio[p] tantummodo distrahendo non est decreti quaerenda solennitas, si quinque primorum curiae subscriptio atque consensio adiecta monstretur[q]. §. 10. Inter quae iustum est, ut his[r], quos reduci volumus, consulamus[s], ne iniuriis corporalibus pro civilis[t] plerumque iudicis commotione[u] subdantur. Unde quoties[v] aut culpa gravis aut aliquod curialis[x] crimen arguitur, sciant iudices, eo sub fideiussione ordinis constituto[y], ad magnificos viros praefectos[z] praetorio esse referendum[a], ut in ipsorum[b] sit arbitrio constitutum, qualiter, quod admissum probabitur, vindicetur[c]. §. 11. Nunquam curiae a[d] provinciarum rectoribus generali condemnatione multentur[e], cum utique hoc[f] et aequitas suadeat et regula iuris antiqui[g], ut noxa tantum caput sequatur, ne propter unius fortasse delictum[h] alii dispendiis affligantur[i]. §. 12. Strenarum, Kalendarum ac pulveratici nomine a[k] curialibus nihil petatur. Si quis horum[l] aliquid poposcerit, aut etiam offerentem[m] contra interdicta susceperit, singulas libras auri per singulos curiales a se noverit[n] exigendas. §. 13. Nec[o] hanc partem ducimus negligendam, in qua et ordinibus et

---

Si. m) 6, 11, 12, 15, 19, 21 *easdem*, sc. *sex uncias*. 22 *viriles easdem*. Rell. et edd. *eadem*. n) 19 *servaturas*. 22 *servaturos*. 20 *res. sit tamen*. o) 23 *defuerit*. 22 *in toto*. p) 11, 12, 14—22 *praedictum*. 23, 25, edd. *praedicti*, sc. *curialis*, quod cum interpr. convenit. Scripsi *praedictum*. Supra *nihil de patrimonio suo alienaturum se esse cognoscat*. Ceterum 25 *sui pr*. q) 22 *origini — ex his quod ad ordines*. 15 *ad origines iubemus*. Sich.—Lugd. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *hiis*. Go. *iis*. 15, 21 *persone*. r) 14, 23, Sich.—Lugd. Rittersh. Go. *mysterii*, improb. Ri., sed Rittersh. em. *ministerii*, alii codd. *misterii*, ut 11. 22 *subdi ministerio*. s) 22, 25 *occultandum*. Falso Ri. Be. in 22 esse dicunt *occultandam*. t) Rittersh. in m. em. *constrictam*. In Interpret. est: *archidiaconus teneatur, ut eum debeat repraesentare*. Nonn. codd. *arcediaconus* s. *arcaediaconus* et *arcidiaconus*. 22 *arcidiacus*. u) 11, 12, 15, 17—22 *Sic autem*. 14, 16, 23, Sich.—Ri*. *Hic etiam*. Solus Be. *Hinc etiam*, err. Etiam in v. *sic* videtur latere *hic*. §. 8 in cod. 6 ita scripta est: *Eorum autem n. c. est, qui* (om. *locum — vendunt*) *refugas curiales* (om. *et obnoxios c. c. eos*) *occulte conclusos vendunt quos utique — debuerant. Quod ne d. extiment* (om. *se*) *impune — fuerit aliquo accusante — subibit*. Infra 22 *indempti vindunt*. v) 15, 21 *de fuga curialis*. 6, 17 *refugas*. Nonn. codd. om. *et*. *Defuga* est in C. Th. XII, 19, 3; *refuga* frequentius legitur. x) 15 *obnoxiis corporatus*. 20—22 *obnoxius corporatus*. 25 *o. conparatus*. Sich. *corporatos. Cum*. y) 15, 21 *callidatione*. 19 *callidatione concesserint*. 22 *callidatione concluserit*. 11, 12, 18, 20 *depr. concesserint*. z) 14 *q. utique per*. 6, 11, 12, 15, 17, 19—23 *utique sibi*. 16 *quod utique*. 25 om. *quos utique*. a) 11, 12, 15, 19—21, 23 *impenderint*. 22 *appenderem*, non *appenderent*, ut Be. dicit. 18 om. *aliquid affectionis*. b) 14 *revocare deserint*. 22 *debere*. 25 *debent*. 16 om. *revocare deberent*. c) Nonn. codd. *aestiment* s. *extiment* et infr. *facturus*. 22 *ut non d. estiment* et om. *se*. d) 22 *quoque* (ut 19) *a. c. c. poenem subicit*. 25 *quacunque occasione conv. c. p. s.* e) 6 *praedia rustica vel urbana* et om. *nunquam s. i. d.* Infra 22 *interpositionem*. 23 *rusticanum quam*. f) 16 *alienent*. 25, Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *curiales alienent*. g) 22 *facere*. 14 om. *ne* post *quod*. h) 14 *ad ementium praefectum*. 16 *ad eminentiam*. 22 *adimentium*. i) 6 *notitiam sub relatione dirigatur*. 11, 12, 15, 19—21 *relationis*. 22 *relevationis notitia*. k) 6 om. *quibus — valebunt*. Sich.—Ri*. *dirigatur. Quibus*. l) 20 *permittemus*. 22 *stimare permittemus — vinditorem*. Cassiodorus Variar. IX, 2. m) 15, 19, 21, 22 *curialem. Ante*. n) 11, 17, 19, 20, 22 *supra*. o) Sich.—Lugd. Cui. 2, 2*. Ri. *hiis*, ut multi codd.; Go. *iis*. p) 20 *mancipium*. 22 *initium — in pancipio — quaerendam*. q) 19 *obiectā monstr*. 6 om. *si — monstretur*. 25 *monstrentur*. r) 25 *ut de his*, ubi Sich.—Lugd. Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *hiis*, sed Go. *iis*. s) 25 om. *consulamus*. 6 om. *ne iniuriis — subdantur*. t) 11, 12, 19, 20, 22 *pro cui*. 17 *pro cuiuscunque*. 23 *pro cui* et est spatium duarum vel trium literarum. 25 *pro culpa cui*. Sich. *corporalibus affecti plerumque*. u) 20 *iudices commotiones*. 22 *iudices*. Sich. *commotioni*. v) 6 *Quorum quotiens*. x) 6, 11, 12, 15—21, 23, Sich. om. *curialis — fideiussione* et 22 *Unde — constituto*. y) 6, 23, Sich. *constitutum*. 25 *eos sub f. ordinem constitutos*. z) 15 *p̄positos*. 22 *praefecto* et om. *praetorio*. a) 6 *est deferendum*. 12, 19, 22, 23 *esse ferendum*. 11, ni fallor *eferendum*. Sich. *est ferendum*. b) 6 *in eorum*. Mox 25 *arbitrum*. c) 6 *qualiter vindicetur, quod admissum probabitur*. 25 *vindicetur. Numquid*. Sich. *vindicetur, nunquam*. §. 11 deest in cod. 6. d) 22 om. *a*. e) 11, 15, 19, 20, 22 *multetur*. 23, Sich. *multetur. Cum*. Cui. 1—Ri*. *mulctentur. Cum*. f) 11, 12, 14, 15, 17, 19—23, Sich. *cum itaque hoc*. 17, 25 om. *et*. g) Sich. *antiquae*. Mox nonn. codd. *noxia* et supra 22 *vadit* pro *suadeat*. 16 *aut cum noxa*. Rittersh. et Ri. ann. c. 22 Cod. Iust. de Poenis (IX, 47). h) 15, 19, 21, 22 *ne forte unius f. delicto*. Etiam 11, 12 *delicto* et 20 *delecto*, sed 11 om. *ne*. 25 *alios* pro *alii*. i) 22 *adfliguntur strenuarum salendarum*. Etiam 11, 12, 15, 19, 20, 25 *strenuarum*. 6 *Strenarum et Kalendarum* et om. *ac pulveratici*. Sich. *adfligantur, strenarum*. Cui. 1—Lugd. Go. *adfligantur strenarum*. Rittersh. *adfligantur Strenarum*. k) 15, 19, 21, 22 om. *a*. Go. *curalibus*. l) 22 *eorum*. Rittersh. *Si quid*. m) 15 *offerente*. 6 om. *aut — susceperit*. 22 *susciperit — curiales* et om. *a*. n) 14—

possessorum [p] compendiis providetur. Itaque provinciali iudici [q] non solum faciendarum evectionum nulli [r] tribuatur facultas, verum ne ipsi [s] quidem, cum ad alteram pergere coeperit civitatem, plus [t] quam unam sibi angariam et duos paraveredos alteramque angariam [u] officio suo, sed [v] et paraveredos duos liceat postulare [x]. Si quisquam amplius aestimaverit praesumendum, octo equos constrictus [y] exsolvat, publicis mox mutationibus aggregandos. §. 14. Compulsor [z] tributi nihil amplius a curiali [a] noverit exigendum, quam quod ipse a possessore susceperit: quia ad hoc [b] tantummodo perurgendus est, ut [c] pariter exigat, et [d] publicum debitorem ostendat atque convincat. Praeterea [e] nullus solidum integri ponderis calumniosae improbationis [f] obtentu recuset exactor [g], excepto eo gallico [h], cuius aurum minore [i] aestimatione taxatur. Omnis concussionum removeatur occasio, nihil mutaturae [k] nomine postuletur, ita ut, quisquis hoc [l] posthac usurpandum esse crediderit [m], sive praetoriani sit miles officii, seu palatinus [n], vel sacri aerarii vel privati, seu professionem negotiationis exercens, fustuariae [o] subditus poenae [p] servilibus suppliciis periturum [q] se esse cognoscat [r]. §. 15. Illis quoque fraudibus obviandum est [s], quas in varietate [t] ponderum exactorum calliditas facere consuevit, qui vetustis [u] caliginibus abutentes, Faustinae [v] aliorumque numinum [x] nescientibus faciant [y] mentionem. Quibus penitus amotis atque in perpetuum hac lege damnatis, a praetoriana sede [z] ad singulas non solum provincias, sed etiam civitates pondera examinata mittantur [a], quibus tam omnis exactor, quam [b] negotiator utatur, capitale sibi sciens unusquisque supplicium [c]; si constituta transscenderit. §. 16. Inter haec etiam officiorum pro laborum merito non est commoditas negligenda. Et quia per rectores provinciarum exigi [d] omnem canonem tam ad arcam praefecturae pertinentem, quam sacris vel privatis [e] largitionibus inferendum, sed et binos [f] per iugum vel millenos solidos [g] remunerationibus deputatos [h] compelli debere praecepimus [i], pos-

---

16, 21, 22, Rittersh. Be. in not. *noverit.* Rell. *noverint.* Restitui *noverit*; supra *Si quis.* 6 *singulos curiales* (om. *a se noverit*) *exsolvat.* o) 12, 18, 20 om. *hanc* et 6 *Nec — itaque.* Mox 22 *ducis negl.* p) 16 om. *negligendam — possessorum* et 22 *et.* q) 20, 22 *iudicii.* r) 6, Rittersh. *nulla.* 22 om. *nulli.* s) 6 *verum etsi* et om. *quidem.* 11, 12, 15, 21, 23, 25, Sich. — Ri*. *verum ne ipse.* 16 *verum nec ipse.* 17 *verum et ipse.* 22 om. *ipsi q. cum.* 19 om. *cum.* Nonn. codd. *ceperit.* t) 6 *ad alteram perrexerit civitatem non plus.* 25 *non pl. quae unam.* Rittersh. *quam ad unam.* u) 25 om. *et duos — angariam.* v) 16, 21, 23, 25, Sich. — Ri*. om. *sed* et 16 *officio suo.* x) 15 *et duos paraveredos.* 6 *et duos par. sibi tantundemque officio suo liceat postulare* et om. *Si — aggregandos.* y) 20 *constrictos.* z) 22 *Compulsus.* 23 *Compulsos.* a) 6 *a curiali exigat quam* (om. *quod ipse*) *a possessore suscepit* et om. *quia — praeterea.* 16 *a cur. noverit esse poscendum.* Nonn. codd. *a curiale* et infra 25 *quae quod.* b) 12, 20, 23, Sich. — Go. *qui ad hoc*, sed Sich. — Lugd. Go. *susceperit. Qui ad hoc*; Rittersh. *susceperit: qui ad hoc* et Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *susceperit. Quia ad hoc.* 15, 19, 21, 22 *qui ex hoc* et mox nonn. codd. *perurguendus.* c) 11, 12, 14, 15, 19 — 23, 25, Sich. om. *ut.* d) 14 *exigat ut.* 15, 19, 21 — 23, 25 *ex. et ut publ.* 17 *exigit.* Rittersh. *exeat, et p.* Ceterum 25 *perarguent et ut p.* Sich. *exigat ut et publ.* e) 15, 19, 21 *Propterea.* 22 *Pr. nullos solum i. ponderes calumniose.* In cod. 6 sqq. usque ad v. *taxatur* sic scripta sunt: *Nullus exactor solidum int. ponderis calumnietur pt̄* (praeter) *galli cum qui minore pretio taxatur.* f) 11, 12, 15, 17, 19 — 22, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. *adprobationis* s. *approbationis.* g) 20 *rec. et actor.* 14 *exactores.* 22 om. *excepto.* h) 19 *eo callico.* 22 *eo galli.* i) 20 *minorum.* 22 *minorem.* 23 *in ore.* Mox 20 *Omnes* et 19 *occationi* pro *occasio nihil.* k) Plerique codd. *mutature.* 14 *mutare.* 23 *mutate.* 25 *mutatore.* Sich. (neque vero 22, ut Ri. Be. scribunt) *mutato.* Ri. tuetur *mutaturae.* „Exactores, inquit, per calumniam solidos improbantes, cogebant provinciales eos *mutare* cum aliis, quos ipsi illis promptissime offerebant, et huius *mutaturae nomine*, lucrum capiebant ingens." Insolitum est hoc v. et in hac sola Nov. invenitur: quod mutassem, nisi fere in omnibus codicibus esset et infr. §. 16 repeteretur. 15, 16, 21, 22 om. *nomine.* In cod. 6 vv. *nihil mutaturae — cognoscat* sic contracta sunt: *nichil mutuum es* (aes) *postuletur; qui praesumpserit fustibus subditus servilibus suppliciis peribit.* l) Nonn. codd. Sich. *posthaec.* 25 om. *hoc*, sed habet *posthanc.* m) 22 *crediderit esse.* Mox nonn. codd. *milis.* n) 11, 12, 15, 17, 19 — 22 *palatini.* Nonn. codd. *herarii* et 22 *professione.* o) 11, 15, 20, 21, 22 *fustibus.* Sich. — Ri*. *fustiariae.* 23 *fustiarius.* p) 11, 12, 15, 17, 19 — 23 *poena.* q) 17 *servili supplicii perit.* 22 *perituram.* r) 22 *cognoscant.* 25 *cognoscant illius.* §. 15 in cod. 6 in breve compendium contracta est: *Illis quoque obviandum fraudibus quibus quidam servorum simplicitate abutentes in varietate ponderum vetusta religionis nomina apponunt. Quibus remotis a praetoriana sede omnibus annis per singulas civitates et provincias pondera exacta mittantur, quibus tam exactor quam negotiator utatur Basili p̄. k. aa.* et om. §. 16, 17. s) 19, 21 om. *est.* 22 *obviando* et om. *est.* Ed. Th. §. 149 et Ed. Athal. §. 2. t) 14 *quas varietate.* 15, 21 *qua sint var.* 20 *quasi in var.* 22 *quasi in varietatem.* u) 22 *quae vetustis.* 25 *ponderibus exact. calliditate — vetitis.* v) 15, 21 *latine.* 19 *lautinae.* 22 om. *Faustinae.* x) 11, 12, 16, 18, 23, Sich. *numinum.* Rell. *nominum.* Be. tamen in not. praefert *numinum* et Faustinam I. vel II., quae divae fuerint, hic intelligi putat. Sed quamquam *numinum* mihi quoque probatur, ceteros principes intelligo, quorum nominibus signata pondera circumferebantur. 22 *nomina*, neque vero *numinum*, ut Ri. et Be. scribunt. y) 25 *faciat.* Cur Be. malit *faciunt*, non video. z) 22 *Quibus p. amatis atque in perpetuo ac lege damnatis ad praetorianam sedem.* 25 *a lege damnatis* et om. *a.* a) 12 om. *examinata mittantur.* 22 *mittuntur.* Rittersh. *mittantur. Quibus.* b) 22 *quamquam.* c) 15, 19, 21, 22 om. *supplicium.* 25 *negotiator capitale sibi scientibus utantur — transscenderint.* d) 15, 21 *exactori.* 19 *commodatas — exactori.* 22 *necglegendam quia — exactori.* e) 22 *pertinentes quam ad sacris vel privatis.* 25 *probatis.* f) Sich. *inferendum decet, binos*, impr. Ri. Schultz l. c. p. 620 suppl. *solidos.* g) Cf. Walter, Geschichte des Römischen Rechts p. XII. et Car. de Savigny, Nachträge zu früheren Arbeiten (Zeitschr. f. geschichtliche Rechtswissenschaft T. XI, p. 42). 12, 19, 20, 23, Sich. Cui. 1 *millenas* et 14 *mellenas.* h) 11, 12, 15, 17 — 21, 23, Sich. *deputatus*, in quo latet *deputatos*, quod 14 (sed in 14 est *depotatos*), 16, 22, Cui. 1. Aur. Lugd. Rittersh. Go. habent et Be. reponi iubet. Etenim Be. ex Cui. 2, 2*. Ri. Ri*. *deputandos.* i) Nonn. codd. Sich. *praecipimus* et 22

sessori non putamus[k] onerosum, quem a multis molestiis et sportularum et numerosis mutaturae[l] dispendiis liberamus, si semissem solidi per iuga singula seu[m] singulas millenas[n] amplius iubeamus inferri, qui pro ordinatione nostra inter diversa officia dividatur. Ita ergo praedicta[o] summa inter compulsores, ut diximus, partienda est, ut palatinus siliquam mediam[p] pro siliquatico solidi remunerationis binorum[q] solidorum, exactor siliquam, quattuor autem siliquas tam curialis, quam officium provinciale percipiat[r], officium sane praefectorum sex semis siliquas[s] consequatur. Quisquis[t] ultra aliquid aut exigendum aut accipiendum esse crediderit, subditus verberibus et cingulo privabitur, et facultatibus exuetur[u]. §. 17. Illud quoque onus a civitatibus vel praecipue curiarum ordinibus ac negotiatoribus summovendum est, quibus non parva[v] dispendia provinciarum iudicum infligit adventus, ut eos in otio plerumque residentes deliciis[x] exquisitis alere quasi quadam[y] lege cogantur. Contra quam iniquitatem remedium providentes, hac evidenti[z] praeceptione decernimus, ut rectori provinciae totius[a] anni tempore non plus quam triduo una civitas alimonias[b] subministret, ita ut[c], si diutius voluerit commorari, de proprio sibi sciat esse[d] vivendum. Sed ne vaga[e] interpretatio eorum[f], quae pro humanitate praebenda sunt, nihilominus praedictos[g] fatiget, quid inferri diurnum[h] debeat, eminentissimae praefecturae pandetur[i] edicto, quod instar nostri volumus esse praecepti: hac conditione sociata, ut, si supra hunc modum quicquam a curialibus seu negotiatoribus iudex putaverit postulandum, aut sub nomine oblationis acceperit (quod magis extorsisse credendum est), mox administratione[k] depulsus, privilegio dignitatis amisso, proscriptione feriatur, Basili[l], parens carissime atque amantissime[m]. §. 18. Illustris sane[n] et praecelsa magnificentia tua[o] omnium provinciarum rectores[p] suis auctoritatibus admonebit, ut[q] principales vel seniores urbium singularum, tam curiarum, quam[r] reliquorum corporum, albos, quos conscripsit vetustas, proferre[s] compellant[t], obnoxiorum familias[u] sub confectione[v] gestorum capitis sui periculo detegentes, ita ut, quae[x] statuta sunt, edictis propositis in cunctorum notitiam perferantur[y]. *Dat. VIII.*[z] *Id. Nov. Ravenna*[a], *Leone et Maioriano AA. Coss.*[b] (458.)

INTERPRETATIO. *Lex haec*[c] *Maioriani de curialibus quae custodienda sint*[d], *evidenti observatione constituit, ut*[e] *infra triginta tantummodo annos, sicut lex de*[f] *omnibus dudum lata testatur, ad ordinem suum, quem deseruerint*[g], *curiales debeant revocari. Nam de collegiatis illa specialiter custodiri*[h] *confirmat, quae lex in Theodosiani Codicis corpore scripta declarat. Itaque praecepit, ut, si curialem cuiuscunque possessionis actor domino nesciente susceperit, et non transacto anno ad civitatem curiae, cui debetur, fecerit revocari, si ingenuus fuerit is ipse actor, in collegio deputetur, si ser-*

---

4) Hauboldus, Institt. Iuris Rom. Liter. Lips. 1809. 8. pag. 263, not. *f* hanc Appendicem et Paris. 1631. 8. et Francofurti ad M. 1642. 8. editam esse narrat: „Paris. 1631. 8. *rec. Frf. ad M.* 1642. 8.“ Quamvis studui Francofurtensem editionem comparare, ne id quidem mihi contigit, ut eam viderem. Primum enim eam frustra quaesivi in Lipsiensibus bibliothecis, deinde scripsi ad amplissimos viros, quos scirem aut bibliothecas antiquis libris refertas ipsos possidere, aut celebratissimis bibliothecis praeesse. Responderunt — Falkenstein, Föringer, Förstemann, Gersdorf, Huschke, Iacobs, Car. de Savigny, Schelling, Schrader, Wunderlich, Zachariae — se editionem illam non habere. Quid quod Haueisen eius mentionem fieri negavit in Catalogo Nundinarum Francofurtensium et in bibliothecarum veterumque librorum catalogis. Verum esse, quod nuntiaverit vir doctissimus, perspexi ex catalogis, quoscunque pervolutavi Lipsiae, neque in aliis libris editio Francofurtensis commemoratur veluti in Fabricii scriptis aut Niceroni (Memoires pour servir à l'histoire des hommes illustres T. XVII. Paris. 1732. 8. p. 169, n. 23) aut in vita Sirmondi. Quae cum ita sint et editio illa desit in celebratissimis Germaniae bibliothecis, Berolinensibus (Regia et Car. de Savigny), Dresdensi, Erlangensi, Francofurtensi, Gottingensi (cf. Hugo, Götting. gel. Anz. n. 41. d. 15. März 1841. p. 407), Gothana, Halensi, Heidelbergensi, Lipsiensibus (Senatoria et Universitatis), Monacensibus (Regia et Universitatis), Tubingensi et Vratislaviensibus (Regia et Rehdigeriana), ad quas accedit Basileensis, num Francofurti Appendix a Sirmondo unquam edita sit, dubito. Unde Hauboldus rem hauserit, nescio. 5) T. I. p. 705—740. 6) T. I. p. 403—418. 7) T. VI. Part. II. p. I—XIV. 8) T. VI. Part. I. pag. 280—290. 9) Vid. infra not. 52. 10) Cf. quae dixi de codicibus in libro: Thémis ou Bibliothèque du Iurisconsulte. Paris. 1827. 8. p. 155 sqq. 11) Falso ap. Haubold. Opp. Tom. II. p. XCII. not. ** cod. S. Germani 936 omnes dicitur complecti constitutiones a Sirmondo editas; non insunt in eo nisi c. 13 et 20. 12) Hauboldi Opp. T. II. p. 907 (Promuls. p. 10). 13) Nuntiavit mihi Carolus Baudi de Vesme Ecclesiis in Sardinia XIII. Kal. Mart. MDCCCXLIV., duo Breviarii Alariciani codices primae classis in Capitulari quadam Subalpinae regionis bibliotheca nuper repertos esse, saeculi IX. vel X.: „Eorum primus, scribit, incipit a verbis *et manumittendi die festo* (C. Th. II, 8, 1) ad finem Breviarii, qui codex eo dignior, quod inter C. Th. et Novellas exhibeat titulum *de Episcopali iudicio*, ex quo suspicor, et XVI. librum in eo pleniorem haberi. Alter incipit a verbis *precii nomine vilioris* (C. Th. III, 1, 4), desinit *placuit pertinere, qui manumissi sunt* (Paul. sent. IV, 1, 16), deficientibus scilicet quibusdam foliis.“ Quo nuntio excitatus petii a viro illustri, ut mihi partes codicum explicaret, et quae ad perspiciendam eorum naturam facerent, rescriberet. Neque dubitavit vir humanissimus desiderium meum explere. Haec enim respondit XIII. Kal. Mai.: „Heri, vesperascente iam die, huc perveni, et literas tuas accepi; atque ecce prima mihi cura est collatio quam petis codicum Breviarii Eporediensium. Addo brevem codicum descriptionem, ex qua videbis, quanti sit eorum alter habendus. Hunc designabo litera α, alterum litera β. Uterque est saeculi IX. vel X. Cod. α incipit a verbis *et manumittendi die festo*, ut olim scripsi. Adest c. 1 *de incestis nuptiis*. Adest item clausula c. 7 *de testamentis*, cuius lectio similis est Rosanbinae. Liber XVI. est e genuino fonte integer et hoc quidem ordine (ex quo intelliges et quam hic codex sit Parisiensi affinis, et unde corruptus sit titulorum ordo in aliis etiam codicibus): Tit. I. *De episcopis, ecclesiis et clericis*: praecedunt leges e Breviario cum interpr.; sequuntur, nulla adposita distinctione, reliquae e C. Th. — *Tit. II, III, IV, V*, ut in C. Th. Titulus VI. *Ne sanctum baptismum* (sic) *iteretur*, habet omissis ceteris titulorum rubricis, continua serie reliqua libri XVI. e genuino C. Th., omissis ubique interpr.; desinit *dat prid id octob ravenna uarane uicario consule* (vid. c. 3 tit. XI. deReligione. — C. 22 et 23 *de paganis* ambae adsunt suo loco). Sequuntur VII *de apostatis*, VIII *de Iudaeis*, VIIII *ne christianum*, X *de religione*, iterum descripti e Breviario cum interpp. Tum *Expliciunt libri Theodosii feliciter*. Dein, sequentis paginae initio *De Episcopali iudicio impp. arcadius honorius. et* | *theodosius ā ablauio p̄re p̄r.*“ Iam sequitur diversitas scripturae codicis ab editione prima Sirmondi, quam infra addam. Post eam

Codex, quo Cuiacius usus est, ubi sit, ignoro quidem, sed usum esse Cuiacium alio codice atque Parisiensi MMMMCCCCVI., ex scripturae diversitate cognoscitur. Neque huc, sed in secundam classem referendum esse codicem Phillippicum MDCCXLI., etsi is easdem constitutiones, neque plures neque alias habeat, paullo infra demonstrabo. Praeterea inveni in aliis codicibus fragmenta c. I., III., VI., in Caroli de Savigny codice, in Martisburgensi, Bambergensi, Vindobonensi, Regio Parisiensi MMMMCCLXXVIII., quos quominus alicui classi tribuam, eaedem caussae me impediunt, quae me editionum classes augere prohibuerunt.

Enumeratis codicum classibus de singulis codicibus disserendum est. Lugdunensem a me frustra in bibliothecis quaesitum esse, alio loco dixi [14]). Eum Sirmondus in Praefatione Appendicis Codicis Theodosiani continuisse dicit synodos partim Africanas partim Gallicas [15]), Dionysium autem et synodos Gallicanas in Praefatione Conciliorum Galliae [16]). Concinit igitur cum reliquis primae classis codicibus. Eorum vetustissimus est Phillippicus MDCCXLV. (olim Claromontanus DLXIX., postea Meermani DLXXVIII.), ubi conciliis Galliae, quorum ultimum Matisconense I. est anno DLXXXI. habitum, Sirmondi constitutiones additae sunt [17]). Constat ex duabus partibus. Etenim usque ad membranam LXXXVII. literis scriptus est, quas a forma quadratas appellant, maximam partem uncialibus maioribus et formosis, nisi quod post membranam LXVII. librarius nonnunquam tremebunda manu scripsit; altera pars picta est literis, quae minusculae nominari solent, quamquam procerae et pingues sunt, inprimis literae *l*, *d*, *p*, et cum interiectae sint literae unciales, non multum differunt ab illo genere scripturae, quo veterum codicum librarii utebantur. Puto igitur priorem codicis Phillippici partem primis

---

Vesmius ita pergit: „In libro XVI. codex consentit cum ed. 1566, non cum codice Parisiensi; cf. Summaria tua, pag. XI. Novellae sunt e Breviario. Caius non est in libros distributus; titulus *de substitutionibus* deest. Paulum, Codices Gregorianum et Hermogenianum non animadverti e genuinis fontibus locupletatos. Fragmentum Papiani sequitur integra longior appendix, ut in cod. Par. 4406, non Klenziano ordine, sed eo, quem ipse statuis. Atque hic codicis finis. De cod. β vix habeo, quod addam iis, quae olim scripsi. Est item primae classis, sed deficientibus passim foliis mutilus, et purum exhibens Breviarium. C. 1 *de incestis nuptiis* deest. Caius in duos libros divisus est. Tit. *de substit.* item deest. En, festina manu, ex iis, quae petis pleraque misi; reliqua proximis literis.“ 14) Hauboldi Opp. Tom. II. p. XCIV. not. 15) „Habes igitur primo loco Imperatoriarum aliquot legum collectionem. cui dum nomen ac titulum quaerimus, Appendix Codicis Theodosiani dici posse idcirco visa est, quod ab iis tribus constitutionibus incipiat, quae Codici Theodosii appendicis loco subiici consuerunt. Cum his enim tribus coniungi et reliquas consuesse, quas nunc damus, docent veteres Scintillae, ut vocabant, seu breviaria Codicis Theodosiani, in quibus harum quoque nostrarum titulos sub finem et lemmata videre est. Ceterum codex Lugdunensis Ecclesiae, unde has primum descripsimus, et Anitiensis alter, cum quo postea contulimus, non Theodosianas leges, sed Synodos partim Africanas partim Gallicas continebant.“ 16) „In Lugdunensi, verbi gratia, Ecclesiae Metropolitanae codice, post Dionysianam collectionem, quam primo habet loco Synodi Gallicanae subiiciuntur XVIII. Arelatensis I. Valentina, Regensis, Arausicana I. Vasensis I. Arelatensis II. Agathensis, Aurelianensis I. Epaonensis, Arelatensis sub Caesario, Carpentoratensis, Arausicana II. Arvernensis, Aurelianensis III. Aurelianensis V. Arelatensis sub Ravennio, Vasensis II. Arelatensis sub Sapaudo, et alia manu post adiecta Matisconensis I.“ 17) Hauboldi Opp. T. II. p. XCII. not. **. In *Catalogo MSS. Codd. Collegii Claromontani* p. 203, n. 569 de hoc codice haec referuntur: „Codex membranaceus in fol. quadratae formae (constans foliis 116) saeculo VIII, charactere rustico maiori exaratus ac initio mutilus. Ibi continentur Collectio canonum Galliae — Notitia provinciarum et urbium Gallicanarum — Encyclica Leonis Papae adversus Hilarium, Arelatensem Episcopum — Rescripta varia Imper. Constantini, Valentiniani, Theodosii et Honorii. Labbaeus in sua conciliorum editione adornanda non videtur adhibuisse hunc codicem, in quo inserta sunt duo folia saeculo IX exarata, ubi habentur excerpta ex concilio Trecensi anni 878, epistolae Hincmari Remensis ad Imper. Carolum Calvum et alia duo scripta mutila.“ Catalogi Claromontani vv. repetita sunt in *Catalogo bibliothecae Meerman.* Mss. Lat. T. III. p. 99, n. 578: „In membr. saec. VIII. fol. 116, charactere rustico maiori, forma quadrata, initio mutilus, summis foliorum oris valde exesis. Inserta sunt duo folia, saec. IX. exarata, ubi habentur excerpta ex concilio Trecensi anni 878, epistolae Hincmari Remensis ad Imper. Carolum Calvum et lectio evangelii secundum Marcum.“ Utroque loco codicis partes negligenter expositae sunt. Haec enim insunt: fol. 1 [a] . . . . . niorem consequant' . . ut nullus epis alium epism inculcet. expl. Chanones quos fecerunt epi sexcenti in civitate arelatensi. amen XV. Statuta synodi apud ecclesiam Valentinam Gratiano IV. et Aequitio Coss.; fol. 2 [a] XCI. Statuta concilii Foroiuliensis (pag. aversa huius folii vacua est); fol. 3 XCII. Synodus habita in civitate Regensi; fol. 6 [a] Constitutio XXVIII scae synodus Arausic.; fol. 11 [a] Concilii Vasensis c. 4—7; fol. 12 [b] Concilii Arelatensis (II.) c. 1—36; fol. 16 [a] Concilii Agatensis c. 1—35 (fol. 23 pag. aversa vacua est); fol. 25 [b] Concilii Aurelianensis (I.) c. 1—27; fol. 30 [b] Concilii Epaunensis c. 1—40 (fol. 35 et 36 pag. aversae vacuae sunt); fol. 37 [b] Constitutio Sanctorum episcoporum, qui in civitate Arelatensi ad dedicationem Basilicae S. Mariae convenerunt; fol. 39 [b] Concil. Carpentoractensis c. 1; fol. 40 [b] Capitula XXI S. Augustini, quae debeant publica voce legere et manu propria suscribere, in quibus suspicio est, quod manichei sint; fol. 45 [a] Concilii Arausici c. 1—25 (fol. 46 partim vacuum est); fol. 52 [b] Synod. Arvernensis c. 1—18; fol. 56 [a] Synod. Aurelianensis II. c. 1—36 (fol. 64 pag. aversa vacua est); fol. 68 Concilii Aurelianensis III. c. 1—23 (fol. 69 pag. adversa et fol. 75 pag. aversa vacuae sunt). Dicendum est omnia concilia, quae modo commemoravi, subscriptiones plenas habere. Fol. 80 Exemplar epistolae generalis, quae ad aepiscopus invitandus (sic) in causa insulae Lerinensis missa est, et sequuntur statuta Concilii Arelatensis anno 524 habiti; fol. 82 Concilii Vasensis (II.) c. 1—7 (fol. 82 pag. secunda vacua est); fol. 85 [b] — 87 Conc. Arelatensis c. 1—4 (fol. 86 pag. adversa et fol. 87 pag. aversa vacuae sunt); fol. 88 [a] Adnotatio provinciarum atque urbium gallicarum ab alia manu scripta; fol. 91 Epistola Leonis ad Concilium Viennense; fol. 97 [a] Synodus Matesconensis I. c. 1—20; fol. 101 [b] sqq. Constitutiones a Sirmondo editae. Ceterum in fol. 34 [b] haec vv. scripta sunt: *Primus gradus pater mater secundus patrueles qui et germani vocantur fratres ideo vocantur qui de duos viros procreantur in una femina qui et uterini sed non est gradus si vero de primo grado filius et filia fuerit agnati sunt et cognati iste est secundus gradus. qui ab ipsis procreantur consubrini vocantur quod est gradus tercius. idem qui ab ipsis procreati uterini vocantur subrini et est gradus quartus.*

saeculi octavi annis, alteram paullo post scriptam esse. Maxima vero codicis pars, quae videtur Dionysii librum continuisse, periit. Deesse enim priores XXII quaterniones, cognoscitur ex numero XXIII., quo membranae octavae pagina aversa signata est. Cum eum primum vidi, videbar mihi codicem Lugdunensem deprehendisse; mox errorem intellexi ex verborum, si quidem Sirmondus recte legit, diversitate et ex concilio Matisconensi I., quod in Lugdunensi codice ab alia manu [18]), hic ab eodem librario scriptum est [19]).

Phillippico recentior est codex Reg. Parisiensis MCCCCLII. (olim Colbertinus CCCCXLIX., Regius MMMDCCCLXXXVII.) saeculo X. in membranis quadruplicatis scriptus. Quid complectatur, docet Catalogus Bibliothecae Regiae [20]), ex quo hic quoque constitutiones illas concilio Matisconensi I. additas esse perspicitur. Consonare igitur inter se utrumque codicem Parisiensem et in ea parte, quae restat Phillippicum clarum est, et recte illum Sirmondus in Praefatione Appendicis Codicis Theodosiani synodos partim Africanas partim Gallicas continere dicit. Esse enim eundem Anitiensem, quo Sirmondus usus sit, apparet cum ex verbis, quae Stephanus Baluzius in priore folii primi pagina inscripsit: „*Hunc codicem Canonici Anitienses Bibliothecae Colbertinae donarunt anno MDCLXXXI.*“, tum ex iis, quae ab antiqua manu inscripta sunt in priore membranae secundae pagina: „*Liber oblatus ad altare Sce Marie | Anitiensis Eccle Dono Adelardi Eiusdem | Sedis Epi.*“ Sed non solum loco, quo constitutiones inveniuntur, codices illi inter se consonant, verum etiam numero legum, defectu tituli generalis, ultimis verbis [21]), aliis rebus, quas descriptio codicum infra addita docet. Utrum autem codex Anitiensis apographum sit Phillippici aut Lugdunensis, an aliunde transscriptus, id non audeo dicere; pessime enim scriptus est.

Codicis Reg. Parisiensis MMMMCCCCVI. partes accurate ad literas meas enumeravit Hauboldus, Eporediensis clarissimus Vesme*), de altero Phillippico MDCCXLI. et S. Germani CCCLXVI. nonnulla retuli in Hauboldi Opusculis [22]), quibuscum conferantur, quae infra de eorum partibus dicta sunt. Est autem codex

---

18) Vid. supra not. 16. 19) *Editores Conciliorum Galliae.* Paris. 1789. fol. p. IX. et 945 videntur utrumque codicem pro uno habere. 20) *Catalogus Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Regiae.* Pars Tertia. Tomus Tertius. Parisiis 1744. fol. p. 114: „Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur: 1. Canones Apostolorum. praefixus index rerum hocce volumine comprehensarum. 2. Canones concilii Nicaeni. 3. Canones concilii Ancyrani. 4. Canones concilii Neocaesariensis. 5. Canones concilii Gangrensis. 6. Canones concilii Antiocheni. 7. Canones concilii Laodicensis. 8. Canones concilii Constantinopolitani. 9. Canones concilii Chalcedonensis. 10. Canones concilii Sardicensis. 11. Canones concilii Carthaginensis. 12. Canones conciliorum Africanae provinciae. 13. Epistolae decretales Summorum Pontificum, *Syricii*, *Innocentii*, *Zosimi*, *Bonifacii*, *Caelestini*, *Leonis*, *Hilarii*, *Simplicii*, *Felicis*, *Gelasii*, *Anastasii*, *Symmachi et Gregorii*. 14. Concilia antiqua Galliae, scilicet Arelatensia, Taurinatense, Valentinum primum, Foroiuliense, Regense, Arausicanum primum, Vasense, Agathense, Aurelianense primum, Epaonense, Carpentoratense, Arausicanum secundum, Arvernense, Aurelianense secundum et tertium, Vasense secundum, cui subiicitur epistola *Leonis*, Papae, ad Episcopos provinciae Viennensis, et Matisconense primum. 15. *Constantini magni* et aliorum quorundam Imperatorum constitutiones de privilegiis Episcoporum et Ecclesiarum. 16. *Vigilii*, Papae, epistola ad Profuturum, Episcopum Bracarensem. 17. Notitia provinciarum et civitatum. 18. Instrumentum quo probatur Moriensem ecclesiam antiquitus Viennensi subditam fuisse. Is codex decimo saeculo exaratus videtur.“ — Consuluit hunc codicem Gothofredus ad v. *actores* c. 2 Sirm. (ed. Ritt. p. 346, not. *r*) memoratque in not. ad c. 39, 47 C. Th. de Episc. (XVI, 2), c. 64 C. Th. de Haeret. (XVI, 5), c. 5 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8), c. 1 C. Th. Ne Christ. manc. (XVI, 9), c. 19 C. Th. de Paganis (XVI, 10). Apographum in not. c. 5 et 1 citt. ex codice Anitiensi ad se delatum esse narrat a Cl. Puteano; innotuisse igitur videtur codex Puteano, antequam a Sirmondo editus est; nam postea non opus erat transscribere eum. Cf. etiam *Conciliorum Galliae Collectio* cit. Praef. p. V. — *Constitutiones* Sirmondi complent fol. 188 b et sqq. usque ad fol. 196 a. Numeri constitutionum maximam partem desunt in codice, ob quam rem nonnunquam ab iis numeris, qui apud Sirmondum et in Phillippico codice sunt, differunt. Lemmata secunda manus, sicubi deerant, adscripsit. 21) Terminantur v. *cognitio* c. 18 Sirm.

*) Vid. supr. not. 13. 22) T. II. p. XCIII — XCVI. Codex Phillippicus in *Catalogo Manuscriptorum Codicum Collegii Claromontani*, n. 496 et in *Catalogo Bibliothecae Meermanianae* l. c. p. 98, n. 571 ita describitur: „Codex membranaceus in fol. quadratae formae, saeculo IX exaratus. Ibi continentur: 1.° S. Gregorii Papae Rescripta quaedam cum epistolis ad ipsum directis. 2.° Excerpta ex capite 8° libri Novellarum D. Valentiniani (Imperatoris). 3.° Caput XIIum earundem ex interpretatione sententiae de Episcopali Iudicio. 4.° Capitula ex Romanis Synodis Apostolicorum Eugenii et Leonis. 5.° Canones Apostolorum, quibus praeponuntur Glossae (hic ad marginem legitur recentiori manu scriptum: Hinc incipit Collectio Canonum antiqua, quae vulgo Corpus canonum dicitur et edita habetur Moguntiae ann. Christi 1525 sub titulo: Canones Apostolorum etc.). Is codex fol. 205 complectens fuit olim S. Remigii Remensis.“ — Recte, nam vv. *Liber S. Remigii* inveni quinquies, fol. 35 b, 36 b, 37 b, 38 a et fol. 83, ubi scriptum est: *Lib. Sci. Remigii Rem. Vol. XXIIII.* Priora septemdecim codicis folia desunt, praeterea duo folia in medio codice; insunt autem: fol. 1 Gregorii epistolae quaedam; fol. 2 Epistola ad Maximum, Benedictum et caeteros Hispaniarum in partibus constitutos episcopos Melciadis; fol. 2 b Constitutio Dionysii de distantia parrochiae et Diocesis; fol. 3 a Epistola Gregorii III. ad Bonifacium „Desiderabilem mihi a te“; fol. 3 b Epistola Felicis ad Gregorium P., ubi in m. annotatur: „*Non est edita*“; fol. 5 a Rescriptum S. Gregorii P. ad Felicem: „Caput nostrum“; fol. 7 b Novella Valentiniani de Triginta annorum praescriptione; fol. 9 a Interpretatio Nov. Valentinianae de Episcopali Iudicio; fol. 11 a Epistolae diversae Gelasii, Augustini de adulterio et fornicatione; cap. 21 Concil. Toletani et cap. 7 Concilii Vasensis; fol. 13 a Epistola Hincmari ad Carolum Calvum Regem: „Sacrum carth. concilium dicit“; fol. 16 b Capitula novem ex Romanis synodis Apostolorum Eugenii atque Leonis Quarti; fol. 17 b ex Iuliani Epit. Novell. cap. 366 et 511; fol. 18 Nicolai P. decret. c. 220; Conc. Tolet. V. c. 35, 70, 71; c. 2 ex Conc. Matiscon.; ex Gelasio P. c. 11; cap. ex Conc. ap. Altheiam habito; c. 6 Conc. Remensis; c. 47 Conc. Carthag.; c. 54 Conc. Arausici; Epistolae P. Pii, Augustini, Alexandri; cap. Augustini de Civitate Dei; cap. ex Decretis P. Iulii; cap. Augustini ex eius dictis; quod tricennalis possessio firma sit; de

Phillippicus scriptus exeunte saeculo X. in membranis quadruplicatis, quarum CCVIII supersunt. Codex S. Germani[23]) ex CCXXXVII membranis, itidem quadruplicatis constat, et aetate paullum superat Phillippicum. Uterque legum et sententiarum ex Breviario Alarici, Theodosiano Codice et constitutionibus Sirmondi descriptarum magnam copiam, quae si codices integri essent, inter se non differret, continet, et ut codices primae classis

---

presbyteris nihil habentibus; de libertinis, qui a patrocinio ecclesiae discesserunt; de consuetudinibus ecclesiasticis, quae nunc sunt contra fidem; de sacramento corporis et sanguinis domini; de cottidiana perceptione eucharistia; fol. 19[a] Glossae Canonum Apostolorum; fol. 22[a] Notae Iuris; fol. 28[a] Canones Apostolorum, veterum Conciliorum constitutiones, decreta pontificum eodem ordine, quo sunt in editione Io. Wendelsteini, Moguntiae 1525. fol. (Canones Apostolorum Veterum Conciliorum etc.), sed omisso Concilio Ephesino et tractatu de primatu Ecclesiae Romanae. Legitur haec collectio usque ad fol. 176[b], ubi dicitur: *Iste liber finitus est Deo Gratias Amen.* Fol. 176[b] Enumeratio Conciliorum Apostolorum; fol. 177[a] Epistola Augustini consacerdoti Senisanctippo: „Officio debito meritis tuis"; fol. 177[b] Epistola Paulini episcopi Foroiuliensis contra Felicem hereticum de Heistulfo qui uxorem suam occidit caussa adulterii propter unius testimonium; fol. 178[b] Enumeratio sex Conciliorum universorum; fol. 179[a] add. rubrica *Incipit Liber XVI.* et sequuntur: I. c. 2, 3 C. Th. de Fide Cathol. (XVI, 1); II. c. 2, 12, 23, 35, 39, 44 (et omnes quidem cum interpret.) C. Th. de Episcopis, Ecclesiis (XVI, 2); III. c. 1—4, 8, 10, 14, 16, 19, 20, 26, 29, 30, 31, 34, 36, 38, 40, 41, 47 eiusd. tit. et c. 2 C. Th. de His, qui super relig. (XVI, 4); IV. c. 1, 4, 51—53, 60, 59, 63 C. Th. de Haeretic. (XVI, 5); V. c. 4 C. Th. Ne Sanct. Baptisma (XVI, 6); VI. c. 3, 1 C. Th. de Apostatis (XVI, 7); VII. c. 1, 5, 7, 6, 16, 27, 28 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8); VIII. c. 1, 2, 5 C. Th. Ne Christianum mancip. (XVI, 9); IX. c. 10, 21 C. Th. de Paganis (XVI, 10); X. c. 1—3 C. Th. de Relig. (XVI, 11); XI. c. 1, 2 et pars c. 3 Sirmond. usque ad vv. *sibi nomina vindicant* sub tit. de Episcopali iudicio. Post haec inter fol. 189 et fol. 190 desunt duo folia, et pergitur in folio 190 in vv. c. 9 C. Th. de Accus. (IX, 1) *proposita sit, si vera detulerit.* Haec sequuntur c. 10 C. Th. de Accusation. (IX, 1); interpretatio Novellae I. Martiani: „Neminem exhiberi" et sub finem interpretationis haec vv.: „*Secundum has leges decrevit carthaginense concilium capitulum XXX*"; c. 11, 12, 14, 15, 18, 19 C. Th. de Accusat. (IX, 1) cum interpr.; c. 1, 2 C. Th. de Constitt. pr. (I, 1); interpretatio Novellae Valent. de Episcopali iudicio et Novella ipsa; fol. 192 Epistola S. Gregorii ad Iohannem et Hilarii Leontio, Verano, Victorio episcopis; 193[a] Epistola Symmachi P. ad Caesarium epm; 194—208 Collectio septem Conciliorum Africae, quae finiuntur c. 85 Concilii Carthaginiensis IV.; folio 208 assuta sunt duo folia literis quadratis scripta cum vita S. Theodorae.

23) Codice S. Germani 366, de quo nonnulla dicta sunt in Conciliorum Galliae Collectione l. c. p. VIII. n. XXI., haec continentur: fol. 1, 2 Notitia Provinciarum ecclesiasticarum; fol. 2 c. f. Isidori Mercatoris praefatio; fol. 7 Praefationis alterius Collectionis quam Petrus de Marca in monasterio Rivipullensi invenit fragmentum; fol. 8[b] Constitutio Dionysii de distantia parochiae; fol. 9 Collectionis quam Pasc. Quesnellus sub finem operum Leonis edidit, praefatio, sed pluribus Rufini verbis descriptis auctior; fol. 10[b] Isidori Hispalensis Orig. lib. VI. c. 15; fol. 12[b] Glossarium seu interpretatio quarundam vocum, quae in canonibus adhibentur; fol. 13—151[a]. Collectio a Wendelsteino edita (ut in cod. Phillippico); fol. 151. Ordo veteris testamenti; fol. 153[a] Poenitentiale Theodori; fol. 156[b] Martini Bracarensis episcopi capitula; fol. 163[a] Hadriani P. capitula Angilramno episcopo tradita; fol. 167[a] Symmachi P. P. epistola; fol. 167[b] Concilium Carthaginiense I—VI.; fol. 185 Tractatus anonymi de coniugio et viduis; fol. 187[b] Series constitutionum ex C. Th. et ex Novellis deprompiarum (ut in cod. Phillippico, hac differentia, ut hic, quia folium unum excidit, desint c. 59, 63 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) et c. 4 C. Th. Ne Sanct. Baptisma (XVI, 6; vid. ed. meam Codicis Th. XVI, 5, 60, not. *i*); contra codex S. Germ. amplius habeat part. c. 3, c. 4—7 Sirmond., quarum c. 4 et 5 dicuntur esse *tit. XII.*; c. 6 *tit. XIII.*; c. 7 *tit. XIV.*; c. 1, 5 et part. c. 9 C. Th. de Accus. (IX, 1), et sub finem primo loco ponatur Novella Valent. de Episcop. iudicio, deinde Novella de Triginta ann. praescr. et ultimo loco interpret. Novellae Valent. de Episc. iud.); fol. 201[b] Gelasii P. aliorumque testimonia pro tricennali lege et de aliis principum legibus servandis; fol. 203 Fragmentum Augustini lib. II. de Adult.; fol. 204[b] Leonis Bituricensis episcopi, Victorii et Eustachii epist. de causis et iudiciis clericorum; fol. 208 Fragm. epist. Gregorii M. ad Iohannem, prim. Lusitaniae archiepiscopum; fol. 209[a] Gregorii epist. ad Felicem Serdicae episcopum, ad Columbum et Victorem; fol. 210 c. 2 cum interpr. C. Th. Fin. reg. (II, 26); Nov. 1, 2 Valentin. de Invasoribus; fol. 211 ex Pauli Sent. cum interpret. §. 7, 8, 10, 13, 14, 16, 22 de Iniuriis (V, 4); §. 1, 5, 6, 7, 8, 10 de Effectu sentent. (V, 5); §. 1, 2 de Delator. (V, 13); tit. de Quaest. habendis (V, 14); §. 1, 3 de Testibus (V, 15); §. 1, 3 de Servor. quaest. (V, 18); §. 1 de Abolit. (V, 19); fol. 213[b] cum interpr. c. 2 C. Th. de Re iudic. (IV, 16); c. 2, 5 C. Th. de Sententiis ex per. rec. (IV, 17). Hunc igitur codicem intelligit Go. in Comm. c. 2 C. Th. de Sententiis ex per. recit. (IV, 17): „Illud non abnuo, in MSS. Sirmondi, quem ipse vidi, cum in Comitatu Regis Christianissimi agerem, hanc vocem ita expressam, etiam in *Rubrica huius* tituli." Post interpr. c. 2 haec leguntur in fol. 214: *Secundum has leges decreverunt canones cartagn. concilii cap. XV cap. XVIIII et cap. XX et africani concilii cap. LXV et cap. LXXII et cap. LXXXVIII et LXXXVIIII et XC et Sanctus Gregorius multoties sicut subsequitur Gregorius:* „romano defensori Siciliae Pervenit ad nos", et sequuntur excerpta ex Gregorio. Fol. 216[b] c. 2, 3, 7, 9, 10, 12, 13 C. Th. de Fide test. (XI, 39) partim sine interpr.; fol. 217 tit. ex Paulli Sent. Quando appell. (V, 32) cum interpr.; §. 1, 2, 4 de Cautionibus (V, 33) cum interpr.; tit. de Dimiss. Literis (V, 34); et seqq. libri quinti tituli, ut sunt in codicibus Breviarii primae classis. Post interpretationem ult. tit. haec vv. leguntur: „*In Africano Concilio cap. LXVIII de Sententia ferenda in contumacem in libro IX Theodosianae legis cap. XXVIII,*" et sequitur c. 3 C. Th. de Calumniat. (IX, 39) cum interpr.; c. 1, 20 C. Th. Quorum appellat. non rec. (XI, 36) cum interpr. et c. 21 eiusd. tit. sine ipsius legis vv. Interpretationi c. 21 haec vv. add. in fol. 219[b]: „*Et in subscriptione synodi Calcedonensis de dioscoro alexandriae urbis epo scriptum est. Qui tertio conventus per reverentissimos patres et coepiscopos nostros admonitione canonica venire contemsit conscientiae detentus archano ipse contra se damnationis sententiam provocavit. Verum patrum saepius statuta conculcans. Epistola Sixti P. Leonis Quod ergo*" etc.; fol. 220[b] c. 1, 2 C. Th. de Fructibus et lit. exp. (IV, 18) cum interpr.; c. 1 C. Th. de Usur. rei iud. (IV, 19) cum interpr.; c. 1, 3 Quib. bon. ex L. Iulia (IV, 20) cum interpr.; c. 1 C. Th. Quor. bonor. (IV, 21) cum interpr.; c. 1—6 C. Th. Unde vi (IV, 22) cum interpr.; Novellae Valentinianae de Episcopali iudicio §. 1, 2 cum interpr.; fol. 224 Epistola P. Gelasii ad Anastasium de Acacio; fol. 224[b] Decretorum Gregorii Papae urbis Romae et epistolarum, aliorumque pontificum et conciliorum decretorum, ut refert nova manus in codice: „excerpta ex iis quae ad causas praesertim clericorum attinent accommodata. Postrema vero ad virgines, viduas, monachos

Dionysianam collectionem, eam vero aliis rebus adiectis, ad Dionysium non pertinentibus, aliis omissis, quae in codicibus primae classis aut omittuntur aut adduntur. Lacuna, quae in codice Phillippico post membranam CLXXXIX. est, suppletur duabus membranis codici Vaticano Reg. Succiae MCCLXXXIII.[24]) assutis, quas invenit Heimbach, amicus suavissimus, et postea descripsit mihique transmisit Urlichs, vir officiosissimus. Sunt illae eiusdem formae, scripturae, aetatis, atque codex Phillippicus, incipiunt eodem loco, quo hic desinit, desinunt, quo incipit. Quare dubitari non potest, quin membranae Vaticanae a Phillippico codice avulsae sint, neque plures quam duo hoc genus codices ad nos pervenerint, S. Germani CCCLXVI. et additis membranis Vaticanis Phillippicus MDCCXLI., uterque continens septem primas Sirmondi constitutiones.

De codice Seldeniano sive Bodleiano multa dicere non opus est, qui descriptus sit[25]). Quamquam igitur easdem leges praeter quartam habet, quae in S. Germani codice et in Phillippico, addito Vaticano sunt, locorum tamen, in quibus sunt, magna est differentia, cum in his codicibus ad librum XVI. Codicis Theodosiani annectantur, in Seldeniano codice sparsae sint per eiusdem libri titulos.

Hactenus commemoravi codices praestantissimos, reliqui non magni faciendi sunt, neque vero plane negligendi. Nam in Ambrosiano codice lemmata c. V. et VII. indici titulorum Codicis Theodosiani addita sunt, et illa c. I., II., V., VIII. in Regio Parisiensi Suppl. Lat. CCXV. ultimo Codicis Theodosiani titulo. Pariter in codice Regio Parisiensi Suppl. Lat. DCCLXXIX. c. I. dicitur deprompta esse ex libri XVI. Codicis Theodosiani titulo VI., id est XI., quem numerum librarius scribere debuit. Eundem locum c. I. in codice Lugduno-Batavo CXIX. tribui, etsi antecedit, non sequitur Breviarii epitomen, perspicitur ex verbis praemissis: „*XI In Libro XVI Theodosii De Episcopali Iudicio.*“ Ita in Berolinensi quoque codice Mss. Lat. CCLXX. accipienda sunt vv., quae superscripta sunt c. I.: „*cap. XII teudosii VI*“, ubi manifesto errore *VI.* pro *XVI.* positum est. Denique Berolinensis codex constitutionem primam totam praeter subscriptionem exhibet. Omnes igitur cum reliquis secundae classis codicibus in eo consentiunt, ut constitutiones, quae insunt, cum ipso Codice Theodosiano cohaereant.

Sed supersedeo multa addere; nam duo codices accurate descripti sunt: Ambrosianus a Clossio[26]) et a me*), Berolinensis a me[27]) et a clarissimo Klenzio[28]). Reliqui ad Breviarium pertinent, in cuius editione a me commemorabuntur. Restat igitur codex S. Germani DCCCCXXXVI. (Reg. Par. Suppl. Lat. XXVI.), in quo Sirmondus praeter c. XIII. invenit appendicis suae c. XX. a me positam inter constitutiones ecclesiasticas, quas ut colligerem et in alio Corporis Iuris Anteiustinianei fasciculo ederem, mandatum est. Cui tribuam classi, ignoro; est enim habitus codicis plane singularis, neque vero obloquor, si quis eum secundae classi assignet. Inesse amplissimam collectionem canonum vetustissimis literis scriptam, iam demonstravit Coustant[29]). Sed quamvis multis verbis de codice disserat, tamen alia omittit, quae debebat commemorare[30]), alia non recte indicat, ut larga mihi esset de eo disputandi materia, nisi perdidissem chartas, in quibus singulas codicis partes consignaveram. Eum vero recordor olim fuisse in monasterio Corbeiensi; idem igitur est, ex quo Sirmondus c. XX. edidit et c. XIII. emendavit.

Descripti sunt in superioribus codices, quibus continerentur constitutiones. Summa haec est: primum plus quam duodeviginti constitutiones in uno codice nusquam esse, cum Sirmondus se constitutiones XIX., XX., XXI. ex aliis codicibus edidisse ipse dicat[31]); deinde constitutiones illas, si in quo codice omnes aut certe tribus

---

a proposito discedentes pertinent“; fol. 237ᵃ Iuliani epit. Novell. cap. 366 et 511. — Deprompsi haec ex indice codici adscripto, exceptis iuris Romani locis, quos negligenter ibi indicatos correxi et supplevi. 24) Insunt in cod. Vaticano: pars c. 3 Sirm. inde a vv. *perpetrata contra leges*; c. 4, 5 Sirmond. add. num. XII.; c. 6 Sirm. add. num. XIII.; c. 7 Sirm. add. num. XIV.; c. 1, 5, 9 C. Th. de Accus. (IX, 1) usque ad vv. *coeperit urgere aut vindicta.* Incipiunt igitur haec fragmenta eodem loco, quo desinit fol. 189 codicis Phillippici, desinunt, ubi incipit fol. 190 eiusdem codicis, quare non dubito, quin hae membranae ipsae illae sint, quae desunt in codice Phillippico. Cf. de codice Vaticano *Mar.* Marini degli Aneddoti di *Gaetano Marini.* Rom. 1832. 4. pag. 113. 25) Cf. Stieber ex literis meis in Hauboldi Opusc. pag. XC, XCI, not. *; pag. XCIII, not. ** n. 5; pag. CXXXV. seqq. n. 64. C. Witte de Guilelmi Malmesburiensis Codice Legis Romanae Wisigothorum Diss. Vratislaviae 1831. 8. Praefatio mea ad Novellas Theod. etc. 26) Theodosiani Codicis Genuini fragmenta ex membranis Bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis nunc primum edidit *W. Fr.* Clossius. Tubingae 1824. 8. p. XVII. sqq. *) Praef. C. Theod. p. IX. sq. 27) In Richteri Annalibus (Kritische Jahrbücher f. deutsche Rechtswissenschaft). Lips. 1837. 8. p. 379. sq. 28) Institutio Gregoriani aus der Pithouschen, ietzt Berliner Handschrift zum erstenmale herausgegeben von *Clem. A. C.* Klenze. Berlin 1838. 8. S. 3 — 6 (Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissensch. T. IX. p. 237 sq.). 29) Epistolae Romanorum Pontificum etc. Tom. I. Paris. 1721. fol. Praef. p. LXII. sq. n. 61 — 69. Inde hauserunt fratres Ballerinii ea, quae scripserunt in libro de Antiquis Collectionibus et Collectoribus Canonum. P. II. c. 5 (in Appendice ad S. Leonis Opera. Tom. III. Venet. 1757. fol. p. CXII. sq.). Cf. etiam Montfaucon Bibliotheca Bibliothecarum Manuscriptorum. Paris. 1739. fol. Tom. II. p. 1124. *Conciliorum Galliae Collectio.* Tom. I. Paris. 1789. fol. Praef. pag. VIII. n. XXI. Mabillon de Re Diplomatica. Lutetiae Parisiorum 1709. fol. pag. 356, ubi in tabula VII. specimen scripturae codicis aeri incisum est. *Nouveau Traité de Diplomatique.* Tom. III. Paris. 1757. 4. pag. 218 et tabul. XLVI. n. III., in qua particula c. 13 Sirm. ex codice depicta est; T. VI. Paris. 1765. 4. Table Générale des Matières p. 640 sqq. 30) v. g. c. 13 et 20 Sirmondi. 31) Post c. 18: „*Hucusque codex Ecclesiae Lugdunensis. reliqua partim ex Pithoeano, partim ex Corbeiensi descripta sunt.*“ Constitutionem 19 inveni in cod. Reg. Par. 1564 et in exemplo editionis Codicis Theodosiani, Lugduni 1566, quod inter libros impressos Regiae Bibliothecae Paris. insignitum est num. F. 6. Cf. Hau-

amplius integrae sint, cohaerere cum collectionibus canonum; tum octo priores constitutiones in Breviarii et in iuris ecclesiastici codicibus, illis exceptis, ex quibus prima classis constat, pro extremis Codicis Theodosiani titulis haberi; porro Seldeni codicem ab omnibus in utraque re differre; denique titulum *de Episcopali iudicio* non inveniri nisi in codicibus secundae et tertiae classis.

Sed antequam venio ad controversias, quae de constitutionibus illis inter doctos fuerunt, paucis inquiram, quae forma earum sit potissimum in primae classis codicibus, quo ordine, loco, auctore, et quo tempore collectae sint. Earum enim rerum omnium tractationem arbitror non levis momenti esse ad dirimendas illas controversias.

Et primum quidem omnes aetate Codicem Theodosianum superant; nam dimidia fere pars ab Honorio et Theodosio imperatoribus data est. Temporis ratio, cum congererentur, habita non est; sed ut sese obtulerant, ita promiscue conscriptae sunt; quo factum est, ut recentissima lex sexta esset, antiquissima penultima. An communem titulum habuerint, dubito, qui neque in Sirmondi codicibus reperiatur, neque in illis, quibus ipse usus sum.

Forma non differunt a Novellis Theodosii et Valentiniani reliquorumque principum, qui ante Iustinianum regnarunt, nam paucis exceptis prologo et epilogo instructae sunt.

Singulis constitutionibus praeposita sunt lemmata, quorum in codicibus secundae classis usus factus est, praeterquam quod priores tres constitutiones omissis lemmatibus titulo *de Episcopali Iudicio*, qui in tertiae etiam classis codicibus est, insignitae sunt et reliquarum lemmata in titulos mutata, ut ad Codicem Theodosianum aptarentur. Quis fecerit lemmata, utrum is, qui constitutiones collegerit, an posterioris aetatis homo, incertum est. Illud suadet vetustas eorum, hoc commemoratio Codicis Theodosiani in lemmatibus c. XVII. et XVIII., quem, si quidem colligenti notus fuisset, non potuisset silentio praeterire, cum duodecim constitutiones per Codicem Theodosianum dispersae sint. Sed idem cadit in posterioris aetatis hominem. Quare lemmata singulis legibus a diversis ante adscripta fuisse arbitror, quam collectae essent. Solebant enim exceptores argumentum legum paucis verbis describere, scriniorum custodes memoriae caussa breves notas apponere. Hoc factum est in c. XVII. et XVIII., a clerico quodam videtur, qui eas in titulo Codicis Theodosiani de Episcopali definitione invenisset. Postero tempore mutata esse lemmata demonstrat diversitas scripturae, quae cum offenditur in codice Lugdunensi et in Phillippico MDCCXLV., tum maior est in secundae classis codicibus. Verum quae tempore prima sint, Lugdunensis codicis an Phillippici, cum Lugdunensis codex aut in tenebris lateat aut interierit, dici non potest.

Quo loco aut in qua terra collectae sint constitutiones, incertum quidem est, neque vero omnino obscurum. Carthaginiensem originem indicant et subscriptio c. IV.: *Data XII. Kalendas Novembris. Proposita VII. Idus Martias Carthagine*, et verba illa, quae Interpretationi Novellae primae Martiani in utroque codice Phillippico MDCCXLI. et S. Germani CCCLXVI. addita sunt: *„Secundum has leges decrevit carthaginense conciliū capitulū XXX,"* in hoc solo autem interpretationi c. XVIII. C. Th. de Fructibus et lit. expens.: *„Secundum has leges decreverunt canones Cartaginensis concilii cap. XV cap. XVIIII et cap. XX et africani concilii cap. LXV et cap. LXXII et cap. LXXXVIII et LXXXVIIII et XC et Sanctus Gregorius multoties sicut subsequitur Gregorius,"* et interpretationi tituli XXVII. libri V. Sententiarum Paulli: *„In Africano Concilio cap. LXVIII de sententia ferenda in contumacem in libro IX Theodosianae legis cap. XXVIII."* Quod ad subscriptionem c. IV. attinet, similis formae non desunt exempla in Codice Theodosiano; quid quod c. V. C. Th. de Iudaeis et c. 1. Ne Christianum mancipium ex illa c. IV. depromptae eandem subscriptionem habent, neque vero propterea Codex Theodosianus Carthagine factus esse dici potest; verba autem illa, ut mittam, quod in solis secundae classis codicibus, primae non item inveniantur, pertinent ad antecedentes sententias et leges ex Breviario Alarici huc transscriptas [32]). Quare repudianda est Africana origo et quaerenda alia patria. Eam Galliam esse, probabiliter demonstrari potest. Omnes enim codices in Gallia scripti sunt; praecedunt etiam in codicibus primae classis concilia Galliae, quorum canones non raro ex his constitutionibus videntur hausti esse [33]). Quapropter verisimile est [34]), constitutiones Sirmondi in scriniis ecclesiae alicuius Galliae latuisse et nonnunquam

---

boldi Promulsis, Praetermissorum in primis ad Breviarium Alaricianum pertinentium. Lips. 1822. 4. p. 14 (in eiusd. Opp. T. II. p. 915). Ultima c. (21) nullum codicem inveni in quo esset separatim sine aliis legibus scripta, nam in codice Phillippico 1741 reliquis libri XVI. C. Th. legibus interposita est. 32) Quos canones in mente habuerit, qui verba illa scripsit, non potui eruere, sed cf. Cod. Can. Eccl. Afric. c. 19, 30, 62, 65, 93; Epist. Concilii Africani ad P. Coelestinum; Concil. Carthag. II. c. 6, 13; Concil. Carthag. IV. c. 30; Concil. Carthag. VII. c. 2, 3. 33) Const. 3. Cf. c. 6. — c. 4. Concil. Aurelian. III. c. 13; Aurelian. IV. c. 30, 31. Cf. c. 5. — c. 5. Concil. Vasens. I. c. 9, 10; Concil. Matiscon. I. c. 16; — c. 6. Concil. Vasens. I. c. 7; Concil. Agathensis c. 32; Concil. Epaonensis c. 11; Concil. Arvernensis c. 9; Concil. Aurelian. III. c. 32; Concil. Matiscon. I. c. 7, 8, 13; — c. 10. Concil. Arelat. II. c. 3; Concil. Agathensis c. 10; Concil. Aurelian. I. c. 29; Concil. Arvernensis c. 16; Concil. Aurelian. III. c. 4, 16; Concil. Aurelian. V. c. 3; Concil. Matiscon. I. c. 1; — c. 13. Concil. Arausic. I. c. 5, 6; Concil. Arelat. II. c. 30; Concil. Aurel. I. c. 1, ubi lex Romana nominatur (*quod ecclesiastici canones decreverunt et lex romana constituit*). 34) Sententia mea videtur confirmari c. 6, quae in C. Th. in tres leges discerpta est, in c. 47 C. Th. de Episcopis (XVI, 2), c. 62 et c. 64 C. Th. de Haereticis (XVI, 5). In Codice quidem Th. inscripta est Basso C. R. P. et Fausto

ab episcopis, ut eas consulerent, adhibitas fuisse, mox autem a clerico aliquo aut sua sponte aut de alicuius sententia atque auctoritate non solum illas, quibus uterentur, sed etiam quotquot in scriniis ecclesiae invenirentur, libro conciliorum Galliae adscriptas esse.

Verum cum Galliae fines late pateant, demonstrandum est etiam, quo loco Galliae constitutiones collectae sint. Eum Lugdunum fuisse, variis ex caussis arbitror. Proxime in codicibus antecedunt canones concilii, quod prope Lugdunum Matiscone habitum est; Lugdunensis ecclesiae fuit codex, ex quo Sirmondus constitutiones edidit; Lugduni Florus Collectionem XV capitulorum congessit, in qua sex constitutionibus a Sirmondo editis usus est; Lugduni non dubito, quin Phillippicus quoque codex MDCCXLV. scriptus sit, literarum forma simillimus iis bibliis Latinis saeculi VIII., quae in Lugdunensi bibliotheca asservantur, et cum in S. Barbarae bibliotheca olim fuerint, haud dubie in insula S. Barbarae scripta sunt; Lugduni fuerat antiquissimus codex, ex quo Cuiacius Codicis Theodosiani librum VI — VIII. divulgavit; ibi fuisse probabile est codicem, cuius ope Miraeus se integrum Codicem Theodosianum editurum esse promisit. Quae cum ita sint, minime vereor, ne in temeritatis crimen incurram, cum Lugduni potius quam in alia quavis urbe illas constitutiones conscriptas esse dico [35]).

Quo tempore id factum sit, iam ostendere conabor; neque enim argumenta desunt, quibus illud tempus accuratius definiri possit. Nam cum in codicibus constitutiones proximum post concilia in Gallia habita locum teneant, eorumque conciliorum recentissimum Matisconense I. sit, quod anno DLXXXI. habitum esse constat, post hunc annum constitutiones collectas esse putemus necesse est. Atqui solebant regestorum scriptores membranas chartasque hoc ordine disponere, ut antiquissima prima esset, eamque recentiores deinceps sequerentur. Idem in conscribendis Galliae conciliis, quibuscum constitutiones Sirmondi cohaerent, factum est, in his autem fieri non poterat, cum ei, qui leges colligeret, series consulum ignota esset. Phillippicus codex ineunte saeculo VIII. scriptus est. Incidit igitur aetas in illud tempus, quod inter ultimos saeculi sexti annos et saeculum octavum centum et viginti circiter annos comprehendit.

Accuratiusne, quam a me factum sit, codicis S. Germani DCCCCXXXVI. ope, quem fratres congregationis S. Mauri saeculo VI. tribuunt, equidem saeculo VII., tempus circumscribi possit, inde pendet, utrum c. XIII., quam continet, ex XVIII constitutionum corpore an aliunde descripta sit. Id diiudicare nequeo.

Ceterum magnam collectarum constitutionum fuisse in ecclesia auctoritatem, inde cognoscitur, quod receptae sunt partes c. I., III., VI., XI., XIV. [36]), XV. in libros iuris canonici saeculo IX. et X. scriptos, quos qui composuerunt, primae potissimum classis codicibus videntur usi esse. Quod quidem hac de caussa suspicor, quia ne semel quidem *titulum de Episcopali iudicio* nominant. Tacent eum Concilium Valentinum III., Regino, Florus, Hincmarus, Ivo, Petrus. Solus Benedictus Levita, ex quo hauserunt Anselmus Lucensis et Gratianus, se verba constitutionis primae ex cap. XI. libri XVI. Theodosii imperatoris deprompsisse dicit. Ita-

---

Pf. U.; sed in c. 6 cit. *Amatio Pf. P. Galliarum.* Discrepantiam inscriptionum ita explico. Codicis Theodosiani compositores usi sunt exemplo, quod pluribus magistratibus inscriptum erat; in c. 6 Sirmond. servatum est exemplum legis, quod imperator miserat ad Amatium Pf. P. Galliarum. Vid. supra praefationem Codicis Theodosiani p. XLII. Ad praefectum praet. legem missam fuisse patet ex vv.: *Illustris itaque auctoritas tua*, quibus alloquebantur imperatores praefectos pr.; Galliae eum praef. praet. fuisse perspicitur ex Gallicanis regionibus, quae commemorantur et ex mentione Patrocli. Iam id commodi affert c. 6 Sirmond. inscriptio, ut suppleatur series praefectorum praet. Galliae, cum adhuc defuerit praef. pr. anni 425. Go. c. 6, quia Amatio Pf. P. Galliarum inscripta est, suppositam esse contendit. Contra Iohannem, qui imperium invasisset, datam esse c. 47 C. Th. cit. verbis cum c. 6 concinentem. Iohannem autem nihil iuris in Gallia habuisse. Verum aliud persuadet Prosper Aquitanus, qui relata Exsuperantii Pf. P. Galliarum nece, quam milites in civitate Arelatensi patrarant Castino et Victore Coss. (424), sic pergit: *Idque apud Iohannem inultum fuit.* Cf. *M.* Bouquet, Rerum Gallicarum et Francicarum scriptores. T. I. p. 629. Praeterea commemorantur in c. 6 *regiones Gallicanae*, mentio quoque fit *Patrocli*, Arelatensis episcopi, quem Theodosio XII. et Valentiniano II. Coss. (426) a barbaro quodam multis vulneribus interfectum esse idem Prosper Aquitanus narrat. Quae omnia tam apte inter se cohaerent, ut nulla suspicio supersit, hanc c. postero tempore fictam et a falsario quodam ex c. 47, 62 et 64 C. Th. citt. conglutinatam esse. Denique Go. aliquoties utitur c. 6 Sirm. ad emendandam c. 47; ipse igitur sibi obloquitur.

35) *Florus, Diaconus* Lugdunensis, *Collectionem XV Capitulorum* partim ex decretis Concilii Carthaginiensis partim ex fragmentis c. 1, 3, 6, 11, 15, 20 a Sirmondo editarum composuit, adhibuit igitur, cum a codicibus secundae et tertiae classis c. 11 et 15 absint, codicem quendam primae classis. Collegit autem illa capita Lugduni, ubi vixit, et tum quidem, cum Amalarium, Agobardo de sede depulso, in iudicium vocasset, quod fertur anno 835 fecisse. Quibus rebus sententia mea confirmatur de tempore et loco, quo constitutiones Sirmondi collectas esse dixi. Nam codicem, quem haberet Florus, ante annum 835 scriptum esse necesse est, et cum Lugduni fecerit librum suum, sine dubio invenerat codicem illum in bibliotheca quadam Lugdunensi. Ceterum falso in m. editionis Lucae d'Achery ad Flori librum additur: „*Anno circa* 865", falso etiam scribunt fratres S. Benedicti: „ce fût en ce même temps, que Flore travailla à une collection de decrets tirée *du Code Théodosien* et de divers conciles". Nihil deprompsit Florus ex Codice Theodosiano. Cf. Spicilegium, sive Collectio Veterum Aliquot Scriptorum, Qui in Galliae Bibliothecis delituerant. Op. et stud. *Lucae* d'Achery. Nova editio per *Lud. Franc. Ios. De La Barre.* Paris. 1723. fol. Tom. I. p. 597 sq. Dissertationes Philologicae de Scriptoribus Ecclesiasticis, auct. *Phil.* Labbe. Paris. 1660. 8. T. II. p. 820 sq. *P. Fr.* Chiffletii Notae in Breviaria Canonum Fulgentii Ferrandi (*Meermani* Thes. T. I. p. 223). Histoire Literaire de France *par des Religieux Bénédictins de la Congrégation de S. Maur.* Paris. 1740. 4. T. V. p. 213—240 (inprimis p. 215, 225). *Ioh. Chr. Fel.* Baehr, Geschichte der Römischen Literatur. III. Supplement-Band. Carlsruhe 1840. 8. p. 108 sq. 447 sqq.

36) c. 14 Hincmarum (Opp. T. II. p. 319) usum esse, non Codice Theodosiano, scripturae consensus

que adhibuit librum, in quo priores constitutiones cum Codice Theodosiano cohaeserunt. Ut vero Benedictus Levita constitutionis primae verba primum dicit in capite XI. libri XVI. Codicis Theodosiani inveniri, ita quoque tituli *de Episcopali iudicio* prima fit mentio in codice Parisiensi MMMMCCCCVI. et in Eporediensi codice, qui saeculi noni sunt. Ex quo efficitur, priores constitutiones in ultimum Codicis Theodosiani librum, quem locum eas in codicibus secundae et tertiae classis occupare narravi, iam saeculo IX. translatas esse.

Exposui, quae forma esset constitutionum a Cuiacio et Sirmondo editarum, et quid codices afferrent ad historiam earum indagandam. Iam inquirendum est, possitne ex iis probari, deesse titulos in editionibus Codicis Theodosiani. Induxit in hanc opinionem alios titulus: *Appendix Codicis Theodosiani*, quo quidem Sirmondus usus est, quem vero a Sirmondo factum esse, cum ex verbis eius perspicitur tum ex codicibus; alios titulus *de Episcopali Iudicio*, qui in nonnullis Codicis Theodosiani editionibus ultimus sexti decimi libri est et constitutionum illarum primam, secundam et tertiam complectitur; alios lemma constitutionis XVII. et XVIII.: *Lex... sub titulo XXVII de Episcopali definitione;* alios denique index titulorum codicis Ambrosiani a Clossio editi, in quo lemmata constitutionis quintae et septimae ultimi Codicis Theodosiani tituli dicuntur esse. Quare Wenck in editione Codicis Theodosiani p. 370 „unde iam liquido constat, inquit, postremum hunc librum ne in Cuiacii quidem codicibus fuisse integrum.“ Duo igitur affirmantur: mancum esse librum XVI. Codicis Theodosiani et addendos esse titulo de Religione, qui ultimus est in editionibus, titulos *de Episcopali iudicio* cum tribus prioribus Sirmondi constitutionibus, *de His, qui famis tempore sunt collecti* cum quinta constitutione, *de His, qui pro paschali festivitate de carceribus educuntur* cum septima et *de Episcopali definitione* cum septima decima et duodevicesima constitutione. Utrumque videtur confirmari duobus codicibus, Phillippico MDCCXLI. et S. Germani CCCLXVI., in quibus c. I — VII. libri XVI. Codicis Theodosiani tituli XI — XIV. fuisse dicuntur. Ego vero neutrum probo. Etenim numerus tituli *de Episcopali iudicio*, qui in plerisque codicibus undecimus est, et numerus ultimi Codicis Theodosiani tituli [37]) inter se repugnant, neque in codice Ambrosiano, quamquam is titulos addit ad Codicem Theodosianum, titulorum *de Episcopali iudicio* et *de Episcopali definitione* ulla fit mentio; apparere etiam puto, ut praeteream, receptam esse secundam constitutionem in Codicem Theodosianum, cum geminae leges non rarae sint, ex Seldeno et ex clarissimi Wittii libello de Seldeni codice, quam incertus sit locus c. I — III., V — VII. [38]); accedit quod argumentum utriusque constitutionis quintae et septimae non concinit cum libro XVI. Codicis Theodosiani, sed potius cum titulis eiusdem Codicis *de Expositis* et *de Indulgentiis criminum*; denique numerus XXVII. tituli *de Episcopali Definitione* non pertinet ad librum XVI. Codicis Theodosiani, cui XVI titulos deesse non probabile est [39]). Sed missa facio haec argumenta; id autem contendo, iam dudum ex duobus locis, quid verum esset, erui potuisse: ex Cuiacii prima Codicis Theodosiani editione, et ex codice Parisiensi descripto ab Hauboldo in ultimo, quem edidit libello academico [40]). Etenim apud Cuiacium ultimus titulus libri XVI. est *undecimus de Religione;* eum sequitur titulus *de Episcopali iudicio*, sed *sine numero*, quae res sola indicat, in Cuiacii libro manuscripto post undecimum libri XVI. titulum alium quidem *de Episcopali iudicio* fuisse, sed disiunctum a Codice Theodosiano. Disiunctum eum fuisse, Cuiacius ipse declarat verbis inter ultimam Codicis Theodosiani constitutionem et titulum *de Episcopali iudicio* interpositis: *Hic titulus deerrabat a Codice Theodosiano.* Cum Cuiacii editione consentit Parisiensis codex MMMMCCCCVI. Ibi in transversa membranae XLIII. pagina liber XVI. Codicis Theodosiani a Visigothis in brevem summam contracti illis terminatur verbis: *Expliciunt Libri Theodosii Feliciter.* Post ea demum, sed *sine numero ullo* positus est titulus *de Episcopali iudicio.* Similiter res videtur se habere in codice Eporediensi [41]). Manifestum est igitur, ne ibi quidem titulum *de Episcopali iudicio* cohaerere cum praecedente libro XVI. Codicis Theodosiani. Iam vero dubitatio, si qua superest, tollitur palimpsesti Taurinensis duobus foliis XLIII. et XLIV. aut foliorum a doctissimo Vesmio inventorum tertio decimo et quarto decimo. Etenim in adversa folii XLIII. pagina ultima lex, ut in editionibus, est *c. III. de Religione* (XVI, 11). Sub eam picta sunt ornamenta, quibus librarii codicem, cui scribendo operam navassent, ad finem perductum esse significabant. Denique in extrema pagina sequitur, omisso tituli *de Episcopali iudicio* aut alius tituli indicio clausula: (EXPL. T)*HEOD. CONSTITUTIONUM LIB. XVI UTERE FELIX FELICITER* [42]). In aversa pagina nihil scriptum est. Eadem ratione finis Codicis Theodos. describitur in proximo folio XLIV., ubi non mutato ordine tot libri XVI. tituli, quot in editionibus, neque alii neque plures enumerantur et post ultimum titulum *de Religione* nominantur imperatores, quorum constitutiones Codice Theodosiano comprehenduntur. In utroque igitur folio titulus *de Religione* ultimus est Codicis Theodosiani similiter atque in ea codicis Parisiensis MMMMCCCCVI. parte, in qua integer liber XVI. scriptus est, nulla admixta interpretatione. Iam vero cum in palimpsesto Taurinensi veri Codicis Theodosiani fragmenta contineantur, nullo modo dubitari potest, quin qui in Cuiacii et in sequentibus

---

probat. 37) In hoc offendit iam Seldenus ad Fletam cap. V. §. 6. 38) In eodem quidem codice alius est ordo titulorum secundi libri C. Th. (vid. editionem meam); sed ibi videtur casu mutatus esse, hic consilio. 39) Iungk l. c. p. 57 numerum XXVII errore librarii ex XVI et XI ortum esse putat. Neque haec emendatio rem conficit, nam ita colliduntur inter se titulus de Episcopali definitione, et tituli de Religione et de Episcopali iudicio, qui itidem XI vocantur. 40) Promulsis cit. p. 10 et Opp. T. II. p. 907. 41) Vid. supra not. 13. 42) Annales Critici

editionibus finis dicitur Codicis Theodosiani, idem eius semper fuerit, et cum titulus *de Episcopali iudicio* tum reliqui tituli ab ultimo eius libro alieni sint.

Sed quamquam nego, titulos illos ad librum XVI. Codicis Theodosiani pertinere, tamen nihil impedit, quominus inquiratur, utrum hic et ille titulus in alio Codicis Theodosiani libro fuerit. Quod priusquam fieri potest, necesse est definiatur, quae constitutiones in hanc quaestionem veniant. Non veniunt c. V. et VII., quarum superscriptiones lemmata sunt, non tituli. Pariter eximuntur omnes constitutiones a Codicis Theodosiani conditoribus receptae aut consilio reiectae, veluti c. VIII., XIII. et fortasse c. V. et VII. Versantur igitur in quaestione solae c. I., III., XVII., XVIII. Et c. XVII. et XVIII. quidem memorabiles sunt propter rubricam *de Theodosiano sub titulo XXVII de Episcopali definitione* [43]), ex qua tria deducuntur: primum in Codice Theodosiano titulum *de Episcopali definitione* fuisse; deinde c. XVII. et XVIII. sumptam esse ex Codice Theodosiano, librum igitur a Sirmondo editum constare non solum ex constitutionibus, quae non sunt in Codice Theodosiano, verum etiam ex constitutionibus ex eo depromptis; denique eum post Codicem Theodosianum factum esse. Fateor, me olim prima specie inductum esse, ut quae modo exposui, omnia pro veris haberem. Nunc aliter sentio. Etenim quod de c. XVII. et XVIII. dictum est, verum esse nego cum propter originem libri, tum quia verisimilius est, eum, qui confecerit librum, si quidem Codicem Theodosianum adhibuisset, eo solo, qui legitimus esset liber legum, usum esse quam dispersis et partim abrogatis legibus. Praeterea ex rubrica c. XVII. et XVIII. nego concludi posse, librum illum post Codicem Theodosianum factum esse. Id quidem quin verum sit, non dubito, sed aliae sunt rationes, quas supra proposui. Ex Codice Theodosiano titulum *de Episcopali definitione* ductum esse concedo, nam accurata utriusque lemmatis cum c. XVII. tum c. XVIII. conceptio veri speciem prae se fert, et ut Codicis Iustinianei ita Theodosiani quoque Codicis singularem titulum de episcoporum iudicandi potestate egisse probabile est.

Quaeritur, ex quo libro ductus sit. Non esse eum libri XVI. titulum, probasse mihi videor. Neque pertinet ad librum secundum neque ad sequentes usque ad quintum decimum. Obstat argumentum librorum. Fuerit igitur necesse est in primo Codicis Theodosiani libro, qui si Codicis Theodosiani Summaria spectes, utique XXXIV titulos comprehendit [44]); certe — nam fides haberi non potest Summariis in Tiliano codice mendose scriptis — computatis, qui editi sunt, titulis cum illis, quos Vesmius in palimpsesto Taurinensi invenit et quos ipse ex Parisiensis codicis indice rubricarum enotavi [45]), XXVII aut XXVIII complexus est, addito autem titulo *de Episcopali definitione* XXVIII aut XXIX titulos. Numerus tituli *de Episcopali definitione* vicesimus septimus est; ergo titulus fere in extremo libro primo fuit. Magnam igitur eius numerus veri speciem prae se fert, praesertim cum calculi differentia lateat in indice Parisino mendis depravato. Non ignoro quidem, meam sententiam a communi discrepare, quae titulum *de Episcopali definitione* propter argumentum in librum primum Codicis Theodosiani referri ullo modo posse negat; verum propter argumentum ipsum persto in sententia. Agitur enim, praemissis quattuor titulis de fontibus iuris, Theodosiani potissimum Codicis, in quinto et sequentibus libri primi titulis de magistratibus, iudicibus eorumque officio, quos pari ratione collocatos fuisse puto, atque ipsum ius in sequentibus Codicis Theodosiani libris dispositum est, cuius ultimus liber ius ecclesiasticum complectitur, postquam in antecedentibus libris de iure civili expositum fuit. Itaque ut in prioribus libri titulis de civilibus magistratibus agitur, ita in postremis de ecclesiasticis iudicibus actum fuisse arbitror. Accedit Codex Iustiniani, cuius liber primus librum XVI. Codicis Theodosiani comprehendit et *praeterea* titulum *de Episcopali audientia* (mutata sola voce *definitionis* in *audientiam*) una cum XVIII. Sirmondi sive postrema tituli Codicis Theodosiani *de Episcopali definitione* lege. Eum ad Codicem Theodosianum quidem pertinere, neque vero ad librum XVI. Codicis Theodosiani probavi. Ex primo igitur libro Codicis Theodosiani a compositoribus Iustinianei haustus sit necesse est, cum reliquis libris propter argumentum assignari non possit.

Hactenus de lemmate c. XVII. et XVIII. Progredior ad c. I. et III. Multum cogitaveram, quem locum in Codice Theodosiano tenuissent, postea vero, cum non invenissem, quod aliis me probare posse sperarem, satius duxi nihil esse affirmandum. In ambiguo igitur relinquo, utrum in Codicem Theodosianum transierint, nec diiudico, utrum ibi titulus *de Episcopali iudicio* fuerit, in quem referantur c. I., II. et III. Sirmondi. Nam praeterquam quod c. II., etsi fons est legis XXXV. C. Th. de Episcopis (XVI, 2), titulo illi tribuitur, dubitationem iniicit c. I., quae c. VII. C. Iust. de Episcopali audientia (I, 4) abrogata est [46]), iniicit etiam is, qui lemmata c. XVII. et XVIII. fecit, quippe qui, sicut titulum *de Episcopali definitione* ex Codice Theodosiano enotavit, ita etiam alterum *de Episcopali iudicio* non omisisset indicare, si quidem ibi fuisset. Adde, nullum inveniri eius modi tituli in Codice Iustinianeo vestigium, neque credibile esse, duos eiusdem argumenti titulos a compositoribus Codicis Theodosiani factos esse, alterum *de Episcopali definitione*, alterum *de Episcopali iudicio*.

Iurisprudentiae Germanicae ab *Aem. Lud.* Richtero editi. T. I. p. 94. 43) In cod. Phill. 1745 deest quidem rubrica c. 17, neque vero ea sola, sed etiam prima verba legis desunt. Attamen cum sq. c. rubrica incipiat in vv. *Item alia*, lacunam librarii negligentia ortam esse manifestum est. 44) Ad c. 1 C. Th. de Relationibus (XI, 29): „*Similis Lib. I. Tit. 34. c. 1.*" Vid. edit. meam p. 21. 45) In Richteri Annalibus l. c. T. I. p. 665 sq. 46) Cf. Iungk l. c. p. 52 sqq. Iungkium oppugnare tentat *C. Fr.* Eichhorn, Grundsätze des Kirchenrechts in Deutschland.

His de caussis titulum *de Episcopali iudicio* ab eo, qui primus constitutiones illas Codici Theodosiano in iuris ecclesiastici libris addidit, fictum esse puto et sumptum quidem ex Novella Valentiniani *de Episcopali iudicio* [47]), quae paullo post in iisdem libris manuscriptis veluti S. Germani sequitur. Si vero secus est, ne hic quidem titulus alii libro tribui potest nisi primo Codicis Theodosiani.

His expositis, meum esse puto breviter explicare, quo modo factum sit, ut in plerisque secundae classis codicibus si non omnes, tamen septem priores constitutiones et in codice Parisiensi octava constitutio ultimo Codicis Theodosiani libro tributae sint. Nodus, qui prima specie difficilis est, non dubito, quin facile expediatur duorum codicum ope, S. Germani CCCLXVI. et Phillippici MDCCXLI. additis Vaticani codicis membranis. In utroque enim codice paullo post concilia partim ex Codicis Theodosiani libro XVI. et Sirmondi constitutionibus partim ex Breviario Alarici magna copia legum conscripta est [48]). Illae Codicis Theodosiani primo loco positae sunt, praemissis verbis, quibus ab antecedentibus iuris ecclesiastici scriptis distinguerentur: *Incipit Lib. XVI* (Codicis Theodosiani). Leges autem selectae sunt non ex undecim, ex quibus liber XVI. constat, sed ex *decem* titulis, servato hunc in modum titulorum ordine: *I De Fide Catholica. II De Episcopis, Ecclesiis Et Clericis* [49]). *III De His Qui Super Religione Contendunt. IIII De Haereticis. V Ne Sanctum Baptisma Iteretur. VI De Apostatis. VII De Iudaeis, Coelicolis Et Samaritanis. VIII Ne Christianum Mancipium Iudaeus Habeat. VIIII De Paganis Sacrificiis Et Templis. X De Religione.* His adduntur *XI De Episcopali Iudicio. XII De Iudaeis. XIII De His Qui Famis Tempore Sunt Collecti. XIIII De His Qui Pro Paschali Festivitate De Carceribus Educuntur.* Post titulum XIV. demum progreditur librarius ad leges ex Breviario transscriptas, secernens eas ab illis, quas ex probis fontibus hauserat, ea rubrica: *Item alia ex Codice Theodosiano.* Iam postquam qui finis esset libri XVI. Codicis Theodosiani, exposui, titulos illos, qui titulum X. *de Religione* sequuntur, manifestum est non esse ipsius Codicis Theodosiani — adversatur enim numerus tituli *de Religione*, qui libri XVI. undecimus est, non decimus —, sed potius indicio esse, quot illorum codicum sint tituli. Undecimus igitur titulus et sequentes usque ad quartum decimum undecimus sunt, duodecimus, tertius decimus et quartus decimus illorum codicum, non Codicis Theodosiani. Mox autem librarii Breviarii Alarici, qui in codicibus titulos illos invenissent, non dubitaverunt, omissis decem primis titulis, quos in Codice Theodosiano esse perspexissent et partim descripsissent, hunc et illum titulum, inprimis titulum *de Episcopali iudicio*, quem cum argumento libri XVI. praeter ceteros convenire intelligerent, eodem loco, quo eum invenissent, in extremum XVI. Codicis Theodosiani librum recipere. Hinc ille error ortus est, qui in Benedictum Levitam, Anselmum et alios iuris libros permanavit et, cum irrepsisset in libros typis excusos, induxit doctos, ut titulos illos ex Codicis Theodosiani libro XVI. depromptos esse putarent.

Iam vero reliquum est, ut de Gothofredi sententia disputem, qui in Commentario tituli *de Episcopali Iudicio* tres priores constitutiones fictas esse contendit et ab *impostore* aliquo suppositas [50]), neque melius existimavit de reliquis constitutionibus in diversis Commentarii Codicis Theodosiani locis, etsi ibi nulla argumenta attulit, quibus sententiam suam defenderet. Gothofredum in offensionem nonnullorum, maximam partem Romanae ecclesiae sectatorum, quorum in primis nominandus est Le Gendre [51]), incurrisse et magnas inter doctos concitasse turbas, supra dixi. Cui opinionum varietatem et dissensionem noscere libet, is Iungkii librum [52]) consulat, ubi singuli scriptores nominati sunt. Equidem perlectis omnibus, quae in utramque partem scripta sunt, tantummodo de prima, secunda, tertia et septima decima constitutione, neque vero de reliquis, etsi has quoque Gothofredus respuerit, controversiam esse intellexi. Agam igitur de omnibus constitutionibus, neque tamen enumerabo singula argumenta, quibus doctorum illorum suam quisque sententiam defendere studuit. Nota sunt et multis verbis exposita apud Gothofredum, Le Gendrium, Hebenstreitium, Iungkium, quorum libri omnibus per-

---

Göttingen 1831—1833. 8. T. II. p. 132 sqq. 47) Iungk l. c. p. 56 titulum de Episcopali iudicio ex Breviario Cod. Th. receptum esse falso putat, nam talis titulus non est in Breviario Alarici. 48) Vid. supra not. 22, 23. 49) Omittitur titulus C. Th. de Monachis (XVI, 3). 50) Neque vero sibi constat Go., nam in Comment. c. 23 C. Th. de Episcopis (XVI, 2) utitur c. 3, ut demonstret, quod fuerit clericorum forum; agnoscit igitur eam legem veram esse. Utitur etiam c. 2 ad XVI, 2, 35, c. 11 ad c. 40 eod. not. *h*, c. 10 ad c. 44 eod. not. *n* et c. 6 ad c. 47 eod. 51) *Ant. Dad.* Alteserra, Constitutio Constantini de Episcopali Iudicio Vindicata. Tolosae. 8. Decembris 1672. 4. *Io.* Le Gendre, Episcopale Iudicium adversus calumnias Iacobi Gothofredi acerrime defensum, nec non ab omni falsi suspicione plenissime vindicatum. Lutetiae Parisiorum 1690. 4. et in *Meermani* Thesauro iuris civilis et canonici. Tom. III. p. 333—368. Similiter iudicarunt Tillemont, Histoire des Empereurs. Bruxelles 1734. 4. T. IV. Notes p. 278, n. LXX, LXXI. et editores Conciliorum Galliae cit. p. 755. 52) *Conr. Frid. Aug.* Iungk, Diss. de Originibus et Progressu Episcopalis Iudicii in caussis civilibus laicorum usque ad Iustinianum. Berolini 1832. 8. Iis, qui cum Gothofredo sentiunt, addendi sunt Ritterus sub finem praefationis T. VI. Cod. Theodosiani; Hoffmann in Historia iuris civilis, lib. I. cap. II. sect. III. §. 10; Löhr, Uebersicht der das Privatrecht betreffenden Constitutionen der römischen Kaiser von Constantin I. bis auf Theodos II. und Valentin III. p. 21, not. 3; Savigny, Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter T. II. p. 267, not. 18 (ed. I.) et p. 281, not. *c* (ed. II.), p. 280, not. 51 (ed. I.) et p. 296, not. *e* (ed. II.); Haubold in Inst. Liter. l. c.; Hugo, Lehrbuch der Geschichte des Röm. Rechts seit Iustinian ed. III. p. 322; Blume in Monumentorum German. a Pertzio edit. T. III. p. 191; Eichhorn l. c. Hebenstreit sibi non constat: in Diss. l. p. 41 c. 3 Sirm. genuinam, non spuriam esse dicit, consentiente Schillingio p. 36; in

vulgati sunt et nullo negotio inspici possunt. Praestat, leges illas Romanas, non suppositas esse [53]), novis rationibus demonstrare, petitis ex fontibus iuris, quod ita instituam, ut constitutiones a Sirmondo editas bifariam distribuam [54]). Unum genus partim in Codice Iustinianeo partim in Codice Theodosiano receptum est, alterum receptum non est. Illius generis undecim sunt: II., IV., VI., IX — XII., XIV — XVI., XVIII., quae omnes, sed modo mutatis modo omissis verbis, in Codicem Theodosianum et ex hoc partim in Codicem Iustinianeum transscriptae sunt [55]). Nam Codicis Theodosiani compositores, si quam harum constitutionum plura capita habere videbant, unumquodque eorum disiunctum a ceteris apto collocaverunt loco; deinde ea tantum pro re nata reservarunt, quae ad rem pertinebant, praetermissis et circumcisis illis, quae declarandae legis caussa, non ex ipsa necessitate adiuncta erant, prologos dico et epilogos; denique ubi varietatem lectionum invenerunt, eam receperunt, quam ordine et tempore probari credebant. Hinc orta est diversitas scripturae, quae hic illic inter Codicem Theodosianum et constitutiones illas intercedit, et quemadmodum Novellae Theodosii Martianique demonstrant [56]), qua ratione Iustinianei Codicis compositores imperatoris iussui obtemperaverint, ita ex his constitutionibus cognoscitur, quo modo ii, qui Codicem Theodosianum congesserint, potestate sibi concessa in recipiendis legibus usi sint. Singularum quidem constitutionum partes Gothofredus existimat ab *impostore* ex utroque Codice, Iustinianeo et Theodosiano, collectas et ita coagmentatas esse, ut prologos et epilogos de suo adiiceret; vereor autem, ne Gothofredus praeiudicata opinione ductus animo suo nimis indulserit et artificem sua aetate solertiorem et ingeniosiorem finxerit. Certe constitutionum partes ita aptae sunt inter se et colligatae, ut fraudulentae coagmentationis vestigium non appareat, ipsaeque constitutiones adeo convenienter argumento proposito scriptae, ut ea aetate, qua eas in unum volumen congestas esse dixi, vix credibile sit, quemquam iuris Romani in Gallia peritum exstitisse, qui legumlatoris personam luculenter et perscienter gerere potuisset [57]). Neque patet, ob quam caussam coagmentatae fuerint. Omnis enim legis vis inest in sententia eius; reliquae partes, prologus, epilogus non continent nisi historiam, caussam, modum promulgandae legis, quare eas Theodosius Iun., quem Iustinianus secutus est, omitti iubet. Iam vero illarum constitutionum sententiae suum locum obtinuerant in imperatorum codicibus. Inutilis igitur labor erat, sententias illas conquirere et additis prologis atque epilogis denuo in scenam producere. Dicit quidem Gothofredus, veteratorem episcoporum potestatem his constitutionibus augere voluisse, sed aliae de rebus agunt a potestate ecclesiastica alienis, aliae tantum abest, ut augeant potestatem episcoporum, ut minuant eam, exceptis c. XIV. et XVIII.

Alterius generis septem sunt leges: c. I., III., V., VII., VIII., XIII., XVII. Earum quattuor: c. V., VII., VIII., XIII. sententia non discrepant a Codicis Theodosiani titulis *de Expositis* (V, 7), *de Indulgentiis criminum* (IX, 38), *de His, qui ad ecclesias confugiunt* (IX, 45), c. VII. C. Th. *de Carceris custodia* (IX, 3). Quare non magis quam illi tituli suppositae haberi possunt, certe in quinta ne verbo quidem potestatis ecclesiasticae mentio fit. Itidem tertiae legis argumentum confirmatur c. XII., XXIII., XLI., ult. C. Th. *de Episcopis* (XVI, 2) et c. I. C. Th. *de Religione* (XVI, 11); sententia denique c. XVII. non differt a priori parte c. XVIII., quam veram, non fictam esse probat Iustiniani Codex, in quo est c. VIII. *de Episcopali audientia* (I, 4) [58]). Accedit lemma c. XVII.: *Lex de Theodosiano sub Titulo XXVII. De Episcopali. definitione* et illud c. XVIII.: *Lex alia de Theodosiano sub Titulo XXVII. de Episcopali definitione et hoc validior, quia omnibus posterior*, quae verba et leges illas a Codicis Theodosiani compositoribus in titulum *de Episcopali definitione* translatas esse significant et huius tituli ultimam legem, quod ipse annus, quo data est, ostendit, dictam c. XVIII.

Diss. III. p. 36 c. 13 suppositiciam esse contendit et *caeteras huius collectionis leges.* 53) Idem putant: *Friedr. Aug.* Biener, Beiträge zu der Geschichte des Inquisitionsprocesses und der Geschwornen Gerichte. Leipzig 1827. 8. p. 13, not. 8; Witte, de Guil. Malmesburiensis Codice p. 8; clar. Bickell in literis ad me datis; Hugo, Gött. Gel. Anz. l. c. p. 405 sq. Richter, Uebersicht der Literatur des katholischen und protestantischen Kirchenrechts aus den Jahren 1830 — 1833, in Ephemeridibus, quibus inscriptum est: *Allgemeine Literaturzeitung.* März 1834. Ergänzungsblätter Nr. 29, p. 228 nil certi dicit. Meam opinionem protuli in Hauboldi Opp. T. II. p. XCIV. 54) Id quidem Iungk l. c. p. 36 agere coepit, neque vero perfecit. 55) Veluti ex c. 2 Sirm. c. 35 C. Th. de Episcopis (XVI, 2. Cod. Iust. I, 3, 14 mut.); ex c. 4 Sirm. c. 1 C. Th. Ne Christianum mancipium (XVI, 9) et c. 5 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8); ex c. 6 Sirm. c. 47 C. Th. de Episcopis (XVI, 2) et c. 62 et 64 C. Th. de Haereticis (XVI, 5); ex c. 9 Sirm. c. 39 C. Th. de Episcopis (XVI, 2); ex c. 10 Sirm. c. 44 C. Th. de Episcopis (XVI, 2. Cod. Iust. I, 3, 19) et c. 3 C. Th. de Raptu vel matrim. sanctim. virginum (IX, 25); ex c. 11 Sirm. c. 40 C. Th. de Episcopis (XVI, 2. Cod. Iust. I, 2, 5); ex c. 12 Sirm. c. 43 C. Th. de Haereticis (XVI, 5) et c. 19 C. Th. de Paganis (XVI, 10); ex c. 14 Sirm. c. 31 C. Th. de Episcopis (XVI, 2. Cod. Iust. I, 3, 10 mut.) et c. 46 C. Th. de Haereticis (XVI, 5); ex c. 15 Sirm. c. 41 C. Th. de Episcopis (XVI, 2); ex c. 16 Sirm. c. 2 C. Th. de Postliminio (V, 5. Cod. Iust. VIII, 51, 20 et I, 4, 11); ex c. 18 Sirm. c. ult. C. Th. de Episc. def. (I, 27. Cod. Iust. I, 4, 8). Ex c. 17 Sirm. lex aliqua C. Th. de Episcopali definitione (I, 27) sumpta est; sed cum incertum sit, quae sit illa lex, retuli c. 17 ad alterum genus. Non omnes constitutiones integras esse, perspicitur ex c. 35 C. Th. de Episcopis (XVI, 2), deprompta ex c. 2 Sirm. et coniungenda cum c. 24 C. Th. de Feriis (II, 8); nam c. 24 nec vola nec vestigium superest in c. 2 Sirm. Huc puto pertinere etiam c. 17 et 18 Sirm. 56) Usi sunt Iustinianei Codicis compositores Orientis imperatorum Novellis, neque vero Novellis eorum, qui in Occidente fuerant, Valentiniani, Maioriani, Severi et Anthemii. 57) Primae potissimum constitutionis apte inter se colligatae sunt et veri speciem prae se ferunt. Dicendum est etiam, amplas illas subscriptiones, quas c. 4, 12 habent, et convenientiam in plerisque constt. magistratuum cum consulibus infra scriptis me impedire, quominus constitutiones illas fictas esse existimem. 58) Go. utitur c. 8 cit. Debebat igitur agnoscere c. 18 cit.,

fuisse: quae descriptio loci, quo fuerint constitutiones XVII. et XVIII. in Codice Theodosiano, tam accurata est, ut quin vera sit, nullo modo dubitari possit, praesertim cum partim Theodosiano Codice confirmetur partim Iustinianeo [59]).

Tota caussa consistit in prima constitutione. Eam *spuriam* esse Gothofredus vehementer contendit. Duo argumenta affert, cur ita statuat, primum sermonem, tum sententiam legis. Illum Latinum esse negat, hanc dicit adversari Romani iuris regulis. Quod ad prius argumentum attinet, ex illis verbis, quae Gothofredus aspernatur, alia ex codicibus a me corriguntur [60]), alia, ut Le Gendre testatur [61]), in reliquis iuris civilis et ecclesiastici libris inveniuntur, alia constitutionibus comprobantur, quas Romanas esse supra declaravi, veluti c. VI., XI., XVII., XVIII. Omnino autem constitutiones non ipsorum imperatorum, a quibus latae sunt, verba videntur exhibere, sed talis earum sermo est, qualem exceptorum ingenium et ortus doctrinaque ferebat. Quae quidem caussa videtur esse, cur ipsius Constantini leges multum inter se differant, quarum pleraeque Latine scriptae sunt, multae autem tumido et barbaro quodam sermone, quas propter sententiam a clericis compositas esse probabile est [62]).

De altero argumento ipsa legis capita proferre consentaneum videtur: octo sunt:

I) Sententiae episcoporum quolibet genere latae inviolatae semper incorruptaeque serventur, sive quicunque litem habens possessor sive petitor erit;

II) Serventur sententiae episcoporum *sine aliqua aetatis discretione*, sive *inter minores* sive inter maiores ab episcopis fuerit iudicatum, sive caussae, quae vel praetorio iure vel civili tractantur, episcoporum sententiis terminatae sint;

III) Quicunque litem habens inter initia *vel decursis temporum curriculis*, sive cum negotium perloratur, sive cum iam *coeperit promi sententia*, iudicium eligit sacrosanctae legis antistitis, ad episcopum cum sermone litigantium dirigatur;

IV) Etiamsi *pars alia refragatur*;

V) Nec liceat ulterius retractari negotium, quod episcoporum sententia deciderit;

VI) Sententiae episcoporum apud praefectum praetorio et apud ceteros omnes iudices ad exsecutionem perveniant;

VII) Cum testimonium a qualibet parte fuerit repromissum, testimonium *ab uno licet episcopo* perhibitum omnes iudices indubitanter accipiant;

VIII) *Neque alius audiatur.*

Quae literis inclinatis distincta sunt, ea inprimis Gothofredum eosque, qui cum eo faciunt, adduxerunt, ut hanc constitutionem suppositam ducerent; nam reliqua perspicua sunt et aliis legibus confirmata. Quoniam Le Gendre [63]) et Iungk [64]) caput secundum, septimum et octavum a Gothofredi accusatione vindicarunt, restat, ut disseratur, nec in tertio neque in quarto quicquam inesse, quod impediat, quominus hanc constitutionem a Constantino esse latam putemus. Magnam auctoritatem episcopis eorumque sententiis a Constantino datam esse certum est. Rem testatur Sozomenus [65]), qui Constantinum de episcopis mandasse narrat: *κυρίαν*, inquit, *εἶναι τὴν αὐτῶν ψῆφον καὶ κρείττω τῆς τῶν ἄλλων δικαστῶν, ὡσανεὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐξενεχθεῖσαν, εἰς ἔργον δὲ τὰ κρινόμενα ἄγειν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας*: „*ut sententia eorum rata esset et potioris auctoritatis quam aliorum iudicum, haud secus ac si ab imperatore lata fuisset, magistratus vero iisque ministrantes ap-*

---

ex qua paucis verbis mutatis vel omissis deprompta est. 59) Nam c. 9—12 C. Iust. de Episc. aud. (I, 4) ex aliis C. Th. titulis haustae sunt et c. 13 et sqq. post C. Th. datae. Ultima igitur lex ex titulo C. Th. de Episc. defin. deprompta, c. 8 est, quod congruit cum lemmate c. 18 Sirm. 60) Correxi *prorogatae* pro *praerogatae*; *latas* pro *prolatas*; *pervenire* pro *pertinere*, quod apud Sirmondum est. Etiam subscriptionis nodos expedisse mihi videor. 61) *Sciscitari* pro *consulere* Latinum est. Consuluit praefectus pr. imperatorem, quia publice agnita iudicii episcopalis auctoritate ortae erant dissensiones et controversiae inter iudices civiles et episcopos, quas praefectus non audebat diiudicare. Iam v. *sciscitari* optime respondet v. *instrui*, quod pro *edoceri*, *certiorem fieri* de aliqua re, praesertim cum antecedat *a nobis*, sine ulla dubitatione accipi potest. Similia vid. Digest. XXVII, 8, 1, 3; XXVIII, 8, 5 princip. — Vv. *pro sanctis ac venerabilibus habeatur* huc translata videntur ex c. 17, quam Constantini legem esse docui. — *Sacrosanctae legis antistes* dictus est *Christianae religionis antistes*, neque vero antistes ipse *sacrosanctus* dicitur. Cf. c. 6 et 11 Sirmond., quas receperunt C. Th. conditores. — Vv. *cum sermone litigantium dirigantur* interpretanda sunt de modo, quo partes caussas perorabant in iudicio. Etenim non scriptis iudici porrectis, sed verbis, sermone, altercatione exponebant rem suam, quae caussae peroratio actis inferebatur (zu Protokoll genommen). Cf. Hollweg, Handbuch des Civilprozesses. 1. Abth. 1. Bnd. Bonn 1834. 8. p. 237, 259. Acta Constantinus episcopis transmitti iussit, ut lectis iis cognoscerent, de quo iudicandum esset. Ponitur autem pro *actorum* verbo *sermo litigantium*, qui in actis inest. Similiter in c. 17 dicitur: *omnibus accepto latis* etc. — De vv. *promi* et *stabilitatis iure* cf. Dirksen, Manuale Latinitatis Fontium. Berolini 1837. 4. — Neque mirandum est repeti aliquoties v. *itaque*, cum Gaius eo saepe usus sit. Cf. lib. I. §. 144 sqq. Reliqua, quae omisit Le Gendre refutare, parvi momenti sunt. 62) *Constantini* legibus verborum ornatum non deesse, cognoscitur ex Codice Theodosiano; tumide autem scripta est §. 35 Vatic. Fragm. Eodem vitio laborant ecclesiasticae *Constantini M.* leges et quaecunque apud Eusebium servatae sunt. *Constantii* et *Iuliani* legum sermo maximam partem simplex est. A *Valentiniani I.* demum tempore male scriptae sunt, pessime vero post *Theodosium M.* Solae *Maioriani* Novellae nitore quodam orationis excellunt. 63) l. c. p. 38, 57. 64) l. c. p. 45, 51. 65) I, 9.

paritores iudicata ab his exsequerentur." Sozomeni narratio cum Eusebio congruit, quo teste [66]) Constantinus *cuivis iudici praeferendos esse* duxit *sacerdotes Dei*, iubetque postea c. XVIII. in Cod. Iust. recepta *episcoporum iudicationi eam reverentiam, quam praefectorum praetorio potestatibus deferri necesse sit, adhiberi, a quibus non licet provocare.* Itaque summorum iudicum sententiarum auctoritas iudicio episcoporum tributa est. Neque igitur mirum, quod in tertio capite Constantinus litiganti permittit, ut non solum inter initia litis, verum etiam *decursis temporum curriculis* et *cum iam promi coeperit sententia*, ad episcopum provocet. Moleste quidem fert Gothofredus, quod litem *decursis temporum curriculis* ad episcopos transferri licuerit. Sed quominus equidem haeream in illis verbis, impedior titulis C. Th. de Temporum cursu et reparationibus eorum (II, 6), de Dilationibus (II, 7), de Reparationibus appellationum (XI, 31) et de Secundo lapsu (XI, 32), qui de temporis certi potissimum cursu agunt, quod post litis denuntiationem vel editionem rescripti ad litem contestandam utrique parti concessum erat. Id eo spectabat, ut si alterutra pars ad constitutum tempus rationes suas non expressisset, allegationes suas non proposuisset [67]), temporis praescriptione summoveretur, lapsum temporis incurrisse diceretur, negotium temporibus eximeretur [68]), temporum curricula non dilatarentur [69]). Tamen interdum principes aequitate moti et precibus eius partis, quae rationes suas intra tempus statutum non expresserat, redintegrationem caussae praestabant, temporis cursum reparabant, reparationem denuntiationum admittebant [70]). Eiusmodi reparatio hic servata est, ubi provocante parte decursis temporum curriculis, episcopo de caussa cognoscere licet. Quare hoc ius episcopis datum sit, paullo post his verbis explanatur: *multa enim, quae in iudicio captiosae praescriptionis* [71]) *vincula promi non patiuntur, investigat et promit sacrosanctae religionis auctoritas.* Itaque cum diverso modo imperatores consuluerunt laesis, tum eis, qui captiosae praescriptionis vinculis caussa ceciderant, permisit Constantinus ad episcopos provocare, quorum magna vis ac potestas erat in eruenda veritate, si vel uterque vel alteruter litigans Christianus erat. Episcopos autem, cum effluxerant dies, caussas examinasse, testatur Ambrosius [72]) de se haec narrans: „*Cum iam conclusi essent dies, et paucarum horarum superesset spatium, quibus tamen alia audiret praefectus, petierunt caussarum patroni, prorogari paucorum dierum tempora, ut ego residerem cognitor.*" Testatur idem locus, etiam instante sententia iudicis ad episcopum provocari potuisse, quocum consentiunt verba c. XVII. a Constantino anno 318 s. 321 datae: „*Iudex — observare debet, ut si ad episcopale iudicium provocetur, silentium accommodetur. Et si quis ad legem Christianam negotium transferre voluerit et illud iudicium observare, audiatur, etiamsi negotium apud iudicem sit inchoatum: et pro sanctis habeatur, quicquid ab his fuerit iudicatum.* Illam enim constitutionem c. I. interpretatur; nam in c. XVII. *postquam negotium apud iudicem inchoatum est*, sine discrimine temporis ad episcopum provocare permittitur; in hac vero temporis momenta exponuntur, quibus id fieri possit. Etiamsi igitur in eo erat, ut iudex perorato negotio sententiam ferret, pergi poterat a provocante ad episcopum.

Quartum caput, quo episcopis permittitur de caussis cognoscere, etiamsi *altera pars refragetur*, gravissimum neque ab adversariis confutatum suppeditavit Gothofredo argumentum. Le Gendre [73]) enim inter alia, quae huc non pertinent, tam eximium ius Constantinum largitum esse episcopis dicit, ut Christianos iurisdictioni paganorum, apud quos in offensa essent, subtraheret. Sed aetate, qua c. I. data est, hoc providere non opus erat; iam potentia valebant Christiani, neque potuisset Constantinus caussam, cur episcopis hanc iudicandi potestatem dedisset, silentio praeterire. Aliam viam ingressus Iungk [74]) negat „hac lege licitum esse, μονομερῶς coram episcopo caussam perorare." Obstare huic interpretationi, quod subiicitur: *cum sermone litigantium dirigatur*, episcopum igitur utraque demum parte audita, neque vero alterutra absente sententiam ferre potuisse; idem praescribi in c. XVII. a Constantino M. [75]) Pertinere praeterea legem ad solam iurisdictionem *ecclesiasticam* inter *fideles*, ad quam iam ante Constantinum episcopi Christianos homines, qui morem non gererent, decretis et sententiis adegissent, ut ipsis iudicantibus se sisterent [76]). Civilem episcopis iurisdictionem de caussis laicorum ab imperatoribus nunquam concessam esse. Verum quamquam ingeniose Iungk nodum expedire studet, tamen ei non omni ex parte assentiri possum. Illa explicatio magis speciosa quam vera est. Haec explanari debebat. Nam quod ad illam spectat, non opus fuisset episcopis nova et solenni constitutione de eadem re, si quidem eam Constantinus iam ante agnovisset in c. XVII., neque quod ad alteram rationem attinet, lex

66) In Vita Constantini IV, 27: „παντὸς γὰρ εἶναι δικαστοῦ τοὺς ἱερεῖς τοῦ θεοῦ δοκιμωτέρους." Dicunt quidem nonnulli Sozomenum Eusebii verba, ut ea ad interpretationem episcoporum accommodaret, arbitrio suo amplificasse. Sed ipsi incurrunt in errorem, cuius arguunt Sozomenum, qui in extremis vv. c. 1 Sirm. videtur usus esse. 67) c. 6 C. Th. de Denuntiatione (II, 4). 68) c. 1, 2 C. Th. de Temporum cursu (II, 6). 69) c. 4 C. Th. de Denuntiatione (II, 4). 70) c. 1, 3 C. Th. de Temporum cursu (II, 6). 71) Vituperat cautelas et captiones iuris civilis Zeno, Veronensis episcopus, qui periit imp. Gallieno, Serm. de Iustitia §. 5: „*Inde fraus*, inquit, *perium, rapinae, lites ac bella, quotidie mugitibus alienis quaeritur lucrum, et praescriptio industria vocitatur; et appetitio rei alienae, sub praetextu propriae defensionis ac negligentiae, callidissimis argumentis urgetur, ut quis indefensus et innocens, quod habet, legibus perdat, quod omni violentia deterius est: quia illud, quod vi eripitur, nonnunquam repeti potest, quod legum circumscriptionibus, non potest.*" 72) Ambrosius lib. VI. ep. 49. Opp. Tom. V. edit. Paris. p. 397. 73) l. c. p. 51. 74) l. c. p. 49, 70. 75) *et pro sanctis habeatur, quicquid ab his* (episcopis) *fuerit iudicatum, ita tamen, ne usurpetur in eo, ut unus ex litigantibus pergat ad supradictum auditorium, et arbitrium*

distinguit iurisdictionis species, neque c. XVII. in primis huius legis verbis indicata, neque c. XVIII.: quin imo c. VII. Cod. Iust. de Episcopali audientia (I, 4) litigantibus *in civili duntaxat negotio sacrae legis antistitis iudicium experiri* permittit. Similiter Ambrosius [77]) *liberum* a Constantino iudicium sacerdotibus datum esse scribit. Adversatur etiam Ambrosius, qui se in difficillima de praedio controversia, de qua praefectus cognovisset, cognitorem resedisse dicit, in negotio igitur, quod spectaret caussam civilem laicorum. Quid quod Augustinus [78]) se distentum esse *negotiis saecularibus audiendis vel iudicandis* queritur, quocum Chrysostomus [79]) consentit, qui episcopos tradit perpeti odia et offensiones, cum tractent negotia in iudiciis, *quae tot difficultates afferant, quot ne forenses quidem iudices subeant.* Equidem episcopos caussas laicorum civiles cognovisse sententiasque tulisse arbitror, ita tamen ut veram iurisdictionem non exercerent, sed arbitrorum personam gererent, si quando partes eos arbitros sumpsissent, Constantinum autem hoc ius amplificasse, ut vel refragante altera parte cognoscerent. Et magnum quidem ius est atque omnino singulare, neque vero tantum, ut ob id solum haec constitutio supposita habenda sit. Ratio, cur Constantinus episcopis tantum tribuerit, duplex cogitari potest; altera est verecundia sacerdotum Christianorum, quam summam Constantinum habuisse veteres scriptores testantur [80]) et Constantinus ipse profitetur in epistola ex bibliotheca P. Pithoei eruta [81]), ubi sacerdotum iudicium non minoris fieri vult, quam si ipse dominus residens iudicet; alteram ipse indicat in extrema lege: „*Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus, hoc perpetua lege firmamus malitiosa litium semina comprimentes, ut miseri homines longis ac paene perpetuis actionum laqueis implicati ab improbis petitionibus vel a cupiditate praepropera maturo fine discedant.*“ Ut igitur miseros et perpetuis actionum laqueis implicatos sublevaret, potestatem vel invita altera parte cognoscendi episcopis detulit, quippe quos sciret arbitrorum more ex aequo lites sine sumptu, sine ambagibus prompte dirempturos esse et inopum innocentiam a potentium oppressione tuituros. Tale remedium tempora flagitarunt. Continua bella et civiles tumultus secuta erat morum corruptio, publici status conversio, iudiciorum confusio, perturbatio, contemptio. Potentiores humiliores tenuioresque possessionibus et iure expellebant. Testimonia scriptorum veterum proferre non opus est, cum multae leges satis superque doceant, imperatores hominum humiliorum inopumque misericordia commotos omnibus viribus in id incubuisse, ut et potentiorum hominum et iudicum latrocinia avaritiamque poenis gravissimis propositis reprimerent et coercerent. Constantinus igitur calamitosorum hominum solitudini atque inopiae iudicium episcoporum praesidio esse voluit, hisque caussas cognoscere permisit, etiamsi altera pars refragaretur, quae scilicet quod vel vi vel calliditate extorsisset, nollet rursus in iudicium deduci. Ius autem invita altera parte cognoscendi episcopis aliquando datum esse demonstrant c. VII. Cod. Iust. de Episcopali audientia (I, 4) ab Arcadio et Honorio data et Novella Valentiniana de Episcopali iudicio, quae cum episcoporum de civili negotio deque laicis iudicandi potestati eum statuerint modum, ut ne ii iudicarent, nisi utraque pars consentiret, etiam refragante altera parte antea cognovisse confirmant episcopos. Hoc enim dicunt verba c. VII.: „*Quod his obesse non poterit, nec debebit, quos ad praedicti cognitoris examen coactos potius adfuisse* [82]) *quam sponte venisse constiterit,*“ neque minus verba Nov. Valent. cit.: „*De episcopali iudicio diversorum saepe caussatio est. Ne ulterius querela procedat, necesse est praesenti lege sanciri. Itaque cum inter clericos iurgium vertitur et ipsis litigatoribus convenit, habeat episcopus licentiam iudicandi, praeeunte tamen vinculo compromissi. Quod et laicis si consentiant, auctoritas nostra permittit. Aliter eos iudices esse non patimur, nisi voluntas iurgantium praecedat.*“ Episcopi igitur aliter, id est citra compromissum iudicare consueverunt, quod Valenti-

---

suum enuntiet. Iudex enim praesentis caussae integre habere debet arbitrium, ut omnibus accepto latis pronuntiet. 76) Ita Siricius P. ep. II. c. 2 scribit: *non renuat venire.* 77) l. c. II; 13. 78) Lib. de Opere monachorum c. XXXVII.: „Quantum attinet ad meum commodum, multo mallem per singulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid manibus operari et ceteras horas habere ad legendum et orandum aut aliquid de divinis literis agendum liberas, quam tumultuosissimas perplexitates caussarum alienarum pati de negotiis *saecularibus*, vel iudicando dirimendis, vel interveniendo praecidendis“; ad Psalmum CXVIII. serm. XXIV.: „Suis vitiosis et negotiosis cupiditatibus adiuvandis ut occupemur et eis nostra tempora impertiamur, efflagitant, aut certe infirmos premunt; et caussas suas ad nos conferre compellunt: *quibus dicere non audemus:* Dic homo, quis me constituit iudicem aut divisorem inter vos? constituit enim talibus caussis ecclesiasticos apostolus cognitores, in foro prohibens iurgare Christianos: ne illis quidem, qui non aliena rapiunt, sed sua cupide repetunt, dicimus: cavete ab omni cupiditate, constituentes eis ante oculos hominem, cui dictum est: Stulte hac nocte auferetur a te anima tua: quae praeparasti cuius erunt? quia, et quando dicimus, non recedunt, non declinant a nobis, sed instant, urgent, precantur, tumultuantur, extorquent, ut ipsis potius ad ista, quae diligunt, quam scrutandis Dei mandatis, quae diligimus, occupemur. — Obedientes fideles, qui pro suis *saecularibus* caussis raro nos quaerunt et iudiciis nostris facillime acquiescunt, nec nos conterunt litigando, sed obtemperando potius consolantur. Certe propter eos, *qui et inter se pertinaciter agunt et quando bonos premunt, nostra iudicata contemnunt,* faciuntque nobis perire tempora rebus eroganda divinis. Certe, inquam, propter istos et nobis liceat exclamare in hac voce corporis Christi: Declinate a me maligni et scrutabor mandata Dei mei.“ 79) Lib. III. de Sacerdotio v. fin. 80) Eusebius in Vita Constantini I, 42. IV, 27. Rufinus, Hist. Eccl. X, 2. Nicolai P. ep. VIII. ad Michaëlem imp. 81) Ap. Harduinum (ex Appendice ad Optatum et Ms. Pithoei) I. p. 268. In eadem epistola et in Oration. in Concilio Nicaeno habitis episcopos appellat *fratres carissimos, sanctissimos antistites Christi, sanctissimos fratres, fratres dilectissimos, sanctos Dei ministros, propter animi modestiam et solertiam admirabiles, vestram sanctitatem.* 82) Ita leg. est cum Haloandro et veteribus codicibus. Vulgatae scripturae: *conventos potius afuisse* sententia obscura est.

nianus in posterum fieri vetat. Illa lege abrogatur Constantini M. constitutio[83]), hac confirmatur Arcadii et Honorii lex, quam episcopi, qui aegre ferrent, se iure spoliari a Constantino sibi concesso, perfregerant.

Et tantum abest, ut Constantinus episcoporum iurisdictionem iusto longius protulerit, ut eam definiverit. De delictis enim, nisi quae ad religionem pertinerent, nunquam eis permisit, ut iudicare possent. Praeter religionem igitur cognoverunt de solis negotiis civilibus, neque vero iudicum, sed arbitrorum more. Quapropter summis iurisdictionis ornamentis carebant, veluti exsecutione, quam ad ceteros iudices voluit pertinere imperator, apparitoribus, officio, et tituli Codicis Theodosiani atque Iustinianei, qui de eorum potestate cognoscendi agunt, *de Episcopali definitione s. audientia* inscribuntur, non *de officio*, ut illi, quibus magistratuum potestas et iurisdictio describitur. His limitibus circumscripta iurisdictio non est, cur suspicionem nobis moveat. Multo maiora privilegia clerici ab imperatoribus impetraverunt, necdum ullus leges, quibus concessa illa sunt, in dubium vocare ausus est.

Quas ob caussas et simul perpensis illis, quae de codicibus et origine libri a Sirmondo editi a me dicta sunt, hanc quoque constitutionem non suppositam, sed Constantini legem esse censeo[84]).

---

83) Sunt quidem, qui constitutione 7 constitutioni 1 Sirmond. derogatum esse negent, quia verba, quibus derogetur ei, desint; colligi igitur ex c. 7 posse, illam constitutionem revera a Constantino datam esse. Sed innumerabiles sunt leges et Codicis Theodosiani et Codicis Iustinianei, quae etsi clausulam derogatoriam non habent, tamen prioribus legibus derogant. Clausulam autem derogatoriam hac de caussa non habent, quia prologi et epilogi, quibus ea contineretur, a compositoribus illorum Codicum omissi sunt. Id in hac quoque lege factum est, quae eo spectat, ut pristinum ius, quod quidem Constantinus c. 1 introduxit, tollatur. Alii, quibus controversia esse videretur in utraque lege, c. 7 et Nov. Valent., forumne episcopi et ius vocandae refragantis partis in iudicium habuissent, suppositam esse putarunt Constantini legem, cum, si quidem vera lex esset, de episcoporum iure non potuisset disceptari. Equidem scire cupio, quibus verbis c. 7 haec controversia indicetur; mihi non contigit, ut ea reperirem. Sola Novella Valentiniani de Episcopali iudicio diversorum saepe caussationem fuisse narrat, quae vv. non ita interpretanda sunt, quasi dubitatum sit, anne ius illud episcopis unquam a Constantino datum esset, sed ita, ut controversum fuerit, num id episcopis post Arcadii et Honorii legem, quam respuerent illi, adhuc competeret. Eam igitur controversiam Valentinianus dirimit. Alii denique Valentinianum dictitant debuisse c. 1, si quidem in Codice Theodosiano, cui ab editoribus tribueretur, fuisset, pariter commemorare, atque Arcadii et Honorii statuta ex Codice Th. proferat: quod cum non fecisset, eam in Codice illo non fuisse; falsam igitur esse. Sed ut mittam, quae supra p. 426—430 de titulo *de Episcopali iudicio* exposui, et taceam leges, quae etsi non sunt in Codice Theodosiano, tamen quin verae sint, dubitari non potest, Valentinianus id egit, ut leges Arcadii et Honorii, quas neglectas esse videbat, confirmaret. Non opus igitur erat Constantini legem commemorare. 84) Cum in eo esset, ut ederem constitutiones Sirmondi, pervetustum aliquem, olim Coloniensem, codicem, qui eas contineret, in Darmstadtiensi bibliotheca a beato Knustio inventum esse comperi. Cf. *G. H.* Pertz, Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. VIII. B. Hannover 1843. 8. p. 110 sq. „*Ich habe in Darmstadt — gute Ausbeute gemacht, namentlich aus* 2 *Codd. s. VI. u. VII. Aus dem einen, der grösstentheils zur Zeit des Pabst Agapetus* 535, *jedenfalls ganz im s. VI. nach dem Pabstverzeichnisse, geschrieben ist, lassen sich die ältern Gallischen Concilien nicht bloss bedeutend verbessern, sondern auch ergänzen und vermehren — Der Codex enthält auch mehrere Leges, die nur nach einem Cod. durch Sirmond bekannt geworden sind, an deren Aechtheit man aber nach dem Alter dieses Cod. Colon. nicht zweifeln darf. Die Notitia provinciarum Galliae — hat hier noch eine kleine Einleitung und dann folgt gleich die lex Theodosii et Honorii bei Bouquet* T. I, 766. *a.* 418." Rogavi illius bibliothecae praefectum, ut sumptibus meis constitutiones illas aut describi aut cum editis conferri curaret. Sed ad hoc tempus nihil mihi responsum est.

Lipsiae Id. Iun. MDCCCXLIV.

Gustavus Haenel.

SIGNORUM EXPLICATIO.

Cod. 1 Codex Middlehillanus, Bibliothecae Phillippsii 1745.
— 2 — Reg. Paris. 1452.
— 3 — Selden. num. 32, Oxoniensis bibliothecae Bodleianae 3362.
— 4 — Middlehillanus 1741.
— 5 — Reg. Parisiensis, olim S. Germani de Pratis num. 366.
— 6 — Vaticanus Reginae Sueciae 1283.
— 7 — Reg. Parisiensis 4406.
— 7 [a] — Bibliothecae Capitularis Eporediensis.
— 8 — Reg. Parisiensis Suppl. Lat. 779.
— 9 — Lugduno-Batavus 119.
— 10 — Regius Berolinensis mss. lat. fol. num. 270.

NB. Vid. Praefationem p. 411—420. Reliqui codices hic et illic nominandi suo nomine a me commemorabuntur.

Sirm [a]. sive Appendix Codicis Theodosiani novis constitutionibus cumulatior opera et studio Iac. Sirmondi. Parisiis. 1631. 8.
Sirm [b]. — — — — etc. in Sirmondi Opp. Parisiis 1696. fol. Tom. I. p. 705—740.
Sirm [c]. — — — — etc. in Sirmondi Opp. Venetiis 1728. fol. Tom. I. p. 403—418.
Sirm [d]. — — — — etc. in Ritteri editione Codicis Theodosiani. Lipsiae 1743. Tom. VI. Par. II. pag. I—XIV.
Sirm [e]. — — — — etc. in Ritteri editione Codicis Theodosiani. Mantuae 1750. fol. Tom. VI. Par. I. pag. 280—290.
Cui. 1 Editio Codicis Theodosiani curante Iac. Cuiacio. Lugduni 1566. fol. pag. 523—525.
Cui. 2 — — — — — — — — — — — Parisiis 1586. fol. pag. 527—529.
Aur. — — — — — — — — — — — — Aurelianae Allobrogum 1586. 4. pag. 520—522.
Lugd. — — — — — — — — — — — — Lugduni 1593. 4. pag. 520—522.
Go. Editio Codicis Theodosiani cum Commentariis Iac. Gothofredi. Lugduni 1665. fol. Tom. VI. p. 303—312.
Ri. — — — — — — cura Io. Dan. Ritteri. Lipsiae 1743. fol. Tom. VI. Par. I. pag. 339—350.
Ri*. — — — — — — — — — — — — Mantuae 1750. Tom. VI. Par. I. pag. 315—322.
Lab. Collectio Conciliorum Galliae T. I. Parisiis 1789. fol. p. 755—758.
LeG. sive Episcopale Iudicium adversus calumnias Iacobi Gothofredi acerrime defensum — Opera et st. Ioannis Le Gendre. Lutetiae Parisiorum 1690. 4. et in Meermani Thes. T. III. p. 333—368.
Iu. — Conr. Frid. Aug. Iungk, Diss. de Originibus et Progressu Episcopalis Iudicii in causis civilibus laicorum usque ad Iustinianum. Berolini 1832. 8.
Haenel — De Constitutionibus, quas Iacobus Sirmondus Parisiis A. MDCXXXI. edidit Diss. Scripsit Gustavus Haenel. Lipsiae 1841. 4.

De reliquis signis vide signorum explicationem editioni Codicis Theodosiani, quam curavi, praemissam.

CONSTITUTIONES SIRMONDI.

I.

[a] DE CONFIRMANDO ETIAM INTER MINORES AETATES IUDICIO EPISCOPORUM, ET TESTIMONIUM UNIUS EPISCOPI ACCEPTO FERRI.

Imp. Constantinus A.[b] *Ablavio*[c] *Pf. P.*[d] Religionis est, clementiam nostram sciscitari[e] voluisse, quid de sententiis[f] episcoporum vel ante moderatio nostra censuerit vel nunc servari cupiamus[g], Ablavi, parens carissime. Itaque quia a[h] nobis instrui voluisti, olim prorogatae[i] legis ordinem salubri rursus imperio propagamus[k]. Sanximus namque, sicut edicti nostri forma declarat, sententias episcoporum, quolibet genere latas[l], sine aliqua aetatis discretione inviolatas[ll] semper incorruptasque servari[m]; scilicet ut[n] pro sanctis semper ac*) venerabilibus habeatur, quicquid episcoporum fuerit sententia[o] terminatum. Sive itaque[p] inter minores sive inter maiores[q] ab episcopis fuerit iudicatum[r], apud vos, qui iudiciorum summam tenetis, et apud ceteros omnes iudices ad exsecutionem volumus pervenire[s]. Quicunque[t] itaque litem habens, sive possessor sive petitor erit, inter initia[u] litis vel decursis temporum cur-

— c. 1. Codd. 1—5, 7—10, Martisburg., Vindob. Iur. Can. 99 (fol. 104), Paris. Suppl. Lat. 215, Caroli de Savigny XII, 66, Cui. 1. Aur. Lugd. Cui. 2, 2*. Go. Ri. Ri*. Sirm [a]. — Sirm [e]. Baron. Ann. ad ann. 314, n. 38 et ad ann. 326, n. 98. LeG. l. c. p. 4 sqq. Lab. p. 755 sq. Iu. l. c. p. 40 sqq. Integra est in codd. 1—5, mutila in codd. 7—10. Mutilam habent etiam Petri Except. IV, 37, Florus in Coll. XV capit. (ed. Lucae d'Achery T. I, p. 597 c. IV.), Concilium Valentinum ann. 855 habitum post can. 23. Capit. (Ben. Lev.) VI, 366. Regino II, 116. Coll. can. Anselmi Luc. III, 108. Ivo Decr. XVI, 312. Decr. Grat. cau. XI, qu. 1, c. 35—37, Innocentius III. c. 13 X. de Iudiciis (II, 1). Pastor. eccl. Paris. XIX, c. 15. Seldenus in Uxor. hebr. III, 28 (Opp. II, 1830), de Synedriis I, 10 (Opp. I, 965), ad Fletam V, 6 (Opp. II, 1068) particulas legis e codice suo ed. Vid. infr. not. *n, t, d, f, l, p, z.* Codd. 1, 2 *c.* 1 totius collect. a Sirmondo editae. Codd. 4, 5, 9, Par. Suppl. Lat. 215 (vid. infr. not. *y*) *c.* 1 *tit. XI* (C. Th. lib. XVI.) *de Episcopali Iudicio.* Codd. 7, 7 [a], Cui. 1 — Ri*. *c.* 1 *de Episcopali iudicio* (om. num. tit.), sed add. in Cui. 1 — Lugd. *Hic titulus deerrabat a corpore Theodosiano* et in edd. Go. — Ri*. *Extravagans, Seu Subdititius Titulus.* In cod. 8 deprompta esse dicitur ex libri *XVI.* Codicis Theodosiani *titulo VI.* (i. e. *XI.*) et in cod. 10 ex *cap. XII teudosii VI.* Cf. Praef. p. 419, 420 et Haenel l. c. p. 8, 12—16. Est vero in codd. 8—10 c. *un.* h. tit. Sirm [a]. — Sirm [e]. *c.* 1 totius collectionis, ubi praemittitur rubrum *Appendix Codicis Theodosiani. Cum tribus iis, quae in fine libri XVI. legebantur, quindecim alias diversorum principum constitutiones continens*, quae verba primum a Sirmondo addita sunt, a codicibus absunt. Cod. 3 *c.* 26 C. Th. de Episcopis (XVI, 2), ubi vid. p. 1479, not. sup. Disceptatum est, utrum haec lex Constantini sit nec ne; cf. Praef. p. 433 sqq. Nov. Val. tit. XXXIV. et Nov. Maioriani tit. XI. de Episcopali Iudicio. Cod. Iust. de Episcopali audientia (I, 4). Eodem die ad Ablavium data est c. 1 C. Th. de Repudiis (III, 16).

a) Codd. 1, 2 add. *Exemplum legis*, sed cod. 2 a manu rec. Rell. codd. et Lab. Cui. 1—Ri*. om. lemma, sed in cod. 5 int. lin. add. *Episcoporum sententie iure perpetuo firmentur.* b) 3 *Idem augusti*, i. e. *Impp. Honorius et Theodosius AA.*; antecedit enim c. 41 C. Th. de Episcopis (XVI, 2). 4, 5, 7, 8, Vesontinus aliique ap. Go. *Imppp. Archadius* (in 8 add. *et*), *Honorius et Theodosius aaa* (7 *Imp — Thed aa.* 7 [a] *Impp arcadius — a*), err.; nam Ablavius his impp. praefectus praetorio non innotuit. Videtur inscr. sequentis legis in hanc translata esse. In Decr. Grat. haec lex tribuitur *Theodosio Imp.*, in Petri Except. *Marciano Imp.* Cf. Car. de Savigny l. c. T. II, p. 145 (ed. I.) et p. 153 (ed. II.). Florus *ad Felicem Praefectum Praetorio* ex c. 4 Sirm. c) 10 *Arlavio.* d) 3 *pposito.* 7 [a] *pre pr.* Ap. Ben. Lev. et in Decr. Grat. Ablavius inepte appellatur *Dux.* e) 2 *dementiam.* 10 *suscitari.* 5 *sciscitare*, sed corr. *sciscitari.* f) 7 *Religionis et — quod* (om. *de*) *sentenciis.* Etiam 7 [a] *et.* g) 1, 2, 10 *cupimus.* Iu. *Ablave* et 7 *pariens.* 7 [a] *papiens* cum litura ad *pi.* h) 5, 10 om. *a.* i) Ita 1, 4, 5, 7 [a], Iu.; 7 *prorogate*; rell. *praerogatae*, impr. Go. Cf. C. Th. VII, 7, 2 *prorogata iussione.* k) 3 *promulgamus.* Rein. cj. *prorogamus.* Hinc incip. Florus l. c. Infra LeG. *sicuti.* l) 7, 10, Cui. 1 — Ri*. Bar. LeG. Lab. Iu. *prolatas*; 1 *relatas*; Florus *illatas.* ll) 5 *involutas.* m) In cod. 10 add. *Ab omnibus iudicibus laicalibus sive epis.* n) Hinc incip. codd. Vindob. et Martisburg. Mox Bar. *sanctis et ven.* 2 *salvet ut pro — a venerabilibus.* *) Sec. man. in cod. 7 [a] *hac.* o) Iu. *sent. fuerit*, ut LeG. 7 [a] *episcorum*, sed corr. p) Rec. man. in cod. 4 corr. *Quicquid itaque.* Flor. *Sive utique.* q) 7 om. *sive inter maiores.* 4 *si vel.* r) Cui. 1 *iudiuatum* et paullo post 7 *ab exsec.* 3 *iudicatum ab Epis apud.* Mox om. in codd. 3—5 *ceteros.* s) 2, 4, 5, 7, 7 [a], Sirm [a]. — Sirm [e]. *pertinere*, impr. Go. 10 *ad observandum volumus.* Seqq. usque ad v. *Multa* des. ap. Florum. In codd. 4, 5 h. l. rubro col. add. *INT.* Est deinde spatium aliquot literarum et sequitur *Quicunque.* t) Cum vv. *Quicunque litem* inc. codd. 8, 9, Ivo, Ben. Lev. Ans. (*ex Capitularibus Caroli Imperatoris*) cod. Savign. Decr. Gr. ll. cc. u) 9 *fuerit in initio litis vel decursus.* Ivo, Capit., Decr. *fuerit vel in initio.* Codex Savign.

riculis, sive cum negotium peroratur[v], sive cum iam coeperit[x] promi sententia, iudicium[y] eligit[z] sacrosanctae legis antistitis, illico[a] sine aliqua dubitatione, etiamsi alia[b] pars refragatur[c], ad episcopum cum sermone litigantium dirigatur. Multa enim, quae in iudicio captiosae praescriptionis[d] vincula promi[e] non patiuntur, investigat et promit sacrosanctae religionis auctoritas[f]. Omnes itaque*) caussae, quae vel praetorio iure[g] vel civili tractantur, episcoporum sententiis terminatae, perpetuo[h] stabilitatis iure firmentur[i], nec liceat ulterius retractari[k] negotium, quod episcoporum sententia deciderit[l]. Testimonium etiam, ab uno licet[m] episcopo perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant, nec alius audiatur, cum testimonium episcopi a qualibet parte[n] fuerit repromissum. [o]Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a sacrosancto homine conscientia mentis illibatae protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus, hoc perpetua[p] lege firmamus, malitiosa litium semina comprimentes[q], ut miseri homines, longis ac paene[r] perpetuis actionum laqueis implicati, ab improbis petitionibus vel a cupiditate praepropera[s] maturo fine discedant. Quicquid itaque de sententiis episcoporum clementia nostra censuerat, et iam[t] hac sumus lege complexi[u], gravitatem tuam et ceteros[v] pro utilitate omnium latum[x] in perpetuum observare conveniat[y]. *Dat.*[z] *III. Non. Mai. Constantinopoli*[a]. (331.)

II.

EPISCOPOS IUDICIO EPISCOPORUM DAMNATOS CENTUM MILIBUS CIVITATE, IN QUA FUERUNT, DEBERE EXCLUDI[b].

Imppp. Arcadius[c], *Honorius et Theodosius AAA.*

— c. 2. Codd. 1, 2 *c.* 2. Sirm [a]. — Sirm [e]. *c.* 2 *Append. C. Th.* Codd. 4, 5, 7, 7 [a], Cui. 1 — Ri *. Lab. LeG. (p. 100 sqq.) *c.* 2 *tit. de Episcopali iud.* (vid. c. 1 antec., not. super.); in cod. 3 est *c.* 4 *C. Th. de Episc. et cler.* (vid. supr. C. Th. p. 1479, not. sup.). In rell. codd. h. c. deest. Coniungenda est cum c. 24 C. Th. de Feriis (II, 8), ubi vid. not. sup. Deprompta est ex h. lege c. 35 C. Th. de Episc. (XVI, 2). LeG. l. c. p. 112 eam indicari putat can. 93 in fine Codicis Ecclesiae Africanae. Cf. C. Th. XI, 39, 10, not. sup.

---

sive petitor fuerit vel initio et om. *sive possessor.* v) 9 *perorator.* 10 *peroperatur.* x) 4 *coeperint*; alii codd. *ceperit.* 8 *coep. promi* (supra scriptum est *dici*) *sentia.* y) 9 *sententiam si iudicium.* Cod. Savign. *sentent. si iud. elegerit.* Ad v. *promi sent.* cf. C. Th. I, 5, 3. z) 1, 3 — 5, 8, 9 *elegit.* Ivo, Cap., Decr. *elegerit.* Iu. *elegit sacrosancti.* a) 9 *antistite silico.* 7 *antestitis.* b) 7 *aliqua.* Go. mavult *altera.* c) 2 *refrangatur.* LeG. *refragetur.* Sec. Go. in Comm. h. l. Vir doctus reponebat *Si tamen alia pars non refragatur*, sed add. Go.: „adversus apertissima huius legis verba." 9 *refr. ad episcoporum iudicium sermo litig.*, non male. Ivo, Capit., Decr. cod. Savign. *ad episcoporum iudicium cum s. l.* Mox 9 om. *in* post *quae.* d) 1 *perscribtionis.* 2, 10 *perscriptionis.* 9 *proscriptionis.* Ceterum in codd. Vindob. Martisburg. et in Decr. om. *Multa — auctoritas.* Cod. Savign. *quae iud. copiosae.* Errore Aur. Lugd. *indicio.* e) 10 *vincul . . | non paciuntur*, deest igitur *promi*, ut in Cui. 1 — Lugd. et apud Lab. f) 3 *investigata promit.* 7 [a] *promet*, sed corr. 8 *investigata et promet.* Iu. *ecclesiae auctoritas.* Cum v. *Omnes* inc. cod. Bamb., Petrus, Selden. in Uxore hebr. l. c. *) Flor. *utique.* g) 9 *vel in pr. i.* 7 *pretoriae iurae.* 9 *pr. iure vel civili tr. negotio.* Cod. Savign. *quae praetorio.* 2 videtur habere *tractamur.* h) 7 *episcoporum provinciis terminate perpetuae st. iurae.* 9 *terminat̃ perp. stabilitatem.* i) 3, Aur. Lugd. Florus *firmantur.* 10 *iure incorrupte firm.* 9 *firm. ne.* k) 10 *ulterius a comitibus vel iudicibus laicalibus tractari.* Decr. *nec ulterius liceat r. n.* Cui. 1 — Lugd. *retractare*, ut LeG.; Capit. *retr. iudicium quod.* l) 7, 7 [a] *decederit.* 4, 5 *didicerit.* Cod. Savign. *sententiis.* Hic desinit Petrus l. c. Selden. codd. Bamberg. Vindob. m) 3 *Licet ab uno.* 10 *Testimonium enim ab uno licet epō peribitum.* Cod. Sav. *T. l. etiam ab uno.* 2 om. *episcopo.* n) 3 om. *a qualibet parte.* o) 10 om. *Illud — discedant.* Cod. Sav. *Illud enim a veritatis.* Mox 8 *conscientiā* et Florus *illibato protulerit. Hoc quod nos.* 5 om. *a* post *quod.* p) 7 *hec perpetuo.* Florus *hac perpetua.* Antea Ri *. *Eicto.* Cod. Sav. desinit in vv. *pertulerit h. n. e. salubri firmamus et perpetua lege tenendum censemus.* q) In v. *comprimentes* desin. Ivo et Decr. Grat. r) 7 [a] *longe.* 8 *poenae.* 9 *poenis.* Mox 7 *laqueus.* s) 3 *petitionibus et cup. pr.* 2 *p̄profera.* 7 *propera.* 7 [a] *praepopera*, sed add. r supr. lit. *po.* 9 *p̄p̄pera matura.* Capit. *cupiditate perpetua maturo.* t) 1 — 5, 10 *etiam.* 7 *ac* pro *hac.* 9 *etiam et ac.* Capit. *etiam et hac.* LeG. *et hac iam.* u) 1 add. *qm* cum siglo literae *u* haud absimili supra *m.* v) 9 *ceteris.* x) 1 — 5, 7, 7 [a], 8, 10, Cui. 1 — Ri *. Iu. LeG. *latam.* 9, Capit. om. *latum.* Pro *omnium* 7 *hominum.* Lab. *latum*, ut Sirm [a]. — Sirm [c]., recte et prob. Go. y) Ita codd. et Cap.; edd. *conveniet.* In cod. Par. Suppl. Lat. 215 haec c. redacta est in epitomen: *XI De episcopali iudicio. Hoc est ut quod episcopi iustae definierint non refragetur ad iudicem et unius episcopi testimonium in causa sufficiat.* z) Subscr. adest in codd. 1 — 5, 7, 7 [a], Cui. 1 — Ri *. Sirm [a]. — Sirm [e]. LeG. Lab. Iu.; deest in rell. codd. Pro subscr. in cod. 8 ponitur *Explicit Liber XVI Ex Corpore Theodosiani Aug.* et in cod. 10 *Et licet rem omnibus cristianis causis generaliter profutura neque . . | mitibus* (leg. *comitibus*) *neque ab scabinis sive iudicibus infringere audeant neque sacrilega temeritas vel cupiditas ad subreptionem vel disrumpere aliquem compellat audatia. Qui hoc facere praesumpserit XXX librarum a . . |* (leg. *auri*) *eum condempnamus ut sit ipsum aurum herario imperatoris profuturum et ne ulterius aliquis nostrum decretum violare praesumat tali pena sit multatus.* Ceterum 1, 3, 7 *Dat. IIII.* et 2, Sirm [a]. — Sirm [e]. *Maias.* a) 2 *Constantino.* Subscriptio manca est. Edd. om. annum. Add. *Basso et Ablavio Coss.* (331.), quo anno et die data est c. 1 C. Th. de Repudiis (III, 16) et Ablavius Praefectus pr. fuit. Baron. hanc c. assignat anno 326, quamquam Byzantium non est appellata Constantinopolis ante ann. 330, et in paucis tantum legibus ante ann. 330 latis scriptores Codicis Theodosiani posuisse videntur Constantinopolin. Vid. c. 2 C. Th. Familiae herc. (II, 24), c. 3 C. Th. de Veteranis (VII, 20), c. 12 C. Th. de Appell. (XI, 30), c. 8 C. Th. de Decur. (XII, 1) et infra c. 17 Sirmond. In Chron. const. Cui. 2, 2* tribuitur h. c. anno 339, impr. Go. in Comm. LeG. l. c. p. 33 — 35, Schilling, Diss. de Origine iurisdictionis ecclesiasticae. Lips. 1825. p. 15, Iu. l. c. p. 42 praeeunte Seldeno l. c. tuentur ann. 331. In c. 1 cit. deest urbis nomen.

b) Ita Sirm [a]. — Sirm [e]. Codd. 1, 2 *Exemplum legis ad-*

Hadriano[d] *Pf. P.* Ut veneratio sacerdotibus debetur innoxiis, ita[e] et poena moderata inquietis atque deiectis[ee]. Quemadmodum enim Deo servientes et divini sacerdotii[f] integritate lucentes, non solum vitam suam proprio praestant ornamento, sed etiam subiectae plebis atque obedientis[g] exemplo: ita ii, quorum indigniora sunt sub integritatis professione peccata, si exclusi degradatique[h] ab episcopis comprobentur, qui resupinos spiritus[i] adversum definita retulerint[ii], separati ab his urbibus, quas errore proprio[k] tenuerunt, et sibi debent esse parti[l] et aliis constituta ablegatione[m] terrori[n]. Plurimos enim bonos faciunt et veneratio optimorum sacerdotum et notabilis reprehensio pessimorum. Suggerentibus episcopis didicimus[o], quosdam sacerdotes Christianae legis, quorum delicta coetu episcopali et[p] deprehensa fuerint, et eorum[q] sententia vindicata, in sinu earum urbium, in quibus talia commissa sunt, permanere et quaerere turbas populi[r], convocare turbatores quietis, exsistere tumultus popularis*) auctores, innocentes se post iudicium dicere, plebem colligere et velut adhuc episcopos salutari, comitatum sacrum petere[s], mereri mendaciis oracula et furtiva[t] rescripta. Sancimus itaque hac lege, ut quicunque[u] residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco detrusus et nomine, si aliquid vel contra sententiam[v] vel contra quietem moliri fuerit deprehensus, rursusque sacerdotium petere, a quo videtur[x] exclusus, procul ab ea urbe, quam indignus[y] infecit, secundum legem divae memoriae Gratiani[z] centum milibus vitam agat. Sit ab eorum coetibus[a] separatus, a quorum est societate discretus; careat urbe, quam tenuit, segregetur a plebe, quam mentitus vitae praeceptor infecit[b]. Sit[c] huius modi personis tenore huius legis illicitum[d], sacra nostra adire secreta et impetrare rescripta. Omnia abiectis[e] per culpam sacerdotio personis, quae impetrata sunt, infecta permaneant: scituris his[f], quorum defensione nituntur, absque sui reprehensione non futurum, si his[g] polliceantur suffragium, qui divinum non videntur meruisse

---

versus episcopos, qui iudicio episcoporum damnantur centum eos milibus — debere (2 add. *eos*) *excludi.* Sirm[e]. *in quae fuerunt*, err. Totam rubr. om. rell. codd. et Cui. 1 — Ri*. Lab. LeG., sed in m. cod. 4 add. *De honore bonorum episcoporum et contemptu pessimorum* et in m. cod. 5 *Qualis reverentia innoxiis sacerdotibus, qualis que improbis confusio.* In cod. Par. Suppl. Lat. 215 ponitur pro tota lege: *De sacerdotibus innoxiis et de inquietis atque deiectis ut ab epīs iudicentur.* c) Codd. *Archadius.* Sirm[d]. et Sirm[e]. *Impp.* Ceterum cod. 5 *Imppp* | . . . *archadius.* Tota inscr. deest in cod. 1; in cod. 2 erasa est. Del. Theodosii nomen. Vid. infra not. *m.* d) 2—5, 7, Cui. 1 — Ri*. LeG. Lab. *adriano*; 3, 5, 7 om. *AAA.* et 3 *Pf. P.*, pro quo siglo 7 habet *Rrō* et 7[a] *Prō.* e) 7 om. *ita.* ee) 1 *adque de deiectis.* 5 *devictis.* Rein. cj. *detectis.* Est *deiectis* pro *abiectis*, detrusis. f) 7 *Q. e. ideo serv. et d. sacerdotis.* 3 *divini servitii integr.* 2 *servientes ut — ornamentum.* g) Go. in not. (ad c. 2 de Episc. iud.) *subiectae plebi atque obedienti sunt exemplo.* 1, 2 *plebi adq. oboedientes.* 4, 5 *subiecti plebis atque oboedientis.* 7 *subiecti plebi atque oboedientes.* 7[a] *subiecti — obedientes e. ita hi.* Mox codd. *hi* pro *ii.* h) 2—5, 7, Cui. 1 — Ri*. Lab. LeG. *depravatique*, impr. Rein. Go., qui em. *degradatique.* 7[a] *depratiq.*, sed corr. a sec. man. i) 2—5 *resupino spiritu adv. diffinita s. difinita s. definita.* ii) Rein. cj. *tulerint* vel *sustulerint* vel *retinuerint.* k) 7 *propria.* l) 2 *te minuerunt et si hi debentes se reperti.* Sirm[a]. — Sirm[e]. *debent esse reperti*, impr. Go. et LeG.; 7 *debentes reperti.* 7[a] *debentes seperti.* 3 *debent esse damnationi.* 4, 5 *debent esse periti.* 1 *parti.* Cui. 1 — Lugd. *debent esse parti * et aliis.* Go. mavult *separati*, prob. ut videtur Lab., at Rein. *pudori.* An *periculo* aut *despectui?* m) 2, 4, 5, 7, Val. Cui. 1 — Lugd. Sirm[d]. et Sirm[e]. Val. Lab. *obligatione.* Recte *ablegatione.* Similiter C. Th. XVI, 5, 57, §. 1 *in exilium ablegandos.* n) 7, 7[a] a sec. man., Cui. 1 — Lugd. *terreri.* Val. *terroribus.* 2 *terrore*, sed corrig. *terror.* Mox 2, 5 *notabiles.* o) 1 *dedicimus.* Mox 7[a] *delecta*, sed corr. p) 1—3, 7[a], Sirm[a]. — Sirm[e]. add. *et*, quod rell. om. Go. in Comm. mavult *in coetu.* q) 1—3, Sirm[a]. — Sirm[e]. *et eorum.* Rell. *iterum.* 7 *iterum sentenciam vindicata coetu episcopali in.* V. *vindicata* id e. punita, sc. delicta. *Eorum*, intell. *episcoporum.* Go. in not. *fuerunt* et *sacerdotio vindicato* (iterum sacerdotio vindicato) pro *sententia vindicata*, aut accipit *vindicata* pro irrita facta, neglecta, prob. Lab., quod ferri non potest. r) 4, 5 *populos.* Cui. 1 — Cui. 2*. Lab. Sirm[a], [b], [d], [e] *et quaerere turbas populi convocare, turbatores quietis existere, tumultus popularis auctores.* Ita etiam Sirm[c]., ubi autem commate distinguitur etiam post v. *turbatores* (*turbatores, quietis*). Nostram interpunctionem, quae vera est, primus restit. Go. *) 7, 7[a] *populares.* Male sec. Go. codex Anitiensis, qui 2 est, *actores.* Consuluit igitur Go. hunc codicem, cum Sirmondus hanc scripturam taceat. s) 4, 5 *epō salut. comitatos* (5 *comitatus*) *agrum petere.* 7 *comitatu s. paetere merere mendatiis.* 7[a] *comitatu* et infra *a* pro *hac.* Etiam LeG. *merere.* t) Go. — Ri*. LeG. *futura rescr.*, err. Mox Ri*. *ua* pro *ut* et 7 *ac* pro *hac* et 2 *destrusus.* u) Cum v. *Quicunque* inc. c. 35 C. Th. de Episc. (XVI, 2). v) Cui. 1 — Lugd. Lab. om. *vel contra sententiam.* 3 *aliquid contra sententiam vel quietem.* c. 35 cit. *contra custodiam vel contra quietem publicam.* x) Cui. 1 — Lugd. *videretur*, et c. 35 cit. *vid. expulsus, pr.* y) 7[a] *quem.* Deest *indignus* in c. 35. z) Vid. c. 35 cit., not. *x.* a) Cui. 1 — Lugd. *a beatorum coetibus.* Ri*. mend. *reparatus.* b) 3 *urbe quam polluit seggregetur ab eā quam m. v. p. i.* 4, 5 *segregetur ab ea, quam m. v. pr. i.* Ita dici potest. Similiter paullo supra *ab ea urbe, quam indignus infecit.* 7 *quem tenuit segr.* et om., ut 7[a], *a plebe.* Cui. 1 — Lugd. *segregetur * quam m. v. praeceptae infecit.* Cui. 2 — Ri*. LeG. *segregetur* (om. *a plebe*) *quam* etc. Sirm[a]. — Sirm[e]. *vitae professori.* In c. 35 cit. om. *Careat — infecit.* c) Cui. 2 — Ri*. LeG. c. 35 cit. *sitque*, sed in c. 35 res alia est. d) Sirm[d]. *inclitum*, mendose. e) Cui. 1 — Lugd. *impetrare* (Aur. Lugd. *impetrata*, err.) *rescripta * Omnia abiectis.* Sirm[a]. — Sirm[e]. *Omnia deiectis.* 1 *omnia adiectis.* 2 — 5, 7, 7[a] *omnia abiectis.* Cui. 2 — Ri*. Lab. et c. 35 cit. *omnibus abiectis.* Vid. c. 35 cit., not. *f.* Quadrat etiam *Omnia*, sc. *quae impetrata sunt, infecta permaneant, abiectis personis.* f) 1, 2, 4, 5 *impetrata sunt vel quae impetrata fuerant perm. s. h.* 3 *sacerdotio per culpam pers. q. inpetrata fuerant n̄ permaneant sc. h.* 7 *que impetrarunt vel que impetrata fuerint permaneant sc. his polliceantur* et om. *quorum — si his.* 7[a] *quae inpretatar̄* | *uel que inpetrata fuerant permaneat sciturі his* et om. *quorum — his.* Cui. 1 — Lugd. *personis quae impetrarunt vel quae impetrata fuerant, permaneat sciturі hies* (Aur. Lugd. *dies*) *polliceantur* et om. *quorum — si hoc eis.* Ri. *scitu-* | *his* et Ri*. *sciturі his*, mendose. g) 4, 5, Cui. 2* — Ri*. Lab. LeG. c. 35 cit. *si hoc eis.* 1,

iudicium, Hadriane[h] parens carissime atque amantissime[i]. Hanc igitur legem sublimis magnificentia tua cunctas per dioeceses[k] sibi creditas publicabit edictis, ut id, quod pro quiete repertum, pro iudicii episcopalis confirmatione constitutum, pro reprimendis culpis inventum est, ab omnibus excolatur, a sacerdotibus servetur[l]. *Dat. pridie*) Non. Febr. Ravennae, Stilicone II. Consule*[m]. (400.)

III.

NON LICERE CLERICOS IN CAUSSIS ECCLESIASTICIS AD PUBLICUM PERTRAHERE IUDICIUM[n].

Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius[o] *AAA. ad Optatum Praefectum Augustalem*[p]. Graviter admodum mota est nostra clementia, quaedam ab his[pp], qui episcoporum sibi nomina vindicant[q], perpetrata et contra leges non minus divinas quam humanas improba[r] temeritate commissa. Vexatos etiam nonnullos orthodoxorum clericos, quorum aetas huic iniuriae ac sacerdotium[s] repugnabat, fatigatos[t] itineribus, quaestionariis deditos, atque haec omnia per eos commissa, qui ad tegumenta frontis[u] sacerdotii nominis titulos praeferebant. Denique lectis in consistorio precibus, quibus episcopalis pietas aliquid postulans[v] refragatur denegatque, idcirco[x] continua lege sancimus, nomen episcoporum vel*) eorum, qui ecclesiae necessitatibus serviunt, ne ad[y] iudicia sive ordinariorum sive extraordinariorum iudicum pertrahatur[z]. Habent illi iudices suos,

—' c. 3. Codd. 1, 2 *c.* 3. Sirm[a]. — Sirm[e]. *c.* 3 *Append. C. Th.*; codd. 4, 5, 6 (vid. not. *q*), 7, 7[a], Cui. 1 — Ri*. Lab. LeG. (p. 134 sq.) *c.* 3 i. e. *ult. Tit. de Episcopali iudicio*; cod. 3 *c.* 5 *C. Th. de Episcopis.* Vid. supr. p. 1479, not. sup. Hincm. Opp. T. II, p. 325, 740 (quo pertinet cod. Reg. Par. 4278 et cod. Bamb. I, 13). Florus l. c. VI. (IX.) Coll. Can. Ans. III, 109. Regino II, 116. Car. de Savigny Coll. Can. XII, 67. Decr. Grat. cau. XI, qu. 1, can. 5. Edidit hanc legem e codice suo Seldenus de Synedriis I, 10 (l. c. T. I, p. 969). Baron. Ann. ad ann. 385, n. 31. Mutilata est in codd. 4, 6, 7, Cui. 1 — Lugd., apud Hincm. Florum, Ans. Reg. Grat. Lab. hic et illic mutt. vv. Vid. infra not. *q*, *x*, *y*, *z*, *b*, *i*, *k*.

2 *nituntur non absque sui* (om. *sui* 1) *repr. fut. si his*, sed 2 *si hi.* 3 *si eis.* Rell. *si his p.* 5 *pollicentur*, ut c. 35 cit. h) 3 *non metuisse videntur.* 5 *metuisse.* Cui. 1 — Lugd. *mer. rescriptum Adriane.* Lab. *mer. rescriptum, Adriane.* LeG. *mer. rescriptum. Adriane.* Cui. 2 — Ri*. *mer. rescriptum, Hadriane.* Codd. *Adriane.* In v. *iudicium* desinit c. 35 cit. i) 3 — 5 om. *atque amantissime* et 7, 7[a] *atque.* Cui. 1 — Ri*. Lab. LeG. *kar. et amant.* k) Codd. Cui. 1 — Lugd. *cunctis.* Ceterum 4, 5 *cunctis per diocesis* et Cui. 1 — Lugd. *dioceses.* 7 *cunctis praedio, caesis s. cr. publicavit ed.* — *confirmationem.* 2 *constitum.* 7[a] *pubicabit* (sed corr.) — *constitum* — *reprimentis*, sed corr. l) Ita 1, Sirm[a]. — Sirm[e]., prob. Go.; rell. *reservetur.* Rein. cj. *vero servetur.* *) Nonn. codd. *II.* 7[a] *dataUI prid — raun st. secundo consl.*, cum virgula per lit. *l* traiecta. m) 5 om. *II.* et Ri*. *Ravennae*, pro quo 7 *Ravenna*, ut c. 35 cit. Cui. 1 — Lugd. *II. et Antemio Coss.* Cui. 2 — Ri*. LeG. Lab. *Stilichone II.* (Cui. 2, 2*. Lab. *Stilicone*; nonn. codd. *Stillicone*; LeG. *Stelichone*) *et Anthemio Coss.* et add. ap. Go. — Ri*. LeG. Lab. ann. 405. Potius add. *et Aureliano Coss.* (400.) Vid. c. 24 et 35 citt. Suadet quidem ann. 405 Theodosii in inscriptione commemoratio, sed obstat c. 35 deprompta ex hac lege, cui consules anni 400 subscripti sunt, non anni 405, cuius anni consules serie constitutionum in tit. de Episcopis spectata locum ne habere quidem possunt. Del. est igitur in inscr. nomen *Theodosii.* Numerus *II* in subscr. natus est ex *et* (Aureliano). LeG. p. 119 h. c. repetitionem esse putat c. 35. Quod Till. l. c. T. V, Notes, p. 75, n. XIII. Honorium anno 400 Ravennae fuisse negat, falso negat. Cf. Chron. const. anni 400. Ceterum consules in editionibus de ingenio Cui. videntur mutati esse.

n) Ita Sirm[a]. — Sirm[e]. Codd. 1, 2 *Exemplum Legum. Ubi non licet clericos publicum adire iudicium.* Decr. Grat. *Ad secularia iudicia nullus clericus est pertrahendus.* Apud rell. deest rubrica. o) Codd. *Archadius.* 1 *Imperatur.* 3 *Idem Aug.*, sed Selden. nomina plene edidit. 2, 7, 7[a] om. *AAA.* Sirmond[d]. et Sirmond[e]. *Impp.*

p) Optatum Praefectum Augustalem nusquam commemorari Go. dicit; quare Rein. cj. *Hypatium*, non male. Vid. c. 27 C. Th. Quorum appell. (XI, 36) et c. 17 C. Th. de Susceptor. (XII, 6) ann. 383 datas et ad ann. 392 c. 31 C. Th. Quorum appell. (XI, 36) et c. 20 C. Th. de Navicul. (XIII, 5). At LeG. p. 140 sqq. et Tillem. l. c. T. V, Notes, p. 37, n. XVII., qui contra Go. contendunt hanc legem Romanam esse, non fictam, Optatum recte scriptum esse demonstrant. 3 *ad Opt. proconsulem Augustalem*; ita etiam 4, sed per compendium. 7 *pec. agustalem.* 5 *Optatum agustalem* et om. *praefectum.* 7[a] *Opt. pet.* pp) LeG. *ab iis.* q) Cum v. *vindicant* desin. cod. 4 fol. 189 et pergit fol. 190 in vv. c. 9 C. Th. de Accus. (IX, 1) *proposita sit, si vera detulerit.* Perierunt duo folia cum reliqua parte h. legis, cum c. 4 — 7 Appendicis C. Th. et cum c. 1, 5 C. Th. de Accus. (IX, 1), ut patet ex codd. 5, 6. In sq. v. *perpetrata* incip. cod. 6. Mox 7, 7[a] *legis.* r) Literae *inpro* bis scriptae sunt in cod. 6. Mox 3 om. *etiam* et 7 habet *nonnullis*, sed 7[a] *nonnullus.* s) 1, 2 *sacerdotio.* 5, 7[a], Cui. 1. Cui. 2 — Ri*. LeG. *a sacerdotio*, prob. Vesmio. 6 *d sacerdotio.* 7 *a sacerdocio.* Aur. Lugd. *a sacerdoio.* 3 *aetas et sacerdotium huic iniuriae.* Iam Go. Rein. em. *ac sacerdotium.* Lab. *et sacerdotium.* 2 *rerepugnabat.* t) Ita 3, Seld. Rell. codd. et edd. *flagitatos.* Iam Go. Rein. Bar. Lab. em. *fatigatos.* Cf. LeG. l. c. p. 146. Sed fortasse etiam v. *flagitatos* explicari potest. Cf. c. 8 C. Th. de Fide testium (XI, 39) *Episcopus - ad testimonium flagitatur.* u) 3, Seld. *furoris sacerdotalis nom.*, quod placet Rein. et LeG. l. c. 5, 6 *fronti.* 7 *quia teg.* 7[a] *postulas*, sed corr. v) Go. ann.: „Est qui reponat *postulantibus*", et hoc habet Val. in m. Vid. not. sq. x) Seldenus e cod. 3 initium h. l. transpositis vv. ita mutatum edidit: *Graviter a. m. e. n. clementia lectis in Consistorio precibus, quibus e. p. a. p. refragatur*: (3 add. *denegatur*) *quaedam ab his* — *Vexatos nonnullos o. cl.*; *quorum aetas et sacerdotium huic iniuriae repugnabant, fatig.* — *tegumenta furoris sacerdotalis n. t. praeferebant. Atque idcirco* (ego legi in codice 3 *praeferebat atque idcirco*) *perpetua lege sanci-*

nec quicquam[a] his publicis[b] commune cum legibus: quantum ad caussas tamen ecclesiasticas pertinet, quas decet[c] episcopali auctoritate decidi. Quibuscunque igitur mota fuerit quaestio, quae ad Christianam pertineat sanctitatem, eos decebit[d] sub eo iudice litigare, qui praesul est in suis partibus omnium sacerdotum, id est per Aegypti dioecesim, Optate[e] carissime ac iucundissime. Quare laudabilis auctoritas tua, arbitrio temperato, quicquid negotiorum talium incidet, terminabit, habituro pontificium[f] sacrae disceptationis Timotheo[g] episcopo, quem sibi omnes[h] etiam suo iudicio praetulere[i]. Est enim vir cum omnium sacerdotum[k] suspectione[l] venerandus, tum etiam[m] nostro iudicio iam probatus[n]. *Dat. pridie Non. Febr. Constantinopoli*[o]. (384.)

IV.

[oo]NON DEBERE SERVOS A IUDAEIS CIRCUMCIDI, NEC INQUIETARI IUDAEOS, QUI CHRISTIANI FIUNT.

Imp. Constantinus A. ad Felicem Pf. P.[p] Iam dudum quidem constitutionis nostrae saluberrima sanctio promulgata est[pp], quam nostrae repetitae legis veneratione geminamus, ac volumus, ut[q], si quispiam[r] Iudaeorum Christianum mancipium vel cuiuslibet alterius sectae mercatus circumcidere non perhorruerit, circumcisus quidem istius statuti mensura libertatis compos effectus, eiusdem privilegiis potiatur[s]: non fas Iudaeo sit, qui circumciderit, mancipium generis memorati in obsequium servitutis retinere. Illud enim[t] hac eadem

— c. 4. Codd. 1, 2, Sirm[a]. — Sirm[e]. *c.* 4 *Append. C. Th.* Codd. 5, 6 *Tit. XII* (Cod. Theodosiani lib. XVI.) *De Iudeis.* Deest in rell. codd. Depromptae sunt ex hac lege, sed mutt. vv., c. 1 C. Th. Ne Christianum mancip. (XVI, 9) et c. 5 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8). Iam ante Sirmondum hanc legem acceperat Go. a Cl. Puteano ex codice Aniciensi. Vid. Go. ad c. 5 de Iudaeis et ad c. 1 Ne Christ. manc. citt., not. *a*, ubi pro farragine eam habet.

mus, ut nemo Episcoporum — serviunt ad, prob. Rein. 1, 2, 5 — 7, 7[a] *refr. in eo atque* (s. *adque*) *idcirco*, sed 2 *refrangatur.* Go. ann.: „pariter ut mox (scil. est qui reponat) *idcirco continua lege sancimus,*“ quod non intelligo. Et cod. 3 et Seldeni scriptura obscura est, pariter atque vulgata in rell. codd. et edd. recepta. Cf. LeG. l. c. p. 150. Apertior fit sententia, si corrigitur *postulantibus.* Vid. not. *v* antec. In v. *continua* inc. Hincm. Florus, Ans. cod. Savign. Grat. ll. cc. *) *Vel* sec. Go. pro *et.* y) 7 *ne a iuditia* et mox *extraord. iudicium.* 3 om. *sive extraord.*, sed in editione Seldenus habet *s. extr.* Cod. Sav. *sanctimus ut nullus episcoporum — necessitati serviunt ad iudicia.* z) 1 — 3, 5 — 7, 7[a], cod. Sav. Selden. Florus, Ans. *pertrahantur.* In h. v. desin. Florus. a) 1, 2, Cui. 1 — Ri*. *quisquam.* Rein. Go. em. *quicquam*, quod rell. habent. Cod. Sav. *suos iudices.* b) 3, Seld. om. *publicis*, prob. Rein. In vv. *Commune cum legibus* desin. Hincm. et Grat. cod. Sav. Ans. c) 3, Seld. *qu. tamen ad c. e. p. q. d.* Cui. 1 — Lugd. *qua decet.* Rein. om. *tamen.* d) 1, 5, Sirm[a]. — Sirm[e]. *docebit.* Err. Go. *sactitatem.* Mox 5 *iudicio* pro *iudice.* e) 1 *litigare ut ille in suis autem partibus omnium.* 3, Seld. *litigare, qui praesul legis eius fuerit, Optate* et om. *in suis — dioecesim.* Vid. infr. not. *h.* 5, 6 *litigare ut ille praesul in suis aut omnium sacerd. i. e. p. egyp. d. debeant Opt.* 2, 7, 7[a] *ut ille praesul in suis* (2 *sitis* sec. Millerum) *autem p.* 1 *diocissem*; rell. codd. *diocesim* (ut Cui. 1) s. *dyocesim.* f) 1 *negotiorum alium incidat.* 2 *arbitri — negotiorum talium incidat terminabituro* (ego legi *terminabiturus*) *pontificum.* 3, Seld. *neg. talium incidet* (mend. Seld. *indicet*), *omnium sacerdotum iudicio terminabit, h. p.* 5, 6 *negotiorum talium incidet terminabitur a pontificio.* 7, 7[a] *neg. alium incidat termini hab. p.* Rec. ex codd. *talium* pro *aliunde*, quod edd. Lab. habent, praeter Seld. Rein. *Aliunde* explicant praeter caussas ecclesiasticas, proba quidem sententia, sed cum codd. *talium* habeant, *terminabit* explicandum est *exsequetur.* Vid. c. 1 et 18 Sirm., ubi exsecutio iudicibus civilibus mandatur. g) 3, 7, Cui. 1 — Lugd. *Thimotheo.* 5 *timothei epi* et ita etiam 6 de corr. Commemoratur Timotheus in c. 3 C. Th. de Fide Catholica (XVI, 1), anno 381 data. 2 *timoteo.* LeG. *Timothaeo.*

h) 3, Seld. add. *per Egypti diocesim.* Vid. supr. not. *e.* Rein. in m. ann. scripturae diversitatem, quam e cod. 3 et ex Seldeno edidimus. i) Hic desin. Cui. 1 — Lugd. Lab. Ceterum 7 *presulere et enim.* 7[a] *etenim.* 2 om. *est enim.* k) Cum v. *sacerdotum* conflata est in codd. 7, 7[a] sine ulla distinctione aut rubrica Nov. Th. tit. III. de Iudaeis inde a vv. *obtentu et adquisitae dignitatis* §. 2 (ubi vid. not. *p*) usque ad vv. *amor religionis* §. 8 et sequuntur deinde ultima h. c. vv. (*enim omnium sacerdotum obtentu et — amor religionis susceptatione venerandus tum etiam nro iudicio adprobatus*). l) 3, 5, 6, 7[a], Seld. *susceptione.* 7, Cui. 2 — Ri*. LeG. Bar. *susceptatione*, sec. Rein. Go. fortasse inversis literis pro *suspectatione*, i. e. suspectus admiratione, aestimatione, sed neque haec vox latina est. Recte se habet *suspectione.* m) 3, Selden. *et.* 2 *cum etiam.* n) 7, 7[a], Cui. 2 — Ri*. LeG. Bar. *approbatus* pro *iam probatus.* o) 1 et alii codd. *II* pro *prid.* Subscr. et annus om. in codd. 7, 7[a], in Cui. 1 — Ri*. et ap. LeG.; Rein. Bar. requirunt ann. 385; Seldenus h. l. suspicatur datam esse ante ann. 385, quo mortuus sit Timotheus, teste Socrate lib. V, c. 12. LeG. tuetur ann. 385 contra Go., qui et de inscriptionis et de subscriptionis fide dubitat. Verum est, legem datam esse intra ann. 383, quo Arcadius Augustus creatus est, et intra annum 385, quo obiit Timotheus. Reposui igitur ann. 384. Eundem poni vult Tillem. l. c. T. V, Not., p. 37, n. XVII.

oo) Codd. 1 et 2 *Exemplum Legis adversus* (2 *adversum*) *Iudaeos, ubi dicit, non debere Christianus* (2 *Christianos*) *a Iudaeo*, (2 *iudeis*) *circumcidi.* In codd. 5, 6 om. lemma. p) 1, 5, 6 *A. Felici ppo* et om. 5, 6 *A.* ante *Fel.* 1, 2 om. *Imp.* pp) Deperdita lex. q) Hinc incipit c. 1 C. Th. cit. 2 *hac*, sed emend. *ac.* r) Ita codd.; sed Sirm[a]. — Sirm[e]. *Si quisquam*; c. 1 cit. *Si quis.* Paullo infra *Si quispiam.* s) 1 *eius privilegii patiatur.* 2 *cum post efectus* (em. *effectus*) *eius privilegii patiatur.* 6 *eius privilegii*, sed a sec. man. em. *eiusdem privilegiis.* c. 1 cit. *mercatus circumciderit, minime in servitute retineat circumcisum, sed libertatis privilegiis, qui hoc sustinuerit, potiatur* et des. rell. Ferri potest *obsequium.* Vid. C. Th. XVI, 3, 2, not. *ff.* Mihi non displicet *eius* pro *eiusdem.* t) 1, 2 *etenim.* LeG. *etiam.*

sanctione praecipimus, ut, si quispiam[u] Iudaeorum, reserans ianuam[v] vitae perpetuae, sanctis se cultibus mancipaverit, et Christianus esse delegerit, ne quid a Iudaeis inquietudinis vel molestiae patiatur. Quod si ex Iudaeo Christianum factum[vv] aliquis Iudaeorum iniuria putaverit esse pulsandum, volumus istius modi contumeliae machinatorem[x], pro criminis qualitate commissi, poenis ultricibus subiugari, Felix parens carissime. Quare divinitatis affectu confidimus[y], ipsum in omni orbe Romano cunctos pro debita veneratione servare: ac[z] volumus, ut excellens sublimitas tua, literis suis per dioecesim[zz] sibi creditam commeantibus, iudices moneat instantissime, huiusce modi debitam reverentiam custodiri[a]. *Dat. XII.*[b] *Kal. Nov.* (335.)[c] *Proposita VII.*[d] *Id. Mart. Carthagine, Nepotiano et Facundo Coss.*[e] (336.)

V.

COLLECTICIOS EORUM ESSE, QUI COLLEGERINT, AUT PRETII DUPLUM NUMERARI ET EXPENSAS[f].

[g] *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Proiectum Consularem*[h]. Inverecunda arte defenditur, si hi ad conditionem[i] vel originem reposcuntur[k], quibus tempore famis, cum in mortem penuria cogerentur, opitulari non potuit dominus aut patronus. Porro autem iniquum est, si expensis alterius servatum hominem in lucem quisque[l] sibi obnoxium quocunque titulo sperans audeat vindicare. Itaque magnificentia tua, inspecta serie de his, qui per necessitatem aut comparati sunt aut fortasse collecti, in eorum dominium eos faciat[m] perdurare; aut si ab aliquo flagitantur, enumerata dupli pecunia, quae data*) est, pretii nomine atque expensarum habita ratione, ita demum ad vindicantis auctoritatem eos redire permittimus, ne sit miserum, ita exhibuisse alimoniam morienti, ut servatus in vitam[n] postea commodis alterius in dispendio alterius prosit. *Dat. XV. Kal. Iun. Monaxio et Plinta*[nn] *VV. CC.*[o] *Coss.* (419.)

VI.

NON LICERE CLERICOS IUDICIO LITIGARE, ET HAERETICOS DEBERE DE CIVITATIBUS PROIICI. CHRISTIANOS NON DEBERE IUDAEIS SERVIRE, NEC IUDAEOS CAUSSAS AGERE VEL MILITARE[p].

Imp.[q] *Theodosius A.*[r] *et Valentinianus C. Amatio*[s] *V. Ill. Praefecto Praet. Galliarum.* Privilegia eccle-

— c. 5. Codd. 1, 2, Sirm[a]. — Sirm[e]. c. 5 *Append. C. Th.*; codd. 5, 6 *c.* 2 (sed sine numero) *Tit. XII de Iudeis.* Vid. c. 4, not. super. et c. 6, not. super.; cod. 3 (post c. 21, in cod. 3 *c.* 2 C. Th. de Paganis XVI, 10, in cod. 3 XV, 11) *Tit. XII. De his, qui famis tempore sunt collecti.* Vid. tit. C. Th. de Haereticis (XVI, 5), not. sup. Indigitatur h. c. in indice rubricarum cod. Ambros. C. 29, ubi post tit. C. Th. de Religione (XVI, 11) haec rubrica legitur: *De his, qui fames* (ex corr. *famis*) *tempore sunt collecti.* In epitomen redacta est in cod. Par. Suppl. Lat. 215. Vid. infra not. *n.* Go. in comment. ad c. 2 C. Th. de Expositis (V, 7) falsi suspecta videtur esse. Cf. C. Th. III, 3; V, 8; XI, 27; Nov. Val. tit. XXX.

— c. 6. Codd. 1, 2, Sirm[a]. — Sirm[e]. *c.* 6 *Append. C. Th.* In cod. 3 est *c.* 27 *C. Th. de Episc. et cler.* (XVI, 2 C. Th.) et antecedit c. 1 huius appendicis, ubi vid. not. super. Codd. 5, 6 *Tit. XIII* (C. Theodosiani lib. XVI.) *De*

6 *ac* pro *hac.* u) 5, 6 *Si quis.* v) 5, 6 *reserans sibi ianuam.* vv) c. 5 cit. ita se habet: *Eum, qui ex Iudaeo Christianus factus est, inquietare Iudaeos non liceat vel aliqua pulsare iniuria: pro qualitate commissi istius modi contumelia punienda.* x) 5, 6 *machinationem.* y) Vox mendose scripta in codd. et partim in edd.; nam codd. 1, 2, Sirm[a]. — Sirm[c]. habent *convidimus* et codd. 5, 6 *condidimus ipso.* z) 1, 2 *orbe Romano* (2 *orbo Romane*) *qui nostra deb. ven. servata ac — diocesim.* 5, 6 *romano qui nostri deb. v. servata ac.* zz) Codd. *diocesim, diocisem, dyocesim, diocesem.* a) 5, 6 *custodire.* Sirm[e]. err. *costodiri.* b) Olim c. 1, 5 citt. *XI.* Ego ibi restit. *XII.* c) Add. *Constantinopoli* ex c. 1 et 5 citt. d) c. 1 et 5 citt. *VIII.* 1 *septium.* Deinde c. 1 et 5 citt. *Mai.* Denique codd. *cartagine* s. *kartagine* et Sirm[a]. — Sirm[e]. *Chartagine.* e) Annus deest in edd. et hic et paullo ante.

f) Ita Sirm[a]. — Sirm[e]. 1, 2 *Exemplum legis collecticiis* (in 2 emend. *collectitios*) *eorum esse, qui colligerint* (2 *collegerint*). In rell. codd. deest rubrica, sed vid. c. 6, not. super. g) In cod. 6 maioribus literis add. *ON. N.* 1, 2 *Dnnn* pro *Impp.* h) 3 *Proiecto Consulari* et om. *AA. ad.* Mox 1, 2 *hii.* i) 6 *def. sibi ad ad c.* 2 *condicione.* k) 5, 6 *reposcantur.* l) 3 *alt. hom. in lucem serv. qsq.* m) Ita codd.; edd. *faciet.* Ferri potest *dominium.* Vid. c. 4 Sirmond., not. *s* in f. *) 6 *dicta*, a secund. man. litera *i* ita alterata est, ut potius *c* esse videatur. n) 1 add. *tam.* In cod. Par. Suppl. Lat. 215 h. c. ita redacta est in epitomen: *De his qui tempore necessitatis collecti sunt, in eo legentis dominatio permaneant et qui eos recipere noluerit enumerata duplice pecuniam quae data est et expensarum rationis tunc eos recipiat.* nn) 1, 2, 5, 6, edd. *Plenta.* o) 1 *vcc oss.* 2 *vcc* et om. *Coss.* 5, 6 *Vic Cons.* 3 om. *VV. CC.* Sirm[d]. et Sirm[e]. *Pl. IV. CC. Coss.*, err.

p) Codd. 1, 2 *Non l. cl. i. publico litigare et omnes hereticos — proici* (ita etiam Sirm[a]. et Sirm[b].) *et christianos servos non — servire et Iudaeos non debere militare*, sed ponitur in cod. 2 rubrica inter inscriptionem et contextum legis. De codd. 5, 6 vid. not. super. In cod. 3 om. rubrica. Florus: *Caput legum in canonem receptum de cohertione Iudaeorum et de auctoritate ac firmitate iudicii et testimonii episcoporum* (Chifflet. *Item capitula legum et canonum recepta de coercitione*). Garn. add. *Constitutio Valentiniani III. ad Amacium PP. Galliarum de conveniendis per Patroclum Arelatensem quibusdam Pelagianis.* q) 5, 6, Sirm[c]., [d], [e] *Impp.* 1 *Thoedosio.* 2 *teodosius — valentiananus.* r) Codd. Florus l. c. Sirm[a]. — Sirm[e]. om. *A.* s) Bou. Lab. *Armatio.* 6 *Am. vel' ppo G.* 1, 2 *vl* cum virgula transiecta pro *V. Ill.*

siarum vel clericorum omnium[t], quae saeculo nostro[u] tyrannus[v] inviderat, prona devotione revocamus. Scilicet ut quicquid a divis principibus constitutum est, vel quae[x] singuli quique antistites[y] impetrarunt, iugi solidata aeternitate serventur, nec cuiusquam audeat titillare[z] praesumptio, in quo nos nobis magis[zz] praestitum confitemur. Clericos etiam, quos indiscretim ad saeculares iudices debere deduci infaustus praesumptor edixerat, episcopali audientiae reservamus, his manentibus, quae circa eos sanxit antiquitas[a]. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. Illustris itaque[b] auctoritas tua omni aevo mansura quae iussimus, in provinciarum missa notitiam, praecipiet[c] etiam sub poena sacrilegii custodiri[d], specialiter id illustribus comprehensura praeceptis, ut in omnibus circa ecclesiastica privilegia[e] veterum principum statuta serventur. Diversos vero episcopos, nefarium Pelagiani et Caelestiani[ee] dogmatis errorem sequentes, per Patroclum sacrosanctae[f] legis antistitem praecipimus conveniri. Quos quia confidimus emendari, nisi intra viginti dies ex conventionis[g] tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem, errata correxerint, seseque catholicae fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli[gg] atque in eorum loco[h] sacerdotium fidelius subrogari: quatenus praesentis erroris macula de populorum animis tergeatur et futurae[hh] bonum disciplinae iustioris instituatur[i]. Sane quia religiosos populos nullis decet superstitionibus depravari[k], Manichaeos omnesque haereticos vel schismaticos sive mathematicos omnemque[l] sectam catholicis inimicam ab ipso adspectu urbium diversarum exterminari debere[m] praecipimus, ut nec praesentiae[n] quidem criminosorum contagione foedentur. [o]Iudaeis quoque vel paganis caussas agendi vel militandi licentiam denegamus: quibus Christianae legis nolumus servire personas, ne occasione dominii sectam venerandae religionis immutent. Omnes igitur personas erroris infausti iubemus excludi, nisi his emendatio matura subvenerit[p]. *Dat. VII. Id. Iul.*[q] *Aquileiae, D. N.*[r] *Theodosio A. XI.*[s] *et Valentiniano Coss.*[t] (425.)

---

his qui famis tempore sunt collecti: quam rubricam ad c. 5 pertinere manifestum est. Pars legis habetur in cod. Bamb. P. I, 9, p. 197. Florus, cap. I. et X. Bou. l. c. T. I, p. 767 (ex Sirm.) et Lab. p. 375 sq. (ex Bou.) Ex Sirmond. recepta est apud Baron. ad ann. 425, n. 7, Hard. I, 1269 sq., in Marii Mercatoris Opp. st. Ioan. Garnerii. Paris. 1673. fol. edit. P. I, p. 258 (cum Comm. in Bouquetium l. c.), in SS. Concil. Coll. ed. Mansii T. IV, p. 529 cum notis Iac. Sirmondi. Cf. Spicilegium s. Collectio veterum aliquot Scriptorum etc. Op. et st. Lucae d'Achery. Paris. 1723. fol. p. 597, P. F. Chiffletii Praenotanda de Ferrandi et Cresconii Breviariis in Meermani Thesauro T. I, p. 223 et praef. mea p. 421, not. 34. Cf. etiam Pertz, Mon. German. T. III, p. 191, ubi vero Blumius falso dicit nominari in Capit. Longob. h. c.; potius nominatur c. 20 Sirmond. Haustae sunt ex h. c. Codicis Theodosiani tres leges, c. 47 de Episcopis (XVI, 2) et c. 62 et 64 de Haeret. (XVI, 5). Vid. Praef. meam ad C. Th. p. XLII., unde patet, me iam c. 64 negare repetitam esse ex c. 62. Potius compositores C. Th. exemplo legis usi, quod diversis magistratibus diverso die apposito inscriptum erat, ad fragmenta, ex quibus c. 47 et c. 64 effecerunt, Bassum apposuerunt, ad c. 62 Faustum, quos utrosque annotatos invenerant, et in eodem quidem exemplo. Heimbach, vir doct., in Ephem. Lit. Ien. 1843. N. 177, p. 718 sq. plura exempla legis a C. Th. compositoribus adhibita esse putat, quae sententia non omnino explicat rem. Go. hanc legem pro farragine habet.

---

5 om. *V. Ill.* In c. 47 et 64 C. Th. citt. h. c. non inscripta est *Amatio Pf. P.*, sed *Basso Comiti R. P.* et in c. 62 C. Th. cit. *Fausto Pf. P.* Vid. praef. p. 421 sqq., not. 34 et praef. Cod. Theodosiani p. XLII. et not. sup. h. c. Florus *Almachio* (d'Achery *Almaghio*), recte sec. Chiffl. 3 om. *Praet.* post *Praef.* Sirm[c]. *Galiarum.* t) 3 om. *vel clericorum omnium* et c. 47 C. Th. *vel cler.* In v. *Privilegia* incipit c. 47 cit. u) 3 *nostro saeculo.* v) Sc. *Ioannes.* Cf. Lab. l. c., not. 2 et c. 47 cit., not. *i.* x) Ita Sirm[a]. — Sirm[e]. et c. 47 C. Th. cit.; codd. Lab. Bou. Hard. om. *constitutum est vel quae*, quae vv. deesse non possunt. y) Seqq. in c. 47 ita mutata sunt: *antistites pro caussis ecclesiasticis impetrarant, sub poena sacrilegii, iugi solidata aeternitate, serventur*, et desunt vv. *nec — confitemur.* 6 *iugi .... solidata*, ubi quattuor literarum ductus fuisse apparet. Cod. Ms. Collectionis Flori *iugi soliditate.* z) 1 *audiat*, sed em. *audeat.* 3 *aud. sollicitare pr.* zz) Sirmond[e]. om. *magis.* a) c. 47 C. Th. om. *his manentibus — antiquitas.* b) 1, 2, Lab. Bou. Hard. om. *itaque.* In v. *arbitrio* desin. c. 47 C. Th. cit. c) 2 *praecipiat*, sed antiquitus scr. erat *praecipiet.* Ceterum 2 *missam notitiam — poenas.* d) Hard. Sirm[d]. Sirm[e]. *custodire.* 1 *sacrilegei.* 2 om. *id.* e) 3 *eccl. praecepta vet.* ee) 5, 6 *caelestini.* f) 3, 5, 6 *sanctae* pro *sacrosanctae.* Ceterum siglum v. *per* in cod. 6 male scriptum est. g) 3 *dies a convent.* 5, 6 om. *ex.* gg) 2 *expedi*, emend. *expelli.* h) Vid. c. 4, not. *s* et c. 5, not. *m.* hh) 1, 2 *futuri.* 3 *futuros.* 2 *iustiores.* i) 2, 3, 5, 6 *instituat.* Mox 1 *religiosus populus*, sed em. a sec. man. k) Hinc inc. c. 64 C. Th. de Haeret. cit., quae paullo plura habet ex h. c. hausta quam c. 62 eod. l) c. 64 cit. *M.* (om. *omnesque*), *haer. sive schism.* (om. *sive mathematicos*) *omnemque.* 1 *scismathicos s. matematicos — aspectu — pacanis — nolomus — inmotent*, sed corr. a sec. man. *immutent.* 2 *scismaticos* (5, 6 etiam) *s. matematicos — aspectu* (ita etiam 5, 6, Sirm[a]. — Sirm[c].). m) c. 64 cit. om. *debere.* n) 1, 2, 5, 6, Florus, Lab. Bou. Hard. pr. *ne praesentiae.* c. 64 cit. om. *quidem.* 3 *praec. Nec cont. psent. crim. quidq. fedentur.* o) Hinc incip. cod. Bamb., sed ita *Iudacis vel paganis.* Vv. *Iudaeis — immutent* des. in c. 64 cit. p) Cod. Bamb. *mat. serviat.* q) c. 64 C. Th. cit. *Dat. VIII. Id. Aug.* c. 47 cit. *Dat. VIII. Id. Oct.* c. 62 cit. *Dat. XVI. Kal. Aug.* 3 *Dat. VI.* Cf. supr. not. *s.* r) 5, 6 *aquil'e Constantinopoli domino aug. th.* 2 *cons'* et Sirm[a]. — Sirm[d]. *Coss.* pro *D. N.* Bou. *Aquil. Cons. D. N.* c. 47 et 64 citt. *Aquileia.* Lab. om. *D. N.*, ut Sirm[e]. s) 1, 2 om. *XI.* t) 1, 2, 5, 6, Sirm[a]. — Sirm[d]. om. *Coss.* 3 *cesare cons.* Florus *Caesare III.*

VII.

UT EXCEPTIS QUINQUE SOLITIS CRIMINIBUS, ALIORUM OMNIUM REI CARCERIS CUSTODIA PROPTER PASCHALEM SOLENNITATEM LIBERENTUR [u].

Imppp. [v] *Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Eutropium Pf. P.* Placida beneficia lenitatis, Dei omnipotentis arbitrio [x] commoti, pro felicitate saeculi publicamus: ut illos, quos imminentis [y] supplicii terror exagitat, insperatae miserationis indultio, securitati perpetuae restitutos, ad communis vitae [z] gaudia, depulsa culparum acerbitate, perducat, ut novae reparationis luce perfusi melioris [zz] vitae teneant novitatem. Ideo denique pro festivitate Paschali, quam communi et praecelsa professione veneramur, noxas remittimus: ut ii [a], quos mansuetudinis nostrae indulgentia liberavit [b], melioris instituti [c] praecepta sectantes, nihil periculosum audeant [d] perpetrare, Eutropi parens [e] carissime atque amantissime *), exceptis his, quos quinque [ee] immanitas criminum minime patitur relaxare [f], ceteros carceris custodia liberatos statui pristino restituat, ut communi traditi [g] libertati concessae securitatis gratia perfruantur [h]. (384 — 387.)

VIII.

UT PRAETER QUINQUE CAPITALIA CRIMINA OMNES REI, QUOS PASCHALIS SOLENNITAS IN CARCERE INVENERIT, DIMITTANTUR PRO GAUDIO ET VENERATIONE TANTAE FESTIVITATIS [i].

Imppp. [k] *Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Antiochino* [l]. Studiis [m] nostrae serenitatis, quibus etiam praeter consuetudinem statutae atque annuae lenitatis ad propagandas ex more indulgentias naturali beneficio semper animamur, desideratum bonis mentibus tempus adhaeret [n]. Neque enim alias magis talibus [nn] beneficiis imperatoriam decet aequare pietatem, quam cum toto penitus orbe terrarum sacer dies festiva solennitate reparatur. Et nos quidem, praeter hanc velut indictam et maioribus traditam pro religionis observatione clementiam [o], liberandis paene omnibus, quos legum severitas strinxerit, effusa penitus humanitate, opera sacra mentis exserimus. Quin per omne hoc [oo], quod inter venerandos et celebres dies [p] medium fluit tempus, catenis levamus, exilio solvimus, a metallo abstrahimus, deportationibus liberamus, cum satis constet, nullum prope diem esse, quo non aliquid clemens sanctumque iubeamus; censentes nos etiam damnum [q] quoddam horarum pati, si qui liberetur, nullus occurrerit. Ex quo apparet, properato nos semper arripere istam necessariam exsolvendis [r], quatenus tamen iusta humanitas patitur, legibus sanctimoniam quamque [s] continuamus omnibus temporum metis, esse voluntariam. Neque enim convenit inter festivas ceremonias et venerabiles sacri temporis ritus [t] strepere infelicium dissonas voces, trahi ad communem misericordiam horrentes passis [u] feraliter crinibus reos, audiri [v] tractos ex imo pectore gemitus: cum utique bene sibimet sacra et laeta conveniant et [x] non deceat inter serena votorum ac dicatas aeterno numini pias [y] voces aliquid triste sentire, audire, conspicere. Unde notam beneficiis nostris [z] non supprimimus lenitatem. Aperimus quin etiam carcerem, vincula deponimus, impexos tenebrosae paedore custo-

— c. 7. Codd. 1, 2 *c. 7.* Sirm [a]. — Sirm [e]. *c. 7 Append. Cod. Theod.* Cod. 3 *Tit. XIII de Reis In Pascha de Carcere Educendis* post c. 5 Append. C. Th., ubi vid. not. super. Codd. 5, 6 *Tit. XIIII* (cf. c. 1, 4 — 6, not. sup.) *De his qui pro paschali festivitate de carceribus educuntur.* Eadem rubrica, sed sine numero, sequitur in cod. Ambros. C. 29 rubricam ad c. 5, not. sup. enotatam. Reliquae Appendicis C. Th. constitutiones non commemorantur in codd. 3, 5, 6, cod. Ambr. C. 29. Vid. infra not. *h.* Cf. tit. C. Th. de Indulgentiis criminum (IX, 38) et Go. l. c. T. III, p. 296 et 304 (ed. Ri.).

— c. 8. Codd. 1, 2 *c. 8.* Sirm [a]. — Sirm [e]. *c. 8 Append. C. Th.* Indicatur etiam in cod. Reg. Par. Suppl. Lat. 215. Vid. not. *i.* Cf. tit. C. Th. de Indulgentiis criminum (IX, 38) et Go. in Comm. ad illum tit. T. III, p. 296 et 304 (ed. Ri.).

---

u) Rubrica deest in codd. 1, 2. De rell. codd. vid. not. super. v) 1, 2 *Imperatores — Praef. Praetorii.* Sirm [d]. et [e]. *Impp.* Codd. *Archadius.* 3 *Eutropio ppo* et om. *et*, *AAA. ad.* 2 om. *AAA.* x) 1 *arbitria.* Ita etiam 2. y) 1 *emenentis.* 5, 6 *eminentis.* Infra 6 *securitatis.* z) 1, 2 *adque communis vitae.* zz) 2 sec. Mill. *ut non praeparationis luce perfrui melioris.* a) 3 *ut hi*; rell. codd. *ut hii.* b) 2, 5, 6 *liberarit.* c) 6 *institutionis*, sed em. *instituti.* d) 1 *audiant*, sed em. *audeant.* e) 5, 6 add. *O.* 1 *caressime adque.* *) Aliquid h. l. deest, quo referendum est *restituat.* Sine dubio excidit pars formulae, qua imperatores praefectos pr. alloquuntur, veluti *Illustris itaque et magnifica auctoritas tua.* ee) Vid. c. sq. et c. 2 C. Th. de Indulg. crimin. (IX, 38) ibique Go. in comment. T. III, p. 295 (ed. Ri.). f) 3 *exceptis ergo his quos inmanitas V criminum m. p. relaxari.* Etiam 5, 6 *relaxari*, quod mihi non displicet. g) 1, 2 *communiter aditi.* 3, 5, 6 *communiter additi.* h) Add. 384—387. Nam anno 383 Arcadius creatus est Augustus a Theodosio patre, et anno 388 Eutropius desierat esse Praef. praet. Cum Gratiani non sit facta mentio mense Augusto a. 383 occisi, h. c. aliquot tempus post mensem Augustum data sit necesse est. Et cum paschalis festivitas commemoretur, reposui illos annos. In cod. 3 sequitur tit. XIIII (C. Th. lib. XVI. tit. XI.) de Religione, in codd. 5, 6 c. 1 C. Th. de Accus. (IX, 1). Cod. Ambr. post rubricam supra nominatam add. *Expliciunt tituli — Lib' teodosiani.*

i) Rubrica deest in codd. 1, 2; habetur in cod. Reg. Par. Suppl. Lat. 215, ubi add. *Expliciunt Ex Corpore Teodosiani Codicis Libri Sedecim* et desunt seqq. Appendicis C. Th. leges. k) Sirm [d]. et [e]. *Impp.* l) 1, 2 om. *AAA. Antiochino.* Dignitas deest et in codd. et in edd., neque alicubi Antiochini mentionem inveni. Infra appellatur spectabilis. Fortasse scrib. *Antiocheno.* Vid. infr. not. *ee.* m) Sirm [b]. — [e]. *Studii.* Infra 1 *laenitatis ad propacandas* et 2 *animamus.* n) 1 *adiret.* 2 *adire.* nn) 2 *alias magistratibus.* o) 2 add. *a.* oo) 1, 2 *opere sacramentis exser. Quin pro homine hoc.* p) 1 *et celebrandos dies.* Sirm [d]. et [e]. *venerandos ac dies celebres.*

diae crines decenter amovemus [a]. Eripimus [b] omnes feralibus poenis, praeter eos, quibus pro magnitudine scelerum non decet subveniri. Habeant illa generalibus excepta indulgentiis crimina suum fatum, ut [c] competens maiorum scelerum reos exitus teneat. Nullius nos manibus in absolvendis iniuriam faciemus homicidis; nullius inultos toros remisso adulteriorum ac talium scelerum supplicio deseremus; caussam, quae [d] late tenditur, maiestatis integram reservamus. Non aliquos in astra peccantes, non venenarios aut magos, non falsae monetae reos absolvendorum felicitati connectimus: si quidem digni non sunt festivae lucis usura, a quibus graviora commissa sunt, quam prudens solet liberare clementia. Et ne diutius in hac criminum serie latior versetur oratio, exceptis solitis [e] quinque criminibus, alios relaxamus, Antiochine [ee] carissime ac iucundissime. Quocirca spectabilitas tua nostrae mansuetudinis scita quantocius iubebit impleri, ut velocius laeta propagentur, atque in communi omnium celebritate suspendi, quicunque merentur [f] absolvi. *Dat. X. Kal. Mai. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio Coss.* [g] (386.)

IX.

[h] UT DAMNATOS AB EPISCOPIS CLERICOS ET AB ECCLESIA SEGREGATOS CURIA SIBI VINDICET.

Impp. Arcadius et Honorius AA. Theodoro II. [i] *Pf. P.* Utinam quidem hi tantum clericorum nomen induerent, quorum in deteriorem partem relabi vita non possit. Esset laetitia communis et facile pios [k] ritus cultusque divinos veneratio humana sequeretur. Sed facile vitia subrepunt [l], ut illuc etiam error irrepat [m], ubi esse nisi pura non possunt. Et si censura iudicii sacerdotalis in specula provideat, ut inter bonos non sint, qui boni esse non possunt, ne [n] tamen crimina deprehensa luxurient et sit libera peccantibus pertinacia, placet, ut, quemcunque [o] clericum indignum officio suo episcopus iudicaverit [p] et ab ecclesiae ministerio segregaverit, aut si qui [q] professum sacrae religionis obsequium sponte dereliquerit, continuo eum [r] curia sibi vindicet, ut liber [s] illi ultra ad ecclesiam recursus esse non possit, et pro hominum qualitate vel quantitate [t] patrimonii vel ordini suo vel collegio [u] civitatis adiungat [v], modo ut quibuscunque apti erunt, publicis necessitatibus obligentur, ita ut colludio quoque locus non sit: ut [x] per singulos binae librae auri inferendae aerario nostro a decem primis curialibus exigantur, si alicui [y] illicitam conniventiam [z] et colludia foeda praestiterint, omnisque hominibus improbissimis [a] ab omnibus officiis [b] militiae aditus obstruatur [c]. Nusquam enim fidi esse possunt, quos infideles Deo summo ecclesia refutaverit, Theodore *) parens carissime atque amantissime. Quod illustris magnificentia tua in omnium notitiam datis ad singularum iudices provinciarum [d] literis faciet pervenire, ut universis id proposita solenniter edicta declarent. *Dat. V.* [e] *Kal. Dec. Ravennae, Basso et Philippo VV. CC.* [f] *Coss.* (408.)

X.

UT CLERICI CUM EXTRANEIS FEMINIS NON HABITENT, ET SACRARUM VIRGINUM RAPTORES DEPORTATIONE PLECTANTUR [g].

Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio Pf. P. Religiosi sacerdotis fida suggestio exigit probabilem

— c. 9. Codd. 1, 2 *c.* 9. Sirm [a]. — Sirm [e]. *c.* 9 *Append. C. Th.* Ex h. c. deprompta est c. 39 C. Th. de Episcopis (XVI, 2). Coniungenda est cum c. 45 C. Th. de Haeret. (XVI, 5). Fere eodem die data est c. ult. C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16). Ceterum cf. C. Th. XVI, 2, 39, not. sup. et IX, 40, 20, not. *bb.*
— c. 10. Codd. 1, 2 *c.* 10. Sirm [a]. — Sirm [e]. c. 10 *Append. C. Th.* Ex hac lege haustae sunt c. 44 C. Th. de Episc. (XVI, 2), mut. pr. et c. 3 C. Th. de Raptu vel matr. sanctim. virg. (IX, 25).

q) Sirm [e]. *domnum* et Sirm [c]. *quodam.* 2 *honorum* pro *horarum* et infra *quis.* r) 1 *ex te solvendis*, sed del. *te.* Obscurum est illud *exsolvendis legibus.* Significat *exsolvere* h. l. tollere. Quid si scrib. *Exsolvendi legibus?* Fortasse sufficit construere *sanctimoniam necessariam exsolvendis legibus*, h. e. quae necessaria est ad tollendas leges, i. e. ad concedendam indulgentiam. s) 1 om. *quam*, ut etiam 2. t) 1, 2 *venerabilis s. t. r.* Sirm [d]. et [e]. *temporis sacri ritus.* u) 1, 2 *horrentibus pastis.* Deinde 2 *criminibus* pro *crinibus*. *Passi crines* non solum ap. Virg. Aen. 1, 484, sed etiam apud Caes. de B. G. I, 51. v) 1, 2 *audire et tractos.* x) 1, 2 om. *et.* y) 1 *se renovatorum addictas aeternorum impias.* 2 *serenovatorum ac d. eternorum impias.* z) Sirm [d]. et [e]. *Unde nostris beneficiis notam.* a) 1 *amovimus.* b) 1, 2 *arripimus.* c) 2 *et.* d) 2 *qua.* Infra *obsolvendorum.* e) 1 add. *notisque.* Etiam 2 add. *notisque*, sed om. *quinque.* ee) 2 *antiochene.* f) 1, 2 *meretur.* g) *Coss.* deest in codd., sed in cod. 2 est *ɔss* post *Constantinopoli*, i. e. *Coss.* Edd. om. annum.

h) Rubrica deest in codd. 1, 2. i) 1, 2 *Th. iterum.* Vid. de hac inscr. c. 39 cit., not. *k*; falsa enim est. Edd. *Praef. praetorii.* 2 om. *Pf.* et c. 39 cit. *II.* k) 2 *plus ritas cultasque divinus.* l) Sirm [d]. et [e]. *subrepunt*, Sirm [c]. *subripunt*, codd. Sirm [a]. et [b]. *subripiunt.* Recte editum esse existimo *subrepunt* in Sirm [d]. et [e]. Etiam in seqq. codd. *inripiat* pro *irrepat.* Vid. not. *m.* m) 1, 2 *inripiat.* 2 *orror*, supra lin. *horror.* n) 2 *nec.* o) Cum v. *quemcunque* incip. c. 39 C. Th. de Episc. cit. p) Codd. *iudicarit.* q) Edd. *si qui*, ut c. 39 cit. 1 *quis* et 2 *aut quis.* r) 1, 2 *derel. ut continuo cum.* Sirm [c]. *derelinquerit.* s) 2 *et liber.* t) c. 39 cit. *et quantitate.* u) 1 *vel collictio.* 2 *vel collectio.* v) c. 39 cit. *adiungatur*, recte. x) c. 39 om. *Ut*, sed add. *igitur* post *singulos.* y) c. 39 *si aliquibus.* z) Codd. et edd. *conhibentiam.* a) c. 39 *pr.*, *hominibusque improbissimis.* b) Sirm [d]. et [e]. *ab officiis omnibus.* c) Cum v. *obstruatur* desin. c. 39 cit. Propter vv. *Nusquam — refutaverit* Go. ad c. 39 cit. h. c. falsam esse dicit. At quid caussae in his vv. sit, ut falsa h. c. iudicetur, me assequi non posse fateor. *) 1 *Theodure.* Infra om. 2 *tua.* d) 1, 2 *provinciae.* e) Vid. c. 39 cit., not. *i.* f) 1, 2 *filippo vvccls.* Sirm [d]. et [e]. *Phil. IV. CC. Conss.*, err. c. 39 cit. om. *VV. CC.* et edd. annum.

g) 1, 2 om. non solum rubricam, sed etiam inscriptio-

saeculo disciplinam. Agit enim bonis moribus, ne clerici sacris ministeriis servientes feminis iungantur externis, quas decolore consortio sororiae appellationis excusant. Credimus quidem, hanc devotis mentibus Dei inesse reverentiam, ut diversorii huius habitaculum conscientia pravae persuasionis ignoret. Sed hac societate seu amicitia non penetret*), fama contaminat, datque sinistris moribus[h] locum alterni sexus adiunctio, cum foris positos ac publico iure viventes ad illecebram criminis trahit obscoenae suspicionis exemplum. Quae cum ita sint, illustris et praecelsa magnificentia tua praesentis oraculi sanctionem propositis ubique divulget edictis, ut noverint cuncti, qui cuiuscunque[i] gradus sacerdotio fulciuntur vel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierum interdicta consortia: hac sibi tantum[k] facultate concessa, ut matres[l], filias atque germanas intra domorum suarum septa contineant. In his enim nihil scaevi[m] criminis aestimari foedus naturale permittit. Illas etiam non relinqui castitatis hortatur affectio, quae ante sacerdotium maritorum legitimum[n] meruere coniugium. Neque enim clericis incompetenter adiunctae sunt, quae dignos sacerdotio[o] sui conversatione fecerunt[p]. Illam vero desiderii partem legum quoque praeeuntium scita solidarunt, ut quisquis dedicatam Deo[q] virginem prodigus sui raptor ambierit, publicatis bonis deportatione plectatur: cunctis accusationis huius licentia absque metu delationis[r] indulta. Neque enim[s] exigi convenit proditorem, quem pro pudicitia religionis invitat humanitas. *Dat. VIII. Id. Mai.*[t] *Ravennae, D. N.*[u] *Theodosio Aug. IX. et Constantio*[v] *III. V. C. Coss.* (420.)

XI.

A QUIBUS ONERIBUS ECCLESIAE HABEANTUR IMMUNES[x].

Impp. Honorius et Theodosius AA. Melitio Pf. P.[y]

Recte clementiam nostram sacrosanctae religionis obsequiis devotis assiduitatibus servientem ad confirmationem privilegiorum, quae ecclesiis dicavit[z] vetustas, magnificentiae tuae suggestio[a] religiosa commonuit, ut temerariorum hominum conatibus penitus oppressis, quibus studium est, Christianam innocentiam semper appetere[b], eam nostri formam sanciamus arbitrii, cui deinceps[c] nullus impune refragator[d] exsistat. Placet igitur, rationabilis[e] consilii tenore perpenso, quoniam remedia confusa[f] nequissimis ausibus viam relinquunt, destricta moderatione praescribere, a quibus specialiter necessitatibus ecclesiae urbium singularum habeantur immunes. Primo[g] quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne praedia usibus coelestium[h] secretorum dicata sordidorum munerum fasce vexentur[i]. Nulla iugationem talium privilegiorum sorte gratulantem[k] muniendi itineris constringat iniuria; nihil extraordinarium ab hac vel superindicticium[l] flagitetur; nulla pontium instauratio[m], nulla translationum sollicitudo gignatur. Non aurum ceteraque talia[mm] poscantur. Postremo nihil, quod praeter canonicam illationem adventiciae necessitatis sarcina[n] repentina depoposcerit, eius functionibus adscribatur[o]. Vacent ecclesiae solis, quibus bene consciae sunt[p], divinae praedicationis officiis, cuncta in orationibus[q] celebrandis horarum omnium momenta consumant. Gaudeant nostra in perpetuum liberalitate munitae, quarum nos erga cultum pietatis aeterna[r] devotione gaudemus. Quapropter sublimis magnificentia tua, religiosis motibus[s] in huiusce modi negotio nobiscum decenter accincta, oraculi praesentis atque in omne aevum perpeti firmitate duraturi serie comperta, roboratis[t] omnibus, quae sacrosanctae venerationis intuitu huiusce sanctionis auctoritate praescribimus, provinciarum iudices scriptis currentibus admonebit, quo evidenter agnoscant, universos, qui deinceps[u] temerariae praesumptionis adnisu in iniuriam ecclesiarum nostrique praecepti aliquid fortasse tentaverint, severissima inter-

— c. 11. Codd. 1, 2 *c.* 11. Sirm[a]. — Sirm[e]. *c.* 11 *Append. C. Th.* Deprompta est ex hac lege c. 40 C. Th. de Episcopis (XVI, 2). Florus l. c. IX. (XII.)

nem legis. *) Haec vv. aut obscura aut corrupta sunt. Fortasse leg. *penetrēt*, i. e. *penetrentur* (sc. devotae mentes clericorum). *Famam contaminat* etc. h) Codd. *moribus*, edd. *rumoribus*. Mox 2 *positus hac.* i) c. 44 C. Th. cit. ita incipit: *Eum, qui probabilem saeculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiae appellationis non decet. Quicunque igitur cuiuscunque.* k) c. 44 C. Th. cit. *consortia cognoscant*; *hac eis tantum.* l) 1, 2 *matris.* Infra 2 *contineant ut in.* m) Sirm[c]. — [e]. *saevi.* n) 1, 2 *legitime.* o) Sirm[d]. et Sirm[e]. *sacerdotii.* 2 add. *vivos*, sine dubio errore pro *viros*, quod c. 44 C. Th. cit. h. l. addit. p) Cum v. *fecerunt* deficit c. 44 C. Th. cit. Sirm[c]. — [e]. *Illa.* q) Cum vv. *Si quis dicatam Deo* incip. c. 3 C. Th. cit. r) 1, 2 *dilationis.* Supra Sirm[a]. typ. errore *accusatiouis.* s) 1, 2 om. *enim.* t) Vid. c. 3 C. Th. cit., not. *g* et c. 44 C. Th. cit., not. *c.* u) 1 *Dom. non.* c. 3 C. Th. cit. om. *D. N.* c. 3 et c. 44 C. Th. citt. *Ravenna.* v) 1, 2 *Aug. VIII. et Constantio.* Sirm[d]. et [e]. *Constantino.*
x) 1, 2 om. rubricam. y) 1 *Dn̄n̄ Imp Tr̄ — Praefecto.* 2 *Dn̄n̄ imp̄t̄r̄ honorius* etc. 2 et edd. *praetorii.* z) 1, 2 *confirmationem privilegii q. e. decavit*, sed in 2 emend. *dicavit.* a) 1, 2 *tuae suggeri.* b) Sirm[c]. — [e]. *apparere*, mendose. c) Sirm[d]. et [e]. *deinde.* d) 1 *reflagator.* 2 *inpone refrangatur*, sed corr. *inpune refrangatar.* e) Cum vv. *Placet rationabilis* incipit c. 40 C. Th. de Episc. (XVI, 2). Infra 2 *perpensa.* f) 1, 2 *quoniam quid remedii conf.* Vv. *quoniam — relinquunt* des. in c. 40 cit. Mox edd. codd. *districta.* Ex c. 40 C. Th. cit. ed. *destricta.* g) c. 40 cit. *Prima.* 2 *habeatur — illi usurpationis.* h) 1 *ne dausibus cael.* 2 *nedatisibus.* i) 1, 2 *vexetur.* k) c. 40 cit. *Nullam iugationem, quae talium pr. s. gratulatur.* Vid. ibi not. *e.* l) c. 40 *ab hac superindicticiumve.* 2 *superindicium.* m) 1, 2, c. 40 cit. *instauratio*; edd. *restauratio.* mm) 2 *catolica.* n) c. 40 cit. *Postremo n., pr. c. i., quod a. n. s.* o) Pro seqq. in c. 40 cit. post v. *adscribatur* haec habentur: *Si quis contravenerit, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, exilio perpetuae deportatio-*

minatione quatiendos, ita ut in talibus deprehensi, contumacia fervente peccati, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda[uu] est, exilio perpetuae deportationis utantur*). *Dat. VIII. Kal. Iul.* **) *Ravennae, DD. NN. Honorio IX. et Theodosio*[v] *AA. IV.*[x] *Coss.* (412.)

XII.

ADVERSUS HAERETICOS ET GENTILES, ET DE UTRORUMQUE AEDIFICIIS ATQUE TEMPLIS AD USUM PUBLICUM VINDICANDIS[y].

Impp. Honorius et Theodosius AA. Curtio[z] *Pf. P.* Profanos haereticorum spiritus superstitionemque gentilium vel sola quidem religiosorum virorum sacerdotum Dei in observandis sollicitudo criminibus, sedulitas in monendo, auctoritas in docendo, emendare debuerat. Nec nostrarum tamen legum scita cessarunt, quae in Dei omnipotentis cultum, poenae[a] etiam terrore proposito, reducerent deviantes, ignaros quoque in ministeria divina formarent. Sed nimirum ipsa vis mali humana pariter ac divina permiscens, deceptos plerosque persuasionibus pravis, tam in praesens, quam in[b] futurum impellit exitium: et Deo simul ac nobis perdit infelicium vitas, quas et hic legibus dedit, et illic[c] cogit ferre iudicium. Compulsi igitur Donatistarum pertinacia, furore gentilium, quae quidem mala desidia iudicum[cc], conniventia[d] officiorum, ordinum contemptus accendit, necessarium putamus iterare, quae iussimus[e]. Quapropter omnia[f], quae in Donatistas, qui et Montenses[g] vocantur, Manichaeos sive Priscillianistas[h] vel in gentiles a nobis generalium legum auctoritate decreta sunt, non solum manere decernimus, verum in executionem plenissimam effectumque deduci: ita ut aedificia quoque vel horum vel Caelicolarum etiam, qui nescio cuius dogmatis*) novi conventus habent, ecclesiis vindicentur. Poena vero lege proposita velut[hh] convictos tenere debebit eos, qui Donatistas se confessi fuerint vel Catholicorum sacerdotum scaevae religionis obtentu communionem refugerint[i], quamvis Christianos se[k] esse simulent. Iam vero templorum[l] detrahantur annonae et rem annonariam iuvent[m] expensis devotissimorum militum profuturae. Simulacra, si qua etiam nunc in templis fanisque consistunt et quae aliquem[n] ritum vel acceperunt vel accipiunt paganorum, suis sedibus revellantur[nn], cum hoc repetita sciamus saepius sanctione decretum[o]. Aedificia ipsa templorum, quae in civitatibus vel oppidis vel extra oppida sunt, ad usum publicum vindicentur, arae locis omnibus destruantur, omniaque templa in possessionibus nostris ad usus accommodos transferantur, domini destruere cogantur. Non liceat omnino in honorem sacrilegi ritus[p] funestioribus locis exigere[q] convivia vel quicquam solennitatis agitare[r]. Episcopis quoque locorum haec ipsa prohibendi ecclesiasticae manus tribuimus facultatem[s]. Nam et agentum in rebus exsecutionem, Maximi, Aeliani, Eutychi[t], ut ea, quae generalibus legibus contra Donatistas, Manichaeos atque huius modi haereticos vel gentiles statuta sunt, impleantur, indulsimus. Qui tamen scient, in omnibus modum statutorum esse servandum, ut ea, quae contra vetitum videntur esse commissa, mox iudicibus iuxta vim legum deferant vindicanda. Quos quidem viginti librarum auri poena statutae[u] dudum mulctae constringet[v], pari mulcta officiis ordinibusque proposita, si haec, quae statuimus, eorum fuerint dissimulatione neglecta, Curti[x] parens carissime atque amantissime. Quod ad continendos hominum mores religionemque[y] provisum et ad rectores provinciarum sublimis magnificentia tua faciet pervenire*), et digno per omnes iubebit vigore[z] servari. *Dat. VIII.*[a] *Kal.*

— c. 12. Codd. 1, 2 *c.* 12. Sirm [a]. — Sirm [e]. c. 12 *Append. C. Th.* Haustae sunt ex hac lege c. 43 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) et c. 19 C. Th. de Paganis (XVI, 10).

nis uratur. A v. *Vacent* incip. Florus l. c. p) 2 *conscientiae sunt.* q) 1 *in rationibus.* 2 *in rationabilibus.* r) 1 *aeternae.* Florus *pietate et aeterna.* s) 1, 2 *mentibus.* Infra 2 *ad cuncta* pro *adcincta.* t) 1, 2 *roborati.* u) Sirm [d]. et [e]. *deinde.* uu) 2 *promerenda.* *) Scrib. *urantur.* Vid. c. 40 cit., not. *r.* **) c. 40 C. Th. cit. *Iun.* et *Ravenna.* v) 1 om. *IX. et Th.*, 2 om. *Honorio IX. et*, c. 40 C. Th. cit. *DD. NN.* x) Scrib. *V.*, uti habet c. 40 C. Th. cit.

y) Rubrica deest in codd. z) Codd. *Cursio.* 2, edd. *Praef. Praetorii.* Inscriptio deest in cod. 2, sed restituta est a secunda manu (*Imperator honorius eteodosius* etc.). c. 19 C. Th. de Paganis cit. *Imppp. Arcad. Honor. et Theod. AAA.* Vid. ibi not. *d.* a) Sirm [d]. et [e]. *poena,* mendose. Supra 2 *sed utilitas* pro *sedulitas.* b) Sirm [d]. et [e]. habent *tamen in pr., quam* et om. *in.* c) 1 *illico.* cc) Post v. *iudicium* duo versus et dimidius erasi sunt in cod. 2, sed deest nihil. d) Edd. *conhibentia.* 2 *coibentia*, supr. lin. *conibentia.* e) 1, 2 *nec. putamus quae iterare quaeiussimus.* f) 1, 2 *Quapropter ut omnia.* In v. *Omnia* incip. c. 43 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) cit. g) 1, 2, Sirm [a]. — Sirm [d]. *Monteses.* Recte Sirm [e]. *Montenses.* Vid. C. Th. XVI, 5, 43, not. *l.* h) 1 *Priscilianistas.* 2, Sirm [a]. — Sirm [d]. *Priscillianitas.* Recte Sirm [e]. *Priscillianistas.* Post v. *Priscill.* in cod. 2 nonnulla vv. erasa sunt, sed constitutionis ipsius nihil excidit. *) 1, 2 *etiam nescuius docmatis.* hh) c. 43 cit. *veluti.* i) c. 43 *cath. communionem refugerint sc. religionis obtentu, quamvis Chr. esse se simulent,* cum quibus vv. desinit c. 43 cit. Sirm [d]. Sirm [e]. *effugerint.* Ante 1 *scaeve* et 2 *sce vere relig.* k) 1 om. *se.* l) In v. *Templorum* incip. c. 19 C. Th. de Paganis cit. m) 1, 2 *iubent.* Vid. c. 19 cit., not. *yy.* Sirm [c]. *annanoriam.* n) c. 19 cit. *alicubi.* nn) c. 19 cit. *evellantur.* o) 1, 2 *discretum.* Mox 1 *distruere* pro *destruere* et 2 *transferentur.* p) 1 om. *sacrilegi ritus.* q) c. 19 *exercere convivia.* 1 *exegere c.* r) Ex c. 19 rec. *agitare.* Codd. 1, 2 et edd. *agitari.* s) c. 19 *facultatem. Iudices autem XX librarum* et desunt intermedia vv. 2 *facilitatem* pro *facultatem.* t) 1 *Euthyci.* 2 *Iuliani Euthici.* u) 1 *p. statuta est* et 2 *poenas statuta est.* v) c. 19 desinit in vv. *auri poena constringimus et pari forma officia eorum, si haec eorum fuerint dissimulatione neglecta.* x) 1 *Curt.* 2 *Curte.* y) 2 *religionumque.* *) 2 *provenire.* z) 1, 2 *pervigore.* a) Memorabilis est haec subscr., de qua vid. praefationem Codicis Theodosiani

Decembr. Romae. (407.) *Proposita Karthagine*[b] *in foro, sub programmate Porphyrii*[c] *Proconsulis Non. Iun., Basso et Philippo*[d] *VV. CC. Coss.* (408.)

XIII.

DE CONFUGIENTIBUS AD ECCLESIAS, UT QUINQUAGINTA PASSIBUS EXTRA FORES SECURI SINT: ET UT EPISCOPO CARCERES VISITANTI LIBER ADITUS PATEAT[e].

Impp. Honorius et Theodosius Pii Augg . . . . . *) Convenit, nostris praescita[ee] temporibus ut iustitiam inflectat humanitas. Nam cum plerique vim fortunae saevientis aufugerint atque ecclesiasticae defensionis munimen[f] elegerint, patiuntur inclusi non minorem quam vitavere custodiam. Nullis enim temporibus in luce vestibuli eis aperitur egressus[ff]. Atque ideo quinquaginta passibus ultra basilicae fores ecclesiasticae venerationis sanctitas inhaerebit. Ex quo loco quisquis[g] tenuerit exeuntem, sacrilegii crimen incurrat. Nihil enim confugientibus miserationis impenditur, si aura liberior negatur afflictis. Eam quoque sacerdoti[h] concedimus facultatem, ut carceris ope miserationis aulas introeat, medicetur aegros, alat pauperes, consoletur insontes et cum singulorum caussas cognoverit[i], interventiones suas apud iudicem competentem pro iure[k] moderetur. Scimus enim idque crebris aditionibus supplicantum[l], frequenter ideo plerosque in custodia detrudi, ut adeundi iudicis libertate priventur: et cum[m] semel coeperit humilior persona pati custodiam, antequam caussa sciatur, iniuriae poenam sustinere compellitur. Confestim duas auri libras fisco nostro contumax solvet officium, si sacerdotem negotia tam sancta curantem ianitor feralis[n] excluserit. *Dat. XI. Kal. Decembr. Ravennae, Monaxio et Plinta*[o] *VV. CC.*[p] *Coss.* (419.)

XIV.[q]

DE EPISCOPIS IN AFRICA VEXATIS: UT CAPITALI SENTENTIA DEINCEPS IN EOS VINDICETUR, QUI ECCLESIIS VEL EPISCOPIS AC MINISTRIS INIURIAM INTULERINT[r].

Impp. Honorius et Theodosius AA. Theodoro viro Ill. Pf. P.[s] Dubium non est, conniventia[t] iudicum fieri et[u] culpabili dissimulatione inultum relinqui, quod ad turbandam quietem publicam in contemptum Christianae religionis, quam debito cultu veneramur, sub publica testificatione commissum addiscimus et pariter non punitum. Vicina[v] peccato in iudice dissimulatio est, quem ignoratio commissi criminis non defendit. Per provinciam Africam tantum quorundam temeritati licuisse comperimus, ut Christianae legis antistites de propriis domibus raptos, vel quod est atrocius, de ecclesiae catholicae penetralibus protractos, cruciatibus diversis afficerent: alios ad solam[x] divini cultus iniuriam, avulsa capillorum parte foedatos vel alio iniuriae genere deformatos concurrentium speculis exhiberent, ut esset[xx] circa eos venia gravior, quorum saluti contemptus ignoverat. Tanti sceleris nefas et immane flagitium nunquam ante compertum, Africanorum iudicum[y] auctoritas nec creditae sibi potestatis iure persequitur, nec debita cura referendi[yy] in nostram facit notitiam pervenire. Ignorari[z] ab his potuisse non credimus, quod commissum in civitatibus publice memoratur: quod iugi et magistratuum et ordinum cura, stationarii apparitoris sollicitudo, quae ministra est, nuntiorumque indicium[a] absentiae exhibet potestatum[b]. Licet enim insinuare levia, graviora reticere, non tacuisse, quod propriis innotescere rectoribus per alterum formidarent[c], nisi intelligerent, nolle iudicem vindicare. Exspectandum fuit institutis accusationibus contra professionis propriae sanctitatem, ut episcopus suas per-

---

— c. 13. Cod. 1 c. 13. Sirm[a]. — Sirm[e]. c. 13 *Append. C. Th.* In cod. 2 praefigitur numerus *XII.* Invenitur haec lex praeterea in codice S. Germani de Pratis 936 (nunc Reg. Par. Suppl. Lat. 26), ex quo Fratres Benedictini (Nouveau Traité de Diplom. T. III, p. 218 et tab. 46, num. III.) particulam eius ediderunt. Vid. infr. not. *h* et praefationem, not. 29. C. Th. IX, 45. Go. l. c. T. III, p. 402 (ed. Ri.).

— c. 14. Codd. 1, 2 s. num., sec. ser. c. 14. Sirm[a]. — Sirm[e]. c. 14 *Append. C. Th.* Depromptae sunt ex hac lege c. 31 C. Th. de Episcop. (XVI, 2), ubi vid. not. super., et c. 46 C. Th. de Haeret. (XVI, 5).

---

p. XLI, not. 242. Codd. 1, 2 *VII.* c. 43 et 19 C. Th. citt. *XVII.* b) 1, 2 *Cartagine.* Edd. *Carthagine.* In c. 43 et 19 citt. om. *Proposita — Iuniis.* Vid. c. 43, not. *u* et c. 19, not. *d.* c) 2 *porfiri.* 1, Sirm[a]. — Sirm[d]. *Porfyri*, sed *Porfyrii* Sirm[e]. d) 1, 2 *filippo* et om. 1 *VV. CC.*, ut c. 43 et 19 citt., sed 2 habet *uc.* Sirm[d]. et [e]. *IV. CC. Coss.*

e) In codd. 1, 2 om. rubrica. Cod. S. Germ. 936 *Impp. Honorius et Theodosius de azilo eclesiarum.* *) In edd. post *Augg.* sunt duo asterisci; magistratus enim deest. Infra 2 *iustitia.* ee) Obscura vox. Fortasse corr. est *praescribere.* Interim mutata interpunctione edd. Sirm[d]. et [e]. (*Convenit n. pr. temporibus, ut* etc.) locum sanare studui. *Praescita*, sc. humanitas. In rell. edd. non interpungitur. f) 1 *munimine.* ff) Ita 1, 2, Sirm[a]. — [c]. Sed Sirm[d]. et [e]. *ingressus.* An *lucem?* g) 2 *quisque.* h) Vv. *sacerdoti — alunt pauperes* leguntur ap. Benedictinos l. c. in ann. super. 1, 2 *carceres.* i) 1, 2 *causas scrutatus agnoverit.* k) Codd. *competentem pro iure mod.*; edd. *suo iure.* l) Recte ita interpungitur in Sirm[a]. et [b], at in rell. edd. *aditionibus, supplicantum frequenter*, sed Sirm[d]. et [e]. *supplicandum.* 2 *subplicatum.* m) 2 *ut cum.* Sirm[a]. — [c]. *et cum.* 1, Sirm[d]. et [e]. *vel cum.* n) C. Th. IX, 3, 6. o) Codd. edd. *Plenta.* p) 2 *uc. Coss.* Sirm[d]. et [e]. *IV. CC. Consulibus.*

q) 2 *VI* pro *XIV.* r) Rubrica deest in codd. 1, 2. s) Sirm[a]. — Sirm[e]. *Praefecto praetorii.* c. 31 C. Th. de Episc. *Iidem AA.* (Impp. Arcad. et Honor. AA. Vid. infr. not. *d*) *Theodoro Pf. P.* et c. 46 *Iidem AA. Theodoro Pf. P. II. Post alia.* 1, 2 om. *AA.*, pro quo siglo edd. *Augg.* t) Codd. et edd. *conhibentia*, ut infra *conhibentiae.* u) 1 *ut.* v) 1 *una peccato.* 2 *uno peccato.* Sirm[d]. et [e]. *peccata.* x) 1 *alio satro ad solam.* 2 *alios atro ad solam.* xx) 2 *antestites — ut essent.* y) 1, 2 *iudiciorum.* yy) Sirm[d]. et [e]. *reverendi.* 2 *fecit.* z) Sirm[d]. et [e]. *ignorare.*

sequeretur iniurias et reorum[d] nece deposcerent ultionem, quos invitos decet vindicari. Deducitur in hanc necessitatem veniae persuasor alienae, praeceptor indulgentiae, ut de se non ipse tractasse videatur, quod et petenti alius non negaret, aut praeceptis obsecuturus sacerdotii criminosorum impunitati subiaceat[e]. Episcopos et alios ecclesiae catholicae ministros nisi[ee] vigor potestatum et fides iudicum laudabili auctoritate tueatur, erunt addicti audaciae pessimorum. Quapropter iubemus, ut eos, qui talia commisisse dicuntur, diversorum per Africam iudicum[f] sine innocentum laesione requirat auctoritas, ac proprio exhibitos examini, si convinci manifesta probatione cognoverit, cuiuslibet dignitatis et honoris reos probatos aut metallo tradat aut poenam deportationis subire compellat, facultatibus eorum fisco nostro sociatis, ut habeant vitam sibi clementiae nostrae more[g] concessam, quae similibus non donabitur tempore futuro criminibus. Si quidem praesentis legis aeternitate cunctis observandum[h] constituimus, Theodore[i] parens carissime atque amantissime, quod illustris magnificentiae tuae[k] praelatum literis, proponendum edictis, in omnium volumus notitiam pervenire: ut, si quisquam[l] in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in ecclesias catholicas irruens, sacerdotibus et ministris vel ipsi[ll] cultui locoque aliquid importet iniuriae, quod geretur[m], literis ordinum, magistratuum et curatoris[n] et notoriis[o] apparitorum, quos stationarios appellant, deferatur in notitiam potestatum, ita ut vocabula eorum, qui agnosci potuerint[oo], declarentur. Et si per multitudinem commissum dicitur[p], si non omnes, possunt[pp] tamen aliquanti cognosci, quorum confessione sociorum nomina[q] publicentur. Atque ita provinciae moderator, sacerdotum et catholicae ecclesiae[r] ministrorum, loci quoque ipsius et divini cultus iniuriam capitali in[s] convictos vel[t] confessos reos sententia noverit vindicandam[u]. Nec exspectet[v], ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui sacerdotii[x] sanctitas ignoscendi solam[y] gloriam derelinquit[z]. Sitque cunctis non solum liberum, sed etiam[a] laudabile, factas[b] sacerdotibus vel ministris atroces[c] iniurias velut crimen publicum persequi ac de talibus reis ultionem mereri, ut hac[d] saltem[e] ratione, quod agi adversum se per episcopum non posse confidit, ex aliorum accusationibus malorum[f] audacia pertimescat. Et si[g] multitudo violenta civilis apparitionis exsecutione[h] et adminiculo ordinum possessorumve non potuerit praesentari, quod se armis aut locorum[i] difficultate tueantur, iudices Africani armatae apparitionis praesidium, datis ad virum spectabilem comitem Africae literis praelato legis istius tenore deposcent[k], ut rei talium criminum non evadant[l]. Et ne[m] Donatistae vel ceterorum vanitas haereticorum aliorumque[n] eorum, quibus catholicae communionis cultus non potest persuaderi, Iudaei atque gentiles, quos vulgo paganos appellant, arbitrentur, legum ante adversum se datarum[o] constituta tepuisse[p], noverint iudices universi, praeceptis earum[q] fideli devotione parendum[r] et inter praecipua curarum[s], quicquid adversus eos decrevimus, exsequendum. Si[t] quisquam iudicum peccato conniventiae, dissimulandi arte[u], exsecutionem[v] praesentis legis omiserit[x], amissa dignitate graviorem motum se nostrae clementiae subiturum, officium quoque suum, quod saluti propriae contempta suggestione defuerit, punitis tribus primatibus condemnationi viginti librarum auri subdendum[y]. Ordinis quoque viri, si in propriis civitatibus vel territoriis[z] commissum tale aliquid siluerint gratia obnoxiorum[a], deportationis poenam et propriarum amissionem[b] facultatum se noverint subituros. *Dat. XVIII. Kal. Febr. DD. NN. Honorio IX. et Theodosio V. AA.*[c] *Coss. Ravenna.*[d] (412?)

---

a) 1 *nunt. in indicium.* 2 om. *que* post *nuntiorum* et *indicium.* b) 2 *absentia exibet potestatem.* Mox 1 *laevia.* c) 1, 2 *propriam* (pro *propriis*) — *formidare.* d) 1, 2 *et eorum.* Praeterea 2 *necem* — *vindicare.* e) 1, 2 *crim. ea impunitae subiac.* ee) 2 add. *aut.* f) 1 *iudicium*; ita etiam 2. g) 1, 2 *morem.* h) 1 *observandam.* i) Sirm[b]. *Thodore.* k) 1, 2 *magnificentia tua.* l) c. 31 ita incipit: *Si quis in hoc.* ll) c. 31 *ipso.* Vid. ibi not. *l.* m) c. 31 *geritur.* n) c. 31 *curatorum.* o) Em. *notoriis* ex c. 31 cit., ubi vid. annot. *p.* 1, 2, Sirm[a]. — Sirm[e]. *notariis.* oo) 2 *potuerunt.* p) c. 31 cit. *dicetur.* pp) Bene se haberet oratio, si scriptum esset *possint*, quod referretur ad vv. *ita ut.* q) 1, 2 *soc. omnium.* r) Recepi *ecclesiae* ex c. 31 cit.; deest h. v. in codd. 1, 2 et in Sirm[a]. — Sirm[e]. Sed vid. c. 4 eod. (XVI, 2), not. g. s) 1, 2 om. *in.* t) c. 31 cit. *sive.* 2 *convinctos.* u) Sirm[d]. et [e]. *vindicandum*, ut 2. Olim etiam c. 31 *vindicandum.* v) Sirm[d]. et [e]. *exspectes.* 2 *exspectetur.* x) c. 31 om. *sacerdotii.* 1 *sacerdotio sanctitatis.* 2 *sanctitatis.* y) c. 31 olim *soli.* z) c. 31 cit. *dereliquit.* 1 *derelinquid.* 2 *delinquid*, corrig. *delinquit.* a) c. 31 cit. vulg. *sedet.* In mea edit. est *sed etiam.* b) 1, 2 *factū.* c) c. 31 *fact. atr. sac. aut min. ini. veluti publ. crim. pers.* d) c. 31 om. *ut hac* — *pertimescat.* e) 2 *salutem* pro *saltem.* f) 2 *magorum*, sed em. *malorum.* g) c. 31 *Quodsi.* h) 1 *excusationum.* 2 *apparacionis* (corr. *appiracionis*) *excusationum et adminicula.* i) Recte se habet *tueantur.* c. 31 *tueatur.* Codd. 1, 2 *potuerint praestari quos de agris aut locorum* etc. Mox 2 *expectabilem.* k) c. 31 *deposcant.* l) 2 *evadent.* In v. *evadant* terminatur c. 31 de Episcop. cit. m) Cum v. *Ne* incip. c. 46 C. Th. de Haeret. cit. *Ne* om. in codd. 1 et 2. n) c. 46 cit. 1, 2 *aliorumque.* Sirm[a]. — Sirm[e]. *aliorumve*, non male. Ceterum c. 46 *error* pro *eorum*, quod probo. o) 1, 2 om. *se datarum.* p) 1, 2 *cepisse.* Sirm[d]. et [e]. *defuisse.* Vid. c. 46, not. *o.* q) c. 46 *eorum.* Vid. ibi not. *p.* r) 1, 2 *parendos.* Sirm[d]. *parentum.* s) c. 46 om. *curarum.* t) c. 46 *decr., non ambigant exsequendum. Quodsi.* u) c. 46 *iud. loco conniventiae* et om. *dissimulandi arte.* v) 1 *exsecutionis.* 2 *excusationis.* Paullo infra 1, 2 *leges.* x) 1 add. *noverit*, recte. Etiam c. 46 cit. add. *noverit.* y) c. 46 *condemnatione vig. libr. a. plectendum.* 2 *subdendi.* z) 2 *territorii.* a) c. 46 *sil. in gratiam noxiorum.* b) 1, 2 *poenae pr. amissione.* c) Sirm[a]. — Sirm[e]. om. *AA.* d) Ita cod. 1; 2, edd. *Ravennae*, quod v. in Sirm[e]. retrahitur inter vv. *Febr.* — *DD. NN.* Magna difficultate laborat h. c. Nam subscriptio c. 31 C. Th. de Episc. cit., quacum convenit c. 20 C. Th. de Pistoribus (XIV, 3) cum c. 31 coniungenda, plane diversa est: *Dat. VII. Kal. Maii Med., Honorio A. IIII. et Eutychiano*

XV.

EOS INFAMIAE NOTAM SUBIRE, QUI OBIECTA CLERICIS CRIMINA PROBARE NON POSSUNT [e].

Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Melitium Virum illustrem Pf. P.[f] Non cassum veterum prudentia constituit, quod appetitam innocentiam solaretur et purgatis reperit ultionem, ne[g] libera calumniantis[h] intentio insontes affligeret. Terret quidem[i] reum proposita poena criminibus, sed facit[k] accusatorem vindictae contemplatio[l] cautiorem, ne quisquam[m] solis aliquando inimicitiarum stimulis incitatus ingerat non probanda iudicibus. Quae fori aequitas, responsis veterum et legum nostrarum aeternitate solidata, cunctis est delata[n] personis, debet clericis nunc prodesse, quos nonnisi apud episcopos convenit accusari. Quibus nihil convenit habere commune: ne cultus venerabilis[o] sacerdos et Christianae legi[p] dicatus minister, quibus intuitu religionis maior quam ceteris talibus reverentia deferenda est, securo calumniantis arbitrio cuiuslibet criminis nondum probata obiectione maculetur: et talibus personis, quibus dignum est detulisse*) pro merito, peccatum iniuria fieri et sine ultione illicite[pp] patiamur. Quapropter placiturae[q] omnibus legis aeternitate sancimus, ut, si[r] episcopus vel presbyter, diaconus et quicunque inferioris loci Christianae legis minister apud episcopos, si quidem alibi non oportet, a qualibet persona fuerit accusatus, sive ille[s] sublimis vir honoris sive cuiuslibet[t] alterius dignitatis, qui hoc genus miserandae intentionis arripiat[u], ut homo peccatis aliquibus vel criminibus pollutus mentiendo probatos[v] obsequio vel locum tenentes[x] sacerdotii vel divinis servientes mysteriis dilaceret, noverit[y] docenda probationibus, monstranda documentis se debere deferre[z]: in qua si est culpa minister religionis, vitae suae pollutione removendus, sacris non potest interesse secretis. At si huius est vesaniae, quae nullis[a] fulta probationibus composita criminatione talium virorum appetisse propositum videatur, si quis igitur[b] circa huius modi personas[c] non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat, se iacturae famae propriae subiacere: ut damno pudoris existimationisque dispendio discat, sibi alienae verecundiae impune insidiari saltem[d] de cetero non licere. Nam sicut episcopos, presbyteros, diaconos ceterosque, si his obiecta comprobari potuerint, maculatos ab ecclesia venerabili aequum est removeri, ut contempti post haec et miserae humilitatis inclinati despectu, iniuriarum non habeant actionem, ita similis videri debet iustitiae, quod appetitae innocentiae moderatam deferri iussimus ultionem. Ideoque huius modi duntaxat caussas episcopi sub testificatione multorum actis audire debebunt. *Dat. Id. Dec. Ravennae, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.*[e] (412.)

— c. 15. Codd. 1, 2 *c.* 15. Sirm [a]. — Sirm [e]. *c.* 15 *Append. C. Th.* Haec c. fons est c. 41 C. Th. de Episcop. (XVI, 2), ubi vid. not. super. Florus l. c. c. X. (XIII.)

Coss. (398). Differt etiam subscr. c. 46: *Dat. XVII. Kal. Febr. Rav., Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409). Neque Theodorus ann. 412 Pf. P. erat, sed annis 398 et 409, quare in inscriptione c. 46 C. Th. de Haeret. cit. Theodorus *Pf. P. II.* dicitur. Till. l. c. T. V, Notes, p. 70, n. VII. et p. 82, n. XXXIV. datam esse putat hanc legem una cum c. 31 et 46 citt. anno 409. Ego quoque puto substituendos esse consules anni 409, nego vero c. 31 revocandam ad ann. 409; potius hac lege videtur repetita esse constitutio, unde c. 20 et 31 depromptae sunt. Vid. exempla in Praef. Cod. Theod. Scrib. est igitur *Honorio VIII.* (ex quo numero facile poterat oriri *VIIII.*) et *III.* pro *V.* Error enim in consulatus numero propterea est, quia c. 46 non solum die et mense convenit cum h. c., sed etiam loco. Accedit quod in exemplo authentico legis, unde haec c. et c. 46 cit. descriptae sunt, consulum numeri videntur obscure scripti fuisse; neque enim in Cod. Th. libris mss. verus numerus superest, restitutus ille a Be. Eandem ob caussam, qui hanc constitutionem ex authentico exemplo descripsit, numeros consulum, quos legere non poterat, ex ingenio addidit, ille quidem falsos. Veros restituisse Beckium, docet constitutionum series, quae alium annum in c. 46 non admittit.

e) Rubrica deest in codd. 1, 2. f) 1 *Imp. et Hon. et Th. AA. et Milicium — Pf.* et om. *P.* Edd. om. *AA.* Sirm [e]. *Praefecto Praet.* Reliquae edd. *Praefectum Praetorii.* 2 *Imperator et hon. et teodosius et* (corr. *ad*) *melicium v. i. prefectum* et om. *P.* c. 41 cit. *AA. Melitio Pf. P.* g) 1, 2 *repperit ult. et ne.* Supra Sirm [d]. et [e]. *ad petitam.* h) 2 *calumniantes.* Paullo post *adelegerent.* i) 1 *Tenet quidem.* 2 *Tenet quendam.* k) 1, 2 *et facit.* l) 1, 2 *contemplatione.* m) 2 *quisquis quam.* n) 1, 2 *dilata.* o) 2 *venerabiles,* corr. *venerabilis.* p) 1, 2 *sacerdotes — legis.* *) Scil. *eam,* id est *reverentiam.* Mox *peccatum iniuria fieri,* pro *insimulari peccatum.* pp) 2 *diferenda est — inlicita.* q) 1, 2 *placitura.* r) In vv. *Clericos nonnisi apud episcopos accusari convenit. Igitur si* inc. c. 41 C. Th. de Episcopis cit. Florus sic: *Episcopos vel presbyteros, diaconos et quoscunque inferioris loci Christianae legis ministros ab episcopis solum, non ab alio oportet accusatos audiri.* s) c. 41 cit. *apud episcopum — fuerint accusati, sive ille.* 1, 2 *min. cpis solum non ab alio oportet aequalibus et persona quae sit* (2 *querit*) *accusatus audiri sive ille.* t) 2 *si vel cuiusl.* c. 41 cit. *sive ullius alterius.* u) c. 41 cit. *qui hoc genus laudabilis intentionis arripiet* et om. *ut — dilaceret.* v) 1, 2 *mentiendum probatis.* V. *mentiendo* cohaeret cum v. *dilaceret.* x) 1, 2 *tenentibus.* y) 1, 2 *servientibus m. dilacerint* (sed in 2 corrig. *dilaceret*) *noverint.* z) 1 *defferre.* 2 *differre.* c. 41 *inferre* et om. *In qua — videatur.* a) 2 *An si h. e. ves. quaerellis.* b) c. 41 *ergo.* 2 *aut si quis igitur.* c) In codd. 1, 2 seqq. desunt. d) Edd. *saltim.* e) Edd. *Data Idibus Decembris — Augustis Coss.* c. 41 cit. *Ravenna.* Vid. c. 41 C. Th. de Episc. (XVI, 2), not. *t.*

XVI.

LEX, QUAE REDEMPTOS DE CAPTIVITAVE IUBET AUT RESTITUERE PRETIUM AUT SI PAUPERES SUNT, QUINQUENNIO REDEMPTORIBUS SUIS OBSEQUI [ee].

Imp. Honorius[f] *ad Theodorum V. Ill.*[g] *Pf. P.* Punitis auctoribus mali publici laesorum quidem dolori dedimus ultionem, sed provincialibus nostris libertatis restituendae festinatione sentimus uno eodemque tempore armis et legibus consulendum. Hinc denique bellorum[h] curis mixta ratio et salubris constitutio admonuit faciendum, ut[i] diversarum homines provinciarum, cuiuslibet sexus, conditionis, aetatis, quos barbaricae feritatis discursus captiva[k] necessitate transduxerat, invitos nemo retineat, sed ad[l] propria redire cupientibus libera sit facultas. Quibus si quicquam in usum recuperandarum virium[m] vestium vel alimoniae dicatur impensum[n], humanitati sit praestitum, nec maculet boni facti gloriam avara victualis sumptus repetitio, cum forsitan alimoniae istius mercedes operarum reddiderit compensatio. Quod in examen venire non patimur, ne ad propria redire cupientes indecoris contentionibus retardentur: exceptis his, quos quis barbaris vendentibus emisse docebitur[o], a quibus status sui pretium propter utilitatem publicam emptoribus aequum est redhiberi: ne ingentis damni consideratio[p] in tali necessitate positis negari faciat emptionem, et inveniamur, quorum libertati consuli voluimus, saluti potius obfuisse. Hos[q] decet[r] aut datum pro se pretium emptoribus restituere, aut labore, obsequio vel opere quinquennii vicem referre beneficii, habituros incolumem[s], si in ea nati sunt, libertatem. Nec honestas emptoribus quinquennii tempus ad compensationem maioris forsitan pretii datum, ingemiscat exiguum, quia humanae vitae fragilitas forte intra metas potest temporis constituti deficere, nec ad legis beneficium pervenire. Credant saltem perditum casibus, quod humanitate detulerint, licet humana misericordia, Deo iudice, quod alteri tribuit, sibi praestet. Quapropter[t] servata definitione legis, cuius[u] moderationem placere non dubium est, reddantur[v] sedibus propriis[x], quibus iure postliminii et[y] veterum responsis prudentium incolumia[z] cuncta servata sunt. Quam sanctionem adeo volumus custodiri, ut, si quisquam temeritate sacrilega praeceptis fuerit conatus obsistere, actor[a] et conductor procuratorque, qui ad tuendam absentis domini possessionem esse detegitur, dari se metallo aut poenam deportationis non ambigat subiturum. Si[b] vero possessionis dominus contra mansuetudinis nostrae salubre constitutum venire tentaverit[c], rem suam fisco noverit vindicandam seque per rectoris provinciae sententiam[d] deportandum. Et[e] ut facilis exsecutio proveniat imperatis[f], Christianae[g] sacerdotes, vicinorum et proximorum locorum ecclesias retinentes, quorum moribus congruit effectus talium praeceptorum[h], curiales quoque proximarum civitatum placuit admoneri, ut emergentibus talium necessitatum caussis adeant iudices, legis nostrae auxilium petituri. Et ne quis contumaciae suae culpam praecepti ignoratione tueatur, Theodore parens carissime atque amantissime, illustris magnificentia tua legis tenorem literis suis edictisque propositis ad omnium iudicum et provincialium notitiam faciet pervenire, ita ut noverint[i] rectores universi, decem libras auri a se et tantundem ponderis a suis apparitoribus[k] exigendum, si quod praeceptum est, in gratiam cuiusquam neglectum esse doceatur[kk]: cum saluberrimae sanctionis exsecutionem deferri ab omnibus quidem, sed iudicum maxime et officiorum cura obsequioque iubemus[l]. *Dat. III. Non. Dec.*[m] *Ravennae, Basso*

— c. 16. Codd. 1, 2 *c.* 16. Sirm [a]. — Sirm [e]. *c.* 16 *Append. C. Th.* Deprompta est ex h. l., sed multis mutt. et omm., c. 2 C. Th. de Postlim. (V, 5). Vid. c. 20 C. Th. de Poenis (IX, 40), not. *bb.*

ee) In cod. 1 huius constitutionis rubrica superest; in 2 posita est post inscriptionem legis. f) Add. *et Theodosius*, uti habet c. 2 cit. g) 1 om. *Ill.*, 2 et c. 2 cit. *V. Ill.* Edd. *Praef. Praetorii.* c. 2 cit. *Theodoro* pro *ad Theodorum.* h) Sirm [b]. — Sirm [e]. *bellorumque.* i) Hinc incip. c. 2 C. Th. de Postliminio (V, 5). k) c. 2 C. Th. cit. *quos barbarica feritas captiva.* l) 1, 2 *et ad.* m) c. 2 cit. om. *recuperandarum virium.* n) c. 2 cit. *alimoniae impensum est.* 2 *virium vel vestium alimoniae dicatus inp. humanitatis.* o) c. 2 cit. *praestitum, nec maneat victualis sumptus repetitio: exceptis iis, quos barbaris vendentibus emptos esse docebitur.* Supra 1 *indecoris contemptionibus.* p) c. 2 cit. *Ne quando enim damni consideratio.* q) c. 2 cit. om. *et inveniamur — Hos.* 2 *inveniantur.* r) c. 2 citt. add. *redemptos.* 1 *decet ad datum.* 2 *decet additum.* s) Sirm [d]. et [e]. om. *vicem — incolumem.* 1, 2 *quinquennii vicem referre beneficiis h. inc. si in eam.* Mox 1 *compensatione.* t) 1 *praestet et quapr.* 2 *difinitione.* u) Sirm [d]. et [e]. *huius.* c. 2 cit. om. *Nec honestas — non dubium est.* v) c. 2 cit. add. *igitur.* x) c. 2 add. *sub moderatione, qua iussimus.* y) c. 2 cit. *etiam vet. resp.* et om. *prudentium.* z) 2 *incalumnia.* a) 2, Sirm [e]. *auctor.* c. 2 cit. *servata sunt. Si quis itaque huic praecepto fuerit conatus obsistere actor*, rell. omm. b) c. 2 cit. *procuratorque, dari se metallis cum poena dep. non ambigat; si*, rell. omm. 2 om. *qui* ante *ad tuendam.* c) c. 2 cit. om. *contra — tentaverit.* d) 1 *rectores.* c. 2 cit. om. *per r. pr. sententiam.* e) 1, 2 om. *Et.* f) 2 *pro venia temperatis.* In cod. 1 abscissa sunt vv. *imperatis — retinentes quorum.* c. 2 cit. om. *imperatis.* g) Sirm [e]. *Christianos sacerdotes.* c. 2 cit. *Christianos proximorum locorum volumus huius rei sollicitudinem gerere. Curiales.* Supple *ecclesiae.* Vid. C. Th. XVI, 2, 4, not. g. h) Sirm [d]. et [e]. *receptorum.* In cod. 1 abscissa sunt vv. *gruit* (congruit) — *curiales* et paullo infra *civitatum placuit.* 2 *vicinarum et pr. — proximorum civ.* i) c. 2 cit. *emergentibus talibus caussis sciant, legis nostrae auxilium deferendum; ita ut noverint*, rell. omm. 1, 2 *tutatus Th. p. c.* k) 1, 2 *auri se et.* c. 2 cit. *tantundem a suis apparitionibus exigendum, si praeceptum neglexerint*, et des. rell. kk) Sirm [e]. *doceantur.* 2 *gratiam cuiuspiam — excusationem deferri.* l) Scrib. *iubeamus.* m) c. 2 cit. *Dat. IV. Id.* 1 *Ravenae —*

et Philippo VV. CC. Coss. (408.) *Accepta XVI. Kal. Ian.*[n] (409?)

XVII.

LEX DE THEODOSIANO, SUB TITULO XXVII. DE EPISCOPALI DEFINITIONE[o].

Imp. Constantinus A.[p] .... Iudex pro sua sollicitudine observare debebit, ut, si ad episcopale iudicium provocetur, silentium accommodetur[q]. Et si quis ad legem Christianam negotium transferre voluerit et illud iudicium observare, audiatur, etiamsi negotium apud iudicem sit inchoatum, et pro sanctis habeatur, quicquid ab his fuerit iudicatum: ita tamen, ne usurpetur in eo, ut unus ex litigantibus pergat ad supradictum auditorium, et arbitrium suum enuntiet[r]. Iudex enim praesentis caussae integre habere debet arbitrium, ut omnibus accepto latis pronuntiet[rr]. *Dat. IX. Kal. Iul.*[s] *Constantinopoli*[t], *Licinio A. et Crispo Caes. Coss.* (318 aut potius 321.)

XVIII.

LEX ALIA[u] DE THEODOSIANO SUB TITULO XXVII. DE EPISCOPALI DEFINITIONE, ET HOC VALIDIOR, QUIA OMNIBUS POSTERIOR.

Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA.[v] *Theodoro Pf. P.* Episcopale iudicium ratum sit omnibus, qui se[x] audiri a sacerdotibus acquieverint[y]. Cum enim possent privati[z] inter consentientes etiam iudice nesciente audire[a], his licere id[b] patimur, quos necessario veneramur eamque illorum iudicationi adhibendam esse reverentiam[c], quam vestris deferri necesse est potestatibus, a quibus non licet provocare[d]. Per publicum quoque officium[e], ne sit cassa cognitio[f], definitioni exsecutio tribuatur. *Dat. Id. Dec. Basso et Philippo Coss.* (408.[g])

— c. 17. Codd. 1, 2 *c.* 17. Sirm[a]. — Sirm[e]. *c.* 17 *Append. C. Th.* Iu. p. 38. Pars legis est in Seldeni Uxore Hebr. III, 28 et in Go. comm. ad c. 1 de Episc. iud. l. c. p. 342, col. 2 ed. Ri.; fere tota legitur apud LeG. l. c. pag. 36. LeG. Iu. eam indicari putant in c. 1 de Episcopali iud., i. e. prima Appendicis C. Th., Tillem. l. c. T. IV, p. 278, not. LXX. propter vv. *Et si quis* eam fragmentum esse dicit maioris alicuius constitutionis, cuius in constitutione illa prima mentio fiat. — c. 18. Codd. 1, 2 *c.* 18. Sirm[a]. — Sirm[e]. *c.* 18 *Append. C. Th.* Iu. p. 53. Deprompta est ex hac lege c. 8 Cod. Iust. de Episc. aud. (I, 4). Indigitatur una cum c. 17 in pr. Novell. Valent. tit. XXXIV. de Episcopali iudicio. Vid. c. 20 C. Th. de Poenis (IX, 40), not. *bb*, c. 25 C. Th. de Petitionibus (X, 10).

filippo et om. *VV. CC.* Sirm[d]. et[e]. *IV. CC. Conss.* 2 *filippo uc cons.* n) c. 2 cit. *Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.* (409) et om. *Accepta — Ian.* Ceterum edd. *Nonas Decembris* (ut 2) et *Kalendas Ianuarias.* An om. *XVI.* et add. 409?

o) Memorabilis rubrica, de qua in Praefatione dixi. p) Inscriptio et prima legis vv. usque ad v. *transferre* abscissa sunt in cod. 1. Magistratus deest in edd. et in cod. 2. q) 2 *post provocetur — acommodet.* r) Iu. add. (*iudex*). Potius suppl. *supradictum auditorium*, i. e. *episcopus.* rr) Err. Iu. *pronunciat.* s) Edd. *Kalendas Iulias.* 2 *VIII kl iulias.* t) Locum suspectum esse negat quidem Iu. l. c. pag. 39, ego vero credo. Vid. c. 3 C. Th. de Veteranis (VII, 20), not. *b*, c. 12 C. Th. de Appell. (XI, 30), not. *i* et c. 2 C. Th. Famil. herscisc. (II, 24), not. *m.* Subscriptionem falsam esse apparet ex codd. 1, 2, in quibus om. *Licinio.* Fortasse scriptum erat *Constantino II. et Crispo* (II.) *Caess. Coss.* (321.) pro *Crispo* (*II.*) *et Constantino II. Caess. Coss.* Nonnunquam transponi nomina consulum in subscriptionibus legum, dixi in Praef. C. Th. p. XXXVI, not. 209. 2 om. *Coss.*

u) 2 *Item alia lex.* Memorabilis rubrica, de qua disputavi in Praefatione. Rubrica deest in c. 8 Cod. Iust. cit. v) c. 8 Cod. Iust. *Impp.* (om. *Arcadius*) *Hon. et Th. AA.* Etenim Arcadius menses aliquot ante de vita decessit. 2 om. inscript. h. c. x) 2 om. *se.* Paullo supra 2 *sit ratum.* y) c. 8 cit. *elegerint* et om. *Cum — veneramur.* z) Sirm[d]. et[e]. *privari.* 2 *pravitati.* a) 1, 2 *audiri.* Recte *audire.* Intelliguntur arbitri. b) Iu. om. *id.* c) c. 8 cit. add. *iubemus.* d) 2 *provocari,* ut 1. e) c. 8 cit. *Per iudicum q. officia.* f) Cum v. *cognitio* desin. codd. 1, 2. Iu. *ne cassa sit.* c. 8 Cod. Iust. cit. *cassa episcopalis cognitio.* g) Sirm[a]. —[e] post v. *Conss.* add.: *Hucusque codex Ecclesiae Lugdunensis. reliqua partim ex Pithoeano, partim ex Corbeiensi descripta sunt,* et desinunt ut in codd. 1, 2 (vid. not. *f*) cum hac lege XVIII leges illae a Sirmondo tanquam Appendix Codicis Theodosiani editae. Quare tres illae constitutiones (XIX — XXI.), quas Sirmondus hoc loco adiecit, ab hac collectione eximendae sunt: eas enim invenit in diversis codicibus (Reg. Par. 1564, qui Pithoeanus ille videtur esse, et in cod. S. Germ. 936, qui olim sine dubio Corbeiensis fuit, ad quos accedere videtur cod. S. Germani 366), in quibus, ut in aliis iuris canonici libris multas leges sparsas esse, quae Codici Theodosiano aut omnino non aut non omnino insertae sunt, ex collectione, quam postea edam, apparebit. Disiunxi igitur c. XIX — XXI. Sirmond. ab Appendice Cod. Th., ne haec alienis rebus deformaretur. Duas infra ponam (c. XIX. Sirm. *Imp. Honorius A. ad Constantium V. Ill. Patricium: Inter publicas necessitates* ann. 417 et XX. Sirm. *Impp. Theod. et Valentinianus AA. ad Virum Pf. P. Audemus quidem* ann. 430); tertiae (s. XXI. Sirm.) diversas scripturas annotavi ad c. 4 C. Th. Ne sanctum baptism. (XVI, 6), quae est illa ipsa lex. — — — —

Cum in eo erat, ut ultimae plagulae menda tollerem, accepi literas F e d e r i, bibliothecae Darmstadtiensi praefecti. Nuntiavit mihi vir humanissimus doctissimusque, non inesse in codice Darmstadtiensi Sirmondi constitutiones, quas p. 439, not. 84 inesse suspicatus sum. Vid. supra Praefationem Novellarum not. 294. — Praeterea moneo in notis superioribus c. IV — VI. Sirmond. falso scriptum esse *Codd.* 1, 2, *Sirm*[a]. — *Sirm*[e]. *c.* 4 (s. 5 aut 6) *Append. C. Th.* Reponendum est: *Codd.* 1, 2 *c.* 4 (s. *c.* 5 aut *c.* 6). Sirm[a]. — Sirm[e]. *c.* 4 (s. *c.* 5 aut *c.* 6) *Append. C. Th.* Nam a Sirmondo quidem hae constitutiones pro Appendice C. Th. habitae sunt, neque vero in codicibus illis cum C. Th. cohaerent. Vid. Praef. p. 414 sq., 426 sq.

SERIES CHRONOLOGICA XVIII CONSTITUTIONUM, QUAS SIRMONDUS DIVULGAVIT.

318 ?

Licinio A. (V.) et Crispo Caes. Coss.

c. 17. — . . . . . — Dat. IX. Kal. Iul. Constantinopoli.

321.

Constantino II. et Crispo II. Caess. Coss. (Vid. ann. 318.)

331 ?

Basso et Ablavio Coss.

c. 1. — Ablavio Pf. P. — Dat. III. Non. Mai. Constantinopoli.

335.

Constantio et Albino Coss. (Vid. ann. 336.)

336.

Nepotiano et Facundo Coss.

c. 4. — ad Felicem Pf. P. — Dat. XII. Kal. Nov. (335). Proposita VII. Id. Mart. Constantinopoli.

384 ?

Richomere et Clearcho Coss.

c. 3. — ad Optatum Praefectum Augustalem — Dat. prid. Non. Febr. Constantinopoli.

384—387.

c. 7. — ad Eutropium Pf. P. — — —

386.

Honorio N. P. et Evodio Coss.

c. 8. — Antiochino — Dat. X. Kal. Mai. Constantinopoli.

400.

Stilicone et Aureliano Coss.

c. 2. — Hadriano Pf. P. — Dat. prid. Non. Febr. Ravennae.

407.

Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss. (Vid. ann. 408.)

408.

Basso et Philippo VV. CC. Coss.

c. 12. — Curtio Pf. P. — Dat. VIII. Kal. Dec. Romae (407). Proposita Karthagine in foro sub programmate Porphyrii Proconsulis Nonis Iuniis.
c. 9. — Theodoro II. Pf. P. — Dat. V. Kal. Dec. Ravennae.
c. 16. — ad Theodorum V. Ill. Pf. P. — Dat. III. Non. Dec. Ravennae — Acc. (XVI.) Kal. Ian. (409 ?)
c. 18. — Theodoro Pf. P. — Dat. Id. Dec.

409 ?

Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss. (Vid. ann. 408.)

412.

Honorio IX. et Theodosio AA. IV. (V.) Coss.

c. 14. — Theodoro Viro Ill. Pf. P. — Dat. XVIII. Kal. Febr.
c. 11. — Melitio Pf. P. — Dat. VIII. Kal. Iul. Ravennae.
c. 15. — ad Melitium Vir. Ill. Pf. P. — Dat. Id. Dec. Ravennae.

419.

Monaxio et Plinta.

c. 5. — ad Proiectum Consularem — Dat. XV. Kal. Iun.
c. 13. — . . . . — Dat. XI. Kal. Dec. Ravennae.

420.

Theodosio A. IX. et Constantio III. V. C. Coss.

c. 10. — Palladio Pf. P. — Dat. VIII. Id. Mai. Romae.

425.

Theodosio A. XI. et Valentiniano Coss.

c. 6. — Amatio V. Ill. Praefecto Praet. Galliarum — Dat. VII. Id. Iul. Aquileiae.